UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55672


Visual Library




Th. 3288.

HV
≥4

H. 219





XVI 26

QUADRAGESIMALE;

SIVE

DISCURSUS PRÆDICABILES IN OMNES TOTIVS QVADRAGESIMÆ DOMINICAS ET FERIAS,

OPERA ET STUDIO ADM. R. P. M.

AUGUSTINI PAOLETTI,

SS. THEOLOGIÆ DOCTORIS EXIMII,


Ordinis Eremitarum S. Augustini, Provinciæ Senensis Prioris Provincialis, Viri communis boni promovendi studiosissimi.

Cum quatuor Indicibus, quorum Primus est Argumentorum quæ in quolibet Sermone tractantur, Secundus Authorum qui in eo passim citantur, Tertius Rerum notabilium, Quartus Locorum S. Scripturæ.

OPUS VERE AUREUM ET PRETIOSUM, OMNIBUS ANIMARUM PASTORIbus, Prædicatoribus, Religionum Superioribus, Catechistis, &c. Perutile & necessarium.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud HERMANNUM DEMEN, sub signo Monocerotis, Anno M. DC. LXXVII.
Cum Privilegio Sacræ Cæsareæ Majestatis.



AUGUSTISSIMÆ COELORUM REGINÆ
BEATISSIMÆ VIRGINI

MARIÆ

MAGNÆ DEI MATRI

Hoc qualecunque Munuſculum

F. AVGVSTINVS PAOLETTI
EREMITA AVGVSTINIANVS
Peccatorum omnium abjectiſſimus

D. D. C.

QUoniam notum mihi eſt atque perſpicuum (O SERENISSIMA COELI REGINA) culparum mearum multitudinem, arenæ numerum excedere quæ eſt in littore Maris, ideo ad hunc librum Nominis Tui immortalitati dedicandum coram Te comparere & ad Tuæ Majeſtatis pedes me proſternere nequaquam audeo. Neque enim eam poſſum ſpem concipere ut mihi debilem hanc meam opellam Tibi gratam futuram eſſe perſuadere poſſim, quin potiùs metuendum eſt mihi, ne dum hanc Tibi præſentare præſumo, veluti audax nimis & temerarius repellar atque confundar. Veruntamen cùm favorum à Tua Clementia receptorum copia me Tibi obligatiſſimum eſſe reſtetur, quomodo committere poſſum, ut ad minus per hanc tenuium Compoſi-

tionum mearum exiguitatem eidem correſpondere intermittam? Scio equi-
& libens fateor, quòd ad demonſtrandum vel minimæ compenſationis ſum-
quoddam ſpecimen, longè excellentiùs donum requiratur: at verò talent-
modicitas, præſtantioris muneris facultatem minimè indulget. Etenim tan-
Majeſtati Tuæ in tributum ſervitutis meæ vitam pariter penderem & ſangui-
aliud non facerem, quàm ſi terram Tibi pro auro, aut pro gemmis lutum refer-
Imò ſi quot calamus iſte in hiſce foliis characteres exaravit, totidem Honor-
vitas meas conſecrarem, ad compenſandam tot beneficiorum à Tua Clem-
imperatorum vel minimam particulam haudquaquam ſufficerent. Etenim a-
tera parte me juvat credere, quòd quæ univerſalem quandam omnium Pecc-
rum ſuperintendentiam tenes, inter quos ego me maximum eſſe profiteor, q-
dam Maternæ Tuæ erga me benignitatis actum exercere non dedignaberis, c-
patiendo huic meæ arrogantiæ, quæ ad rudes hoſce impoliteſque characteres
bi conſecrandos me animavit. Cùmq; maternus Sinus Tuus, aurifodina qua-
inexhauſta, & indeficiens ſit gratiarum ærarium; maxima cum humilitate, q-
exhibere poſſit viliſſimus terræ vermiculus, qualis ego ſum, Tibi ſupplico, ut
ſolam gratiam mihi indulgere digneris, ut in hora mortis meæ unica ſis mea
tectrix, mihique ab unigenito Filio efficaciter impetres, ut in hoc ultimo tra-
actus eliciam veræ contritionis, amaras effundendo pœnitentiæ lachrimas, c-
neſque à me commiſſos cordialiter deteſtando errores. Quapropter ſub patr-
nii Tui chlamydem ſimul cum hoc modico Volumine animam quoque mea-
riter conſigno, ſpemque ſalutis meæ intra manus Tuas depono. Te tandem
ultimatè obſecrans atque obteſtans, ut poſthabitis demeritis meis
ad me nunc exaudiendum læto vultu condeſcende-
re digneris, qui genuflexus Te veneror
atque adoro.

PRÆFATI

PRÆFATIO
AVTHORIS AD LECTOREM.

Nihil mihi unquam minus in mentem venit, quàm quòd modicas hasce & malè concinnatas Compositiones meas Quadragesimales prælo subjecturus essem. Veruntamen multorum persuasionibus adactus, ut in lucem ederentur, passus sum me induci, futurum esse supponens, ut saltem nonnullis Concionandi studio & labori deditis non minus gratæ futuræ essent, quàm quas pro Dominicis per annum & per Adventum aliis edidi divulgavi. Cùm verò præsens Quadragesimale meum opus quoddam sit in quovis genere imperfectissimum, non dubito, O benigne lector, quin mille mihi oppositiones circa idem excitare possis, quibus tamen, utpotè dictum à me præ manibus paucis respondebo, vulgare illud dictum usurpans, Cognosco, video, audio; dum autem componerem, non procedo pro libitu & arbitrio meo. Tu quidem imprimis mihi objicies, Sermones meos nimis esse prolixos, nec frustrà de eis inquireris, veruntamen scito, ita mihi visum fuisse facere, si enim breves essent, in tui obsequium parum tantum haberes, nunc verò quia longi sunt & parum & multum prout necessum fuerit, in iis reperies: Et quidem ut tibi veritatem fatear, ad risum ferè me provocas, miror enim quòd tam modico sis præditus judicio, ut nescias in longo sermone id tibi seligere, quod apiè ad propositum tuum dictum videbitur, id verò quod tibi non servit aliis relinquere. Veruntamen tibi velut amico loqui, meumque consilium manifestare decrevi, ex industria etenim & data opera prolixus esse volui, tametsi enim brevitas mihi facilior & commodior, non tamen æque grata fuisset, & accepta. Sed cur ita? Curiosus es nimium & hoc solùm me tibi respondisse sufficiat. Adhæc exprobare mihi facile potes, quòd pro Conceptibus rutè terminandis, non Classicorum sed modernorum Scriptorum doctrinam sæpenumeri adducam. Sed quid inde? Num fortè solus & primus ego sum qui id facio? Integrum tibi ipsum faciem tum texere catalogum possem. Superfluum identidem esse existimabis, quod folium, columnam, numerum, & literam distinctivum postillis meis expresserim, Feci autem idipsum ut candidè tibi fatear, quia ita mihi placuit, & ut certiorem te videas, adductas à me auctoritates non esse P. Talpuhei, sed lectas, sed visas, sed ponderatas, & quid tibi inde fidei generatur? Porrò si dispicent tibi, mihi placent, sic enim authoritates illas à me specificatas volo; quod si autem citationes meas cum tuis Libris non coincidere contingat, cave sis, ne id reprehendas, quin potius illos, qui in eadem forma quam mei editi sunt, Libros habere satagas, & nisi tunc citationes meas accuratas esse deprehenderis, tamen citationes tuas libenter admittam. Quod si verò nonnullas impari diligentia specificatas citationes repereris, iterum mirari desinito, causa etenim illius est, quia quam citavi doctrinam in fonte non vidi, sed prout ab aliis citatam reperi, probas quoque esse bona fide existimavi. His tandem adjungo, me in hoc Quadragesimali Sermones Sabbathinos studio omisisse, hos namque (si DEO ita placuerit) separatim prælo subjicere decrevi. Subjecta præroganvarum & excellentiarum MARIÆ Virginis Evangeliis Sabbathinis applicando, quibus si Sermones in Festa Sanctorum per Quadragesimam occurrentia, nec non in singulos Hebdomadæ majoris dies à me etiamnum conscribendi accesserint, conficietur ex Sermonibus circiter viginti integrum justumque Volumen. Et hoc quidem est quod tibi dicendum occurrebat, O Benigne Lector, Interim te etiam atque etiam obtestor, ut hoc malè concinnatum Opus meum patienter legas, meisque, nec non Typographi variis compatiare defectibus; cùm enim absens correctioni adesse nequiverim, varii irrepere facilè errores potuerunt. Credo equidem quòd in singulis Sermonibus diversi tres si reperturus Conceptus tibi minimè futuros ingratos, ob quos exposuam in hujus Libri comparationem pecuniam te haud frustrà adhibuisse existimabis, aut si secus accidat, comparatum à te Librum Bibliopolæ reportato, tuamque tibi pecuniam curato restitui. Vive feliciter & Deum pro me ora? Qui sum

Devotissimus Servus tuus

F. AUGUSTINUS PAOLETTI.

MAGISTER F. PHILIPPUS VICECOMES MEDIOLANENSIS
Totius Ord. Eremit. S. Auguſt. Prior Generalis.
REVERENDO ET NOBIS IN CHRISTO DILECTO P. MAGISTRO
F. Auguſtino Ilcinenſi ejuſdem Ord. & Voti, Provinciæ
Senenſ. Provinciali S.

CUm Conciones annuales & Adventus, quæ hactenus à Te ſunt in lucem editæ, novem ab eruditione pietati conjuncta commendari, meritò ſperamus bono publico Quadra males quoque prodituras eſſe, quas inſuper elucubraſti, & noſtri reviſores approbarunt benter igitur concedimus, ut accedente eorum, ad quos ſpectat, licentiâ & approbatione, valeas typis mandare.

Datum Neapli 8. Decembris. 1650.

F. Philippus Vicecomes Gener. mand.

Approbatio Adm. R. P. Magiſtri F. Leonardi Valentini
Cæſenatis Prioris almi Conventus S. Spiritus Florentiæ.

LIber inſcriptus Quadrageſimale R. P. M. PAOLETTI omnibus titulis dignus eſt, qui publicis fiat; quia & magnâ eruditione plenus eſt & magnâ pietate, ſanâque doctrinâ refertus. Itaque hi de eo viſum poſt illum accuratè perlectum, de mandato Reverendiſſimi Patris Magiſtri Philippi Vicecomitis Generalis optimi.

Florentiæ Die 6. Novembris. 1650.

Fr. Leonardus Valentinus Ord. Erem. S. Auguſtini.

Approbatio Adm. R. P. M. Nicolai Peloſi da Campiglio
Florentini Ord. Eremit, S. Auguſtini.

EX Commiſſione Reverendiſſimi Patris Magiſtri Philippi Vicecomitis Generalis noſtræ Religionis magna cum diligentia legi Quadrageſimale Adm. R. P. M. AUGUSTINI PAOLETTI moderni dignisſimi Provincialis Provinciæ Senenſis, cui titulus eſt QUADRAGESIMALE; In quo nihil quod Catholicæ veritati, aut bonis moribus repugnet, inveni; Imò vix aliquod ejuſdem generis argumenti opus hactenus legi quod majori cum voluptate & minori cum faſtidio me legiſſe memini quàm iſtud; In illo namque Author Scripturarum veritatem tanta cum perſpicuitate & energia docet, ut nutrieando intellectum & voluntatem ad bonum excitando, ſenſum pariter ſpiritualem adeò delicate

delicatè exponat, ut velut promuscondus in hoc Opere velut in lauta & opipara quadam mensa varios cibos spirituales delicatè præparatos, & doctissimo calamo suo & religioso exemplo optimè conditos ab intellectus sui penuario expromere videatur. Ac proinde præsens Opus, utpotè cùmuni bono promovendo valde utile & proficuum dignissimum esse censeo quòd per typos publici juris fiat. E nostro Monasterio S. Spiritus Florentiæ hac 12. Novembris Anno 1650. In quorum fidem &c.

Magister Nicolaus Peloso Augustinianus.

Opus quod QUADRAGESIMALE *nuncupatur ab Admodum Reverendo Patre Magistro Augustino de Paoletis Ilicinensi Ordinis Eremitarum S. Augustini elucubratum Reverendissimi Patris nostri Generalis* iussione impellente, *ego infrascriptus sedulo evolvi, ac diligenter perlegi. In eo omnia ita affabrè dispositа, doctrinæ solida, claritate mirabili referta reperi, ut nihil doctius, uberius nihil exoptari queat. Quare ut Typorum dignum lucem afferat, sicque ad publicam utilitatem in lucem prodeat approbo, & commendo. Florentiæ 5. Novembris 1650.*

Frater Horatius Bartolonus Florentinus Studii S. Spiritus de Florentia Regens.

CENSVRA ORDINARII.

QUADRAGESIMALE, sive Conciones quas linguâ Italicâ celebravit & in lucem emisit Adm. R. P. Magister Augustinus Paoletus SS. Th. Doct. Ordinis Eremitarum S. Augustini, nihil fidei Catholicæ aut bonis moribus contrarium continent, sed ad pietatem in omnium animis excitandam plurimum valent, nunc potissimum, quando eas singulari eruditione, elegantia, & zelo in latinam linguam transferendo illustravit Adm. R. & Eximius P. Jacobus Emans Ord. FF. B.mæ V. MARIÆ de Monte Carmeli Provinciæ Allemanniæ inferioris Provincialis in Universitate Coloniensi SS. Theol. Doctor & Professor, ut eas meritò imprimendas censeam. Coloniæ 2. Augusti Anno 1662.

FERDINANDUS STROBELIUS *SS. Theol. Doctor, Canonicus Metropolitanus, Librorum Censor ordinarius.*

SUMMA

SUMMA
PRIVILEGII CÆSAREI.

LEopoldus, Divina favente Clementia, electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex: Archidux Austriæ; Dux Burgundiæ, Styriæ, Carniolæ & Wittembergæ, Comes Tyrolis, &c. Agnoscimus & notum facimus tenore præsentium, quod cum nobis noster, ac Sacri Romani Imperii fidelis dilectus, Joannes Georgius Hertz Bibliopola Vi humillime exposuerit, quem in modum opera quadam Patris Augustini Paoletti de Mont. Alcino Ord mitarum sancti Augustini, Doctis omnibus viris præsertim Ecclesiasticis magnopere desiderata, ac u pote & primo quidem Quadragesimale ejusdem de magno Patriarcha S. Augustino cum copiosissimis secundo Discursus Prædicabiles, tertio Discursus item Prædicabiles Dominicis & festis diebus de prima A usque ad Quadragesimam, quarto Sanctuarium, ac quinto denique Annuale & Mariale ejusdem ex Italica in latin guam sumptu suo traduci curare, ac typis excudenda dare constituerit, vereri autem debeat, (ne quod fieri assolet) Typo alii quæstus causa eadem opera fraudulenter ac magno suo dispendio imitentur, prælo committant, distrahant atque dent, nosque proinde supplex orarit, ut indemnitati ipsius consulere ac super dictis operibus privilegio nostro Cæsareo ipsum nire clementer dignaremur, nos submissæ pariter & æquæ ipsius petitioni clementer annuendum censuimus, idcirco ex cer ria, animo bene deliberato, pro Authoritate nostra Cæsarea, omnibus & singulis Bibliopolis, Typographis, aliisque quib que librariam negotiationem exercentibus, serio interdicimus ac vetamus, ne quis supra nominata opera ita ex Italica in nam linguam translata, intra decennium proximum à die quo nostræ hæ litteræ datæ sunt computandum, intra Sacri R Imperii, aut quorumcumque regnorum ac Dominiorum nostrorum hæreditariorum fines simili aut quovis alio typo, form modo, imitari, recudere, aut recudenda dare, aut etiam alibi excusa apportare, venundare aut distrahere, sine ipsius J Georgii Hertz hæredumve ejusdem consensu, palam vel occultè ausit, si quis autem secus faciendo, interdictum hoc n neglexerit aut violaverit, is non solum ejusmodi libris aut exemplaribus dicto Joanni Georgio Hertz ejusve hæredibus a magistratus locorum ubi reperientur, vindicandu privari, sed etiam pro quavis supradictorum operum ita recusorum a inde apportatorum specie decem Marcharum auri mulctam arario seu fisco nostro Cæsareo, atque injuriam passo sua æquo pendendam dare damnas esto, dummodo præfata tamen opera, bonis moribus, fidei orthodoxæ, Cæsareæ nostræ Au ti, sacrisve Imperii Constitutionibus, nihil contrarium adversumque in se contineant, & quaterna nimirum singulorum plaria ad Cancellariam nostram Imperialem Aulicam transmittantur, mandamus itaque universis ac singulis, nob Sacri Imperii Regnorum ac Dominiorum nostrorum hæreditariorum subditis & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis qua culatibus, cujuscunque status, gradus, dignitatis aut ordinis extiterint, præsertim vero iis, qui in magistratu constituti vel suorum Superiorum loco aut nomine jus dicunt, justitiamve administrant, ne quenquam hoc Privilegium nostrum reum, impune violare, spernere aut transgredi patiantur, sed si quos contumaces compererint, constituta a nobis mulcta niri & quibuscunque modis coerceri curent, ni & ipsimet gravissimam nostram indignationem in se lacessere velint, harum stimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appressione muniturum, quæ dabantur in civ nostra Vienna die quarta mensis Martii, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo primo, Regnorum nostrorum mani Tertio, Hungariæ sexto, Bohemiæ verò quarto.

LEOPOLDUS.

(L.S.)

Ut Wildericus Baro de Walderdorff.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis Propr

J. WALDERODE.

Prædictus D. Joannes Georgius Hertz civis & Bibliopola Viennensis ofp
suum supradicti Privilegii Joanni Bus.o Civi & Bibliopolæ Co

INDE

INDEX PRIMUS,

IN QUO PER ORDINEM RECENSENTUR & summatim explicantur singulorum Sermonum Argumenta, quæ in toto hoc opere explicantur.

Feria IV. Cinerum.

1. HOc sermone vitam brevem esse, & mortem ex improviso hominem adoriri ostenditur; ut proinde curandum nobis sit, ut non in terra, sed in cœlo thesaurizemus.

Feria V. Cinerum.

2. Charitas est regina virtutum, atque ideo eandem exemplo Centurionis proximo nostro, præcipuè verò infirmis exhibere debemus.

Feria VI. Cinerum.

3. Omnem ab inimicis perpessam injuriam ex corde iisdem condonare obligamur, quia id nobis à Deo præceptum est: Estque hæc remissio actio gloriosissima inter omnes quas facere potest homo Christianus; Econtra verò vindicta est actio valde ignobilis & indigna, vilibus & abjectis hominibus propria.

Dominica I. Quadragesimæ.

4. Opus est ut Diabolus nos tentet. 2. Qualesnam sint hujus Tentatoris qualitates. 3. Quam bene nobis Tentator suis tentationibus faciat.

Feria II. post Dominicam 1. Quadragesimæ.

5. Pœna damni, sive privatio visionis Dei, erit maximum tormentum, quod damnati in die judicii habebunt, illudque illis infligetur, quando audient sibi dici: Ite maledicti, &c.

Feria III. post Dominicam 1. Quadragesimæ.

6. Deus malis Leo est, & Agnus bonis, quia cum illis atrociter, cum his perbenignè procedet.

Feria IV. post Dominicam 1. Quadragesimæ.

7. Voluntas nostra Deiformis esse debet nec plus vel minus velle debemus, quam quod vult Deus, hic enim solus est ad quem spectat dicere *volo*: Nos autem Deum nobis ad libitum nostrum facere vellemus, qui non plus, nec minus faceret, quam nos volumus, quia nimis addicti sumus huic maledicto verbo *volumus*.

Feria V. post Dom. I. Quadragesimæ.

8. Chananæa in petendo prudens fuit. 1. Quia ipsamet in propria persona, non verò per tertium, Christum accessit. 2. Quia reverenter cum Christo tractavit. 3. Et quia repulsas à Christo patienter sustinuit,

Feria VI. post Dom. I. Quadragesimæ.

9. Piscina Passionem Jesu Christi nobis repræsentat, quam in adversitatibus nostris semper meditari debemus. 2. Aquâ autem salutifera hujus piscinæ ejusdem Domini nostri sanguinem præfigurat, qui efficacissimum nobis adversus omnes animæ indispositiones præbet remedium.

Dominica II. Quadragesimæ.

10. Quam ingens sit Paradisi gloria, quæ in objecto beatifico, Deo nimirùm consistit. 2. Dominus quoque Apostolis præcipiens, ne cuiquam viventium verbum de ea dicerent, significare voluit secreta nulli hominum communicanda esse.

Feria II. post Dom. II. Quadragesimæ.

11. Licet peccator aliquis in malo habituatus semper salvari possit, attamen difficile est, ut salvetur & non potius in peccato moriatur. 2. Peccatum enim quia grave est, ad infernum nos protrahit.

Feria III. post Dom. II. Quadragesimæ.

12. Quod si quis sacerdos esse velit, conditionem entis Metaphysici imitari debet, affectum suum à parentibus & sæcularibus abstractum tenendo.

Feria IV. post Dominicam II. Quadragesimæ.

13. Christus Jacobo & Joanni ob tres præcipuè rationes petitas sedes non concedit, scilicet primò, quia erant cognati sui, in oppositum ejus, quod nos facere solemus, dum non nisi propinquis benefacere studemus. 2. Quia erant piscatores, suumque statum & conditionem mutare volebant, per hoc insinuans, quod quilibet in gradu suo perseverare debeat. 3. Quia per saltum ab humili piscatorum conditione ad Principatus excellentiam transferri volebant.

Feria V. post Dom. II. Quadragesimæ.

14. Favores hujus vitæ sunt odia, è contra verò infortunia hujus mundi sunt fortunæ, quia qui hic laborat, ibi quiescet, & è contra qui in hac vita ridet, in altera flebit. Et quam reprehensibilis sit luxus eorum, qui purpura & byssо se vestiunt.

Feria VI. post Dom. II. Quadragesimæ.

15. Quanta sit animæ dignitas, quæ in vinea Evangelica repræsentatur. Et quantoperè apud Deum supra omnia creata æstimetur.

Dominica III. Quadragesimæ.

16. Confessio peccatorum ad salutem est necessaria, atque ideo utilis est peccatoribus, Deo autem delectabilis, quæ causa est, quod Dæmon, ad hoc, ut nemo nostrum confiteretur, omnes nos mutos esse vellet.

Feria II. post Domin. III. Quadragesimæ.

17. Christus in patria miracula facere renuit, quia in iis petendis nimium arrogantes erant; unde colligitur, quàm ingens sit humana temeritas.

Feria III. post Dom. III. Quadragesimæ.

18. In eo qui peccatorem fructuosè vult corrigere, tres præcipuè conditiones requiruntur, scilicet, amor, secretum, & bonitas.

Feria IV. post Dominicam III. Quadragesimæ.

19. Mali communiter contra bonos conspirant, ut illos in vita, æstimatione & facultatibus lædant; Innocentia enim à malignis semper persecutionibus infestatur.

Feria V. post Dom. II. Quadragesimæ.

20. A Socru Simonis discere debemus libenter proximo in suis necessitatibus subvenire.

Feria VI. post Dominicam III. Quadragesimæ.

21. Deus è malo bonum elicit, homo autem è contra è bono malum educit.

Dominica IV. Quadragesimæ.

22. Christus honores & regias dignitates fugit, sciebat enim melius esse servire, quàm imperare, subditum esse, quàm superiorem, quia gubernatio dura quædam servitus est.

Feria II. post Domin. IV. Quadragesimæ.

23. Christus in templo vendentes & ementes personaliter flagellat, quia forum sæculare in causas Ecclesiasticorum se ingerere haud quaquam debet. Unde iis qui locis sacrum debitum non detulere respectum, multa infortunia acciderunt.

Feria III. post Dom. IV. Quadr.

24. Cautela magna adhiberi debet in dijudicandis actionibus aliorum, quia nimis facilè committitur judicium temerarium.

Feria IV. post Dom. IV. Quadragesimæ.

25. Hebræi cœcum Christum glorificantem audire non poterant, quia invidus plus torquetur à proximi bono, quàm à proprio malo.

Feria V. post Dom. IV. Quadragesimæ.

26. Mortis memoria ad peccata declinanda valde efficax est. 2. Quænam sit in morte bonorum & malorum differentia.

Feria VI. post Domin. IV. Quadragesimæ.

27. Lazarus in sepulchro animas Purgatorii præfigurat. 2. Ad quas liberandas sacrificium Missæ opportunissimum est remedium.

Domi-

Dominica Passionis.

28. Quàm vehemens & ardens Christi desiderium fuerit se pro nostra salute cum Cruce desponsare. 2. Quodque scelerati bonum hoc lapidibus blasphemiæ compensent.

Feria II. post Dom. Passionis.

29. Ad salutem consequendam necessum est, ut Deus nos vocet, nosque ei respondeamus.

Feria III. post Dominicam Passionis.

30. Christus ad diem festum, qui hodie celebratur ascendere renuit, quia non est talis qualem desiderat. 2. Tunc autem diem festum agit, cùm pro amore nostro patitur, quisque libet autem alius dies mœstus ei est, & ferialis. 3. Porrò dies festi à nobis solemnizandi sunt abstinendo ab operibus servilibus.

Feria IV. post Dominicam Passionis.

31. Quis prædestinatus sit aut præscitus incertum est nobis. Ideoque justus semper timere debet ne damnetur, & peccator semper sperare ut salvetur. 3. Quia via ad cœlum facilis, difficilis quæ ducit ad Infernum.

Feria V. post Dominicam Passionis.

32. Lachrymæ Magdalenæ margaritæ fuerunt pretii inæstimabilis, siquidem nullum inveniri pretiũ potest, quod eas adæquare possit.

Feria VI. post Dom. Passionis.

33. In hoc sermone agitur de Consilio, Consiliariis & Consiliato. 1. Consilium est necessarium. 2. Consiliarii boni esse debent. 3. Consiliatum vel consultum debet esse justum, secus enim quicquid homo proponit, Deus qui supra nos est, disponit.

Dominica Palmarum.

34. Princeps imitator esse debet Christi Regis gloriæ, beneficum se subditis suis exhibendo absque ullo proprii commodi respectu.

Feria VI. post Dom. Palmarum.

35. Agitur de Passione & morte Domini nostri JESU Christi.

Dominica Resurrectionis.

36. Duo Resurrectionis Christi puncta observantur. 1. scilicet modus quo resuscitatus est, non ampliùs moriturus. 2. tempus tridui quo resuscitatus est: Resurrexit sicut dixit.

Feria II. Paschæ.

37. Deo servire debemus non cum mœstitia melancholicè, sed hilariter & alacriter, non ob proprium commodum, sed ex pura benevolentia, non ex timore, sed ex amore.

Feria III. Paschæ.

38. Ex pace omnia bona nascuntur, ideoque eam inviolabilem conservare debemus.

INDEX II. AUTHORUM, qui in hoc Opere passim citantur.

Abbas Isaac.
Abraham.
Abulensis.
Adedolphus.
Adedolinus.
Adrianus.
Ægidius de Regio.
Ægidianus.
Ælianus.
Agellius.
Alanus.
Albertus Magnus.
Albertus Patavinus.
Alciatus.
Alcinus.
Alcuinus.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Papa.
Alexander Pellegrinus.
Aloysius Novarinus.

Alphonſus Salmeron.
Alvarez.
S. Ambroſius.
Ambroſius Calepinus.
Ambroſius Catherinus.
Ambroſius Lamacenſis.
Ambroſius Marlianus.
Ammianus.
Ammonius.
Anacletus Epiſcopus.
Anacletus Papa.
Anaxagoras.
Anaxarchus.
Andreas Pintus.
Ansbertus.
S. Anſelmus.
Antigonus.
S. Antonius.
S. Antonius de Padua.
Antonius Poſius.
Antonius Ruſſius.
Antonius Sabellicus.
S. Antonius Ulyſſiponenſis.
Appianus.
Apollinius.
Apophtegmata Græca.
Apulejus.
Aranda.
Arboreus.
Areſius.
Areta.
Ariſtoteles.
Athanaſius.
Avendagno.
Averroes.
Auſogillius.
Auſonius.
Author imperfectus.

B.

Baëza.
Balſamo.
Balthaſar Arias.
Balthaſar Bonifacius.
Barnabas Karnei.
Baronius.
Barradius.
Bartholomæus Caſſanæus.
S. Baſilius.
S. Baſilius Seleucus.
Baſilius Pontius.
Beda.
Bellarminus.
Belſuacenſis.
Berangonius.
Berchorius.
Barnardinus Senenſis.
S. Bernardus.
Beroſius.
Biantes.
Biondus Flavius.
Bloſius.
S. Bonaventura.
Boëtius.
Brocardus Suetonius.
Buterus Burgocenſis.
Bzovius.

C.

Cælius Rhodiginius.
Cæſar Baronius.
Cajetanus.
Canon.
Cardanus.
Carpaſius.
Carthanius.
Caſſanus Baſſ.
Caſſiodorus.
Cato.
Chryſanthus.
Chryſologus.
Chryſoſtomus.
Chryſoſtomus Javellus.
Chromatius.
S. Cyprianus.
S. Cyrillus.

Clati-

Claudius Mamertini.
Clemens Alexander.
Clemens V.
Climacus.
Conimbricenſes.
Crates Thebanus
Crinicus.
Concilium Carthaginenſe.
Concilium Colonienſe.
Concilium Tridentinum.
Cornelius à Lapide.
Cornelius Tacitus.
Coſmas & Damianus
Covarruvias.

D.

Damaſcenus.
Demetrius Phalerius.
Democrates
Didacus Vega.
Didacus Celada.
Didacus Ponferrat.
Didacus Stella.
Diez.
Diodorus Siculus.
Diogenes.
Dionyſius Carthuſianus.
Diſcipulus.
Drogo.
Durandus de S. Portiano.

E.

Emiſſenus.
Empedocles.
Epiphanius.
S. Ephrem.
Eſcobar.
Eucherius.
Eulogius Epiſc.
Euripides.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſebius Emiſſenus.
Euthymius.
Eutropius.

F.

Famianus.
Federicus Pulve.
Felix, J. Athenienſis.
Flavius Marullus.
Franciſcus Alumnus.
Franciſcus Libbius.
Franciſcus Labata.
Franciſcus Mendoza.
Franciſcus Titelmannus.
Franciſcus Zorzi.
S. Fulbertus.
S. Fulgentius.

G.

Galenus.
Galfridus.
Gaudentius.
Genebrardus.
S. Germanus.
Ghinodab.
Gilibertus.
Gloſſa in Cat. aurea.
Gloſſa Interlinearis.
Gloſſa ordinaria.
Gorechelius.
Gorropius.
Gregorius Ariminenſis.
S. Gregorius Magnus.
S. Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Nonus.
S. Gregorius Thaumaturgus.
S. Gregorius Turonenſis.
Guaricius.
Guicciardinus.
Guilielmus Pariſienſis.
Guilielmus Durandus.

H.

Haymo.
Hector Pintus.
Heraclytus.
Hermannus Cruſerius.
Hermanus Enug.

Herodotus.
Herophilus.
Heuthymius Mercurius.
S. Hieronymus.
Hieronymus Mercurialis.
Hilarion.
S. Hildebertus.
Hiſtoria Scholaſtica.
Horatius Turſellinus.
Hugo Etherianus.
Hugo Cardinalis.
Hugo de S. Victore.

I.

Jacobus Billius.
Jacobus Valentia.
Janſenius.
Jaſon Paluſtris.
Javellus.
Jeſſe Ambiacenſis.
Innocentius III.
Joannes Antonius Abulenſis.
Joannes Baptiſta Vincentius.
Joannes Boëmus.
Joannes Cagnaſius.
Joannes Columbanus.
Joannes Cluniacenſis.
Joannes Epiſcopus Monopolitanus.
Joannes Ferus.
Joannes à S. Germiniano.
Joannes Gritſch.
Joannes Oroſius.
Joannes Pineda.
Joannes Turrecremata.
Joannes de Sylveira Carm.
Joannes Stobæus.
Joannes Vagzuat.
Joannes Viguerius.
Joannes Zacharias.
Jordanes de Saxonia.
Joſephus de Antiquitas.
Joſephus Hebræus.
Joſephus Racuſa.
Joſephus Sylverius.
Joſephus Sperantza.
Joachimus Prioniſſa.
S. Irenæus.
Iſidorus Peluſiota.
Jodocus Clichtovæus.
S. Julianus.
Julius Capitolinus.
Juſtinianus Imperator.
Juſtinus Hiſtoricus.

L.

Lactantius Firmianus.
Laërtius.
Lamonenſis.
Lanſpergius.
Laurentius de Apunto.
S. Laurentius Juſtinianus.
Laurentius Scalabron.
S. Leo Papa.
Leonardus de Utino.
Leontius Eucher.
Lex Potioris.
Lex Imperatoria.
Lex Authentica.
Lycurgus.
Lypomanus.
Litera Græca.
Litera Hebræa.
Lucas Burgenſis.
Lucanus.
Lucianus.
Lucius Florus.
Ludovica à Cruce.
Ludolphus Carthuſianus.
Ludovicus de Dominicis.
Ludovicus Granatenſis.

M.

Macrobius.
Magiſter ſententiarum.
Maldonatus.
Manutius.
Marcus Tullius.

Marcus Antonius Imperator.
Marinus Venetus.
Marius Vergerius Cardinalis.
Marsilius Ficinus.
Matritensis.
S. Maximus.
Meander.
Mendoza.
Menologium Cistercienſe.
Michael de Mediolano.
Michael Soloníus.
Moriglius.

N.

Natalis Comes.
Nicephorus Callistus.
Nicetus.
Nicolaus Rauſnerus.
Nunnius.

O.

Octavius Spada.
Oecumenius.
Offertorium Miſſæ.
Oleaſter.
Onexander.
Origenes.
Oroſius.
Ovidius Archileus.
Ovidius.

P.

Pacianus.
Paes.
Pagninus.
Palladius.
Pampelonius.
Pontianus.
S. Paſchaſius.
Paſchaſius Rathbertus.
Paulus Caſarus.
S. Paulinus.
Paulus Areſius.
Paulus Cæſarius.
Paulus Diaconus.
Paulus de Palatio.
Paulus Scherlogus.
Pauſanias.
Pelbartus.
Pererius.
Petrus Bencius.
Petrus Cœleſtinus.
Petrus Crinitus.
Petrus Damianus.
Petrus Faber.
Petrus Galatinus.
Petrus Lombardus.
Petrus Longus.
Petrus Mathef.
Petrus Menchinus.
Petrus Natalis.
Phavorinus.
Philaſter.
Philippus Diez.
Philo Hebræus.
Philippus Piccinelli.
Philippus Solitarius.
Picus Mirandula.
Pindarus Pithagoras.
Platina.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Polybeus.
Polus Pythag.
Prochorus.
Procopius.
Proculus.
Propertius.
Proſapius.
Proſper.
Prudentius.
Pſellius.

Q.

Querinus in Soliloq.
Quinctus Claudius.
Quinctus Curtius.

R.
Rabanus Maurus.
Raphael Columbanus.
Raynerus de Pratis.
S. Remigius.
Richardus de S. Victore.
Rituale Romanum.
Robertus Holckott.
Rodriquez.
Ruffinus.
Rupertus Abbas.
S.
Sabinus.
Salazar.
Salmeron.
Salvianus.
Scipio Ammiratus.
Scotus.
Sedulius.
Seneca.
Septimius.
Septuaginta.
Serarius.
S. Severus.
Sextus Aurelius.
Sidonius.
Sylveſter.
Symbolum Apoſtolorum.
Simon de Caſſia.
Simon Beral.
Simon Debalca.
Simonides Prierius.
Syracides.
Syriaca.
Syramides.
Sixtiana Lex.
Socrates.
Solinus.
Sophocles.
Spatharius.
Stephanus Abbas.
Stephanus Cantuar.
Stephanus Guadræus.
Strabo.
Strobeus.
Suarez.
Suetonius.
Surius.
T.
Terrtullianus.
Theodoretus.
Theodoricus.
Theodoſius III. Imp.
Theognides.
Theophraſtus.
Theophilus Antiochen.
Theophylactus.
Theſaurus novus.
Textus Græcus.
Timotheus.
Titus Boſtrenſis.
Titus Livius.
Toletus.
Thomas de Aquino.
Thomas Cantuarienſis.
Thomas Cuccinus.
Thomas Parias.
Thomas de Truſillo.
Thomas de villa nova.
Toſtatus.
Triſmegiſtus.
Truſillus.
V.
Valentia.
Valerianus.
S. Valerius Epiſc.
Vatablus.
Vega.
Vegatius
Velaſquez.
Vetruvius.
Victor Antiochenus.
Vincentius Belluacenſis.
S. Vincentius Ferrerius.
Vincentius Gillibertus.
Virgilius.
Vitalis.
Vives.
Ulpianus.
Urbanus VIII.
X.
Xenocrates.
Xenophon.
Z.
Zacharias Epiſc.
S. Xeno Epiſc.

FINIS.

Reliquos Indices Lector reperiet in fine libri.

SERMO

SERMO PRIMVS.

FERIA QVARTA CINERVM.

Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Geneſ. c. 3.

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo. Matth. cap. 6.

PRæcipit hoc mane Jeël Propheta, ut ad lituï, vel tubæ militaris clangorem, in publicis plateârum compitis, univerſus congregetur populus: *Canite tubâ in Sion & vocate cœtum, congregate populum;* idque ut vitam & mortem veluti in publicum mundi theatrum hodie prodeuntes, juratos hoſtes, inter ſe, de conditionibus ſuis, per allatas utrimque rationes topicas contendentes & dimicantes ſpectent & auſcultent, æque adductarum utrimque rationum pondere, & efficacia in mentis ſuæ tribunali, veluti utriuſque partis conſtituti Judices, definiant, atque vel vitæ, vel morti, vel neutri palmam decernant. Et primò quidem per orientis portam vita in publicum prodit, ut cauſæ ſuæ momenta & rationes exponat, & in primis aſſerit, quòd ſuos ipſa natales à neo habeat, cum mors è contra originem ſuam ab utero culpæ deducat. Præterea quaquaverſum pro libitu me circumſpicite, (dicit Vita) meoque in exterioti corporis ſuperficie ſeſe prodet vel pulcherrimus flos juventutis, cujus in vultu decor jucundiſſimè ridet: vel tandem ſenilis ætas veluti tributaria cenſetur ultro citroque per canitiei comarum ſuarum argentum reverentiam mihi pendere & venerationem: E contra verò ad inimicæ meæ pedes oculos veſtros, ſi libet, deflectite, in quibus aliud non deprehendetis, præterquam horrida carnibus denudata oſſa, cadavera temporis antiquitate exeſa, & corroſa à vermibus, atque in putredine miſerabiliter volutata; denique vivam in ea videbitis horroris, terroriſque effigiem. Ad hæc; Non ſum ego, inquit Vita, oſſium ferro excarnificatorum, vel maceratorum à febribus miſera quædam Cataſtrophe, ſed membra habeo filiorum candore, roſarumque gratiſſimo rubore elegantiſſimè colorata. Quiſquis ſuos in vultum meum oculos figit, aſpicere me nequit ſine gaudio, nec ſuos à me obtutus divertere poteſt ſine faſtidio. In gremio meo omnia fortunæ bona reſident, à quibus nulli non deſiderabilis efficior. Scio inſuper converſationem meam omnibus gratam & acceptam, quam priuſquam perdant, quotquot ſunt Magnates potiùs ad inſtar Hippomanis ad ſiſtendum illius curſum greſſus meos auri pondere, vel etiam ſceptrorum, diadematumque pretio firmabunt, ſecuroſque redderent; Et quidem ſi fide dignos hujus veritatis teſtes deſideratis, præterquam quòd ad ipſam mec appellem experientiam, ipſuper Principes, Reges, & Imperatores, imò & ipſos quoque Pontifices hac de re interrogate. Quid plura? Nunquid vel ſolum nomen meum vos lætificat, cordaque veſtra ſerenat? cum tamen è contra vel ſola mortis umbra capillos capitis veſtri obrigeſcere, congelari ſanguinem,

membra exarescere, ipsaque viscera vobis tremere faciat? Certum hoc, quo capitis mei coma cingitur, non ex absynthio, sed ex suavissimis contextum est floribus. Præterea si gloriandum est, de gratiositate, & acceptabilitate mea, ob quâ à cunctis diligor, non vero ut mors de horrore, terrore, pavore gloriari potero. Deniq; ad quos unquam honores aut dignitates aspirare poteritis, nisi meus intercedat Favonius? Mors verò è contra vel viam intercludit, ne illas assequi possitis, aut si illas possideritis, iisdem vos sæpenumero repentè & semper ferè ex improviso privat. Justum igitur, ut mors ab omnibus habeatur abominabilis & execrabilis, vita autem grata, accepta, & superamabilis.

2. Mox verò, ut vita sermonis sui filum abrupit, mors per Occidentis portas horridum vestitum, vultumque terrificum præ se ferens comparet, pro sua quoq; parte hasce sequentes in medium adducens rationes. Verum quidem, (ita mors in sui favorem loquitur,) quòd ridendi facultate sim destituta, qua ad vos fallendos uti possim, nec meas fraudibus contego, & obvelo amaritudines, sed syncerè, realiter, & aperto pectore procedo, cavendum cuivis plus est ab amicis fictis, cujusmodi est vita, quàm ab inimicis manifestis. Vita Siren quædam est, quæ blanditiarum suarũ cantu vos trahit, decipit, & miserè perdit; à me nihil mali formidare potestis, præterquam nomen, & extrinsecam speciem. O quot sunt, qui genibus flexis me invocant, ut ex hujus vitæ miseriis illos eripiam, quas in hoc mundo, quoadusque vivunt, pati coguntur. quòd si vita vestra squalidus quidam & obscurus carcer est; mea pietate perfectam ab hujus carceris ærumnis libertatem assequi potestis. Scio equidem, quòd nonnulli homines indiscreti, & inopes judicii, me veluti crudelem execrentur, & traducant; sed quot sunt, qui non me tantùm, sed & alios calumniis onerant, & infestant. Sunt etiam, qui hanc falcem meam execrentur & horreant, eamque hastæ Achillis similem esse dicant, sed & infirmus Chyrurgum crudelem esse inclamat, dum vel ferro scindendo, mutilando aut fodicando vulnerat, vel igne adhibito torquet, cùm tamen in his omnibus manus ejus charitate motrice moveatur. Quot sunt, qui ab hujus vitæ miseriis inducti, cunis suis maledicunt, meaque præ illis feretra malunt & desiderant, quia sepulchrorum meorum quietem, membrorum languentium requiem esse agnoscunt. Quid igitur post hæc omnia dicetis? Num forte vel ex hoc me despiciendam esse arbitramini, quòd peccati sim filius? ipsum quidem minimè inficior; veruntamen nemini non constat, quòd adversus idemmet peccatum efficacissimum sim antidotum, quod uspiam valeat inveniri. Aut ideo contemnenda ero, quia deformis sum? sed & hanc non diffiteor; sciendum tamen, hanc meam deformitatem hominibus longè utiliorem esse, quàm sint emendicatæ hujus vitæ venustates & elegantiæ. E quando enim sine me unquam ad æternæ beatitudinis fruitionem pervenire potuistis? Sileant igitur linguæ, quæ me calumniantur, & adversus vitam potiùs traducendam se exserant.

3. Utramque igitur contentionis hujus partem nunc audivistis, ô Auditores! superest nunc, ut de meritis utriusque causæ decernatur judicium. Enim verò, si sanis meis acquiescere consiliis non pigeat, ad hoc unicè vos exhortor, ut neutrius rationibus fidem adhibeatis, nec vitæ, nec morti nimiùm fidatis, sed sint vobis suspecta utriusque partis consilia, quia illa adeo brevis est, ut dum in meliori statu consistere videtur, miserè nos deserat; hæc autem adeo est crudelis & dira, ut imparatos nos ex improviso infestet. *Memento homo, quia pulvis es;* Hodie homo, cras cinis; Ecce vitæ brevitatem, *Et in pulverem reverteris;* id quidē scimus, & veluti indubitatum nobis persuasum habemus; veruntamen, quando id futurum sit, ignoramus; Et ideo ecce mortem improvisam! Cùm itaque vita brevis sit, mors autem improvisa & inexpectata, ideo ut præsenti discursui absolvendo de tempore sufficienti prospiciam, brevitati in omnibus consulam, dummodo attentas, faventesque adhibueritis aures.

4. Certum est, quòd tam vita quàm mors non sine causa alatæ depingantur, fortè quia volando sibi mutuò obviant. Una repentina est, volando ad mortem; altera præceps currit ad detruncandam vitam. Mors frænum non habet, quòd illam retineat; nec vita moram habet, quæ eam retardet, sed brevi temporis spatio iter suum absolvunt. Unde Magnus ille Pontifex Gregorius ait: *Ætas nostra dum distenditur ut subsistat, moriendi vices quotidiè deficit per momenta vivendi;* ac pro- in Ps. inde

inde nobis per experientiam verum esse demonstrat, quod communiter dicitur: *Hodie in figura, cras in sepultura.* Unde Rhodiginius occasionem cepit ut affirmaret: *Mortalium nemo est, qui crastinum sibi audeat polliceri.* Hippocrates, qui qualitatum corporis humani non vulgarem habuit cognitionem, hoc nobis post se monitum reliquit: *Ars longa, vita brevis.* Et S. Paulus in quadam ad Corinthios exarata epistola, humanæ vitæ tempus, brevitatem velut in inseparabilem comitem habere dicit: *Tempus breve est.* Unde Cajetanus: *Breviatum est hoc tempus vitæ præsentis uniuscujusque: decurtatum est, & manibus à tempore sperato: unusquisque enim longiori tempore sperat vivere, quam vivit.* Id quod Jobus quoque confirmat, dum ait: *Breves dies hominis sunt*, quia utò Gregorius Papa scribit: *ipsum nostrum vivere quotidie è vita transire est.* Ex quo eodem principio deducitur, quòd dum homo ad finem vitæ suæ decurrit, pedem suum quidem figat super momenta, eundem tamen in iisdem nequaquam stabiliter firmet: *Per momenta homo quotidie compellitur ad mortem*: Vid stis utique (inquit S. Pater Augustinus) quendam aquarum torrentem lubrico pede sine ulla tardatione deorsum decurrere, idque tanta cum rapiditate, ut oculus eum prospiciendo vix assequi possit. Sic *homo in mortem fertur præceps, sicut aqua pronus est in mare dilapsus.* Et hoc sensu existimo Poëtam illum oculis madentibus, & lachrymas stillantibus cantando insinuare voluisse, quænam & quales sint vitæ nostræ qualitates, dum ait:

Vitâ brevem se dicit, (& est,) cùm tempora luxu
Transigimus, cùm nos vina, Venusque juvant.
At longam (falsò licet id) se fingit, aitque,
Ponere cum vitiis mens cupit atra modũ,
Sic miseros fallax homines deludit utrimque,
Dum longam sese clamat & esse brevem.
Qui putat esse brevem, brevis huic quoque vita futura est,
Qui longam, huic citius, quàm putat esse, fluet.

5. Concedo equidem libenter, nonnullos superioribus sæculis in centesimum usque annum suam extendisse ætatem, imò nostris quoque temporibus multi octoginta, vel nonaginta annos attingunt, vel ad minus, ut David Rex scribit: *Dies annorum nostrorum septuaginta anni.* Veruntamen hæc vitæ longitudo, quantacunq; esse videatur, est veluti dies una, quæ præteriit *Tanquam dies hesterna quæ præteriit.* Unde Hugo: *Ecce quàm brevis est vita hominis!* Et S. Athanasius: *Tanquam dies hesterna brevissima, quæ præterit, & non est.* Neminem inveniri posse existimo, qui se ætatem Mathusalemi, filii Enoch, & Patris Lamech, attigisse, gloriari possit; Hic namque nongentis sexaginta novem annis vixit, adeo ut mors sui oblitã fuisse videri potuisset. *Et facti sunt omnes dies Mathusalem nongenti sexaginta novem anni.* Et tamen constans est multorum Scriptorum opinio, quòd semper sine ullius domus incolatu vixerit, neque ad domum aliquam sibi fabricandã potuerit induci. Imò insuper tradunt, quòd postquam quadringentesimũ jam superasset vitæ annum, divinâ sibi revelatione innotuerit, adhuc quingentos sibi vitæ annos reliquos esse. *Adhuc tibi fere 500. anni vitæ supersunt, bene poterũ construere domum.* Ille autem Domino responderit, nolle se aliam domum, nec aliũ locum clausum & tectum, utpote qui sub arborum ramis, vel in crypta quadam, seu terræ spelunca totam suam vitam terere decreverit. Quàm est peregrinum hoc Mathusalemi propositum! Poterat hic utique domum quandam fabricando per annos quingentos vitæ suæ tempus protendere, nec tamen id quidpiam curat? Num fortè id ad evitandas expensas, aut ad parcendũ sumptibus feciſſe credendus est? Nunquid hodie videmus eos etiam homines, qui vix de quatuor vitæ annis transigendis secuti sunt, vastissima, & sumptuosissima, regiæ alicujus instar, ædificare palatia, nec esse unico duntaxat palatio contentos, sed in civitatibus pariter & villis erigere diversa, quorum unum æstati, alterũ verò hiberno tempori inserviat, unum quoque Orientem, alterum verò Occidentem respiciat? Cur igitur Mathusalem, qui majorem habebat domus ędificandæ causam, eandem ædificare noluit? Quis hunc Dei servum veluti imprudentem, aut inertem & negligentem non arguat? Absit tamen tale quid de hoc viro Dei suspicari, aut eum alicujus, ob firmiter ab eo conceptum propositum, erroris arguere, quin potiùs tanquam vir prudentissimus magnopere celebrari jure meretur. Nec dubito, quin in eandẽ mecũ opinionem

conspiraturi sitis, si ad ea, quæ Moyses hac de re refert, cogitationes vestras declinaveritis. Notum enim est ex totius Scripturæ primordio, Deum Optimum Maximum, Adamum, mox ut creatus erat, absolutum constituisse omnium illarum delitiarum Patronum & Dominum, quibus terrestrem locupletaverat Paradisum, scilicet florum, fructuum, arborum, piscium, volucrum, atque ferarum:

Gen. 2. *Dominamini piscibus maris, volatilibus cæli, & bestiis terræ.* Soles ei fructus illos prohibuit, quos vitæ arbor producebat: *Ex omni ligno Paradisi comedes, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas*; idque sub reatu pœnæ mortis præcepit, eodem die contrahendo, quo suum transgressurus esset præceptum; *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris.* Hic vos attentos esse velim, atque à Vobis, ô Auditores, intelligere desidero, num Adam eodemmet die, quo peccavit, etiam fuerit mortuus? Si negativè responderitis, mox inde subinferam, sententiam divinam suo caruisse effectu, & rem secus accidisse, ac Deus determinaverat. Quòd si verò affirmandum esse censueritis, mox per doctrinam S. Gregorii contrarium arguam; hic namque ejus est opinionis, Adamum nongentis annis post peccatum remansisse superstitem. Nec est, quod ad evadendam difficultatem mihi replicetis, divinam sententiam de solius animæ, non verò de corporis morte intelligendam esse; siquidem ex ratificatione sententiæ: *Terra es, & in terram ibis*, evidenter satis deducitur, Deum de corporali quoque morte fuisse locutum. Quomodo igitur verificari poterit, *In quocunque die comederis, morte morieris*? si dixisset, (ut observat Rabanus,) *Si comederis, mortalis eris*, nullum prorsus determinando diem, nulla supereresset difficultas, sed *in quocunque die*. Imo verò sententia, quam Deus Adæ comminatus est, eadem transgressionis die suum sortita est executionis effectum, quia ætas aliqua nongentorum, seu etiam millium annorum, pro uno dumtaxat die computatur: *Tanquam dies hesterna, quæ præteriit.* Estque hæc ponderatio cujusdam Doctoris moderni, dicentis: *Quare dicebatur eadem die comestionis morieris*? quia nimirum anni ejus, tametsi multi essent, adeo tamen sunt breves, ut uni dumtaxat diei æquiparari videantur: *Plane ex quo illi nuntiatur mors certè surrexerit, sic disparent etiam longissimi anni vitæ quasi una dies.* Ecce igitur tibi hic manifestatam causam, cur Mathusalem ad domum aliquam exstruendam se nunquam voluerit resolvere, quasi diceret: quòd si mille anni majus non faciunt spatium, quàm dies unus, huic me curæ & laboribus propter tempus adeo breve adjicere nolo, non meretur tam breve vitæ momentum hanc sollicitudinem, & cordis distractionem. Quingenti anni vitæ meæ rapidissimè transibunt, & in ictu oculi avolabunt. Verum enimverò si ita est, quid igitur de vita nostra dicemus, quæ centenarium annorum numerum nequaquàm attingit? *Si quingenti fere anni visi sunt illi pauci ad domum construendam, quid de illis dicendum, qui vitam hominum modò adeò brevem intuentur, ut vix reperiatur, qui septuagesimum attingat annum*? Ad quod respicientes Ægyptii, prudenter solebant (si Tertulliano fidem adhibemus) domos sibi fabricare parvas admodum, valdeque angustas, velut stuguria aut cellulæ fuissent: E contra verò sepulchra ædificare vastæ molis, ampla & magnifica: sciebant enim, se in domibus suis brevi temporis spatio habitaturos, & veluti per modum transeuntis commoraturos esse: in sepulchris autem plus quàm centum & mille annis: *Domos angustas & exiguas sepulchra verò ampla ædificabant, quia diu in sepulchris, breviter in domibus se commoraturos esse dicebant.*

D. Greg. apud Didac. Baez. tom 3. de Christi fig. l. 6. §. 4. fol. 6. c. 2.

Genes. 3.

Rabanus Maur. in Gen. l. 1. c. 13 f. 64.

Didac. Baez. to. 3. de Christ. fig. l. 5. c. 1. §. 4.

6. Salvator noster brevibus quidem, valdeque succinctis verbis, sed mysteriis valdè refertis modũ nos docuit, quo omne id, quod in hujus vitæ decursu ad nostram sustentationem est necessarium, ab æterno Patre petere, & sollicitare debeamus: *Sic orabitis, &c. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Veruntamen petitionem hanc mihi melius examinanti petitio hæc pro quibusvis occurrentibus casibus & necessitatibus insufficiens esse videtur: siquidem potius videatur supplicandum esse, ut panis, & quodvis aliud subsidium pro toto tempore vitæ nostræ cælitùs subministraretur, ne opus esset omni die nova Deo creare fastidia manducando, & dicendo: *Da nobis hodie.* Nunquid enim sequenti etiam die pane indigebimus? aut sufficit fortasse nobis, quod Deus unico dumtaxat die provideat, eo quod eam habeamus confidentiam, quod deinceps diebus sequentibus

Luc.

tibus nobis ipsis, sine cœlesti aliquo nobis communicato subsidio prospicere poterimus? Nequaquam, tanta enim est cheu nostra calamitas & miseria, nostræque vires adeo debiles existunt, ut pro totius vitæ nostræ, quantacunque illa futura erit, sustentatione, opus sit, ut per cælitus nobis missa subsidia succurratur. Quòd si verò res ita se habet, cur igitur in oratione Dominica præsentem, seu hodiernum duntaxat diem determinamus, dicentes: *Da nobis hodie?* Multas hoc loco à factis Scriptoribus huic loco adhibitas expositiones libens prætereo, & ut ad Regii Prophetæ arcana mysteria oculos mentis vestræ mecum benè reflectatis, unicè desidero. Hic igitur magnus Israëlitarum Monarcha cum divina Majestate de diebus vitæ suæ sermonem miscens, dicebat: *Ecce, mensurabiles posuisti dies meos.* Quibus verbis, ut existimat S. Joan Chrysost Propheta nihil aliud insinuare voluit, quàm magnam temporis vitæ suæ brevitatem: *per hæc declaravit vitæ humanæ brevitatem.* Verùm quâ ratione ex mensura dierum suorum vitæ brevitatem arguit? Hugo Cardinalis observat, quòd David *mensurabiles*, non verò *numerabiles* dicat; cùm enim numerus sit quantitas discreta; si *numerabiles* dixisset, exinde inferretur aliqua dierum numerabilis quantitas: at verò, quia dierum ejus non sinttot, ut ad numerum aliquem constituendum attingere possint, *Cùm numerus sit multitudo ordinata, aggregata ex unitatibus*, ut docent Philosophi; *Et sola unitas non facit numerum, sicut nec solum punctum facit lineam*, sequitur inde satis liquidè, quod de diebus suis ut mensurabilibus, non vero ut numerabilibus loquens, eos adeo paucos esse indicare velit, ut numerari non valeant: *Mensurabiles dicit secundùm quantitatem continuam, & non discretam: Vbi enim aliquod tempus est, illud est mensurabile, non autem numerabile, nisi ubi plures dies conveniunt*; ita explicat Hugo Card ib f.93 col.1.n.7.l.F

Psal. 38.

D. Chrys. ib fol 41. col 2 l.D. Paul Venet. c. de Quantit. fol 66 c.1. Chrys. Lovell 15. p. 2. de Pred. t. quæst. fol. 110. col. 2.

7. Verum enim verò, aliqua circa jàm dicta mihi hìc subnascitur difficultas, nimirum, ex quo Propheta Regius hoc termino, *mensurabilis*, utitur, qui unius duntaxat diei tempus connota: & tamen postea in plurali loquitur dicendo: *mensurabiles dies meos*, veluti si plures numero dies essent. Videtur ad loquendum congruè & philosophicè potius dicendum fuisse: *Posuisti mensurabilem diè meum*, vel, *Posuisti numerabiles dies meos.* Ac proinde respondeo, dies vitæ nostræ duobus modis considerari posse. Primò, *respectu nostri*, nos enim ita existimamus, dies scilicet vitæ nostræ esse plures, sive multos, *dies meos.* Secundo, *respectu sui*, & hoc modo revera non sunt plures, quàm unicus duntaxat dies; atque ideo dicit *mensurabiles, non numerabiles.* Unde Genebrardus dicit ibid. f 219. l.c. Ly *mensurabiles*, idem significare quod *momentaneos, breves, non longævos, non diuturnos & brevi mensura comprehensibiles*; Vel etiam cum textu Hebræo: *Posuisti palmares, quatuor digitorum, sive palmi mensuram minimè excedentes.* Ergone igitur vita nostra non erit censenda longior, quàm una tantùm dies? Nequaquam. Atque hæc causa est, cur Dei Filius nos panem nostrum tantùm pro præsenti die ab æterno Patre petere docuerit, dicens: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Ita S. Pater meus Augustinus exponit, dicens: *Quamdiu dicitur hodie, id est, in hac temporali vita.* Unde deducitur, quòd vita nostra non sit longior unico *hodie.* Eandemmet expositionem S. Gregorius Nyssenus huic passivè adhibet dicens: *Da nobis hodie, ut discens per ea, quæ dicis, quòd diurna ac quotidiana sit vita humana.* Similis itaque est vita nostra illi animalculo, quod Ephemeris dicitur, de quo Aristoteles & Tertullianus scribunt, quod ex flumine Hippone nascatur, quod ex Europa scaturiens, versus Ponti provinciam progreditur. Hoc enim animal quatuor alis prædituum est, & quatuor pedibus, & hoc nomine Ephemeris insignitur, quia cum Febri, quæ Ephemera dicitur, valde convenit, quæ unicum duntaxat diem durat, ac proinde a Medicis sæpenumero *diaria* appellatur; *Vocatur diaria, quòd uno fere die desinat.* Ita quoque hoc animal non habet vitam longiorem, uno die: mane nascitur, ac vita ejus ad terminum suum quatuor pedibus properat, imò quatuor alis volat: *Mane puer, meridie juvenis senex vesperi, & occidente Sole commoritur*, scribit quidam modernus. Talem igitur nunc vitam quoque humanam esse, imaginemini, scilicet Ephemeram, Diariam.

D. Aug. l 2 c 12. de serm. Dom in monte fol. 273. col. 3. l. G. D. Gregor. Nyss. lib. de Or. Dom. orat. 4. fol 499. col 2. l D. Tertull. in Tusc. Arist l 5. de hist anim c. 19. Ioã. Zach. in Actu. l. 2. c. 1 f. 51. Paul Diez in summa Pred l. 2. verbo Vita brevit. fol 565.

8. Quidnam igitur fundamento vitæ alicujus hominis superædificari poterit, quæ non est longior, quàm unica tantùm dies? Quid igitur juvat, thesaurizare hìc in terra

aurum congregando, & argenti ingentes divitias, palatia fabricando magnifica & superba, si vix jacto primo fundamenti lapide, dies vitæ tuæ præteriit? Quo fine tantis te confecis sudoribus atque laboribus, si brevitas vitæ te fructus tanta cura & sollicitudine acquisitos non permittit colligere? Vix primis vitæ spiraculis perfrui cœpisti, cùm ecce vitæ tuæ terminus, & *non plus ultrà* te præveniendo conficit. Et tamen in acquirendis vanitatibus hisce mundanis tanta aviditate occuparis, ac si vita in ampliora distenderetur spatia, quàm sint ea, quæ sunt inter cælum & terram, aut Orientem inter & Occasum; quid facturus esses, si Deus Adami vel Mathusalemi vitam tibi promitteret? Porro si sapis, ô Auditores, sano huic meo consilio acquiescite. Imo, si vita nostra adeo brevis est, præcepto Salvatoris nostri, prout decet, morem gerite, qui dicit: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, thesaurizate autem vobis thesauros in cælo.*

S. Isidor. Hispal. l. 19. c. 1 fol. 65. col. 3. Et Franc. Alumn. l. 4. verbo Nauc fol. 142. num. 104. Cal Rod. & Apoll.

9. S. Ambrosius vitæ nostræ spatium navium cursui comperat, quæ ad viatorum commoditatem, sive à Lybiis, sive ab Argo, sive à Danao Beli filio inventæ fuerunt. Non tamen ad illam Argi navim respicit, quæ Minervæ operâ facta, lignum quoddam habebat tali artificio formatum, ut haud secus ac si humano spiritu informatum fuisset, voces articularet, ut scribunt Zelius & Apollonius: Neq; ad illam Sostratis navim respexit, 280. cubitis longam, ex materia auri & argenti; unde constabat, opulentissimam, ex artis operâ admirabilem; ac denique ex lignis ad ejus manufacturam concurrentibus odoriferam, ut Diodorus Siculus refert; Neque ad navim Thesei in Athenis Demetrii Phalarii tempore conservatam, tantaque in æstimatione semper habitam: ut si ex temporis diuturnitate ligna carie exederentur, subitò aliis substitutis lignis resarciretur, ut hoc pacto incorruptibilis conservaretur, in æternum memoriæ monumentũ, quòd Theseum è labyrintho Cretensi victoriosè egredientem in patriam reduxisset; ut memorat Alexander ab Alexandro: Neque ad illam Magalianis navim, de qua refertur, quòd totam terræ circumferentiam obnavigarit, totumque mundum circumiverit; ac tandem pretiosis aromatibus onusta, ab Occidente in Orientem se verteriz, & post multas maris procellas & tempestates in via perpessas, in Siciliam redierit, & in hodiernum diem usque Ulissipone ad perpetuam rei memoriam conservetur. Neque ad Sesostri navim, quæ è Cedris fabricata, foris deaurata, intus verò deargentata erat, ac tandem in oblationem illi Deo cessit, qui Thebis ab Ægyptiis adorabatur. Non etiam ad illam navim, quam Adrianus in cusis à se monetis sculpi fecit, cum hac Epigraphe, *felicitati*: Neque ad naves Athenienſium, quæ è Delo tardiùs redeuntes, vitam prolongabant condemnatis ad mortem, uti de Socrate Plato refert: Nec denique ad illam Iridis navim, muneribus ab Apuleio locupletatam; vel ad navim Caligulæ, cujus puppis gemmis ditissimè distincta erat; vel ad navim Neronis circumseptam ebore & auro, quacum in Achaiam navigasse dicitur; sed ad navim illam, à Iobo cap. 9. descriptam, ubi ait: *Dies mei pertransierunt quasi naves pomo portantes.* Porro navim istam remi sollicitabant ad cursum, & volentes propellebant, volabatque pernicissimè velorum alis adjuta; ventus quoque ad puppim aspirans, illam tanta cum rapiditate opportunè agitabat, ut non tantùm oculus, sed & cogitatio difficulter illam secundare posset: Invictus autem patiens hac comparatione demonstrare voluit, in quanta temporis brevitate vitæ nostræ navis in mortis portu appellat. Ecce tibi S. Ambrosium in psal. 1. fol 342 col. 3 litt I. hunc Iobi comparationem doctrinæ suæ authenticantem, cùm ait: *Etsi non videmur corporaliter ire, progredimur; nam sicut in navibus dormientes venti aguntur in portus, etsi nullus quiescentibus sensus est navigandi, tamen ventus eos urget ad finem, & impellit ignaros: sic vita nostra spatio defluente ad proprium unusquisque finem cursu latente deducitur: tu enim dormis, & tempus tuum ambulat.*

10. At verò Regius Propheta David, psalmo 109. ad explicandam dierum nostrorum brevitatem, invenire non potuit metaphoram aliquam propositio nostro convenientiorem, quàm fumi similitudinem. *Dies mei sicut fumus defecerunt:* E nigro etenim & deformi cadavere vel arido quodam ligno & flammis fœtidus quidam egreditur vapor, molestus naribus, oculis autem maximè nocivus. Is vix natus, ambitione & superbia tumidus, nativæque utilitatis oblitus, terræ humi-

Didac. de La Vega in psal. 5. pœnit. fol. 433.

humilitatem dedignatur, & in cursu nubium triumphaturus, imperiosus ascendit. In aeris campo funesta sua explicat vexilla, videturque in sublime se sublevando, cœlestibus sphæris bellum præsumptuosè indicere velle; nocturno verò tempore, stellas ad cæli custodiam vigilantes ex improviso nonnunquam videtur invadere; diurno verò tempore, tenebrosa quadam caligine armatus, ut planetarum Regi bellum moveat, suorumque splendorum gloriam obfuscet, temerariè erigitur & sublimatur. Dumque se in mille veluti plicas dilatando per aera extendit, ipsum quandam generosi equestris exercitus aciem ordinare velle crederes. Super humeros suos velut novellus Enceladus, centum sibi invicem innitentes montes portare, aut instar gigantum antiqua renovans sæcula, veluti cum sphæris cælestibus prælium commissurus, Nembrothicam aut Babylonicam fabricare turrim videtur. Nulla quidem in fumo percipiuntur ignis fulgetra, nec ulli audiuntur inter se collidentium quassi nubium fragores aut tonitrua, & tamen quisquis atros hosce vapores è caliginoso ore tanta cum furia evomi videt, quid mirum, si exinde globos quoque ferreos aut plumbeos è profundo bellicorum metallorum sinu ejaculandos esse crederet; At verò quisquis eundem fumum in sublimem usque aeris regionem ascendentem diutius contemplatur, paulatim videbit, quòd quanto se magis dilatat, tanto magis vires suas deperdat, intra fontores suos vitam paulatim exspiret, suique itineris cursum terminet, ac tandem in unico momento evanescat, ut nescias, quâ id ratione fiat, atque à temerariis suis ausibus desistat. *Quasi non fuerit, evanescit*, inquit sanctus Gregorius Papa. Quisquis autem vitam nostram æquè brevem esse dubitat, aut credere detrectat, quotidianam experientiam veluti veracem veritatis hujus attestatricem auscultet, nec non & Prophetam regium, qui in fumo dierum suorum evanidam brevitatem considerans, ajebat: *Defecerunt sicut fumus dies mei*, quia mortis suæ feretrum natalium suorum cunis proximè vicinum esse, animadvertebat, *Flante aura*, (dicebat quidam modernus) *in ictu oculi summâque celeritate dissipatus & conversus in nihil.*

Didac. de la Vega in psal. 5. ponens fol. 433.

11. Verum enimvero, dum hactenus dicta cum præsenti doctrina confero, eandem qua Demetrius Euripidem arguit, reprehensionem me justè mereri cognosco; siquidem primo vitam ejusdem cum die longitudinis esse dixi, nunc verò partim sub analogia navis, mox verò sub fumi metaphora eandem brevissimam esse declaravi; atque ideo errorem meum libenter agnoscens, me corrigo, atque sententiæ Senecæ innixus, potius vivere nostrum in puncto quodam indivisibili consistere pronuntio; Id quod ex Littera Hebræa facillimo negotio demonstrare licet. Ipsa namque utpote mysteriis refertissima, una eademque dictione Metin, tam vitam, quàm mortem exprimit; cum hac tamen differentia, quòd huic dictioni, ut *vitam* significet, punctum aliquod adjungatur, quod ab eadem dictione tolli debet, ad hoc, ut *mortem* significet. Adeoque ex hac lingua sancta clarè deducitur, nullam esse inter vitam & mortem aliam inæqualitatem, præterquam unius duntaxat puncti: *Non interest ergo inter vitam & mortem, nisi punctum.* Ac proinde Demetrius Phalereus, & Picus Mirandulanus, vitam nostram *punctum*, *vel instans temporis* appellarunt; quia revera, si veritatem fateri volumus, vita nostra nil aliud est, quàm indivisibile quoddam punctum, quod in unico tantùm instanti consistit; vitam enim præteritam non habemus, jam enim effugit, futuram autem an habituri simus, incertissimum est. Unde, si vera est Aristotelis doctrina, quòd *de tempore non habemus, nisi nunc*; vita nostra, quæ in tempore fundata est, instanti quodam, vel puncto indivisibili longior nequaquam erit. *Vita punctum est*, (est sententia Senecæ) imò puncto minor est: *Et adhuc puncto minor.*

Franc. Lab. loc. comm. app concl. Mors prop. 13. fol 347 col. 2. l. E. Demetr. Phalar. Picus Mirand.

12. O quot hodie inveniuntur homines, qui ut magni, divites, atque potentes evadant, ad reprimendam cursus vitæ suæ velocitatem, frænum in manibus suis habere se credunt? stultè enim sibi persuadent, quòd sicut laminæ ferreæ, argenteæ, aureæ, quantò diutius super incude tunduntur, tantò se longiùs extendunt, ita suam quoque vitam per commoditates, otia, delitias, longius protelare possint, & tamen hi infelices homines non advertunt, quòd vitrum vitâ longè fragilius, percutiant & contundant,

dant. Num enim tibi persuades, quod ex eo quod Rex, Imperator, vel Papa in hoc mundo existas, vita tua ex status tui splendoribus aut commoditatibus ad hoc allicienda aut inducenda sit, ut ad illas diutiùs continuandas, plures tibi vitæ dies vel annos insuper adjicias? Falleris profectò, falleris omnino. Samuel Propheta, postquam Saulem in Regem Israël olei sacri affusione inunxisset, mox illi præcepit, ut abiret, & versus Rachelis sepulchrum sese reciperet: *Hoc tibi signum, quia unxit te Deus in Principem, cùm abieris hodie à me, invenies duos viros juxta sepulchrum Rachel.* Quidnam coronæ cum sepulchro, aut regno cum morte commune intercedit? Existimo Propheta Sauli persuadere voluisse, quod factus jam Rex, nullâ ratione longitudinem sibi augurari, sed potiùs credere debeat, se sepulchro, quàm regiæ suæ viciniorem esse; quasi diceret Propheta: *Coronam tibi obtuli, sed tu ad sepulchrum perge, cui te fastus regius non eripiet, sed includet.* Davidi quoque jam facto Regi, Deus præcepit, ut suam in Hebron residentiam transferret, indeque dominaretur, & regnaret super universam Tribum Juda: *Et ait Dominus ad eum: Ascende in Hebron, & imperavit in Hebron, super domum Iudæ:* At vero cur non potius in Urbe Jerosolymitana residere jubetur, Urbe nimirum adeo famosa & nobilissima, totius regni metropoli? aut nunquid expedientius fuisset, quod patriam suam, Bethlehem nimirum, regia sua residentia honorasset, prout jure merito facere ipsum debuisse videri poterat? Respondet Lyranus, id factum esse, eo quod famosissimi totius mundi Patriarchæ, aliique Viri illustres, videlicet, Adam, Eva, Abraham, Sara, Isaac, Rebecca, Jacob, Lia, & alii in Hebron sepulti erant: *Quia in Hebron sepulti erant principales Patriarchæ.* Ut ex hoc loco David Rex intelligeret & disceret, quod tametsi Rex esset, non tamen ideo sibi persuaderet, vitam suam ex regni commoditatibus fore prolongandam, sed potius sepulturæ antecessorum suorum viciniorfactus, transitum à gubernatione regni ad requiem sepulchri, & à vitæ splendoribus ad funeralia mortis de momento in momentum expectaret.

1. Reg. 10.

Lyranus.

13. Hinc quoque in sacra Genesi observo, quod licet descendentes ab Esau variarum fuerint professionum, statuumque diversorum, de solis tamen ab Esau descendentibus Regibus, eos, postquam regnarunt, mortuos fuisse dicatur. Ita de Bela ait Sacer Textus: *Regnavit & mortuus est* Jobab postea regnavit, & mortuus est. Usam regnavit, & postea mortuus est. Adad regnavit, & mortuus est: Selma regnavit, & mortuus est, Saul regnavit, & mortuus est: Balaan regnavit, & mortuus est. Verum sistе, ô Hagiographe, num forte alii, qui non regnarunt, mortis ictibus non fuêre subjecti? Imo vero. Cur igitur de solis Regibus, illos mortuos fuisse, dicitur? Forte ideo id factum est, ut de iis neutiquam, an immortales, aut vero mortales essent, dubitaretur? sed quis esset adeo mentis inops, qui hanc sibi falsitatem persuadere posset? Potius Spiritum sanctum ideo hunc stylum observasse existimo, ut quantam regnare & mori inter se connexionem & viciniam habeant, demonstraret: *Pertinax profectò regnantium & morientium commemoratio,* (inquit quidam modernus) *at cur tacitis aliorum mortibus, soli Reges mortui describuntur? Credo, ut soli Reges, qui tibi immortales esse videntur, ab hoc errore eximantur.* Et quamnam existimatis fuisse causam consuetudinis illius, qua dum antiqui Imperatores, ut scribit Hieronymus, eligebantur, coram eis sculptor quidam varia lapidum genera manu sua deferens, in publicum prodire solebat, monens, ut aliquem inde lapidem eligerent, de cujus genere suum sibi sepulchrum aut Mausolæum erigi placeret? Nunquid aptius huic gloriosæ actioni convenisset, si curassent prodire Oratorem aliquem, Panegyricum insignem recitantem, in quo egregia electi merita, aut Imperii dignitas & magnificentia fusius explicaretur? aut si alius quidam comparuisset, qui aliquod ad bonum regimen spectans politicum exposuisset præceptum? Minimè gentium. Sed lapides pro eligendo electi Imperatoris sepulchro, ipsa electionis die eligendi erant, ut per illos brevissimus vitæ suæ cursus significaretur, ipseque Princeps electus tanto se promptius disponeret ad mortem. Asserant igitur, si libet, (sive sit realis veritas, aut fictio quædam) Aristoteles & Plato, quod Dædali statuæ admirabili cum artificio sculptæ, talis fuerint conditionis & qualitatis, quod *Nisi fortissimis funibus constringerentur, statim aufugiebant ab oculis hominum.* Quia vita humana majori

Ivanc. Mond t. 2. in 1 lib. Reg c. 5. num. 12. fol. 226. num. 22. 2. Reg. 2.

cum

cum velocitate ab oculis noſtris evaneſcit, & volando perniciſſimè fugit. Unde Octavianus Imperator uno pede in porta mortis conſiſtens, tempuſque appropinquare videns, quo flos vitæ ſuæ reſcindendus erat, lachrymas ab oculis arcere nequaquam potuit, & coram omnibus aſtantibus vitam præſentem nil niſi ſcenicam quandam fabulam eſſe declaravit: *Qualis quæſo amici ſuaviſſimi vobis videtur vita humana fabula & repræſentatio?* Quid igitur affectum noſtrum in terrenorum theſaurorum lucrum collocare juvat, ſi ejuſmodi theſauros tam brevi duntaxat tempore poſſidere valemus? aut cur non potius cogitationes, & omnes vires veſtras ad cæleſtium theſaurorum comparationem collocatis? utpote, qui cùm æterni ſint, ſemper à vobis poſſideri poſſunt: *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, theſaurizate vobis theſauros in cælo.*

14. Imo vero vitæ noſtræ brevitatem nondum ſufficienter expoſui, (ô Auditores) nam Scripturam ſacram, ejuſque Expoſitores penitius conſiderans, argumentum hactenus tractatum arctius cogor reſtringere, demonſtrando Vobis, vitam humanam talem habere cum morte connexionem, ut ne linea quidem, aut minimum temporis punctum inter utramque intercedat. Porro David in Pſ. 120 Deum, ut ſibi in quibuſvis occurrentibus caſibus protectione ſua aſſiſteret, precabatur, dicens: *Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum.* Quidnam autem Pſalmiſta per introitum & exitum intelligi voluerit, è ſacris Expoſitoribus facile deducere poſſumus, inter quos Hugo Cardinalis præcitatum locum ita explicat: *Introitum tuum in Eccleſia, ut tantum propter ipſum Dominum introeas, non propter quæſtum: Et exitum tuum, id eſt, reſignatione dignitatis tuæ vel beneficii, ut tantum ex amore Dei, non ex cupiditate fiat.* Sanctus autem Pater meus Auguſtinus vult per ingreſſum intelligendum eſſe principium præſti illius, quo nobis cum infernali inimico decertandum eſt, per exitum autem victoriæ finem. *Quando tentamur, intramus, quando vicimus tentationem, eximus:* Sanctus Athanaſius denique, per introitum illum ingredimur ad hanc vitam: per exitum autem egreſſum ab hac vita, quando morimur: *Dominus Deus cuſtodiat introitum tuum in hunc mundum, & exitum tuum à vita præſenti.* Enimvero, ut quod in præſentis loci expoſitione ſentio, clariùs edicam, diſſimulare nequeo, quod mihi videatur Prophetam regium in hoc Pſalmi ſui verſiculo nobis pariter & ſibi plurimum præjudicaſſe; ſiquidem Dominum ſolum in ingreſſu & exitu vitæ nobis propitium fore auguratur; cur non etiam in curſu intermedio, qui duabus extremitatibus, principii & finis clauditur? Num fortè dicendum nobis erit, quòd eo tempore David exiſtimarit, nos noſtriſmet viribus, & abſque divino adjutorio, ad noſmetipſos cuſtodiendos ſufficientes eſſe? Abſit; certiſſimum namque eſt, quòd *ſine Deo nihil poſſumus*; ſed uti nos Apoſtolus optimè docet: *Omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Porro hic Scripturæ locus difficultati cuidam correſpondet, quam monet S. Gregorius Nyſſenus, qui ponderationem quandam inſtituit circa ordinem, quem Chroniſta Moyſes in librorum ſuorum compoſitione tenuit: Primus etenim illorum intitulatur *Geneſis*, id eſt, Generatio: Secundus verò *Exodus*, quod exitum ſignificat. Sanctus autem hic Pater acutè obſervat, Moyſen nullum aſſignare medium librum, per quem tranſeatur ab uno ad alium; neceſſarium enim eſſe videbatur, ut ab eo alius componeretur liber, qui inter Geneſin & Exodum mediaret, doceretque mundum politicè vivendi modum, quod tamen Moyſes facere intermittit; Ita enim de duobus prædictis extremis agit, ut ne vel minimam medii faciat mentionem, quod bonæ Philoſophiæ præceptis, nec non veris hiſtoricè ſcribendi obſervationibus adverſari videtur. Ideoque imaginari mihi nequaquam poſſum, hunc ordinē ſpeciali ſuo carere myſterio, eo vel maximè, quod hunc quoque ſtylum à magno Eccleſiaſte obſervatum eſſe videam, qui temporum diſtinctionem inſtituens, poſtquam dixiſſet: *Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa ſub cælo*, confeſtim ſubjungit: *Tempus naſcendi, & tempus moriendi* Diceret utique hic Logicus, quod hic *non eſt ſufficiens diviſio*, cùm videatur illum merito addere debuiſſe etiam *Tempus vivendi*. Abſit autem, ut quis Eccleſiaſten alicujus inconſiderationis, aut inadvertentiæ arguere præſumat, utpote quem S. Gregorius haſtâ & gladio tenus defendit, & meri-

2. Cor 3.

Geneſ. 1.
Exod. 1.

Eccl. 3.

meritò; siquidem fortasse ad antiquorum consuetudinem respexit, qui infantem mox ut è sinu materno genitus esset, veluti mortuum supra terram sternere solebant, uti indicant Pineda & Lorinus, cujus alius quidam modernus rationem reddit, dicens: *Ideo in terram abjectos, ut vix ab utero egressi, sepulchrum tangerent.* Insinuare forsitan volens, adeo vitam nostram brevem esse, ut veluti uno eodemq; instanti ab utero nascamur materno, & mortui sepeliamur in terra. Idipsum igitur Ecclesiastes exprimere voluit, dicendo: *Tempus nascendi, & tempus moriendi,* & omittendo, *Tempus vivendi,* quia inter nasci & mori nullum vitæ tempus intermediat, vix homo in vitæ oriente comparet, cùm ecce in mortis occasu protinus appulit: *Pulchrè in principio verbi hanc necessariam conjunxit conjugationem, cum generatione copulans mortem: Partum enim mors sequitur necessariò, & omnis generatio dissolvitur in interitum, ut propterea conjunctim ostensa sint mors & generatio,* inquit Nyssenus. Eadem pariter Moysis intentio fuit, quando post enarratam *Genesin, Exodum* quoque immediatè pòst recensere aggreditur, persuadere nimirum nobis volens, quòd inter portam generationis, & exitum mortis, nulla reperiatur vitæ, quæ velut intermedia inter utramque stativi possit: *Dei amicus Moyses statim cum Genesi, quod est generatio simul quoque scripsit Exodum,* (scribit Nyssenus) *id est, excessum, ut qui ea legerent, qua scripta sunt, etiam per ipsum ordinem librorum ea discerent, quæ ad ipsos pertinent.* Ad hanc igitur nascendi & moriendi connexionem David Rex respiciens, occasionem sumpsit augurandi à Deo custodiam introitus & exitus vitæ, dicendo: *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum.* Loquitur enim de introitu & exitu, absque ulla vitæ mentione facta, quia ut Chrysostomus scribit, esse hominis in alio non consistit, quàm introitu nativitatis, & in exitu mortis. *Hic quidem certe omnem vitam significat: In hu enim vita universæ consistit, nempe in ingressu & exitu.*

Pineda in Iob 1. n. 21
Lorin in Sap. 7.
Franc. Mend. in l. 1 Reg c. 4. n. 2. n. 22. fol 260. col. 1. lit. A.
In Eccl. he. 4. fol. 104. lit. D.
Idem ibid. lit. E.
D. Ioan. Chrys. ib. fol 102. col 1. lit. A

15. Videor tamen mihi aliquam adversus jam dicta oggeri replicam, nimirum quòd inter vitam & mortem interponantur anni, vel menses, vel dies, aut horæ; & quòd proinde vivere nostrum non in momento & puncto quodam consistat, & quòd vivere & mori proinde inter se simul conjuncta non sint, sed quòd inter illa inveniatur spatium & distantia temporis valde considerabilis. Ac proinde respondeo, quòd exteriùs videri longè diversum sit ab esse verè, & communiter res aliqua talis non est, qualis esse videtur. Nunquid enim montes prope conspicientes, eosdem nequaquam cæruleos esse diceres? & tamen experientia contrarium nobis de procul positis demonstrat. Nunquid Solem vix loco suo moveri affirmares? & tamen gigantеis passibus rapidissimè currit: O quàm facilè simplicibus persuaderi posset, stellas palmo aut facula majores non esse, & tamen earum quælibet toto terrestri globo longè major existit. Nunquid Luna cujusliber stellæ magnitudinem incomparabiliter excedere videtur? Et tamen si Philosophis, Astrologis, & rationi adhibenda est fides, quælibet stella longè major est Luna. O quot inveniuntur, qui longè aliud sunt ab eo, quod extrinsecus esse videntur. Vita nostra hypocritarum chlamyde amicta esse videtur, siquidem primo intuitu longa esse videtur, eam tamen bene considerantі, verà esse apparebit illa Senecæ sententia: *Vita punctum est, & adhuc punctо minor.* Num igitur ad conquirendum nobis pro unico duntaxat momento thesauros in mundo, cælestes thesauros æternùm durantes, perdere eligemus? Quænam hæc esset stultitia? *Nolite thesaurizare thesauros in terra, thesaurizate vobis thesauros in cælo.*

16. Porrò hæc vitæ brevitas morte plurimùm adaugetur, si hæc repentina sit, & ex improviso accidat. Tunc enim tibi proxima existens, te aggreditur, quando illam vel minimè expectas, aut à te maximè credis esse remotam. Nunc floses, mox cinis futurus: *Flos cinis,* vel ut cum sancta Ecclesia loquar: *Etin pulverem reverteris.* Nihil morte certius, aut incertius reperitur, inquit Bernardus. Certa quidem mors est, quia nullus, quantumvis nobilis aut eminens se ab illa exemptum esse gloriari potest: Incerta autem quoad tempus & horam, siquidem ex improviso nos demetit: *Nihil mortalibus vel morte certius, vel incertius horâ mortis.* Etenim consideratione digna est illa mortis sententia, quam Deus propter peccatum commissum homini decrevit, dicens: *In sudore vultus tui vescеris*

D. Bern. Epist. ad

pane

pane tuo; & mox subjungit: *Donec revertaris in terram, de qua sumptus es:* Ubi observandum est, Deum illi nullum determinare tempus, aut horam revelare, qua illi in terram, ut de formatus est, redeundum sit. Cujus ratio ex Davide Propheta deducitur, qui de Deo loquens, hominum sortes in divinis manibus collocatas esse dicebat: *In manibus tuis sortes meæ.* Porro variæ sunt Patrum opiniones, in explicando horum verborum sensu, quid scilicet Propheta hic Regius per sortes suas in Dei manibus reservatas, intelligat. Hugo per illas intelligit Prædestinationem, gratiam & gloriam: *sunt autem tres sortes viri justi in manu Dei, scilicet sors prædestinationis, sors gratiæ, sors gloriæ.* Sanctus quoque Pater Augustinus interrogat: *Quæ sunt istæ sortes? quæ sortes? sortes dixit, quantum ego existimo, gratiam, qua salvati sumus.* Quare autem gratia divina a Davide sortis nomine appellatur? *Quare sortis nomine appellat gratiam Dei?* Respondet magnus hic Doctor: *Quando Deus nulla merita nostra invenit, sorte voluntatis suæ salvos nos fecit, quia voluit, non quia aliqui fuimus.* At verò ex litera Hebræa clarè deducitur, Prophetam per hanc sortem aliud nihil intelligere voluisse, quàm finem vitæ tuæ, id est, mortem, suppositò nimirum, quòd pro illis verbis, *Sortes meæ,* legendum sit, *Termini vitæ meæ.* Cui opinioni etiam S. Athanasius adhæret, dicens: *In manibus tuis & potestate tua sunt sortes & dispositiones tam ortus, quàm mortis meæ.* Verum, inquies, quidnam mors cum sorte commune habet, ut una cum altera confundi possit? Sors, si Euripidi credimus, fortunæ est filia: *Est fortuna filia.* Mors autem fœtus est peccati: *Per peccatum mors:* Atque ideo causam scire percupierem, cur mors sortis veste amicta incedat: *In manibus tuis sortes meæ,* id est, *Termini vitæ meæ,* vel etiam cum Athanasio: *Dispositiones mortis meæ.* Fortè ideo id factum est, quia cum sint hæ duæ dictiones sibi mutuò quoad nomen simile, neque enim inter ambas major, quàm unius duntaxat literæ intercedit disparitas, ita quoque inter se quoad effectus conveniant? Acu rem tetigisti; Sors tam ex sua natura hoc habet, quòd ex improviso eventus suos subinferat, & quando homo de tali eventu minimè cogitat, ut si quis terram arando, thesaurum inveniat.

Ecce igitur, hîc tibi apertum & manifestatum latens mysterium, & Davidicorum verborum genuinus sensus: Mors enim sors dicitur, ab effectu simili ei, quem mors producit, scilicet quòd ex improviso homini accidat, quando nimirum illam minimè expectat: *Quia sicut nihil est sorte incertius, ita nihil & morte incertius* invenitur. Exinde igitur causa deduci potest, cur Deus Adæ minatus fuerit mortem, non tamen determinaverit quando, dum ait: *In sudore vultus tui vescêris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua sumptus es:* Vel: *Pulvis es, & in pulverem reverteris;* nimirum ad demonstrandum, quòd eventus mortis incertus sit cuilibet quoad horam, ejusque adventus inexpectatus sit & improvisus, seu, ut uno verbo dicam, traditorie accidat. Ita Rupertus Abbas: *Mortis diem vel horam homini incognitum esse voluit, dixit enim indefinitè, donec revertaris, & non dixit; usque ad tot annos, vel tot dies, quibus transactis, revertaris in terram.* Mors igitur sortis gressibus ambulat.

17. Ad hujus veritatis confirmationem, integrum Vobis tam ex sacris, quàm ex prophanis Historiographis adducere possem selectarum Historiarum manipulum; sed ne Vobis prolixitate mea fastidiosus fiam, & ut huic primæ parti paulatim finem imponam, duas tantum è pluribus recensebo. De Ancæo igitur Neptuni filio recensetur, eum cuidam à se plantatæ vineæ adeo fuisse affectum, ut in eam nulli, quantumvis amico & familiari aditum permitteret. Unde amicorum suorum nonnemo ad alios ejus familiares jocando dixit, Ancæus noster tantam habet vineæ suæ curam, & tamen vehementer, num ex vino illius bibiturus, aut fructus ejus manducaturus sit, anceps hæreo. Quæ verba ad Ancæi aures tandem perlata fuerunt, qui usque ad tempus maturescentium uvarum subticuit; eo autem tempore superveniente, cùm aliquot botros maturos decerpsisset, domum reversus, amicum illum malum augurem suum ad se accersiri fecit, & in ejus conspectu, vinum uvæ in craterem quendam expressum bibiturus labiis admovit, dicens: Recordarisne vaticinii tui, quo me de hoc musto minimè bibiturum esse prædixisti? cui amicus re-

spondit: *Multa cadunt inter calicem supremaque labra.* Ambr. Epist. Lamocen. fer. 4. post Dom 4 Quadr. fer. 39 f. 245 col. 2. lit. E. Q. d. quis scit, quid futurum sit; neque enim calicem istum adhuc epotasti: Dumque hæc diceret, & Ancæus poculum ori admoveret, repentinus supervenit nuntius, ei insinuans, aprum quendam in vineam ejus ingressum, eandem totaliter depascere & devastare, qui mox vino nondũ gustato, scyphum è manu seponens, damno ab hac fera sibi illaro, remedium allaturus, ad vineam accurrit, ubi eum suprema invasit infelicitas; nam ab eadem fera apprehensus, dilaniatus, mox & occisus fuit. O casum inexpectatum! ô improvisam mortem! Certum illi erat, non semel, sed sæpiùs vineæ suæ mustum degustare & bibere, verùm rationes suas aut computũ, ut dici solet, sine mortis adhibito consilio, absolvit, quæ traditorie hominem minus nihil cogitantem, invadit & occidit. Sic quoque Cajus Julius Cæsar nullo tempore se mortis securiorem esse existimavit, quàm quando meridiem diei decimæ quintæ Martii vivendo superaverat. Tunc enim Spurinam Astrologum (qui ei, ut illa die bene sibi prospiceret, præceperat, eo quòd ea die mors illi machinatura esset insidias) deridens: Ecce (ait ad eum) adest nunc quintus decimus Martii, quid ergo? cui Astrologus mox subintulit: Nondum dies ille prætetiit. Quid accidit? Quando se maximè securum esse, fataleſque mortis ictus evasisse credidit, paulo post eadẽ die, dum nihil sibi minus, quàm hoc imaginaretur, in publico senatu Romano à Cassio & Bruto multis vulneribus ex improviso occisus interiit, de quo proinde Lucius Florus scribit: *Sic ille, qui terrarum orbem civili sanguine impleverat, tandem ipse sanguine suo curiam implevit.* Legatis obsecro historias, & invenietis, qualiter ex improviso repentinâ morte correpti & sublati fuerint Æmilius Lepidus, Mallius Torquatus, Fabius Maximus, Chilo Lacedæmon, Sertorius, Sophocles, Philippides, Comœdiographus, Cornelius Gallus, Alcibiades Athenienſis, Diagoras Rhodius, Mithridates Rex Ponti, Alphonsus septimus Hispaniarum Rex, Valentinianus, Alaricus, Septimus Severus Imperatores, & centies mille alii, quos tædii declinandi causâ prætereo. Hisce itineribus mors inambulat, ut sciamus, nullam ei determinatum esse horam, quâ te invadere debeat. Ac proinde S. Augustinus dicit: *Inopinata mors mille modis quotidie miseros homines inopinatè rapit.* Mira profectò res est, quòd cùm vita nostra brevis sit, utpote ex pulvere & cinere composita: *Memento homo, quia pulvis es:* Certissimum quoque sit, quòd in cinerem & pulverem reversuri simus, horam autem, quâ id futurum est, ignoremus; monitum tamen Salvatoris nostri posthabentes, cælestes contemnamus thesauros, totumque affectum nostrum soli impendamus terrenorum thesaurorum lucro, haud secus, ac si perenniter immortales victuri essemus. Vicinior tibi mors est, quàm credere valeas, & quis scit, an non hic ultimus vitæ tuæ dies futurus sit, & tu tamen nullâ ob id curâ angeris? Imo, qui ad mortem te disponere debebas, ad id acquirendum totaliter te impendis & evisceras, quod possidere non potes. Meritò improperandum est dictum illud, quo reprehensus fuit Domitianus, quando eo tempore, quo belli necessitatibus prospiciendum erat, sive victus procurando annonam, sive necessaria mittendo subsidia, sive novum conscribendo militem, ipse muscas capiendo, in conclavi suo tempus fallebat, quod alius videns, continere se non potuit, quin admirabundus diceret: *Domitiane, quid tam captas muscas?* quasi diceret, qui hoc tempore, quo à vicino hoste infestamur, bellum cogitare debebas, in alio exercitio, quàm muscarum captura, operam tuam non adhibes! Quæ reprehensio tibi potiùs, ô Christiane, quàm Domitiano debetur. Nunquid enim vides, mortem adeo esse repentinam, ut de momento in momentum vicinior tibi facta, humeris tuis incumbat, ut vitam eripiat? Tu autem quid facis? quid cogitas? quænam sunt occupationes tuæ? Cui rei tempus impendis? Num forte frequentandis Ecclesiis, adeundis confessionibus & communionibus, verbo Dei auscultando, animæ tuæ meritis locupletandæ? Imò contrarium omnino facis, dum tempus in cælo comparando tibi concessum, inutiliter transigis in crapulis, prostibulis, rapinis, vindictis, ludis & jocis, peccatis peccato accumulandis! O Deus, mors tibi vicina imminet, & tu muscas capis? *Christiane, quid captas muscas?* Nunquid

Luc. Flor. lib. 4. c. 2. fol 226.

Tertull. l de anima, c. 52.

Vide Pined. de privile concep adversantia 2.

quid

quid ô infelix vides, quòd hisce actionibus *tibi thesaurizas iram in die iræ?* Verum enimverò, dic sodes, ubi mors advenerit, quemnam ex dissolutionibus & inconsultis operibus tuis fructum reportabis? Aut si etiam per tot labores, sudores, curas, vigilias, in terra thesaurizando Attali & Crœsi tibi acquisisses divitias, ecquid juvarere poterunt? Audi sequentem historiam. Magnus ille Saladinus Ægyptiorum Rex & tyrannus morti proximus præcepit, ut charissimorum Aulicorum suorum unus in equo civitatem obequitans, in lancea sua linteamen, cui in sepulchro involvendus erat, circumportaret, & præconis instar omnium auribus hæc verba insonaret, (audite quotquot pro terrenarum rerum lucro defatigamini,) Magnus Saladinus noster nunc moribundus, præter linteum istud, aliud ex hoc mundo secum non effert: *Ex omnibus opibus & thesauris suis Magnus Saladinus solum secum defert linteum istud.* O stultitia mundana, quæ in hac vita, quæ umbra tantùm quædam est, & in qua solùm per modum transeuntis subsistimus, ubi mors vix pedem firmandi aut respirandi tempus nobis indulget, ad commoda insectanda nos inducis! Dimittite, dimittite vanitates hasce terrenas, hasce ambientibus, mortem autem semper ob oculos habete, ac si nunc obeunda esset, sic enim ab improviso per eam non deludemini. Et ex quo vita nostra brevis est, ut diximus, opera bona ne differatis, quin potius in hoc momento eadem exordiamini, eleemosynam largiendo inopibus.

Vega in Dem. 14. post Pent. fol. 414.

PARS SECUNDA.

18. Duas ob causas aliquam ceremoniarum ostentationem coram Vobis, ô Auditores, facere nolo, aut si vellem, non deberem; primò, quia temporis verbo divino prædicando concessi brevitas id non permittit; secundò, quia loci reverentia id prohibet; seclusâ itaq; omni superfluorum verborum vanitate, hoc solùm vos exhortor, & moneo, ut ultro citroque huc convoletis, non ad auscultandum prædicatorem, sed ad concionem audiendam, non ob curiositatem, sed ob animarum vestrarum salutem, pariter vos ad Ecclesiæ frequentationem rogando, nec non ad effectus meos, benignitatisque vestræ chlamyde contegendos, protestans, quòd defectus reprehendendo ad personas particulares descendere minimè intendam; ac proinde, qui se in sermonibus meis pungi experientur, subducant se, atque emendent; ego interea Majestatem divinam precabor, ut Vos in gratia sua conservet, atque ab omni malo custodiat, Vos quoque eidem supplicate, ut tantùm mihi elargiatur spiritum, ut in hoc cursu quadragesimali ad animarum vestrarum utilitatem aliquem patere possim profectum. Cutabo autem, & omni studio cavebo, ne discursus mei ullum Vobis afferant tædium, utpote qui potiùs de brevitate, quàm de prolixitate argui malo.

19. Hactenus igitur, quàm brevis sit vita nostra, & quàm repente & ex improviso mors nos subripiat, pluribus demonstravimus: Nunc autem, cùm S. Dei Ecclesia cineres hoc mane nobis proponat, eosque in capitis nostri verticem spargat, dicendo: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris*; videamus, an hujus sacræ ceremoniæ mysterium investigare possimus. Scio equidem, quòd Chymici aliquod cineris genus invenire potuerint, ea virtute præditum, ut Mercurium natura sua instabilem & inconstantem, stabiliter firmet & sistat, atque ideo cùm S. Dei Ecclesia videat, voluntatem hominis nunquam firmari, sed semper inquietam vivere, dum nunc se ad malum, mox ad bonum applicat, nunc ad culpam proclivis, mox verò propensa est ad pœnitentiam, ideo Ecclesia hujus Mercurii firmandi causa, ut scilicet in bono perseveret, cinere utitur, eundemque capitibus nostris inspergit, dicens: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

20 Scribit Ammonius Marcellinus, Barbaros certum quoddam invenisse venenum, hac qualitate præditum, ut carnem humanam tangendo subitò tali flamma accendat, quam aqua extinguere non valeat, sed artificiosè inventum cinerem quendam ei injicientes, confestim eum suffocant. Porro aviditate erga terrena semel in nobis accensa, nullum ad extinguendam desiderii nostri flammam invenire potest opportunius medium, quàm si ad illam suffocandam cinis hic adhibeatur, nos efficaciter commonefaciens, ut non in terra, sed in cælo thesaurizemus; ac proinde: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

Ammon. Marcell. l. 25. & lib. 3.

21. Lucius magnos ex latere quodam dolores patiens, nec ullum ad illos curandos efficax remedium inveniens, à Medicis desperatus, hoc à Diis immortalibus accepit monitum, ut templum ingressus, cineres ab altari acciperet, ex sacrificiis reliquos, eosque vino commixtos epotaret, & ad partem affectam applicaret, sic namque futurum, ut confestim convaleseceret. *Lucio affecto lateris dolore, & desperato à cunctis hominibus, oraculum reddidit Deus, veniret & ex ara tolleret cinerem, & unà cum vino misceret, & poneret supra latus, & convaluit.* Quando sanctis Altaribus assistens Sacerdos, sacros nobis præsentat cineres, pariter nobis insinuat, eosdem opportunam esse in dispositionibus animæ nostræ curandis medicinam, dum scilicet nos in cinerem redigendos esse considerantes, à Dei offensis reiterandis abstinemus

Hieron. Mercur. de arte Gym. l. 1. c. f. 3. lit. A.

22. Singularis quædam Lucani fuit opinio, luctatoribus, priusquam manus conserent, opus esse, ut totum corpus pulvere conspergerent, idque ob multos respectus, præcipuè verò, *Ut corpora fortiora redderentur.* Cùm igitur Christianus hoc quadragesimali tempore adversus tot animæ suæ inimicos dimicare debeat, Ecclesia eidem de pulvere prospicit, ut fortiter luctetur, & intrepidè se habeat.

Lucanus apud Mercur. l. 1. 8. f. 33. lit. A.

23. Pulchra fuit, quam Sertorius generosus & expertus belli Dux, excogitavit, inventio, aliqui enim hostium suorum in speluncam quandam se subduxerant, quæ ob fortitudinem situs ex omni latere inexpugnabilis erat: advertens autem, quendam venti turbinem ingentem pulveris nimbum in eos propellere, hoc eventu utens, suis præcepit militibus, ut totâ nocte pulverem eruerent, eumque ex opposito speluncæ illius deportarent, ut is à venti turbine in aëra sublatus, adversarios suffocaret, hâcque ratione per pulverem gloriosam reportavit victoriam, quam gladio obtinere non poterat. Vidit Deus hominem protervum factum, quotidie, sive in juventute, sive in divitiis confisum, contumacionem fieri, nec ferro, nec divinæ justitiæ minis cedere velle, cinere utitur & pulvere; à vento Spiritus sancti, ut sacerdotali dextera in hominum vertices respersio: *Memento homo quia pulvis es, & quia in pulverem reverteris.*

Plut. ap. Basil. p. 1. n. 2 fer. 4. Cin. §. 3. f. 8. & Petr. de Valder. to. f. 9. c. 1.

24. Lysimachus ferocissimè cuidam leoni occurrens, cùm se viribus infirmiorem esse animadverteret, pulveris pugnum è terra sublatum, in leonis conjecit oculos, eumque excæcavit; ac eandem occidendo devicit. Ecquid Ecclesia cinereum pulverem oculis nostris injiciendo aliud protendit, quàm nostram superare & mortificare perversitatem; ac proinde dicit: *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

25. Quando Jason velleris aurei acquirendi causa loco se movit, vasculum quoddam cineribus plenum à Medæa accepit, eosdemque cineres in draconis ad velleris custodiam collocati, faciem conjiciens, eumque hac ratione excæcans, felicem assecutus est conatus sui effectum. Utinam hæc nostra esset studiosa intentio, ut toto pectore, omnemq; movente lapidem, cœlestium thesaurorum & gloriæ Paradisi lucro inhiaremus! Sancta namque Mater Ecclesia, velut alia quædam Medæa, libens lubensque nobis cineres submistraret, & de facto exhibet, quibus utentes, sensualitatis nostræ draconem omnis boni nostri, nec non thesaurorum à Salvatore nostro nobis propositorum consecutionem impedientem excæcare possemus. *Thesaurizate vobis thesauros in cælo.*

26. Egregium est Onesimandri consilium, ut si Dux belli suos ab hoste assecurare milites velit, valla, terræque aggeres: *Positis interra hostili castris, fossa confestim, valloque opus, tametsi eodem in loco tibi diu morandum non constitueris, munitior enim, & proinde tutior eris ad repentinos hostium impetus, & clandestinas, neque expectatas interruptiones.* Ecquænam autem securiora haberi possunt adversum diabolicos insultus animæ nostræ defensionis subsidia, quàm sit pulvis & cinis, qui in principio habendi cum vitiis conflictus militiæ christianæ à Sacerdote proponitur? Nunquid enim illum audis dicentem: *Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

27. Observat Albertus Magnus libro de Veget. Corvum nidificare, aut partus suos ad perfectionem reducere non posse, si à secreta quadam manu intra arboris corticem absconditus sit vitri combusti cinis; en verba ipsius: *Si corvus nidificaverit in arbore, & ova posuerit, per talem cautelam facilius potest impediri, ne de ovis valeat pullos procreare: Accipiatur cinis vitri, & ponatur inter lignum & corticem arboris; quamdiu ibi cinis durabit, corvus*

eorum nunquam pullificabit. Ut ater infernicorvus diabolus per tentationes suas peccata non generet, sancta Mater Ecclesia cineres adhibet, non vitri, sed massæ nostræ, non minus fragilis, quàm vitri: *Diabolus per tentationem vult nidificare. Sistum corvum impedire volumus, accipiamus cineres vitri, vitrum autem, quod est fragile, est caro nostra,* inquit Scriptor quidam Rup. Holcot in Sap. lect. 15. col. fol. 16. lit. C.

28. Inventa est à nonnullis ars lacte in charta candida scribendi literas, quæ quia non apparebant, cæcæ literæ vocabantur (ut refert Plinius libro 16. histor. cap. 8.) ut autem facilior esset earum lectio, & cæcorum characterum perciperetur contentum, cineres desuper aspergebant, eorumque virtute apparebant litteræ: *Narrant & lacte ejus inscripta charta cum inaruerit, si cinis aspergatur, apparere literas.* O quàm difficilis est humanæ intelligentiæ cognitio sui ipsius? Visne scire, quodnam sit hominis contentum, & quidnam per characteres suos significet? permitte Sacerdoti, ut literam frontis tuæ cineribus conspergat, sic enim scripturam hanc legere facillimè poteris: *Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

29. Philosophum quendam de rebus naturalibus ingeniosè discurrentem, homo quidam lepidus lignum quoddam manu sua tenens, per jocum, quantus fumus ex ligno ist. hoc, si accenderetur, egredi posset, interrogavit? Respondit Philosophus, combusto ligno, pondera cineres, quod deficit, in fumum abiit: *Expende cineres:* Quòd si scire desideres, quantus fumus aut fama tua post mortem tuam in terris apud posteros mansura sit, *Expende cineres,* pondera cineres istos, qui sunt vitæ tuæ reliquiæ, & recordare, quòd *pulvis es, & in pulverem reverteris.*

30. Polus vir tota Græcia famosus, comœdiam Athenis repræsentandam recitaturus, cùm personam ageret Electræ, ob miserias suas ad plorandum constrictæ, ut planctum hunc naturaliùs exprimeret, clam sibi urnam cineres filii continentem, adduci fecit; quos considerans, à fletu sibi temperare non potuit: *Polus lugubri habitu Electra indutus, urnam à sepulchro tulit filii,* doloremque animi naturaliter expressit, *luctu atque lamentis veris & spirantibus,* inquit Aulus Gellius: Exhortatur nos Deus noster per Prophetam Joëlem, ut per veram conversionem culpas nostras deploremus: *Convertimini ad me in fletu & planctu;* quod ut faciliùs à nobis fieri possit, Ecclesia cineres nobis commonstrat, & ob oculos ponit, dicens: *Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

31. Hannibal interrogatus, quando vigentes inter Carthaginenses & Romanos discordiæ terminandæ essent? aliud responsum non dedit, quàm quòd pede terram concutiens, pulverem in aëra excitarit, quasi diceret: Nunquam terminabuntur, nisi donec una factionum illarum in pulverem abierit. Tu quoque dic mihi, quando finiendæ sint, quæ inter te & Deum ob peccata commissa vertuntur hostiles inimicitiæ? Num fortè mortem, quæ in pulverem te convertat, præstolaris? Recordare obsecro, quòd tempus volet, quòd vita brevis sit, quòd denique mors ab improviso te abripiet: Observa inquam monitum istud, & vade in pace.

Apoph. Græc.

Aul. Gell. lib 7. fol. 207.

Ioël. 2.

Apud Raphaëlem de Columb in Domin. 2. Quadr. fol. 68.

SERMO SECUNDUS.

FERIA QUINTA CINERUM.

Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Matth. cap. 8.

1. CUM totius universi Creator hominem in Campo Damasceno ex luto formaverit, eique proinde nomen Adami imposuerit, id est, hominis compositi ex illa terra, quæ *Adam* appellatur, ut S. Gregorius Papa refert, dicens: *Adam, qui primus est conditus, Latino sermone Terra rubra nominatur*, id quod Sacer Chronista Moyses quoque confirmat, dicens: *Formavit Deus hominem de limo terræ*; mirum est, cur S. Mater nostra Ecclesia heri capita nostra sacerdotali manu cinere conspererit, nobis per hanc ceremoniam in memoriam revocans, ex cinere nos esse compositos? Præterea, cùm primum esse hominis, suam ab ultimo esse ignis originem non trahat, qua ratione igitur cinis dici poterit, qui aliam præterquam flammam ignis genitricem ignorat? Denique quid Philosophi dicent, si effectum quendam sine causa sua determinata generante & producente viderint generatum? Ac proinde quis scit, an mens S. Ecclesiæ non sit exprobrare nobis, quòd veluti cinis in virtutum operibus exercendis steriles simus, dum eos non videmur producere illius meriti fructus, qui verum semen sunt cælestis gloriæ? vel etiam indicare nobis velit, quod non obstante, quòd virescentem floridæ juventutis vivamus ætatem, adeo nihilominus fragiles simus, ut vel unicus mortis afflatus sufficiens sit, qui nos in quandam cineris massam transformare possit, & priusquam in cunis infasciaremur, jàm de facto in cineribus jaceamus sepulchri, *flos cinis?* vel quia Deus vult, ut agnoscamus, quòd suscitatus in cordibus nostris concupiscentiæ ignis, suis nos ardoribus adeo devorat & consumat, ut tandem in cineres redacti, reperiamur flammarum suarum esse reliquiæ, nostrarumq; propriarum miseriarum trophæum: *Et erunt populi quasi de incendio cinis*, ait Isai. Aut voluit, ut ad sapientissimi Israëlitæ populi imitationem calamitatum phalangibus coacti, culparumque exercitu obsessi & oppressi, præsentibus necessitatibus adhiberemus jejunia, nostrasque ærumnas & miserias cinereis characteribus super caput nostrum scribentes, ad clementiam prostrati recurramus: *Filii Israël humiliaverunt animas suas in jejunio, & cinere super capita eorum.* Vel credendum est, quòd tanquam veros Abrahæ discipulos, tanti Magistri exemplo & doctrinâ edoctos, ad portandum in vertice cinerem exhortetur, ad hoc, ut oculo clementiæ suæ fragilitatem nostram respiciens, errorum nostrorum gravitatem nobis condonare possit: *Loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis & cinis.* Neque à veritatis semita procul me abiturum existimarem, si hanc opinionem sectarer, quod sancta Dei Ecclesia per hanc ceremoniam, antiquam præteritorum sæculorum consuetudinem renovare velit, revocando nobis horum cinerum aspersionem in memoriam, nos fatalibus siniſtræ fortunæ ictibus, casibusque miseriarum improvisis, quotidianisque perturbationibus subjectos esse, ad eum modum, quo afflictus Hebræus conjurationum in excidium vitæ suæ agitatarum ærumnas considerans & deplorans: *Indutus est sacco, spargens cinerem capiti suo.* Vel denique dicere possumus, quòd cùm tempus hoc Quadragesimale pœnitentiæ, peccatorum protectrici dedicatum sit, illa autem in suo promptuario nulla habeat præter cineres delicatiora fercula, ideo nos hujus ferculi reddere voluerit participes, quem ne fastidiamus, ipsemet David Rex pœnitentiæ insigne speculum præmandere cœpit, unde & ait: *Cinerem tanquam panem manducabam.* Rex quoque Ninivitarum regium paludamentum in habitum quendam cinereum non est dedignatus commutare: *Rex Ninive indutus est sacco*; imò ulterius voluit, ut & thronus ejus regius conspergeretur cinere, utpote pluris apud ipsum æstimato, quàm si pulvis Cyprius, vel auri Arabici pulvis, aut ex gemmis Orientalibus contusis esset: *Sedit in cinere.* Si autem hasce rationes amplecti nolumus, statuatur hic omnibus aliis responsionibus adducibilibus, ultimus terminus, & pro certa veritate recipiatur, sanctam Matrem Ecclesiam heri homini ex terra compositio exhibuisse cinerem, ut homo proprietatis illius, quam cinis inter cæteras habet, imitator evadat. Quis enim nescit, cinerem velut ex affectu charitativo & filiali ignem conservare accensum & vivum? *Ignis per cinerem conservatur.* Unde ex eo ignem contegente Emblema formatum fuit, cum hac Epigraphe: *Contectum conservat*, ut inde discamus vivam & ardentem in cordibus nostris conservare charitatem, quæ sub ignis metaphora in sacris literis repræsentatur. Idque nobis heri mane per suam ceremoniam

D. Greg. in c. 28. Iob. c. 30. fol. 117. lit. D.

D. Ambr. l. 2. offic. cap. 3.

Isai. 34.

Iudith 3.

per-

persuadere nobis voluit sancta Mater Ecclesia; Hodie autem post traditam nobis hesterna die de charitate theoriam, docere nos quoque vult & practicam: Evangelici nimirum Centurionis actiones ob oculos nobis repræsentando, qui expresse se cineris, proprietatem in se habere demonstravit, dum coram Christo præsente, ardentissimæ cujusdam erga servum suũ ob charitatis ignem sub cinere suo latentẽ detexit, dicens: *Domine puer meus jacet in domo paralyticus.* O Centurionem charitativum! O ignem accensum! O ardentẽ charitatem: *Charitas facet in hoc* (inquit Dionysius Carthusianus) *quod pro servo suo tam instanter rogavit, quem etiam puerum nominat propter distinctionem ad eum ex quo in præsenti sermone capturus sum motivũ loquẽdi.* primo de charitate erga proximos: tandẽ speciatim de charitate erga infirmos; ut hoc argumento charitativis animos addam, eosque exstimulem, ut majori cum fervore eam, deinceps exerceant aliisque persuadeam, ut hujus sanctæ charitatis exercitio sese totaliter & libenter impendant. Ordiamur.

Dionysius Carthus. art. 16. fol. 61 col. 2. L. G.

Pet Lombart l. 3. dist. 27. fol. 195. col. 2. L B

1. *Domine puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur* Charitas ut Magister sententiarum docet: *Est dilectio qua diligitur Deus propter se & proximus propter Deum vel in Deo.* Porrò objectum primarium & principale, in quod charitas velut in proprium centrum tendit, est Deus summum bonum, utile honestũ & delectabile; secundarium verò, quod ad primum reducitur, est creatura ex amore Dei dilecta. Et sicut S. Augustinus scribit, id *quod est pondus in corporibus est amor in spiritibus*, juxta id quod communiter dicere soleb t: *pondus meum amor meus, eo feror, quocunque feror.* Ideo sicut corporea ad proprium centrum tendunt, in eoque quiescunt & conservantur, ita charitas non quiescit aut conservatur in alio, quam in Deo aut proximo Dei causa dilecto: *Amor ille divinus facit nos delectabiliter tendere in Deum: & esse in ipso & per consequens quantũ est de se facit eos perstitere in Deo, & conservat nos in ipso quos quilibet libenter perstitit in actu delectabili.* Imò quod plus est, nos unit cum Deo, cum Deo nos conservat, nos in Deum transformat, Deoque nos frui, & in illo quiescere facit, atque ideo charitas à sancto Paulo *vinculum perfectionis* appellatur, quia scilicet Deo nos alligat ad Deum, in quo omne nostrum bonum & perfectio consistit, quod si verò deinde de eadem charitate in ordine ad virtutes Theologicas vel etiam morales loquamur, hæ charitati velut ancillæ inserviunt, quibus mediantibus homo ad finis sui consecutionem dirigitur, qui est charitas; neque aliæ virtutes actum aliquem producunt, qui non sit in favorem & beneficium charitatis directus: *Cum omnes alia virtutes* inquit Angelicus Doctor, *ordinentur ad finem charitatis, ipsa imperat actus omnium virtutum & ex hoc dicitur motor earum.* Ipsa est spiritus & anima, quæ cunctas nostras operationes virtuosas vivificat, quæ quanto majori charitate imbuuntur, tanto sibi plus vigoris acquirunt, atque apud Deum majoris redduntur ponderis in merito. Quotquot enim hac de re discurrunt Theologi, prædictum meriti valorem è quatuor capitibus dependere docent, scilicet: Primò à dignitate, quam opus aliquod habet in semetipso, quo modo actus religionis dignior est quam temperantiæ actus, cum illa sit in sua natura præstantior. Secundo à difficultate quam opus in semetipso habet, qua ratione martyrium dignius est respectu jejunii, orationis & eleemosynæ: Tertio à promptitudine nostræ voluntatis, quæ à scholasticis *conatus voluntatis*, proprie dicitur, Quarto verò & præcipuè à charitate, quæ hoc sibi proprium habet, quod solum opera virtuosa in valore meriti dignificet, sicut gemma aliqua, quæ quanto in semetipsa pretiosior est, tanto plus valet & augetur pretium auri, cui est inserta. *Quanto enim quis maioris charitatis affectu operatur, tanto opus ipsum maioris apud Deum meriti est*, scribit Doctor quidam. Unde nascitur, quod opus aliquod bonum, licet minimum, si imbutum sit charitate in summo gradu consistente, quantum vires nostræ per gratiam Dei elevatæ sufferre possũt: opus quoque ipsum ex sua natura vile & pigmæum, nobile sit & giganteum præ aliis. Atque ideo de vidua illa, quæ duas miserabiles atque minutas monetas Gazophylacio immisit: *Misit æra minuta duo, id est, duos exiguos obulos factos de ære, non de argento aut auro*, inquit Dionysius Carthusianus ibi, art 44. qui secundum Chrysostomum *valebant quartam partem denarii usualis.* Et tamen certum est, quod eius obuli æquè Deo grati & accepti fuerint, atque alia opulentissima ab aliis oblata dona, atque ideo eadem vidua à Christo præaliis celebrari meruit, dicente: *Vidua hac pauper plusquam misit.* Et ratio est secundùm Bed. *Quia Deus cor & non substantiam pensat, nec perpendit quantum in eius sacrificio; sed ex quanto proficiatur*

D. Thom. in quæst. disp. q. 1. de charit. n. 3. in concl.

Dietz in sum prad. verbo charit.

Luc 21.

Bed in Cat. D Thom

D Aug. 12. Conf. c. 9 & 10. de civit. Dei c. 18.

Æneid in dict. 31 p. qu 1 art. 1. fol 62. 3. col. 2 L D.

Coloss 3.

tur. Vnde S. Paulus charitati super ōnes alias virtutes Theologicas præeminentiā decernere non dubitavit, dicens: *Maior autem horū est charitas.*

3. Pro cujus meliori & profundiori intelligentia, discurramus nonnihil cum Apostolo & supponamus dari aliquem, qui sit velut Areopagum quoddam, in quo suam omnes virtutes residentiam habeant, qui velut alter Demosthenes, facundia alios præcellat, vel etiam lingva sit præditus Angelica, nisi iis donis suis ex motivo utatur charitatis, nil aliud quam metallum tinniens, aut Cymbalum sonans dici meretur: *Hoc est, vocem quidem emittent, frustra autem loquens:* ut explicat Theophylactus ibid. Adhæc: Deus illi prophetiæ donum impertiatur, revelet illi omnia arcana Paradisi mysteria, omnem ei conferat scientiarum plenitudinem, quarum capax esse potest humanus intellectus, fide quoque polleat adeo forti atque constanti, ut per illam ei, velut novello cuidam Thaumaturgo facile sit transferre mōtes; suas quoque ad pauperum sustentationem prodiga manu distribuat divitias, ardentes Babyloniæ ingrediatur fornaces, capiat, dicere talis cum Apostolo potest: *Nihil mihi prodest* Super quo S. Anselmus in 1. Cor. 13. discurrens hanc calamo suo exaravit sententiam: [*Magna itaque & mirabilis est charitas sine qua... nihil locutio diversarum ¦ linguarum prodest, nec prophetia nec mysteriorum scientia, & scientiarum notitia, nec fides, nec facultatum distributio, nec martyris passio; Et cùm hæc maiora nihil sine charitate prosint, manifestum est, quia nec cætera bona prodesse possint sine hac charitate.* Ecce tibi coram te positum centurionem, qui ab impulsibus charitatis stimulatus in illud ferebatur objectum, in quo velut in proprio centro quiescere, omnibusque pietatis suæ affectibus satisfacere se posse sperabat. *Accessit ad eum centurio* Quidnam obsecro illi profuisset per humilitatis semitas progressum fuisse, dicendo: *Non sum dignus, ut intres sub tectum meum*; aut quod suam in divinam omnipotentiam firmā fiduciam manifeste declarasset, dicendo: *sed tantum dic verbo*, aut quid ei utilis fuisset spes firma, quæ se sanitatem servo impetraturum esse confidebat dicens: *Et sanabitur puer meus*, nisi hæ virtutes informatæ fuissent, in propositā Salvatoris supplicatione elucescente charitate: Dicit enim Centurio: *Domine puer meus jacet in domo paralyticus & malè torquetur.* Unde Magister Sententiarum lib. 3. dist. 39. certum quendam inter virtutes observavit ordinem, in quo si hæc utpotè omnium cæterarum præcipua defuerit, aliæ sunt veluti si non essent aut fuissent: *Omnes virtutes sibi cohærent, ut qui una caruerit omnibus careat.* Cum tamen è contrà quisquis hanc solam possidet, non ideo expers aliarum erit: *Qui ergo unam habet, omnes habet;* Cùm enim ipsa aliarū sit mater, ubicunq; ipsa resederit ejus quoque filiæ inveniētur *In quocūque mater ipsa est, cuncta filia eius id est, virtutes rectè fore creduntur,* Idē ibi. Unde de ipsa verificari potest Emblema amantis illius, qui ad innuendum amasiam suam unico solum obtutu multos captivare posse amantes, comam quandam seu cincinnum ex multis capillis contextū ligula quadam purpurea vinctum & colligatum depingi fecit, cum hac Epigraphe *Multa sub uno*, quasi diceret sicuti hic tot capilli uno ligamine nectuntur, ita ingens quædam amātium multitudo unico duntaxat oculorum obtutu remanent innexi & captivati Capilli namque virtutes mihi referunt: fascia autem sivè ligula charitatem significat; de qua majori cum jure dici potest: *Multa sub uno.* Quam proinde hoc sensu S. Paulus commendabat, dicens: *Super omnia autem charitatem habete, quod est vinculū perfectionis* Coloss. 3. Vnde S. Augustinus docebat: *ubi charitas est, quid est quod possit deesse ubi autem non est, quid est quod possit prodesse.* S. Aug. apud Lomb. supra.

4. In maximam confusionem nostram omnes creaturæ irrationales & insensibiles hanc nos erga proximum exhibendam charitatē docent & erudiunt. Cœlum namque suis influentiis terræ necessitatibus benignè succurrit, dum illā nunc rore fœcundat, nunc pluviis humectat & irrigat, nunc ventis abstergit & exsiccat, mox nivibus vestit & obtegit. Steliæ quoque concorditer uniuntur, suas nobis participando qualitates, dum hunc ad divitias, ad dignitates alium, illum verò ad fortunas mirabiles extollunt & evehunt. Sol quoque in continuo motu perseverat, magnisque passibus velocissime currit, imo volat ab oriente in occidentem, ut ad universale totius mundi beneficium omnibus mundi plagis splendorum suorum aurum distribuat. Luna miseriis nostris pie compatiens crescit & decrescit, prout nostris id necessitatibus esse videt, opportunum. Tertia, velut affectuosa mater nostras mœstitias temperat, grato atque iucundo herbarum suarū virore nos recreando, nobisq; amictum, victusq; annonam abundè procurando, Marc insuper, ut nos ex

pro-

pretiosa, quam in sinu suo claudit supellectile divites & opulentos efficiat, margaritarũ orientalium merces, & quotquot in viscerib. suis nutrit piscium species, continuis fluxibus & refluxibus suis ad littus usque defert, ut hac divitiarum suarum varietate desideria satientur humana; Amabilis item & innocens ovicula lanę suæ amictu libenter se exuit, atq; in frigidi aëris intemperie nuda subsistere nihil curat, dummodo abhyberni temporis rigoribus in sultibus nos defendere valeat. Respice obsecro ingeniosam & industriam apẽ, & vide, quot labores adhibeat, & quot artificijs utatur, ut ad gustum nostrum indulcorandum, mellis sui favos in alveario suo præparet. Quid de herbis dicemus? totaliter evilescentur, ut nobis eam, quam in radicibus, in foliis, & in floribus continent virtutem, communicent, ut opportuna inde conficiantur infirmitatibus nostris curandis remedia. Quid insuper dicam? Ipsæ deniq; viperæ sua in pretiosa theriaca transformant venena, ut adversis eidem medicinæ nobis loco deserviant. Quantò igitur magis homo creatura vivens & rationalis charitatem exhibere proximo tenetur proximi egestatibus & miseriis subvenien-do? Egregium etenim apud Paulũ Manutium in adag. reperitur proverbium, quo dici solet: *Nemo nascitur sibi.* Id quod Plato ap eund. ibid. quoq; confirmat, dicens: *Illud tibi considerandũ est, quòd quisq; nostrũm non sibi tantùm natus sit, sed ortus nostri partem sibi vendicat patria, partem parentes, partem amici cæteri.* Cui Cicero l. 1. de offic. quoq. consentit, dicens: *Non nobis solùm nati sumus.* Lacedæmonii adeo fuêre proclives in sublevandas egenorum miserias, ut cum urgentes percepissent Samiorum necessitates, iisdem quidem libenter. & omni cum promptitudine aliqua tulissent subsidia, nisi id impotentiæ defectus iis impossibile reddidisset; veruntamen stimulante charitate, quid illos ad Samiorũ sublevandam inopiam fecisse arbitraminĩ? Publicâ præconis voce mandari curarũt, ut per totum ipsorum imperium omnes pariter jejunarent, Domini, servi, mulieres, infantes, & cum illis pariter bestiæ, & omnia in terris viventia; quicquid autem ea die ex victûs parsimonia reliquum maneret, pecuniâ venderetur, eaq; ratione media colligerent ad ferendas speratas Samiis suppetias. Persarum quoque Reges alienis calamitatibus adeo compatiebantur, ut reos impunè dimittentes, pro meriti supplicii condemnarent transgressorum vestes. Artaxerxes autem reis non caput, sed quam in capite mortis condemnandi gestabant mitram, detruncari jussit; aliis verò amputandæ auris loco, inaures præscindi alias voluit. Alphonsus Rex Neapolitanus persuasus, ut quendam in amentiam redactũ Nobilem, omnibus suis facultatibus exueret, idipsum facere renuit, replicans id contra omnem futurum esse charitatis ordinem, nihilque aliud fore, quàm afflicto novam insuper afflictionẽ addere; si nimirum ei omniũ adimeretur possessio facultatum, cui amentia eripuisset, aut infatuasset cerebrũ. Lex quoque apud Ægyptios decreta erat, qua statuebatur, ut si quis viatorẽ aliquod à latronibus vel homicidis naufragium, aut notabile damnũ perpessum, aliquo charitatis subsidio, secundùm vires suas non sublevasset, pœnâ capitis mulctaretur. Quid de Codri erga Patriam & cõpatriotas suos exhibita charitate dicemus? Cùm enim civitas sua gravi ab inimicis obsidione cingeretur, nec ullus eam liberandi, aut obsidionẽ dissolvendi modus excogitari posset, ad Apollinis oraculum accurrens, hoc ab eo retulit responsum, ut scilicet generosè cum hostibus dimicarent; si quidẽ glorioſam ab iis reportaturi essent victoriam. *Si ipse Codrus Rex hostium manu cecidisset, & occubuisset;* Quod inimici subodorantes, edicto publico caverunt, ne ullus Codrũ Regem interficere, aut occidere ullâ ratione præsumeret: Ipse autẽ coma, & regijs vestimentis depositis, simplicis cujusdam militis habitu indutum, se adversariorum copijs immiscuit, hacque ratione vitam prodigendi modũ adinvenit; Quidnam obsecro vir Christianus amplius facere potuisset, licèt conscius sibi sit, quòd *Majorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Denique de Clemente VII. refe-runt Historiæ, quòd is servorũ, seu famulorum, quos Hippolytus nepos sua in aula quotidiè alebat, numerũ scire desiderans, eorũ sibi à Nepotis suæ aulæ præfecto exhiberi jusserit catalogũ, cùmq; ex eodẽ illum excessivè multiplicatum esse didicisset, plurium servorũ nomina ex prædicto catalogo expunxerit, & dimitti præceperit, Quod Cardinalis Nepos Hippolytus inaudiens, domus suæ præfecto, ne Pontificiũ exequeretur ordinẽ, serio præcepit, Patruoque suo dixit: Verum quidẽ, domũ meam omnibus illis tuo jussu dimittendis servitoribus carere posse: ipsi autem domo mea carere, aut extra eam vivere non possunt; pauperes enim sunt, & fame cogerentur mori, atque ideo saltem ex motivo charitatis eosdem sustento; uti refert Joan. Boterus lib. 1. dict. memorab. Virtut. Illustr.

Paulus Aresi. lect. 36. n. 6.

Io Boëm. Auban. Teuton. lib. 1. de Africa. Rup. Holcot. in sap. lect 128. c. 4. Val Max. l. 5. c. 6.

Enimvero quod si ad vos in Charitatis actibus exercendos, nulla vobis ad imitandum alia supperunt exempla, non pigeat vos ad minus illa auscultare, quæ nobis in sacris Scripturarum sanctarum historiis, ad imitandum proponit Spiritus sanctus, præcipuè vero præclarum illud optimæ mulieris Tabithæ, quæ alio nomine Dorcas vocabatur, exemplum. Inde enim si id quod S. Lucas de ea refert, rectè observaveritis, aliud vobis quam meam felicitatem & prosperitatem augurari non potestis, si charitativi fueritis. Hæc igitur ex castello Joppen in palæstina de tribu Manasses oriunda erat, & quod maxime considerandum venit: *Exarplena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat* Actor c. 9. gravissima autem correpta fuit infirmitate, adeò ut intra paucos dies ex hac vita migrarit. Cujus sanctissimæ fœminæ mors magno dolore & luctu totum castellum affecit (quippe justorum hominum jactura omnibus communiter displicere solet) ac proinde duos viros ad sanctum Petrum, qui in Lydda, loco non procul à Joppen remoto commorabatur, confestim expediverunt, qui eum rogarent, ut in Joppen venire dignaretur, suisque orationibus prædictam fœminam ad vitam revocaret. Auditis igitur nuntiis Apostolus secutus est eos, cumque ad eos, qui defunctam deplorabant ingressus fuisset, vix ullus erat qui non instantissimè pro illa rogaret, suique cordis dolorem lacrymarum abundantia contestaretur. O quot mendici ad Apostoli pedes se prosternebant, dicendo: Nisi Tabitha victum mihi quotidianum mittendo paupertati meæ subvenisset, utique jam inter vivos superstes non essem: Ecquando unquam (dicebat alter) vel minimam vini stillam gustare potuissem, nisi sanctæ hujus mulieris pietas de eo mihi quotidie sollicitè prospexisset; Alius [cuius verba suspiriis atque singultibus intercipiebatur] subjungebat: peregrinus in hunc locum veni & mendicus, nec abullo obtinere hospitium poteram, aut aliquam experiri charitatem, nisi hæc mulier mei fuisset miserta, quæ suum continuò oculum in meam habebat paupertatem directum. Eousque eheu redacta eram [dicebat illa mortuæ huic compatiens vidua] ut ob vestis inopiam è domo egredi erubescere, & hyberno utique ex frigore emori debuissem, nisi hæc benedicta manus, quam reverenter exosculor, hanc quam ad carnem gero vestem mihi præscidisset, consuisset, aptasset. O quot infirmi præ necessitate fuissent mortui, quod carceribus vincti, miseriis & ærumnis oppressi in carceribus contacuissent, & in cineres fuissent redacti, nisi ab hisce fuissent pedibus visitati, hisque piisimis manibus refocillati. Etenim mulier aliqua tanta erga proximum charitate prædita quæri quidem & pervestigari potest, inveniri autem minimè. Verè mortua est omnium inopum & egenorum mater, qua amissa spem omnis refugii nostri parites amisimus. Quid hic faceret sanctus Petrus? Mox ut tantam eius à pauperibus deprædicari charitatem audivit, ad orationem confugit, ac postea apprehensa eius manu, Thabitam advocans *Erexit eam*, sicque rediit ad vitam: [Positis genibus pro illa oravit, eamque suscitavit, dignissimum est enim, ut longissimam vitam ducat persona, quæ in operibus charitatis se exercet.] Etenim cum non multi reperiantur simili charitate prædi ti, pauculi qui in ea se virtute strenuè exercent, nunquam meritò emori aut interire deberent. Verum enimvero vix discernere possum cui majoris charitatis honor attribuendus sit, an Thabitæ ob prædicta ejus opera, an vero sancto Petro eam resuscitanti? Vos o miseri & desolati pauperes idipsum judicate. Verum quidem est mulierem hanc facultatibus suis modò uni succurrisse, modò alteri: Petrus autem in vitam eam revocando, unico tantum actu, benignam vobis omnibus matrem omniumque veram consolatricem restituit. Hic igitur quilibet vestrum discat, quam sit hominum utile pietatis operibus sese totum impendere; vel enim Deus ei vitam prolongat, aut si moriatur, eum facit ad vitam quandam in hominum memoria immortalem resurgere.

Io. Gameius ibi.

6. Actus charitatis erga proximum duobus modis exerceri possunt vel illum à miseriis sublevando, vel cavendo & curando ne illi afflictiones obveniant: *Charitas alios curat, alios contremiscit offendere*; utrumque autem actum Beata Virgo MARIA exercuit. Magna namque Dei mater una cum castissimo sponso suo Josepho ad visitandam Elisabeth se recepit. *Exurgens* MARIA *abiit in montana, cum festinatione in civitatem Iuda.* Luc. 1. Etenim totus mundus inverti videtur, ex quo totius universi Domina, ad ancillam quandam visitandam se movet, unde & Elisabeth admirata est, quando eam domum suam ingredi videns dixit *unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* id est, ut apponit Euseb. Gallicanus hom. de visitat. [Ego potius debui ire ad te, sed tua cuique

fuis

illi humillitas te coëgit venire ad me. Sed quo-nam spectat tanta sollicitudo, quam virgo quæ dam adeo delicata & gravida, & Joseph vir provectæ ætatis, hîc adhibere cernitur? Forsitan, ut Lyranus, Cajetanus, Hugo, S. Bonaventura respondent, *Quòd virgo ob verecundiam festinaverit ne extra domum diu in publico moraretur:* Vel cum S. Ambrosio: *Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia.* Enimverò, si mysterium hoc penitus consideremus, satis liquidè patebit, quòd tam iter, quod Maria & Joseph confecerunt, quàm in iter illud adhibita sollicitudo fuerint affectus charitatis extraordinarię Mariæ & infantuli sui Jesu, quem virginali suo in utero ferebat: cum enim Joannes inter medias culpæ originalis miserias constitutus esset, confestim ille movit Maria, & velocissimis gressibus accurrit, adferendo ad eum unicum Verbi Incarnati remedium: (Virgo vulnerata charitate non potuit quiescere, quin cognatam inviseret, ac præsentia & gratia suâ adjuvaret, & ut Joannes adventu Verbi sanctificaretur. Et quidem tali cum sollicitudine in hoc itinere progrediebatur, ut ab Evangelista expressè *cum festinatione* abiisse dicatur, insinuando per hoc, quòd dum miseris & ærumnosis succurrimus, omnis moræ tarditas cavenda sit: *Jesus verò* (inquit Origen. hom. 7. in Luc.) *qui in illius utero erat festinabat adhuc in ventre matris positũ sanctificare.*

Ia. de Sylveira. c. 6. q. 1.

7. Quod verò ad secundum genus actuum charitatis attinet, quod in eo consistit, ut scilicet caveatur, ne afflicto addatur afflictio; si clarè videre vultis, qualiter hunc Deipara & Sponsus ejus exercuerint, observemus, quæso, modum, quo se Maria & Joseph in hac eadem visitatione Elisabeth habuerunt. Dicitur etenim, quòd Deipara Virgo salutarit Elisabeth: *Intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth.* Ergone sola Elisabeth salutatur, & præter hanc nemo alius? Cur non etiam honoristę salutationis Zachariæ defertur? num fortè id omissum est ideo, quòd nimirum indecens erat, ut Virgo talis, quæ ipsissima erat honestas atque modestia, virum aliquem salutaret? Hanc equidem rationẽ libenter admitto; veruntamen quia in Virginis quoque societate Joseph Virginis Sponsus erat, ad minus saltem ille in hoc salutationis officium subintrare debuisset. Quid igitur hic dicemus, num fortè ambos hosce castissimos Conjuges, vel alterutrum illorum aliquem inurbanitatis actum commisisse admittemus? Non sum equidem adeo temerarius, ut huic opinioni assentiar, neque aliquem pium fidelem inveniri posse existimo, qui idipsum asserere ausit; aliud igitur hac in re mysterium pervestigemus. Dico ergo cum Alberto Magno, quòd cùm sanctus senioulus Zacharias in pœnam incredulitatis suæ, in quodam domus suæ angulo, reclinatus in dexteræ palmam capite suo mutus sederit, adeò eo tempore afflictus fuerit & desolatus, ut inter homines comparere non fuerit ausus, & porrò non potuerit, quin verecundo genæ ipsius suffunderentur pudore, ideo Maria & Joseph ipsum salutare dissimularint; si enim tunc cum salutassent, quanta fuisset hæc miseri senis istius mortificatio, ex quo enim nulla reddere responsa potuisset, utique magnam inde in viscribus suis persensisset animi mœstitiam. Hæc igitur ex prædicta causa, studio & data opera intermissa salutatio, opus quoddam fuit eximiæ charitatis: *Virgo non salutavit Zachariam, quia erat mutus propter incredulitatem; non salutat ergo eum, ne dolor ei duplicaretur, cùm se impeditum ad respondendum videret; afflicto enim non est danda nova afflictionis occasio.* *Albertus Magnus in cap. 1. Luc.*

8. Multos quidem reperiri non inficior charitatem erga proximum profitentes, sed quæ infimi generis sit, nec omnem in se perfectionem contineat, ac consequenter parvi valoris moneta existat.

9. Joannis cap. 4 Reguli filius tanta laborabat infirmitatis cujusdam vehementia, ut ex ea jam jam morituru credederetur: *Incipiebat mori.* Pater itaque ejus vehementer illum amans, videnséque incassum adhiberi remedium, omneque auxilium humanum ineficax esse, ad Salvatorem confestim recurrit, eundem affectuosissimè rogans, ut divina sua omnipotentia pristinam filio sanitatem clementer restitueret. Simili modo Centurio noster servum habebat tam vehementi paralysi obnoxium, ut ejus in quodvis momentum mors imminere crederetur, nihil in ejus curationem adhibitum non fuerat, sed cassò prorsus & irrito eventu. Tandem igitur fama Salvatoris, & qua in curandis infirmis pollebat, mirifica virtute percepta, personaliter eundem convenire decrevit, & rogare, ut servo suo omni compassione digno, opportuno aliquo remedio succurreret. Dicebat igitur: *Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & malè torquetur.* Profectò, nisi adeo nobis perspecta esset Dei nostri sinceritas, non imerito eundem partialem existimare quis possit,

set; Regulum enim haud secus ac infidelem hominem durè alloquitur, dicens: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis*: Cùm tamen Centurionem econtra magnopere celebret, tanquam fide eximia præditum: *Amen dico vobis, non inveni tantam fidē in Israël.* A Regulo in domum suā venire rogatur: *Domine, descende, priusquam moriatur filius meus*, & renuit accedere, sed dixit: *Vade filius tuus vivit.* E contra verò ad domum Centurionis venturū se promittit: *Ego veniam, & curabo eum*; tametsi idem Centurio hunc sibi exhiberi deprecaretur honorem, dicendo: *Non sum dignus ut intres sub tectū meum.* Quænam est hæc partialitas? Adeo se erga Centurionem exhibet urbanum, ergà Regulum verò in simili causa adeo rigidum! Undenam obsecro hæc procedit Christi in agendo diversitas? uter ex ambobus melior existit; num Centurio probior Regulo, an verò Regulus Centurioni præferendus censebitur? Pro meliori hujusce difficultatis intelligentia, doctrina quædam S. Bernardini Senensis, ser. 6. post Cin. art. 1. fol. 61. col. 1. lit. B. diligenter advertenda est, qui charitatem, ad hoc ut perfecta sit, tres conditiones postulare docet, nimirum ut sit vera, justa, & sancta. Vera quidem esse debet, non verò abusiva, nec falsa, qualis futura esset, si dirigeretur ad proximum *propter propriam commoditatem & utilitatem*, adeoque in suum potiùs commodum atque beneficium foret resolvenda. Debet etiam esse justa, talis nimirum, per quam à nobis bono semper is, qui melior est, aut meliori optimus præferatur; hoc namque ipsa justitiæ rectitudo exposcit, ut sicut nobis studiosè procuramus bonū, non verò malum, ita quoq; idipsū desideremus proximo nostro: & econtrario sicut injustum, & contra rectitudinem charitatis futurum esset, alteri mortem, infirmitatem, aut aliud quodvis malum desiderare, ita quoque justitiæ & charitatis actus erit, omnia bona proximi in eodem læto semper oculo aspicere. Ultimò denique requiritur, idem ibid. cap. 3. lit. G. ut sit sancta: *Illud enim dicitur sanctum esse quod ad Dei gloriam ordinatur.* Ille autem sanctè charitativus esse dicitur, qui bonum alteri desiderat, aut facit, ex amore Dei, nec alium in hoc respectum habet, quàm ejusdem Dei majorem gloriam. Porro charitas, quæ simpliciter vera est, & justa, non est etiam num perfecti ponderis, sed sancta omnē in se perfectionem habet. Charitas Reguli primæ & secundæ speciei erat; nam vera fuit, quia filio suo sanitatem nequaquam fictè desiderabat: fuit etiam justa, quia vitam & suavitatē pro eo poscebat, quæ melius bonum est, quàm sit mors vel infirmitas: quia verò sanitatem illam desiderabat, in quantum hæc utilis erat soli filio, adeoq; in proprium duntaxat commodum redundabat, *& non ad gloriā Dei*, ideo ejus charitati id, quod melius est, deerat scilicet sanctitas, neque justum adæquabat Salvatoris, atque ideo modo jam dicto, rigidè scilicet & austerè cum illo egit. Centurionis autem charitati nulla harum conditionum deest; Et quidem de prima & secunda, res est manifesta; verè enim & justè procurabat sanitatem infirmi, qui licèt non filius esset, sed servus, eum tamen veluti filium charitativè tractavit, idque non ob servitutem, sive ei hactenus præstitam, sive in futurum præstandam, sed purè & simpliciter, quia creatura Dei erat, cujus solius gloriam in hac actione sibi ob oculos positam habebat, & hæc sola ratio fuit, cur à Christo cum tanta benignitate fuerit acceptus & habitus. Audite S. Gregorium Papam: *Reguli filio*, inquit, *per corporalem præsentiam non dignatur adesse: Centurionis servo non dedignatur occurrere; quid est hoc?* Cujus multæ opiniones à Scriptoribus sacris in medium adducuntur, inter quos Dionysius Carthusianus hunc honorem perfectæ & sanctæ Centurionis charitati attribuit, dicens: *Charitas Centurionis apparuit in hoc, quòd pro servo tam instanter rogavit, quem etiam puerum nominat propter dilectionem ad eum.*

Matth. 8.

Ioan. c. 4.

10. Quo fine Deum olim antiquis Sacerdotibus præcepisse existimatis, ut ignem semper in Altari suo ardentem curarent? *Ignis in Altari semper ardebit: Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in Altari.* Scire percupetem, quo fine Deus præceptum istud condiderit; neque enim dubito, quin egregiū aliquod sub eodem lateat mysterium. Apud veteres Romanos lego, quòd ignem semper ardentem curare, in templo Deæ Vestalis munus fuerit virginum; unde si fortè fortuitò, sive per negligentiam, sive ex materiæ combustibilis defectu ignis ille extinctus fuisset, idipsum malum semper censebatur esse omen, præcipuè verò *significabat Romanæ Urbi summam calamitatem, & ruinam futuram.* Num fortè Deus per hoc præceptum nobis insinuare volebat, in Altari cordis nostri ardentem semper esse debere flammam charitatis, ut sic actiones nostræ de bono semper in melius procedant. Ita quidem Durandus existimat,

æstimat, dum ait: *Per Altare cor nostrum intelligitur, quod est in medio corporis, sicut Altare in medio Ecclesiæ. Ignis est charitas, ignis semper ardebit in Altari, quia charitas semper fervebit in corde nostro.* Et Franciscus Georgius Venetus idipsum confirmans, dicit: *Similiter & charitatis fervor manere semper debet, quo cor possit accendi.* Verum enim verò omninò existimo, quòd hic ignis in Altari cordis nostri vel nunquam accenderatur, vel accensus confestim denuò suffocetur. De S. Petro sacrum nobis Evangelium refert, quòd in societate filii Dei in monte Thabor constitutus, omnibus illis gavisus fuerit consolationibus, quarum capax esse potest animus viatoris, à quibus proinde allectus à Magistro suo, licentiam sibi dari petiit, tria in eodem monte tabernacula fabricandi; in iisque ad mortem usque habitationem suam continuandi: *Domine, bonum est nos hic esse;* quasi diceret: nusquam locum aliquē magis mihi arridentem inveni, quam istum; ideoq; firmiter statui, hunc locum nunquam deserere, aut cum alio commutare: *Faciamus hic tria tabernacula.* Verùm discipulus hic non solùm hanc gratiam nequaquam obtinuit, verùm insuper asperam inde à sacris Evangelistis reprehensionem reportavit. S. enim Lucas dicit, quòd erat *nesciens quid diceret.* Et S. Marcus: *Non enim sciebat, quid diceret.* quasi inferre vellet, mirum non esse, Petrum hunc in modum loqui, cùm extra seipsum raptus, an loqueretur, an verò somniaret, ignoraverit. S. Ambrosius S. Petrum excusat, dicendo: *Quodignorabat, conditionis fuit, quod promittebat, devotionis.* Imò Beda eundem veluti ergà magistrum suum ardenter affectum magnopere celebrat, dicens: *Etsi Petrus præ stupore humanæ fragilitatis nescirat quid dicat, institi tamen fidei dat affectus indicium.* Fortè ideo *nesciebat quid diceret*, quia, ut putat Origenes, locutus est, *motus quodam spiritu alieno, vult evellere Christum sub ratione boni, ut non condescendat hominibus, nec veniat ad eos, nec suscipiat mortem pro eis.* S. autem Paschasius dicit causam, cur *nesciebat, quid diceret*, non fuisse aliam, quàm quia modicam se erga proximum charitatem habere monstravit; siquidem in monte existens, nullam habebat de aliis Apostolis curam aut respectum; bonum namque sibi soli volebat, alios verò illo privari, minimè curabat. *Neque enim de his, id est, Apostolis, aliquid cogitare videtur Petrus, in quibus charitas quàm maximè commendabatur.* In cordis sui Altari extinctus igitur erat ignis charitatis erga proximum, quia sibi aliud nihil habebat ob oculos positum, præterquam proprium commodum.

Guilielm. Durand. in rat. divin. offic. lib. 1. cap. 2. n. 11. fol. 8. Francisc. Georg. tom. 2. de harmon. fol. 4. fol. 93. col. 2. num. 205. Matth. 17. Luc. 9. Marc. 9. S. Ambr. in c. 9. Luc. Beda in Cathol. D. Thom. in cap. 9. Marc. fol. 83. Origen. ibidem, S. Pasch. lib. 8. in D. Matth.

11. Veruntamen Petrus tandem aliqua ex parte compassione & excusatione dignus esse videtur, quia tametsi se aliquā erga proximum charitatem habere non monstrarit, dū ad propriam duntaxat utilitatem attendit: veruntamen satellites illi, qui in domo principis Sacerdotum erant, non solùm nullam habuerunt charitatem, verùm etiam omnem è medio sustulerunt charitatis exercendę occasionem, imò ne illam experirentur, impedire procurarunt. Audite enim illorum ad Christum illudendum adhibitam astutiam: sacratissimum etenim ejus vultum fœdis, & puteolentibus, ac stomachabundis sputis, & otis narium q̄ excrementis defædarunt, & colaphis eum percusserunt: *Et cœperunt quidam conspuere eum, & colaphis eum cædere;* quod autem vel maximè notandum est, est hoc, quòd scilicet faciem ejus benedictam obvelarint: *Cœperunt velare faciē ejus;* id quod S. quoq; Lucas confirmat, dum ait: *Velaverunt eum.* Facilè nobis imaginari possumus, quòd impii atque crudeles illi ministri, nullam exercuerint actionem, qua Salvatorem pessimè tractare non intenderint; ac proinde quidnam per hanc faciei Christi obvelationē voluerunt prætendere, quem ei per obvelationem istam novum insultum facere meditabantur? Dionysius Carthusianus quidem dicit, illos aliud nihil intendisse facere, quàm ut oculos ejus obvelarēt: *Oculos ejus velo operuerunt.* Verùm per hoc non tollitur, nec diminuitur difficultas; scilicet quā ob causam oculos ejus obvelarint? Forrè id fecerunt, ne eorum videre posset scelera, eosq; castigandi occasionem acciperet? Minimè etiam hac ratione moveri potuerunt; vel enim eum Deum esse credebant, vel non; ipsos Deitatem ejus credidisse, non est verosimile; & posito etiam, quòd hoc crediderint, tunc pariter credere debebant, quòd ut Deus etiam hoc velo non obstante, videre eos perfectissimè poterat: si verò id non credebant, quomodo castigationē ab eo, quem in sua potestate constitutum habebant, timere poterant? Pulcherrimam apud Venerabilem Bedam lego subtilitatem, in hanc præsentem satellitum actionem, quę proposito nostro mirè deservit. Velarunt, inquit Beda, vultum Christi, quia nisi hanc benedictam faciem obvelassent, dum in ejus conspectu constituti erant, utiq; in Christi oculis velut in pellucidissimo

Marc. 9. Luc. 22. Dionysius Carthus. in Luc. c. 22. art. 48. fol. 240. lit. C.

simo quodam speculo semetipsos veram impietatis effigiem in facie sua portantes contemplati fuissent, ac proinde ad compassionem facilè moveri potuissent, adeo ut injuriarum loco charitatis ei officia impendissent, & vice injuriarum eum veneraturi & adoraturi fuissent: *Velaverunt autem eum, non ut eorum ille scelera non videat, sed ut à se ipsi faciem ejus abscondant.* Et Pater Joannes Antonius de Abula clarius idipsum explicat, dicens: *Ideo velaverunt Christi faciem, ne seipsos in ejus oculis viderent, ut ita facilius omnem à se humanitatis sensum abjicerent.* Studio igitur & data opera conati sunt impedire, ne Sol Justitiæ Divinitatis suæ radios per oculorum suorum crystallum in cordiũ suorum escam reflectens, eandem luculenta charitatis flamma accendere: Verùm enimverò, quot hodie sunt, si non pejores adhuc nostris impiis hisce similes, qui ne cogantur esse charitativi, aut ex occurrente objecto ad aliquod moveantur pietatis exercitium, omnem egenorum inopiam & miserias videndi occasionem è medio tollunt, vel oculos claudendo, vel obturando aures, vel terga ejusmodi pauperibus data opera vertendo? Ex horum numero Evangelicus Centurio minimè erat, hic enim charitate motus, ad infirmi servi sui beneficium nullum non adhibuit medium, nulli pepercit sumptui, nec ad propria incommoda respiciens, in persona propria ad cælestem Medicum requirendum accurrit. Ecquis enim hodie tantam in infirmum servum suum charitatem impenderet; quin potius ad primam pulsus alterationem in servo notatam, is vel è domo herì protinus dimitteretur, & abire cogitur, aut sine ullo solatio aut subsidio, deteriùs quàm si bestia aliqua esset, mori permittitur, vel ad hospitale desolatus ablegatur: Non ita Centurio; hujus enim singularem loquendi modum observate: *Puer meus*, inquit, *jacet in domo paralyticus.* Ipsum enim domi suæ velut naturalem filium suum habebat, & velut pro tali paternam ejus gerebat curam, unde & infirmitas illius cor illi transadigebat. O quàm pauci hisce temporibus nostris reperiuntur ejusdem conditionis domini! facilius invenientur, qui ut salarium, quod ex multorum annorum servitute servo suo debent, sibi reservare possint, mortem illi accelerare contendunt. Quisquis aures audiendi habet, hactenus dicta intelligat, suoque cordi infigat.

Beda in Cathed. D. Thom. in cap. 22. Luc. Ioan Ant. Abul. in Epist. ad Philip. cap. 2. v. 1. ad art. 4. n 3. fol. 303.

12. Verùm enimverò, ô utinam mihi hodie possibile esset, quòd charitatem debitis suis elogiis celebrando, aliquam possem in cordibus vestris illius accendere scintillam, libenter meorum adimpenderem, & superimpenderem. Ecquid autem ad hujusce virtutis, quæ est omnium aliarum Regina, prærogativas explicandas in medium adduci poterit? Sanctorum Patrum hac de re sententiam audiamus. Dicit igitur inprimis S. Augustinus, quòd *sola charitas est, qua vincit omnia, & sine qua nihil valent omnia, & quæ ubicunque fuerit, trahit ad se omnia.* S. quoque Gregorius hisce eam verbis commendat: *Tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cùm ad ima proximorum se misericorditer attrahit, & qua benigne descendit ad infima, valenter incurrit ad summa.* Hugo (ut cæteros fastidii cavendi causa intermittam) ait: *Nescio, si quid majus in laude tua dicere possum, quàm ut Deum de cælo traheres, & hominem de terra ad cælum elevares. magna virtus tua, ut per te usque ad hoc humiliaretur Deus, & usque ad hoc exaltaretur homo.* Denique omnes alias, quæ adduci possent prærogativas, in hac unica & sola breviter concludamus, dicendo, quòd in ea Divinitas quædam reluceat, qua nulla alia altitudo major inveniri poterit. Dicit enim S. Evangelista Joannes: *Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Cùm igitur sacri Theologi doceant, quòd *Deus sit omnia in omnibus.* Unde S. Bernardus dicit: *Deus ubiq; aqualiter totus est per suam simplicem substantiam.* Et Magister Sententiarum: *Deus*, inquit, *est ubique in omni creatura, essentialiter, præsentialiter, & potentialiter*; ac proinde influit cum cælis, cum Sole generat, germinat cum herbis, cum arboribus & plantis fructificat, cum terra producit, discurrit cum hominibus, cum Angelis intelligit, & sic consequenter de omnibus aliis creaturis discurrere licet; sequitur profectò, quòd talis quoque sit charitas; charitas enim efficit, ut quis infirmus sit cum infirmis, captivus cum in carceratis, cum afflictis angustiatus, pauper cum mendicis, sitibundus cum sitibundis, cum famelicis sit sine pane, sine veste cum nudis; ac proinde prospicit nudis, vestiendo eos; succurrit famelicis, pascendo illos; subvenit sitibundis, potu illorum extinguendo sitim; mendicos juvat, eorum subveniendo necessitatibus; afflictos erigit, ad patientiam illos exhortando: captivos consolatur, eorum procurando libertatem; infirmos fortificat, subministrando medicinam, & charitatem pe horum numero S. Paulus se esse declaravit, dicens:

Num

Nam cum liber essem, omnium me servum feci, factus sum Iudæis tanquam Iudæus, his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, ut eos lucrifacerem, factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Ac tandem postea concludit; *Omnibus omnia factus sum.* Quasi dicere vellet, ut interpretatur S. Anselmus: *Omnibus omnia factus sum non mentientis actu, sed compatientis affectu, id est non omnia mala omnium fallaciter agendo, sed aliorum omnium malis omnibus, tanquam si mea essent, misericordiis medicina diligentiam procurando.* O divinam Pauli charitatem! O Paulum in exercitio charitatis, ut ita dicam, vere divinum!

15 Tria illa coronata Orientis capita læta noviter nati Regis Judæorum nuntia mox ut audiverunt, subitò ab Orientalibus Regnis suis eundem Regem adoraturi recesserunt; abeunt igitur quasi deauratæ apes, ut illum visitent floré, quo cœlestis gratiæ liquores libare soleant: Cumque vix iter aggressi essent, subitò vatum in vitæ stellam quandam vident, adeo luminis refulgentem ut Solem adæquare, si non superare, posset, de qua postea Magi dixerunt Matthæi secundo *Vidimus stellam eius in Oriente.* Hæc autem particula *Eius* ad Deum refertur, quasi dicerent: *Vidimus stellam Dei,* ac proinde subjunxerunt. *Hoc signum magni Regis est,* id est, stella ista est stella Regis cœlestis & Dei omnipotentis. Scire autem hoc loco percupierem, ex quo antecedenti hi Orientales Magi hanc eliceant consequentiam, quod stella ab eis visa, Dei stella sit. Num forte prima stella fuit, quæ unquam in aëre apparuit. Anno Millesimo Quingentesimo Octuagesimo septimo vila est in Cassiopeia diurno tempore stella quædam in aëre flammivoma, nec tamen stella hæc stella Dei dicta fuit. Conimb. libro primo de Cœlo, capite tertio, quæstione prima articulo quarto. Deinde nunquid omnes aliæ stellæ sunt stellæ Dei? Adhæc ex quo Philosophi fuerunt, nunquid satis clarè judicare potuerunt stellam hanc ignitum aliquem vaporem esse? Imo verò quandoquidem Astrologi fuerunt, facilius existimare potuerunt, ipsam stellam quandam errantem esse, vel etiam stellam fixam, sed longo tempore absconditam, tandem verò post multos annos detectam. Cur igitur stellam hanc supra omnes alias honorando stellam Dei vocarunt? Respondet Sanctus Petrus Chrysologus serm. 156. hoc nomine illos hanc stellam appellasse, quia illam divinis vi-

debant obsequiis dedicatam: *Cernunt eam Dei obsequiis mancipatam.* Vnde Sanctus Maximus homilia quarta de Epiphania [Bene, Ejus, quia quamvis omnes ab eodem creatæ stellæ ipsius sint, hæc tamen propriè Christi erat) Et quidem tametsi multæ huius adduci possint rationes, ingratam tamen vobis nequaquam futuram esse existimo, illam, quam Scriptor quidam modernus in medium adducit. Audite igitur eandem: Magi è Civitate sua abiturientes mente ambigua & pede irresoluto consistebant, nescientes quam ingressuri viam essent, ut socum, in quo noviter Rex natus erat, invenire possent. Et ecce protinus stella quædam se iis exhibet, hunc illis charitatis actu se præstitura, ut viam doceret, & in eum usque locum, ubi inveniendus erat Dominus, ducatum præstaret? Hinc igitur aliam conclusionem facere nō poterant, quàm quod stella abs se visa Magni Regis gloriæ stella esset: *Hoc signum Magni Regis est,* seu stella Dei est? *Vidimus stellam Dei,* per hoc innuentes quòd quisquis charitatem erga proximum exercet, plus divini, quàm humani in se commonstret: Stella quæ cum esset in cœlo ac loco sublimi, humilibus non venuit hominibus in terra degentibus famulari, hæc esse non potest nisi stella Dei, ex Deique halitu venire [Joan. Sylveira tomo primo, libro secundo, capite quarto, quæst. 12. num. 45. fol. 251. col. 2.

14. Audio quidem Latronem apud Lucam in Crucem confixum per spem sibimetipsi animum erigere, atque ad Christum confugere, rogando: ut postquam in regnum suum gloriosus & triumphabundus ingressus fuerit, benignam sui velit habere memoriam, dicens: *Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum,* Lucæ 23. Veruntamen admiror Latronis hujus temeritatem; Tune enim, O Latro, gratiam exposcere audes ab eo, qui aliud quam eum offendere non fecisti? Verum quidem est, ipsum esse misericordem, attamen & justitia suum ab ipso debitum requirit, quod offensor pietatem ab offenso postulet, requiratque ab eodem subsidii suffragium, nimis evidens quædam est temeritas; quod Regnum cœlorum sibi dari postulet, cuius scelera & iniquitates vix expiari possunt per infernum, res paradoxa videtur. Vnde & Sanctus Ioannes Chrysostomus in Cat. Divi Thomæ in capite vigesimo tertio Lucæ text. septimo folio 234 col secunda illud admiratus, dicit: *Mille malis imbutus post-*

ter justitiæ fontem reminiscitur nequitia? Magnus Pontifex sanctus Gregorius in catalogo Divi Thomæ ibidem opinatur, latronem ad similem petitionem faciendam inductum fuisse, quia ex illius actionibus eum Deum esse animadvertit: *Fidem namque habuit, qui regnaturum Deum credidit, quem secum pariter morientem vidit.* Sed dices, imò si Deum ipsum esse credidit, tunc potiùs & trepidare debebat, utpote sciens, quando ab eo juxta delictorum suorum mensuram castigari posset. Verùm enimverò latro hic hunc in modum secum est ratiocinatus: si Deus est, ergo habebit charitatem, imò ipsissima charitas erit, cùm Deus à charitate præscindi non possit. Charitas enim in Deo nihil est aliud, quàm sua Divinitas: Unde sicut Deus sublatâ sua Divinitate, non potest esse Deus, ita nec Deum dare potest, quin habeat charitatem: Quia quisquis Deum dicit, summam & infinitam charitatem exprimit. Charitas autem non est charitas, nisi proximi necessitatibus compatiatur; ergo Deus nequit esse Deus, nisi miserabilium ærumnis sublevandis charitativè subveniat; tunc præcipuè, quando debitum ad eum habent refugium. O quàm efficax argumentum in enthymatis forma latro hic in crucis cathedra efformavit! dicere enim intra semetipsum videbatur: Crucifixus iste infallibiliter Deus est, ergo continere se non poterit, quin se charitativum erga me exhibeat, præstando auxilium, quod ab ipso deposco, prouti & reipsa factum est: Lucæ vigesimotertio: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* O quàm inæstimabile est charitatis pretium, & ingens dignitas, à Divinitate inseparabilem esse! Velasque in Epistola ad Philipp. capite secundo, versus primo ad not quarto, num. 2. *Videas hinc latronem in cruce pendentem, cùm primùm ei Divinitatis Christi lux affulsit, sic animose atque secure regni participationem ac veniam postulasse.*

15. Nuptiis in Cana Galilææ celebratis, quibus ipsemet Dei Filius, ejusque sanctissima Mater MARIA, unà cum Apostolis adstitêre, notabilis accidit vini defectus, ac proinde Virgo filio dixit, Joannis secundo: *Fili, vinum non habent.* Dominus autem in Genitricis suæ preces non condescendere non valens, ministris præcepit, ut hydrias aquâ repleret: *Implete hydrias aquâ, & impleverunt eas usque ad summum*: Architriclinus autem ad hydrias accedens, calicem una manu, altera verò hydriam corripuit, & contentum liquorem calici infudit, vidensque liquorem hunc adeò rutilanti esse colore imbutum, attonitus hæsit, & ipsismet oculis fidem adhibere non potuit, donec & gustum suum in consilium adhibuisset, calicem igitur libans, tam gustum, quàm oculum veraces fuisse aquæ in vinum conversæ testes invenit: Unde lætari non minus, quàm stupefacti fixerunt, quotquot hujus miraculi fuerunt spectatores. Sacer autem Evangelista Joannes miraculum istud describens: *Hoc fecit initium signorum IESVS in Cana Galilææ, & manifestavit gloriam suam*: Quasi diceret: Hac actione Christus gloriam suam palam fecit esse testatam: Verùm, inquies, quænam est hæc gloria, quam manifestavit? Nimirum (ut multi Scriptores, præcipuè verò Dionysius Carthusianus ibidem articulo septimo, folio 163. columnæ octavæ, littera H. explicat) *Manifestavit suam Divinitatem*: id est, notificavit Divinitatem suam in carne latentem, quasi diceret: Divinitas, quæ antea sub sacratissimæ humanitatis suæ chlamyde tecta & abscondita erat, per hanc actionem miraculosam manifestè se prodidit. Verùm dicat nonnemo, fecit Christus tot alia miracula, & tamen per illa Divinitatem suam manifestasse nunquam dicitur: Cur igitur manifestasse dicitur in isto? Videamus an deprehendere possimus mysterium. Dei filius in remotiores solitarii cujusdam deserti horridas silvas ingreditur, ut exis locum quendam seu campum Martium eligeret, in quo cum Satana inimico suo præliaretur: Matthæi capite quarto, *Ductus est Iesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo.* Qui, uti mihi imaginor, apprehensa cani & venerandi senis cujusdam specie, sub vili & rudi habitu subtilitatem abscondebat suæ malitiæ: In vultu quidem compassionis referebat effigiem, in corde autem malignitatis claudebat quintam essentiam, atque extrinsecus omnino oppositum exhibebat illius, quod in interiori animo reservabat conclusum. Salvatori autem, postquam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus jejunasset, propinquior factus huic utique dolo & malitia plenis verbis illudere vo-

re voluit. Quidnam obsecro erroris commisisti, quòd pœnitentiam à te exigas adeo severam? Num occidere vis temetipsum? Erras profectò, erras, pietas enim Dei vel unico dumtaxat suspirio, satisfieri sibi permittit. Verum quid dico, erras? Si enim Dei filius es, quod equidem ignoro, licèt hoc tibi nomen per universum mundum acclametur, procul utique ab omni te errore remotus. Quo igitur fine cum tanta abstinentiæ asperitate innocens corpus tuum macerare contendis? Consumavi & ego in horridis silvis istis juventutem meam, labentemque & provectam hanc ætatem herbis, radicibus, & undâ puâ inter hasce rupes scaturiente enutrivi: At verò quadraginta diebus, & quadraginta noctibus continuis sine ullius cibi sumptione jejunium producere, est sibi deditus studio, & data opera vitam adimere; ac proinde ipsissima pietas, tui compassione ob tam longas abstinentias commota me stimulavit, ut hùc te conveniens, salubria tibi consilia suggererem. Paupertas mea, quam profiteor, adeò est extrema, ut ne minimum panis frustulum concedar, quod pro tui restauratione huc adferre potuissem: Qui adfert quod potest, ad plura non tenetur. Habeo itaque penes me certos quosdam lapides, quos Jordanem transeundo collegi, tibi (si verum est, te Filium DEI esse, uti dicunt) nihil est facilius, quàm ut illos in panem transmutes: Matthæi quarto, Lucæ quarto: *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Verum est quidem, quòd Filius Dei hìc in deserto miraculum non fecerit, commutando lapides in panes, sicut in nuptiis Canæ in Galilæa aquam convertit in vinum. Veruntamen dato, quòd miraculum istud fecisset, credimusne Evangelistas dicturos fuisse, quòd Christus in tali miraculo *manifestavit gloriam, id est, Divinitatem suam*? Dici posset, illos id procul dubio fuisse affirmaturos, quia tantundem importat è lapidibus panem facere, quantum est ex aqua facere vinum; imò major reperitur disparitas inter lapides & panem, quàm aquam inter & vinum; in necessitate enim aqua etiam sitì extinguendæ subservire potest; at verò ad famem exstiandam lapides minimè conducunt, sive cocti fiant, sive crudi. Et tamen Rupertus Abbas Tuitiensis dicit, quòd si Christus prædictum quoad lapides miraculum fecisset, dici minimè potuisse, quòd per tale miraculum Divinitatis suæ gloriam manifestasset: *Fortè enim putas, quia gloriam manifestasset, si ad ejus dictum lapides facti fuissent panes; sicut in eo gloriam suam manifestavit, quòd ad ejus nutum aqua in vinum versa est.* At verò meritò inquires, quænam hujus disparitatis sit causa? Hæc videlicet, quia in deserto propriis attulisset necessitatibus medelam, ac proinde ibi *Non manifestasset Divinitatem suam*: In nuptiis autem proximi necessitatibus prospexit, ecce charitatem! Dicere igitur debebat: *Manifestavit charitatem suam*; quod tamen non fecit, quia dicit, *Manifestavit Divinitatem suam*; meritò autem ita loquitur, quia idem est Charitas, quod Divinitas. Joannes Sylveira tomo secundo, libro quarto, capite primo, quæstione trigesima tertia, num. 132, folio vigesimo nono. *Si Salvator in conversione lapidum potentiam suam ostendisset, ut Diabolus petebat, cùm inde nullus ad hominum salutem fructus daretur, gloriam suam manifestasse non diceretur: hæc enim tunc maximè publicatur ac declaratur, cùm commodum nostrum atque utilitas intervenit.* Cùm igitur Christum imitando Divinitatem vestram testari non possitis, ad minus humanitatem vestram cum Evangelico Centurione demonstretis, pauperibus per eleemosynam subveniendo.

PARS SECUNDA.

16. VERUM quidem est, charitatem erga omnes egenos exercendam esse, verumtamen, præcipuè exhibenda est infirmis; atque ideò sancta Mater Ecclesia casum præsentem Centurionis erga servum suum nobis proponit, hisce verbis expressum: *puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Dicere solebat Seneca Epistola 65. Naturam humanam ingens quoddam corpus esse, nosque omnes illius esse membra: *Membra sumus corporis magni*: Una corporis nostri parte infirmante, mirum est, quanta

cum charitate cætera membra ei auxiliando succurrant; cur igitur nos erga pauperculum hominem, per infirmitatem lecto affixum, eam non habebimus charitatem, ut eum visitando, verbisque pariter & factis consolationem aliquam adferendo, ei non succurramus? Ulpius Trajanus Chirurgo cuidam infirmi vulneribus mederi volenti, deficientibus fasciis ad dicta vulnera obvolvenda necessariis, suam sibi exuit, & aliquot in partes discidit camisiam: Horatius Tursellinus libro quarto Epistolarum historicarum, in vita Ulpii Trajani: *Subucula suæ non pepercit*, factaque inde multas fascias Chirurgo consignavit, ut deinceps in alligandis infirmi vulneribus, iis utendi facultatem haberet: Idemmet Alexander erga Lysimachum præstitit fasciam quandam, Regiæ dignitatis signum, è diademate, quo vertex ejus redimitus erat, tollendo, ut eidem curando recepto, in fronte vulneri usui esset: (Alexandrum Magnum legimus quandoque sibi diadema detraxisse vulneri obligando, quod in fronte acceperat Lysimachus;) Scribit Cælius Rhodiginius libro vigesimo quarto, capite sexto, fol. nongentesimo vigesimo secundo. Joseph Speranza de beneficiis, folio ducentesimo nonagesimo quarto, pagina centesima quinquagesima tertia, columna prima, libro Decretalium. Henrico Angliæ Rege per ferrum quoddam veneno imbutum vulnerato, vulnus ejus à Medicis judicatum est plagam esse insanabilem & mortalem, cui medendo unicum tantùm excogitare potuerunt remedium, videlicet, ut aliquis os vulneri adhibens, venenum exsugeret, quocum Regi vitam, sibi mortem conciliaret. Pientissimus autem præfatus Rex morti potiùs se subjicere, quàm simili remedio uti maluit. Dum autem nox pariter & infirmitas aliquantulum Regi requiem & somnum indulgerent, Regina charitate plena, ad infirmum clam ingressa, soluto cum dexteritate vulneri os suum applicuit, unàque cum veneno sibimetipsi mortem exsuxit, maritum verò è mortis manibus ereptum, sanitati restituit. O rarum & unicum charitatis exemplum! Quid de Henrici de Urimaria charitate dicemus? Jordanus de Saxonia in Vitis Fratrum, libro primo, capite primo, folio nonagesimo octavo. Bonus etenim hic Dei servus adeo erga infirmos erat affectuosus, & infirmantium tantus amicus, ut quotidie infallibiliter post Missam, & quotidianas orationes suas, ad visitandum infirmos concesserit, eosque discursibus & colloquiis spiritualibus ædificarit; dum nunc eos ad suam voluntatem cum divina conformandam disposuit, nunc ad patientiam cohortatus fuit, & in quovis occurrenti casu consolationes submiserit. Quòd si nonnulli medicinas, cibique refocillationes nauserent, ipse totus eviscerabatur, donec eos promptos reddidisset ad sumendum quidquid illis utile esse poterat, & ut Beatus noster Jordanes de Saxonia ibidem ait: *Tantam pietatis humanitatem ad infirmos habuit, ut sæpè cibum vel potum, quem infirmus horrebat, ipse primus coram eo sumeret, ut vel sic infirmus audacius & libentius sumeret, quod ministrabatur.* Imò leprosum quendam omnibus abominabilem mensæ suæ accumbere, atque ex eadem lance manducare, nec non ex eodem cratere bibere fecit: (ut vel sic minùs abominabilis fratribus redderetur,) scribit supradictus Jordanes.

17. Postquam benignissimus mundi Salvator in Civitate Capharnaum appulisset, domum quandam ingressus est, in qua ad eum videndum & auscultandum tantus congregatus est populus, *ita ut non caperet neque ad januam*, inquit sanctus Marcus cap. secundo. Nonnulli, qui aliquasem virtutis suæ & miraculorum alibi patratorum habebant notitiam, certum quendam infirmum paralysi oppressum, lecto impositum, coram eo meditabantur deponere, ut reconvalescentiæ gratiam ejus voluntate & jussu reciperet; Ad foras autem domus venientes, tantam offendunt hominum multitudinem, ut domum ingredi impossibile esset; quapropter inter se congregati, de eo, quod optimum factu esset, deliberare cœperunt, dicentes: Turba hominum ingens est, Deus autem novit, quando hæc è domo se recipiat? fieri posset, ut breve Dominus discederet, & ecce amissa erit bona sperati eventus occasio; Cùm igitur aliter facere nequeamus, operæ pretium est, rectum conscendere, idemque eò usque discooperire, donec spatium fiat, per quod paralyticus funibus coram eo demitti possit. Dictum, factum: *Et cùm non possent eum offerre illi præ turbâ, nudaverunt tectum, ubi erat, & patefecerunt*

facientes submiserunt grabatum, in quo paralyticus jacebat. Res profectò nova admodum, admirabilis, & inaudita! nudare tectum aliquod ad demittendum in lecto jacentem infirmum? Nunquid considerare poterant, fieri facilè posse, ut pars quædam tegulæ vel lateris decidens, nonnemini eorum, qui subtus ad auscultandum Dei filium consistebant, occideret? *Nudaverunt tectum*, inquit Victor Antiochenus, *asportantes infirmum, rem miram & novam aggrediuntur: tanquam maximè avidis sanitatis hominis, per scalas conscendunt ad tectum*; id quod tamen rectè consideranti minimum esse non debet; siquidem ad id illos erga plurimum charitas obligabat, ut nimirum omnem tentarent viam, nec ullum præterirent medium, quantumvis difficile, dummodo ad præcundam infirmo sanitatem opportunum esset. *Erant enim repleti spe in Deum, & charitate proximum*, inquit P. Joannes de Sylveira Carmelitanus, tom. 2. lib. 4. cap 26. quæst. 4.

18. Postquam totius universi Salvator Simonis socrum à febri maligna liberasset, ex hoc miraculo tracti, *Omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad Jesum*, Luc. 4. Cælestis autem medicus manum super infirmorum capita extendens, eos curabat, omne abiis malum propulsando: *At ille singulis manus imponens, curavit eos* Sanctus Dionysius Carthusianus pulchram hoc loco difficultatem movet, dicendo: Cùm Christus unico duntaxat voluntatis suæ actu omnes illos sanitati restituere potuerit, quo igitur fine super cujuslibet caput manus suas imposuit? Videtur enim per hoc demonstrati potentiam & virtutem suam limitatam esse ad operandum solùm in virtute contactus. Et quidem per me licet, ut quilibet hîc pro suo libitu loquatur; veruntamen mihi dicendum videtur, hosce capitum contactus, quosdam esse charitativi cordis, nec non manus à pietate erga infirmos motæ effectus, eosque nullo alio fine positos, quàm ut nobis darentur documenta charitatis erga infirmos, ut scilicet omnem moveamus lapidem ad illos curandos, aut sublevandos, quantumvis nostro cum incommodo id fieri debeat: *Infirmos, ut qui solo imperio sine contactu quivit curare, sed singulis manus imposuit, ut suam charitatem & compassionem ad languidos & egenos ostenderet.* Ilaias Propheta Redemptoris nostri futuras proprietates prævidens, illum ex progenie Jesse, & Mariæ Virginis, veluti florem quendam, progerminandum esse prædixit hisce verbis: *Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice ejus ascendet*, Isaiæ 21. Nati verò Salvatoris nomen esse voluit JESUS NAZARENUS, quod idem est, ac floridus: & in sacris Canticis à semetipso flos appellatur: *Ego flos campi*, Cant. 2. idque non alia de causa, uti existimo, quàm quòd in se omnes contineat liquores, unde pro quovis infirmitatis genere fieri antidota possint, insinuare nobis volens, nomen suum factis correspondere, dum sanitatem adfert infirmis, & de hoc quidem gloriatur; unde Hugo Victorinus in Mile. lib 4 num. 1. in tit. 26. *Virgo DEI Genitrix virga est flos filius ejus, quàm bene, quàm rectè dicitur flos, quia ex virga Virgine producitur: in flore itaque est mellificatio, ex flore fructificatio, ex flore favus & fructus.* O quot dulcedines ex hoc flore libat apis sanctitatis! & postea subjungit Hugo: *Si parva sunt ista, addo, quòd & in flore medicamenta.* Ex hac medicina sanitas sempiternæ incorruptibilitatis.

19. Lucæ 16. moritur Lazarus mendicus, eumque in Abrahæ sinum Angeli deferunt: *Factum est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraha.* Cur obsecro non in sinum Isaac, Jacob, Moysis, aut aliorum? Item cur inter tot mortuos de solo Lazaro, non verò de aliis, eum in Abrahæ sinum receptum fuisse dicitur? Ad utramque difficultatem simul respondetur, Lazarum mendicum & infirmum fuisse: *Erat quidam mendicus nomine Lazarus, ulceribus plenus.* Dignissima etenim Abrahæ professio, in qua omni cum industria se exercebat, erat charitas erga pauperes & egenos; his namque adeo inclinatus erat, ut etiam in altero mundo totaliter contentus esse non videatur, nisi in hoc erga Lazarum pietatis officium exerceret; id quidem mihi doctrina S Petri Chrysologi, nec non doctissimi Carthusiani perluadet: *Dicitur*, inquit, *sinus Abrahæ, propter hospitalitatis officium, in quo Abraham fuit excellens, ita quòd & nunc se beatum quasi non crederet, si in superna gloria à suo cessaret hospitalitatis officio.* Et tamen hujusce virtutis nos adeò infesti inimici sumus, nomen habemus Christiani, id est, charitativi, nec tamen in nobis vel minima reperitur charitatis

D. Bern. serm 2. de Adventu Domini.

D. Chrysologus, & Dion Car. in c. 16. Luc. art. 39.

Dionysius Carthus. ibid. art. 2.

umbra. Quot pauperibus, qui potiùs ex languore & penuriâ victûs, quàm ex ardore febris moriuntur, per nihilum quasi subvenire possemus, & tamen omni christiana charitate sepositâ, miserè illos perire permittimus? De pauperibus attamen loquor; nam si dives aliquis infirmetur, qui multas post se relicturus est facultates, cujus copiosi sunt reditus, si vel minima hæreditatis spes affulgeat, ô quot circa ipsam charitativi repertiuntur, qui certatim ad eum visitandum accurrunt, intentione nescio an dicere debeam, dandi infirmo, an verò ab eo accipiendi solatia: Quòd si verò pupillus aliquis superstes remaneat, aut filia quædam nuptui tradenda supersit, in malam hi crucem abeant, aut mendicando stipem ostiatim colligunt. Infirmatur Joram, quia verò dives & opulentus erat, 4 Reg. 8. Rex Ochozias personaliter eum visitare non fuit dedignatus. 4 Reg 20 Rex quoque Ezechias in infirmitatis lecto graviter decumbebat, 4. Reg. 30. quem Rex Syriæ summo cum studio per suos visitasi; eique præclara mitti munera præcipiebat. Infirmatur quoque pauper ille Ægyptius, & deseritur ab omnibus, moriatur licèt fame & siti; nemo tamen est, qui vel aquæ calicem ei porrigat. Confundamur in cordibus nostris, Centurionem Evangelicum hodiernâ die considerando, qui tametsi homo dignitate & imperio conspicuus esset, ei tamen, quem domi suæ habuit, infirmo servo de necessariis omnibus prospexit, eumque affectu prorsus paterno gubernavit, nec non pro impetranda ei sanitate Christum in persona propria convenit.

20 Quòd si perspicuum nobis esset, quanta nobis merita infirmis nos totaliter impendendo conciliemus, essemusque meritorum comparandorum cupidi, cuivis utique infirmitatum curandarum occasioni obviam procedere curaremus Religiosus quidam, *ut scribit B. Iordanes de Saxonia*, senem quendam sanctum Dei servum interrogavit, quid sibi de sequenti casu dicendum videretur: ponamus enim duos esse homines, quorum unus in civitate totus deditus sit orationibus, jejunerque sex septimanæ diebus, adjungendo totidem disciplinas & macerationes, sitque continuò coram Crucifixo genuflexus; alter verò infirmis inserviat eis ministrando, assistendo, consolando, uter illorum opus facturus est magis meritorium, aut gratius Deo? Audite sapientissimi Senis responsum: *Si frater ille qui sex dies jejunium protraxit, appendat se per nares, non potest æqualis esse illi, qui infirmitatibus deservit. Et si advertimus servire infirmis, est servitium Angelorum; Angelorum enim est servire Christo, & infirmus frater repræsentat Christum.* S. Joannes, qui Minor dicebatur, infirmo cuidam ob decrepitam ætatem impotenti, & ex corporis affectu fastidioso, 12. solidos annos inservivit, nec tamen bonum aliquod aut gratæ mentis significativum verbum ab eo accepit: morti autem vicini Senis manum apprehendit, dicendo: *Sanus sis, sanus sis, sanus sis*; cui senex in multorum circumstantium præsentia subjunxit: *Angelus es, non homo, qui tot annis mihi infirmanti servivisti, bonum sermonem à me nunquam audisti.* Unde vides quòd infirmorum obsequio se impendere, officium sit Angelicum, imò Angelus quidam est, qui iisdem per verum amorem & charitatem præstò est.

21. Demum verò præsentem discursum per casum quendam à S. Bernardino Senensi in hac forma relatum, terminare constituì. Dicit igitur Sanctus hic, quòd si tempore contagionis pauper quidam homo ab infirmitate pestilentiali oppressus, derelictus esset ab amicis, parentibus, & omnibus, qui proinde eum veluti bestiam mori sinerent, inops quoque tam corporalium, quàm spiritualium subsidiorum, torqueretur ab æstu, siti arderet, seque ipsum conaretur occidere, nimirum minus malum mortem, quàm quas patitur ærumnas esse existimans: dumque hisce malis oppressus auxilium exposcit, nemo esset, qui ipsum auscultaret, imò omnes eum fugerent, ejus obtutus haud secus ac basiliscì magnopere formidantes: ac proinde dum infelix hic homo omni se subsidio destitutum, atque ab omnibus derelictum atque desolatum esse videt, periclitari de patientia & totaliter desperare, mortique corporis animæ quoque damnationem adjungere meditaretur. In tali casu, inquit S. Bernardinus, quòd si nullus in ejus adjutorium sese moveat; *sed timens contaminare à morbo, & ex hoc timore illum derelinquens, corpus proprium præbuit spiritui proximi sui, mortaliter peccare videtur.* Ratio est, quia *simul & mors corporalis & spiritualis contingere potest.* At verò posito, quòd in casu

ctus tantæ miseriæ peccator aliquis gravissimus, usurarius, scilicet latro, homicida, concubinarius, omnique imaginabili iniquitatis specie coinquinatus, compassione in corde tactus, verâque charitate motus, ob zelum salutis cor-poralis, magis verò ob timorem, quo animam illam damnat. metuit, ad ei subveniendum accurrat, consolando, & exhortando illum ad patientiam, aliaque ei auxilia verbis & operibus pro viribus præbendo: isque hisce charitatis actibus exercendis insistens, ab infirmo eandem qua laborat, contagionem participet, quæ continuò in viscera sese diffundens, cordis rei-gnemoccupet, ita ut violenta & repentina quidam morte correptus, ne quidem JESÙ nomen invocandi tempus habeat: *Depeccatis quæque sua non habent spatium cogitare, nec alterutrum* (sunt verba Sancti,) *minusque Deo, vel alterum fieri, aliam satisfactionem non agat, sed in hoc statu decedat*; quid de anima hominis talis dicendum putabimus? Quodnam de illa feremus judicium? Respondit S. Bernardinus: *Bene, melius, optimè sperandum est*; quia actus ille charitatis æquivalet pœnitentiæ, contritioni, & confessioni, tanti est meriti apud Deum: *Intellige in hac fervida charitate contritionem, confessionem integram, & satisfactionem plenissimam comprehendi.* Ac proinde S. Petrus ait: *Charitas operit, id est, annihilat,* (inquit S. Bernardinus) *coram oculis Dei multitudinem peccatorum.* Et S. Pater Augustinus de laud. charit. dicit: *Habere omnia Sacramenta & malus quis esse potest, habere autem charitatem & malus esse non potest.* Rogemus igitur Deum, ut nobis det charitatem, ut Centurioni præstitit, dicamusque cum Poëta moderno:

O Deus, ô qui perpetuis amor ignibus ardes,
Fac caleant flammis pectora nostra tuis!

SERMO TERTIVS.

FERIA SEXTA CINERVM.

Audistis, quia dictum est antiquis, &c. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros. Matth. cap. 5.

I. Ergone condonandum est iis, qui me offenderunt? Necessum erit amare eum, qui me persequitur; benedicere mihi detrahenti; eum, qui me mordet, osculari; laudare, qui me vituperat; cumque, qui me vulnerat, amplexari? Ipsimet quoque felices, licèt simus insensibiles, sentire tamen videntur, si percussionum injurias afficiantur; nam ad sui vindictam tot è frigido sinu suo ignis globos, quot scintillas emittunt. Et ego, qui lapis non sum, eaque honor & fama vitæ æquivalent, impetuosis implacabilis furoris aquilonibus sua vitæ atrâ correspondere debebo, exhibendo benevolentiam, impendendo amorem, & beneficia præparando? Imò verò, totum id facere debet, quisquis christianæ religioni se admo-dum profitetur. Hoc namque Legislator noster nobis faciendum esse expressè declarat, dum ait: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.* Et quidem quantum actio ista ab hominibus nostri temporis contemnitur, tantundem apud præteritorum sæculorum heroës in veneratione fuit, utpote præ cæteris omnibus laudabilior & gloriosior; quia ut sanctus Valerius Episcopus refert: *Vitra felicitatem constat esse victoria, inimicum salvum fecisse, nec injuriam vindicasse.* Et sanctus Gregorius ait: *Nil il pretiosius DEO virtute dilectionis.* Unde laudari solebat Romanorum consuetudo, quia illos dum-

D. Valer. Epist. in quoda n serm.

D. Greg. in Ez. ist.

dumtaxat ab imperio suo proscribere, & exterminare solebant, qui obstinati atque protervi per suam potentiam alios præsumebant opprimere; illos verò solùm adamabant, qui omnem offensam piè condonare consueverant iis, qui idipsum cum humilitate reverenter postulabant: *Parcebant subjectis, & debellabant superbos.* Unde S. P. N. Augustinus tom. 5. de Civitate Dei ad Marcellum, part. 1 cap. 5. affirmat, quòd *Romani acceptam injuriam ignoscere malebant, quàm prosequi*; prouti experti sunt Seritæ, qui veniam postulantes, eandem sine ulla mora aut difficultate impetrarunt. Echilus civibus suis prohibuit, ne in suam Rempublicam admitterent leones: *Non esse leonem in Republica alendum jubebat*, id est, homines feroces, vindicativos, & implacabiles. Germanici in condonandis Pisoni toties per traditiones repetitis offensis, promptitudo, & benignitas, æterna erit per omnia sæcula memoria digna, sufficiebat namque illi, si hostis sese de illo vindicare potuisse cognosceret, cæterùm semper salvavit inimicum, quando eum in extremam ruinam redigere poterat: Hipponicus per unicum dumtaxat submissionis actum Alcibiadi reconciliatus fuit. *Accedens complexus est eum & omnem noxam donavit.* Magnus ille Cato probè sciens, quantum rubigo odii vitam humanam consumeret, hæc in annulo suo verba descripta ferebat: *Amicus unus, inimicus nullus.* Unde Otto Imperator cum Mario Celso capitalissimo inimico suo omni studio sese reconciliari procuravit, omnesque hactenus commissos errores, & receptas ab eo injurias promptè ei condonando, eum dulciter est amplexatus: *Iubens Marium Celsum ad se adduci, amplexatus est eum*, inquit Plutarchus, eumque non vulgari affectu amando familiarissimorum amicorum suorum numero adscripsit: *Statim intra intimos amicos habuit*, inquit Cornelius Tacitus libro primo historiarum. Julius Cæsarum primus in condonandis injuriis animo fuit adeò compositio, ut si Plutarcho credimus, (hostibus suis multis salutem dederit: Nonnullis quoque honores & magistratus, veluti Bruto & Cassio addidit.) Integrum quendam ad Pompejum à suis fautoribus scriptarum litterarum manipulum Cæsaris manibus consignatum fuisse, referunt historiæ, qui, ut omnem adversatiis suis, qui contra ipsum scribebant, vindictæ à se contra ipsos conceptæ occasionem præscinderet: (Jussit comburi litteras, nec eas aperuit, ne authores cognoscere, & vindictam sumere cogeretur.) Qualis Octaviani (qui inter Augustos generosior aquila fuit) in condonandis malevolorum suorum injuriis benignitas & mansuetudo fuerit, à Seneca id referente edisci possumus; dicit enim: [Bonum Principem Augustum fuisse; & bene illi convenisse parentis nomen fatemur, ob nullam aliam causam, quàm quòd contumelias quoque suas, quæ acerbiores Principibus esse solent, quàm injurias, nulla crudelitate exequebatur, quòd probrosis in se dictis arriserit.] Mittat licèt Cleopatra Marco Bibulo Gabinianos, qui duos ejus filios, oculorum suorum pupillas occiderant, ipse tamen non vindictam ergà eos exercebit, sed salvos sanosque remittet. Alcæus quoque Poëta, qui tanta contra Pittaci famam & existimationem locutus fuerat, ut eum diffamaret, in præfati Pittaci manus & potestatem extradatur, ipse tamen animo generoso injuriarum oblitus, alio se modo non vindicabit, quàm solis verbis facti sui indignitatem ei exponendo. Pythagoras discipulis suis prohibebat, ne vel minimam indignationis reliquiam in corde suo retinerent, ne fomitis vel sulphuris loco ad vindictam accendendam iisdem servire posset: *Omnem esse jubebat memoriam offensarum oblivione conterendam.* Quòd si igitur famosissimi cœcæ gentilitatis viri, licèt nulla essent amabilis à Christo promulgatæ legis cognitio ne præditi, adeò accurati legis erant observatores, quomodo igitur excusari poterit, si Christianus, qui exactissimus esse debebat legis Christianæ observator, inter cæteros primus illam negligat, contemnat, & pedibus conculcet? Talene exemplum Christianissimi posteritati à fidelibus dabitur, non verò à Gentilibus? Dicit igitur Christus: *Diligite inimicos vestros*; amari namque debet inimicus, nullum ei vindictæ sensum exhibendo; hæc namque actio inter omnes Christiani hominis actiones dignissima est, & dignissimum quoq; sibi comparat præmium, nimirum quòd simul cum glorioso filii Dei titulo hæreditatem adferat cælestem. Ad hanc igitur doctrinam Evangelicam addiscendam discipulos vos exhibete, eamque erga me in actu practico exercendo condonetis velim, si ad hanc cordibus vestris inserendam virtutem proportionatum in me non experiamini talentum.

Tit. Liv. l. 7. c. 225. Hor. Pint. in Ezechiel, ap. 14.

Vega in Domin. 5. post Pent.

2. Di-

2. *Diligite inimicos vestros.* Amantem amare natura persuadet, non amantem amare divinæ est gratiæ tribuendum: non amare amantem ingens est impietas; non amare non amantem ab imperfectione naturæ nostræ procedit, ut pote quæ ad malum nos semper inclinat, unde ad hunc defectum emendandum, contrarium nobis à Christo præcipitur, dum ait: *Diligite inimicos vestros.* Porrò tribus potissimum modis juxta Angelici Doctoris doctrinam 2. 2. *quæst. 25. art. 8* inimicus diligi potest, scilicet primò, si ametur inimicus, ut inimicus, id est, in quantum nos odit, & persequitur, & sub hac formalitate ad eum diligendum ab Evangelio non adstringimur, nec obligamur, siquidem talis dilectio repugnaret charitati, quia per illam malum proximi amaretur? imo sub hoc prætextu potius odiundus est inimicus, *quod est odisse malitiam, non naturam.* Demissitur ut sanctus Augustinus serm. 168. de temp. serm 2. docet: *Odio habere morbū & diligere egrotum.* Secundò, si quis inimicum amet non unquam inimicum, qui nos odit, sed in essentiali, in quantum est homo, creatura Dei, capax æternæ beatitudinis, & pretioso Christi sanguine redempta, & cùm in hoc statu nec inimicus sit, nec adversarius, *non est contrarius, ideoq; diligendus;* vel tertiò, amor iste *in speciali* considerati potest, ita ut aliquis moveatur ad amandū inimicū *motu particulari*; hic amor non est necessarius *simpliciter* ad charitatem, neque ad salutis consecutionem; verum quidem est, quòd qui sic amaret, non malè, sed benè faceret, atque ideo sufficit habere animum quendam promptum ad amandum illum *toties, quoties* veniret occasio, per motum particularem affectûs & benevolentiæ. Et hoc tanquam Christiani facere debemus, ut impleamus præceptum Salvatoris, qui expressè id nobis præcipit dicens: *Diligite inimicos vestros.* Et tametsi hoc præceptum, utpote affirmativum, obliget tantum semper, nihilominus quia omne præceptum affirmativum includit in se negativum, quòd obligat *semper & non semper*, non solùm Deus nobis præcipit positivum, ut semper amemus inimicum, verum etiam negativum nobis imponit, id est, ut nunquam illum odio habeamus, imò ut faciamus contrarium: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.*

3. Præterea Sacri Scriptores adducunt duo genera amoris erga inimicum directi, quorum unum vocatur *dilectio interior*, & consistit *in affectu cordis*, quo quilibet sive perfectus sit, sive imperfectus adversarium amare tenetur, deponendo odium, & desiderare ipsi bonum, siquidem amare vel velle bonum alicui, nihil est aliud, quàm *velle bonum alteri, bona gratia & gloria ei optando* Secundum verò genus amoris dicitur *dilectio exterior* & consistit *in effectu operis*, id est, *in exhibitione beneficii* qui cùm sit actus supererogationis, ad eum adimplendum, tenetur solùm qui est perfectus, huic enim Salvator dicit: *Benefacite his, qui, oderunt vos:* Expressè idipsum insinuat Ludolphus Carthusianus p. 1. c. 0, 35. dicens: *Imperfectus tenetur inimico odium dimittere, & bonum optare: Perfectus autem tenetur etiam præsidia necessaria ministrare* Tribus porrò modis inimicus potest te offendere, *corde, ore & opere.* Corde te odio habendo, ore retrahendo tibi, opere autem vitæ tuæ insidiando: Quid igitur Christus facit? Hic, utpote nos totaliter perfectos desiderans, quia *contrariis contraria curantur*, ideo ut S. Gregorius ait: *Contraria opposuit medicamenta peccatis?* contra odium corde stabilit amorem dicens: *Diligite:* contra detractionem oris linguæ benedictiones invenit, dicens: *Benedicite*, contra verò manûs insidias, beneficiorum medicamenta præcipit applicari, dicens: *Benefacite*, & hic est verus inimicum amandi modus. Obligamur autem ad illum amandum (inquit Hugo) tres præcipuè ob causas, scilicet *propter Deum, propter nos & propter se. Propter se*, quia amando ipsum, eique benevolentiæ effectus demonstrando, separabitur ab odio, ejusque anima à peccato mortali exonerabitur, dumque ebullientis sanguinis fervor, qui illum suisque deque vertebat, subsidere incipit, pariter quoque incipit frui vitâ quâdam pacificâ & tranquillâ *Propter nos* quia dum inimico reconciliamur, nos pariter liberamus ab inquietudine, à suspicionibus, ac contemptibus, nec non ab illa rubigine, qua cor nostrum exeditur: Sæpe enim odium quo prosequeris inimicum, nullum illi adfert damnum, sed potius tibi ipsi qui odisti; & *forsitan nihil noces odiens eum* [inquit Chrysostomus] *te autem ipsum sine dubio ladis*, manus igitur adhibeatur amoris, quæ tuo portigat malo remedium. *Propter Deum*, quia si nonnunquam amemus proximum propter aliquem particularem & mundanorum respectum, vel gratia, propter parentelam, vel quia in cer-

D. Chrys. D. Hie. D. Aug.

certis casibus servivit, absque ulla favoris aut utilitatis prætensione; si inquam ob hoc cere-spectus illum amemus, quanto magis igitur amandus est propter amorem Dei, qui sine interesse & absque nullo merito ex parte nostra, imò cum multis nostris demeritis nos amavit, omnesque nostras offensas dimisit? Et ametsi nullum aliud esset motivum, nihilominus seponendus esset qualiscunque nostet respectus aut interesse, & clausis oculis dicendum nobis esset: Volo amare inimicum meum, omnesque illi injurias remittere, quia Dominus meus idipsum in hodierno præcipit Evangelio, dicens: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.*

4. Etenim in eorum cordibus, quibus incumbit imposita sibi præcepta exequi, magnam vim obtinet authoritas præcipientis: Lycurgus ut legibus suis tanto majus adderet pondus, singulari cum industria hanc Lacedæmoniis opinionem inserere curavit, se eas ab Apollinis Delphici ore dictatas accepisse. Numa Pompilius Romanis persvasit leges suas ab Egeria Dea sibi datas fuisse. Celeneus Barbaris leges suas daturus, illas non è proprio cerebro, sed à Minerva inventas esse dixit. Minos Cretensibus inculcavit, ex Jovis imperio leges suas stabilitas fuisse. Denique Moyses ad hoc ut Hebræi imposita eis præcepta observarent, efficacius medium invenire nequivit, quam ut ea à Deo sibi data fuisse
Exod 35. diceret: *Hæc sunt quæ iussit Dominus fieri.* Absolon servis suis Ammonem occidere præcepit, at verò ne idipsum faciendo formidarent, sed præceptum illis facinus, prompté ferrum
2. Reg. 13. stringendo, exequerentur, mox subjecit *Ego sum, qui præcipio.* Quis tibi ô Christiane præcipit inimicum ames, omnemque ei offensam condones? Quis hanc tibi legem imponit? Num forte Numa aliquis, vel Celeneus; vel Minos, aut Moyses, vel Absolon, vel alius quiscunque vulgatis authoritatis & existimationis homo? Audi: *Ego, Ego tibi præcipio: Ego, qui sum Deus de Deo fons sapientiæ, verbum Dei excelsi: Ego qui sum novus homo, nova præcepta instituo,* inquit Albertus Pataninus ser. 1. fer 6. C. in *Ego qui sum Legislator, & errorum corre-*
Guil. Pa- *ctor, dico vobis, omnibus scilicet hominibus: Dili-*
ris. ibid. *gite inimicos vestros?* vel ut explicat Guilhelmus Parisiensis *Ego qui vos summe diligo, & vi ceri-*
Didacus *bus charitatis prosequo, & non nisi bona & utilia*
Vegaib *& expedientia vobis cupio, & exopto: Ego qui probe*

novi quantum vobis expediat diligere inimicos, & iniurias dimittere, do vobis hanc legem, non terroris, sed amoris; non formidinis, sed gaudii; non suspiriorum, sed respirationum, & nos eidem observandæ renitemur? In omnibus Philosophicis difficultatibus obviis, quæ inter Pithagoræ scholares vertebantur, hoc unicum pro opinione stabilienda dicere sufficiebat, hanc magistri sui esse doctrinam, *ipse* *dixit*, mox enim ut hoc audiebant, omnes protinùs acquiescebant. Stoici legibus suis firmiter decreverant, ne quis ob eventus sinistros quoscunque vultum suum conturbarent, nec eundem ex fortuna prospera, nimium se lætificando exportigerent, cujus quoque observantiæ diligentes & curiosi executores erant. Eleazarius vir provectæ ætatis, priùs quam sanctas violare leges præsumeret, *Voluntariè præibat ad supplicium* 2. Machab 6. Thrasibulus postquam civitatem Athenienses eorum subtrax set Tyrannidi, qui propria interesse curantes, bonum publicum minime curabant, hanc confestim legem condidit, quam oblivionis legem instituavit, præcipiens omnibus & singulis, ut præteritas offensas sub perpetuæ oblivionis lapide sepelirent, quam legem Athenienses summa animi promptitudine acceptarunt, eandem inviolabiliter deinceps se conservaturos esse promittentes. Phocion cum per inimicorum suorum insidias mortis condemnatus esset, priusquam propinatum sibi biberet venenum, filio præsenti hoc post se monitum reliquit (Ego mi fili te obnixè rogo, ne quod ob injuriam mihi nunc factam, Athenienses male velis, qui insontem me damnarunt: *Ælianus libro secundo de var. hist.*) Num igitur Christianus deinceps inimicum odio prosequendo, vindictam meditabitur, quando ipsemet Dei filius ut eundem amet eique condonet, illi præcipit dicens: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros?* & quasi alter Phocion ad bibendum amarum passionis vel mortis calicem innocenter condemnatus, imo quasi novellus Thrasibulus postquam nos à peccati & dæmonis tyrannide redemisset, oblivionis legem sanctissime condidit, eamque supra verticem suum paucissimis litteris I. N. R. J. id est, *Inimicorum Ne Recorderis Iniuriarum* describi fecit?

5. Genes. 31. Furibundus Laban ut fugitivum socerum suum Jacob in via deprehende-

ret

ter, è domo sua secessit, firmo eum occidendi sibi facto proposito, siquidem improvisum ejus & inopinatum abitum, injuriæ loco reputaverat, idola quoque sua, quod in solito domus suæ loco eadem non invenisset, ab eo sublata esse credebat, postquam autem septem dierum iter confecisset, in monte Galaad ipsum est assecutus, ubi cholera vehementer accensus, oculis velut in sanguine natantibus, vultuque ex furore pene flammivomo Jacob socero dixit: Sicine tu parentibus tractas? hæccine mihi irrogas, qui te veluti hospitem primitus suscepi, postea vero habui ut filium? Hoccine modo præstita tibi meorum pensatur beneficia, rapiendo videlicet idola, meaque clam subducendo charissimas filias, juro tibi quod tandem adigendus es, ut eam de te vindictam sumere statuam, cujus non adeo facilis tibi subrepet oblivio. Veruntamen ex nunc sufficiat, me hactenus dominatum fuisse. Adeone subito placuis ô Laban! cœlum imitari videris, quod impetu nimbi fragores, tardò sagittas emittit. Unde autem hæc soceri Jacobi improvisa mutatio suam habuit originem? Audiendo Scripturam: *Valet manus mea reddere tibi malum*, quasi diceret hoc ferro resolutus eram justas de te vindictas sumere, verùm gratias age Deo tuo, qui heri mihi apparens, ut receptam à te injuriam tibi remitterem, nec ullam molestiam inferrem, præcepit; id namque insinuare volunt verba sequentia: *Deus patris tui dixit heri mihi, cave ne loquaris contra Jacob quicquam durius.* Vides igitur qualiter Laban idololatra, Dei quem non agnoscit, præceptum observat, & Christianus ad condonandum inimico offensam invitum se exhibebit? non obstante, quod inimici dilectio also & vero Deo ipsi præcipiatur! (Deo non suo, quia tamen Deus Gentilis obedivit, inimico parcens, & Christianus Deo suo non obedient præcipienti) inquit Laurentius de Apponte in Sapient. homil. 20. num. 16. fol. 181. Sed ad idola, quæ Rachel secum rapuit, revertamur: *Furata est idola patris sui.* Dic etenim mihi, ô bona mulier, quænam devotas tibi pietas, ut manum ad idola patris tui rapienda extenderes, persvasit? Num forte filialis charitas, ut Genitori tuo idololatriam committendi occasionem è medio tolleres? aut quia argentea & aurea fuerunt, aliquod ex iis pro occurrentibus, in tam longo & prolixo itinere necessitatibus subsidium te habituram speravisti! Alii dicunt, quod Laban (omnium orientalium Majorum celeberrimus in ipsis divinabat, ligabat & offendebat hostes: Hinc ea furata est Rachel, ne & citò cognosceret, quod ivissent, & ne per illas imagines aliquid mali inferret eis, qui tanquam hostes furtim recesserant.] Ita refert Georgius Venetus tom. 1. de hist. Sac. sec. 3. fol. 29 col. 2. num. 218. Veruntamen alia, & quidem subtilis opinio refertur à Josepho Hebræo, cui etiam Petrus Comestor subscribit, qui dicunt: Mulierem hanc probè cognovisse, quantum patri suo cholera prædominaretur, quodque supplicantium precibus, post receptam offensam, difficulter se placari permitteret, interea verò metuebat, ne pater ejus fugam suam intelligens, pertinaciter eam sequeretur & acerbam nimis de marito suo sumeret vindictam, atque ideo hæc intra semetipsam agitabat rerum faciendarum consilia: Quid faciam, si forte hæc metuo quæ acciderint: Ego ob Deorum suorum amorem, illum ut mihi ignoscat supplex precabor, & certa sum quod Idola sua intuens petitam à me remissionem mihi non sit denegaturus: [Sigilla Deorum suorum ferebat Rachel, non quod Deus coleret, quorum contemptum à marito didicerat; sed ut si forte Pater fugientes assequeretur, haberet quo confugeret, veniam impetratura.) Quod si igitur Laban in falsorum Deorum suorum gratiam à filia sua requisitus, receptam condonaturus fuisset offensam, nunquid ergo & Christianus remittere debebit, cùm illud à veri Dei filio sit præceptum? Nunquid enim audit, *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.*

Joseph. Hebr. Petrus Corn. in hist. Eccl.

6. Hocidemmet præceptum à cœlesti Legislatore sub ænigmate perfectionis insinuatum fuit hisce verbis apud S. Matthæum: *Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.* Verum dices: qua ratione unquam hoc præceptum adimplere poterimus, ut ad ipsius imetDei imitationem perfecti simus? quies *perfectissimus omni perfectione simpliciter simplici* ad quam impossibile est creaturâ aliquâ finitâ & limitatè posse pertingere, Glossa interli-

Matt. 5.

neatis, S. Athanasius, & S. Ambrosius respondent: hoc Christi præceptum non esse in rigore intelligendum, quasi perfectionem aliquam habere teneamur, quæ æqualis sit cum Divina perfectione intensionis & excellentiæ, sed ut similis sit, eamq; ie proportionem habeat, quam secundum varium nostrarum cœlesti gratiâ elevatarum possibilitatem habere potest. Id quod Theologi utique explicaturi essent hisce terminis Scholasticis: *Quod Dominus hic nobis mandat non ad perfectionis æquationem, sed ad proportionem quandam, ut pro viribus, & quantum in nobis est ipsum imitemur.* In una, hoc: *sicut, dicit proportionem, non aqualitatem.* Verumtamen ô Auditores à generico descendamus, si placet, ad specificum. Dequanam igitur virtute vel perfectione Salvator hic loquitus? De eo nimirum, quod est amare inimicum, eique ignoscere, ac proinde loco illorum verborum quibus Matthæus scribit: *Estote perfecti*, S. Lucas dicit: *Estote misericordes.* Unde per hoc aliud nobis insinuare non intendit, quàm ut nos pacatos, amabiles, benevolos, & mansvetos exhibeamus erga illos, qui nobis fuêre molesti. Unde Paulus de Palatio interpretatur: *Estote perfecti, ut diligatis, sicut Pater perfectus, est qui diligit sibi adversantes.* Et S. Vincentius Ferrer. ser. 6. post Ciner. ait: *Pater cælestis in hoc mundo multos habet inimicos scilicet peccatores & infideles & tamen diligit eos, & dat eis beneficia Solis, Lunæ pluvia, & provisiones. Ideo ut boni filii assimilemur Patri nostro cælesti.* Enimvero Lex ista a Christo non solùm verbis tradita, verùm etiam operibus & exemplis confirmata fuit. Etenim Christus discipulis suis paulò ante Passionem præcepit; ut quilibet eorum de gladio sibi prospiceret, eo quod illo ea nocte futura opus habituri essent; Imo voluit ut qui non haberent, unde illum sibi comparare possent, vestes suas dividerent, & earum pretium in gladii comparationem protinus adhiberent: *Qui non habet gladium, vendat tunicam & emat eum.* Circa quod aliqua mihi difficultas subnascitur. Quod si enim cœlestis magister suos vult esse pacificos, qui amêt ignoscant, nullam sumant vindictam, quâ igitur ratione præcipere potuit, ut de gladio comparando essent solliciti: Cum Oceus Artaxerxis filius mensæ accumberet, jamque à nonnullis observatum esset, primam ab eo factam actionem hanc fuisse, quod scilicet cultrum manu apprehenderet, pessimum inde conjectati sint augurium, nimirum futurum esse ut regni gubernationi post Patris mortem admotus in virum vindictæ cupidum atque crudelem evaderet: Quod si igitur Christus velit, ut inimicis suis ignoscant, cur postea illos, manus suas ad vindictam sumendam armis admovere suadet, quæ difficultas ex hoc magis adaugetur, quod ut scriptor quidam modernus scribit, Filius Dei *non indigebat armis, siquidem propria voluntate patiebatur*: At vero Dionysius Carthus. in c. 22. Luc art 48. id illis præceptum fuisse arbitratur, ut se abinicorum suorum insultibus, si ita necessum esset, defenderet: *Vt Animaret Apostolos, haberent animum præparatum ad sui Magistri defensionem ex zelo amoris atque justitia.* Ex qua doctrina difficultas proposita majorem sibi vim acquirit & efficaciam; scimus etenim quod S. Petrus ad Salvatoris defensionem gladio utens asperè à Magistro suo reprehensus fuerit, cui expresso adjuncto, præcepto gladium denuo in locum suum seu vaginam recondendi, nec amplius similem errorem præsumendi, aut attentandi: *Converte gladium tuum in locum suum omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt* Valde equidem circa hunc locum scripturæ attonitus hæreo, nec imaginari mihi possum quænam fuerit Christi intentio, dum nunc discipulis, ut de gladio sibi prospiciant, præcipit, mox verò usum gladii iisdem vetat? Quòd si enim illis non est licitus gladii usus, ad quid eum sibi comparare jubentur, aut si necessum est gladios sibi comparent, cur postea in necessitatibus obviis illos relinquent otiosos, atque intra vaginam reconditos ærugine consumi permittent? Resolvit tandem hanc difficultatem S. Ambrosius dicens, gladium duabus ex causis portari posse: *vel ad defensionem, vel ad offensionem & vindictam* Dicit igitur Dominus. Quilibet vestrum gladium sibi comparet, sed solùm ad in occurrenti necessitate defendendum. Vnde quando Petrus in horto Gethsemani mediante gladio suo alios quoque volebat offendere, seque vindicare mox à Christo est reprehensus acriter, quasi diceret? Ego amorem semper suasi vobis, & tu ô Petre odio & furore te armare præsumis? Continuò vobis prædicando inculcavi, ignoscendas esse ab inimicis receptas injurias, & tu ad vindictam exardescis? Defensionem nequaquam prohibeo, se autem vindicare minimè permitto. Sint hæ, ô Petre hujus rei erro-

S. Athan. ser. 4. contra Arian. *S. Ambr. lib. de Incarn. Dom. Sacram. cap. 10.* *Paul. de Pal. ibi,* *Luc. 22.* *Aresi Impr. 20.*

erroris primæ & ultimæ vices; Audite obsecro, S. Ambrosium, qui Apostolum hisce verbis loquentē introducit: *O Domine, cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? cur habere me iubes, quem vetas premi?* Et mox subdit mortē difficultatis solutionem dicens: *Fortè ut reipraecipis, quem vetas premi? separata defensio & non ultio necessaria & videre potuisse vindicari, sed noluisse*; veniam igitur non autem vindictam, amorem & non odium, vitam & non mortem *Ego praecipio vobis, &c.*

7. Unigenitus Dei Filius hanc nos è Crucis cathedra lectionem edocet. Audite illam cum attentione, quia nisi fallar, conceptus vobis ordinarius & vulgaris non erit, prouti fortitan illum esse existimatis. Exsangvis & moribundus & agonizans Deus noster, inter crucis & amaræ mortis suæ crudelissima tormenta constitutus, semi mortui spiritus sui moribundas reliquias recolligens, oculis in cælum quod potebat: sublatis, Patrem suum æternum enixè rogavit, ne inimicorum suorum rabiem vindicta mulctare sed potius omnem illorum gravissimam noxam benignissimè eisdem ignoscere: *Iesus autem dicebat: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Observemus obsecro in hisce verbis mysticos modos, quibus S. Lucas hunc passum describit, dum ait: *Iesus autem dicebat.* S. Basilius inquit particulam hanc: *Autem* esse dictionem adversativam qua S. Lucas *apposuit verba verbis, & spiritum spiritibus*, q. d. Judæi quidem illum deridebant, offendebant, blasphemabant, & crucifigebant: *Iesus autem dicebat: Pater ignosce illis*, q. d. Per hunc sangvinem, qui hic copiosè effunditur, per hæc vulnera, quæ totidem sunt amoris ora, per hasce quas ex oculis meis effundo lacrymas, per hæc tormenta atrocissima, quæ libens & promptissimo animo sustineo, per hanc probrosissimam, quam patior, mortem, per hosce incomparabiles dolores, imò per amorem quo omnes has libenter sustineo angustias. *Ignosce illis.* Verum enim verò quocum, O crucifixe Jesu, loqueris? cum æterno Patre meo: *Pater*, cur non potius illum nomine ineffabilis Dei *Iehovah*, vel *Eloi* appellas? Scio etenim quod quandoquidem Patrem tuum pro temetipso rogasti, hoc nomine usus fueris dicendo: *Eloi, Eloi Lamasabathani*, quod est interpretatum: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Pro hujus difficultatis intelligentia, utriusque hujus vocis *Pater* & *Deus* observandum est significatū. Quantum ad primum, S. Bernardus illud pietatis nomen esse dicit, ac proinde illo usus est filius prodigus, ut paterna genitoris sui viscera ad sui compassionem moveret: *Pater, peccavi*: Secundum verò nomen, rigoris & severitatis nomen est, siquidem *Deus* propriè idem significat quod *Iudex*, unde & Moyses hoc nomine appellatus fuit, quando ad Phataonem missus est, ut illum castigaret: *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Vtitur igitur hoc rigoris nomine, *Deus*, q. d. Rigosorum quæso Judicem te mihi ô Deus, exhibeas, id autem fecit dum pro semetipso oraret; at verò dum inimicorum suorum causam ageret, Patris nomen usurpat, *Pater*, optans omninò & desiderans, ut pium & benignum se crucifixoribus suis Patrem exhiberet, non castigando illos, sed eis ignoscendo: *Ignosce illis*: Audite S. Bernardum: *Quare nomen Patris ponit? solent pueri, aliquid affectuosius orare volentes, nomen paternum nominare, ut naturalem dilectionem ipsius ad memoriam reducant, per quam facilius petitionis suæ consequantur effectum.* Et demonstrare nobis volens, quanto affectu sit pro inimicis orandum, nomen posuit charitatis. Imò post mortem quoque Salvator noster nos docet, inimicos amandos, secum reconciliandos, iisque ignoscendas esse injurias. Considerate etenim modum, quo in cruce steterit, scilicet nudus, extensis brachiis, capite inclinato, & aperto per lanceam latere. Membra nuda exhibet, ad nova, si opus esset, flagella denuò sustinenda: Brachia habet aperta ad amplexandum nos, caput inclinatum ad exhibendum tibi suave osculum, latus denique apertum, ut videas nullum circa cor latere ex furore accensum sangvinem, sed placidum omninò, copiosa pertrui amoris tranquillitate, ita rem hanc S. Augustinus concipit, dum ait *Caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendū, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum* q. d. Vos ô Hebræi spinis tempora mea vulnerastis, vos manus & pedes meos clavis transfixistis, flagellis conscidistis membra mea: vos lancea latus meum perforastis, graviter me offendistis per blasphemias, verbis me, nec non & factis in hac Cruce mea me contumeliati estis. Ego autem vobis ignosco, vosque amplexari & osculari desidero: Ex me igitur exemplum inimicis ignoscendi capiat, quisquis meam profitetur legem & de glorioso Christiani hominis no-

mine gloriari audet; Ego sum qui id vos doceo; Ego qui vos obsecro; Ego denique qui id vobis præcipio: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* O quàm est illa barbara consuetudo, inter Thraces, ut Joannes Bohemus Abujanus Teutonic. lib. 2. de Europa, fol. 64 col. 2. refert, passim usitata: Apud hanc quippe nationem cuivis viro plures uxores habere conceditur, mortuo verò marito inter uxores seu relictas viduas contenditur utra illarum à marito mortuo vehementius fuerit dilecta, eaquequæ sententiam sortita est favorabilem, à cognato proximè per sanguinem coniuncto occidi & postea urna cum marito sepeliri debet, eamque solam honoratam esse existimant, cæteris in planctu & dolore reliquam vitam suam agentibus: *Thraces singuli plures uxoras habent, quorũ ubi quis decesserit, disceptatio magna fit inter uxores, quanam dilecta fuerit à marito præcipuè: ut quæ talis iudicata est & hunc honorem adepta, à suo propinquissimo mactatur, unaque cum viro humatur.* O impiam consuetudinem! O cæremoniam detestabilem, per quam mors ex amore nasci videtur! Lex etenim Evangelica vult, ut amando prolongetur vita, quodque amor odio funeralia, natales verò jucundos hominum adferat concordia: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.*

8. Hoc solùm forsitan veluti argumentum in contrarium adduci mihi poterit, quòd videlicet amare inimicum, eique injurias remittere actio quædam sit ignominiosa & vilis, quæ proinde virum aliquem spectabilem minimè deceat: vindicta autem virum aliquem generosum esse commonstret, qui scilicet sciat è via subinovere offendicula & muscas à naribus abigere, quique ab omnibus formidabilis & honorabilis habeatur. Imò verò contrarium verum est, nam nulla reperitur generosior & gloriosior actio, quæ animum quendam nobilem & regium manifestius insinuet, quam ignoscere inimico suo, nullumque ex illatis ab inimico injuriis vindictæ vestigium penes animum suum fovere: *Magnum est iniurias despicere*, dicebat Seneca. Et S. Augustinus serm. 16. de verb. Dom. ait: *Gloriosum est iniurias oblivisci* S. Paulus Apostolus ad Romanos 3 Epist quandam scribit, in qua inter cætera dicit: *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei* At verò hanc S. Pauli Theologiam minimè intelligo, scio etenim, quod in peccato esse idem sit, quod in ira Dei constitutum esse: ut autem quis post Dei iram sibi conciliatam gloriam obtineat: gratia necessario prærequiritur. S. Paulus autem videtur velle, ut ab uno extremo transeamus ad aliud sine medio, potius enim dicere debebat: *Omnes peccaverunt, & egent gratia Dei.* Verum pro huius meliori intelligentia ab Epistolis sancti Pauli ad Psalmos Davidicos transitum faciamus. Hic namque inclytus Rex gravissime peccaverat, eratque anima eius graviter infirma, & mortua potius quàm viva, atque ideo cælestem rogabat medicum, ut sibi mederi dignaretur, dicens: *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Quibus in verbis observandum est, quod non dicat: *Peccavi in te, contra te, adversus te &c.* sed *tibi*; cur autem dicit peccavi *tibi*, & non potius *in te*? Respondebit fortè Grammaticus aliquis, quod Ly *tibi* sit dativus commodi scilicet, vel damni: nostra autem peccata licet maximam in se malitiam contineant, nullum tamen Deo adferre posse detrimentum. Unde Job ait: *Si peccaveris quid nocebis ei?* Neque eadem peccata aliquam Deo utilitatem vel commodum adferre possunt, siquidem illa abhorreat & detestetur. Num fortè David aliquem in Grammatica errorem cõmisit, ac proinde dicturus *in te*, effutierit indeliberatè Ly *tibi* Id minimè credo, quia & in alio quodam casu eadem phrasi utitur dicendo *Tibi soli peccavi*, q. d. Tibi ô Deus peccando servitium præstiti, in tuam peccatum meum utilitatem cessit: sed qua ratione id concipere potes, ô David de peccatis, quæ Deum vel maximè offendunt: *Peccatum est offensa facta Deo.* Num fortè Deum api similem esse censuit, qui ab amaro peccatorum nostrorum thymo, si non mel, saltem aliquam commodorum suorum dulcedinem carpit & elicit. Porrò Cajetanus hanc difficultatem ponderat, & postquam eandem æqua rationis libra trutinasset, ita eandem intespretatur: *Tibi soli peccavi id est, propter gloriam tuam.* Verum & in hoc mihi nimium dici videtur, ideoque invenio, quod quando me ex una difficultate sine sufficienti advertentia eruere & eximere laboro, in aliam longè majorem confestim præcipiter? Putasne enim peccata nostra aliquam Deo adferre gloriam? Num tenebras culparum aliquam inextinguibili solis æterni lumini allaturas esse claritatem existimas? veruntamen pro motæ difficultatis clariori intelligentia advertere oportet, peccatum duo-

Senecalib. 3 de ira cap. 25.

bus

hujusmodi's considerari posse, scilicet *in recto & in obliquo*; si primo sensu accipiatur, ingens quæ am Deoque valde displicens offensa est: si verò in secundo sensu consideretur, in Dei commodum facilè redundare potest, *saltem consecutivè*, peccator enim commissi erroris gravitatem, nec non ejus, in quo degit, status miseriam considerans, veniam sibi à Deo postulare potest, ex cujus concessione maxima in Deum gloria redundat; adeoque David optimè locutus, est dicendo: *Tibi & non in te solum peccavi: quia aliud est peccare Deo* (ut docte explicat Stephanus Cantuariensis) *& aliud facere in Deum: peccat quis Deo id est, ad honorem Dei consecutive, scilicet per gloriam ignoscendi, quia ex peccato sequitur sæpe contritio, & ex contritione remissio, quæ est gloria Dei.* Eadē quoq; doctrina Epistolam quam S. Paulus ad Romanos scribit facilè intelligere poterimus, in quā dicit: *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei.* Neq; enim nobis dubium est, quin Apostolus dicere potuerit, quod peccatores inimici *Dei egent venia & largitate, vel gratia*, sed quia remissio idem est quod gloria, ideo scripsit; *Egent gloria*, per hoc demonstrare volens, quod nulla possit ab homine elici actio, quæ majorem ei se gloriam pariat, quam injurias acceptas ignoscere. Atque ideo, quod si vos ô Romani inimicis vestris perpessas injurias remiseritis, gloriam, vestroque nomine dignam actionem præstabitis. Quod si Deum à vobis gravitèr offensum, pro peccatorum vestrorum remissione rogaveritis, occasionem insigne gloriæ suæ specimen edendi ei subministrabitis, *quia per hoc Deus apparet gloriosus, omnes enim peccaverunt & egent Dei gloria, id est, Dei indulgentia & peccatorum venia.* ut explicat B. noster Ægidius Cardinalis Columna, in cap. 3. ad Rom. sect. 12. fol. 25. col. 1. lit. D.

Stephanus Cantuariensis in Allegories Gaufredus Tilii. ad cap. 22. Deuteron.

9. Quod si injuriarum remissio utilitatem afferret & ignaviam animi, tot utique famosi & illustrissimi viri Principes, Heroes, Reges, Imperatores, ne suo præjudicarent honori & existimationi vindictas expetiissent, & inimici sanguinem effundendo, è vivis eum sustulissent; nunc autem, cum eos contrarium omnino fecisse constet, signum est, quod eminentiati statui & dignitati suæ consuluerint potius, dissimulando injurias, & injuriatores patienter sustinendo, cum commune sit apud nonnullos proverbium, quod homo *tantum habere cordis censeatur, quantam sibi inesse tolerantiam externis exhibet.* De Alphonso Rege Neapolitano referunt historiæ, quod cùm is à Ludovico Poggio moneretur, Riccium peditatus sui Ducem seu Capitaneum defectionem ab eo meditari, & insidias traditorie texere, tametsi salva conscientia de eo vindictam sumere potuisset, nullum tamen vindictæ vestigium edere, sed se potius proditiones aliaque à suis damna perpeti, quàm se de iis ulciscì maluerit. Ludovicus de Dominicis in histor. lib. 1 fol. 55. De Ludovico etiam XII Rege Franciæ legitur, quod is à quodam cive sive incola Aurelianensi graviter offensus & læsus esset, injustum tamen & Rege prorsus indignum esse consuerit de eo se ulcisci; imò quod omnem quoque is injuriam sponte condonaverit iis, qui Caroli adversarii sui partibus adhærentes, eius se fautores exhibuerant? eos insuper honorando, qui ad eum tarto tempore in vinculis captivum retinendum consiliando concurrerant. Idem ibid. lib. 5. fol. 230. Cùm Antigonus duos milites extra tentoria sua vigilias agentes pessimè de se loquentes, ejusque famam dilacerando, magna cum injuria afficientes audisset, Rex illos in parte interiori propius accedens, dixit eis: Modeste. Modeste, *Discedite, ne vos Rex audiat* Carolus Rodig. lect. antiq. lib. 21. cap. 18 fol. 829. de quo proinde verè dici potuisset quod dicit Seneca lib. 3. de ira, vers. 10 fol. 357. *Tam miti animo hostium suorum maledicta, quam civium tulit.* Antisthenes Scythaū Rex, ac demum celeberrimus Philosophus, à temerario quodam homine invasus, gloriosum sibi esse duxit, nullam de eo sumere vindictam: *Nihil ita regium sibi arbitrabatur Antisthenes tamque glorioſum, quàm illatam sibi injuriam nulla prosequi vindicta*, ut scribunt Elias Cretensis in comment. orat. 23. & Gregorius Nazianzenus de Herone Philosoph. Philippus Rex Macedonum, quosdam è civitate Athenienſi ad se expeditos Legatos, non obstante, quod ipsum inter & Athenienses gravissimæ intercederent inimicitiæ, benignè recepit, iisque se clementem & mitem data opera exhibuit, dicendo: *Quid possum facere, quod sit Athenienſibus gratum?* Cui Demochres, unus ex legatis, valde inurbanè respondit: *Nihil aque ac teipsum suspendere.* Quis ad tam inverecundum atque insolens responsum non moveretur? nihilominus cum omni civilitate respondit: *At vos cateri Legati nuntiate Athenienſibus, quàs Philippus contumelias audit impunè.* Profectò hæreo utrum magis sit admirandum an; Legatorum

Caelius Rodig. lib. 24. c. 28. fol. 829. Francisco Mendoza in virid.

proble 36. fol 141. num. 93.

istorum temeritas, an verò Philippi in hac insolentia toleranda & dissimulanda benignitas & æquanimitas. Non præteribo etiam quod Cardinalis Baronius Anno 1071. de Diogene Romano, Imperatore Constantinopolitano refert, scilicet quod dum cum Assa Sultano Ægypti præliaretur, ab eodem victus & captus fuerit, quem deinceps Assa in captivitate positum interrogavit, quid si status belli ca Ægyptios retigisset, & consequentet ipsemet in similem, qualem Imperator sustinebat, captivitatem redactus fuisset, qualiter se Assam tractaturus fuisset, an id factur us fuisset cum tantis benevolentiæ significationibus, & cum ijsdem urbanitatis complementis, prout se tractari videbat; Respondit Imperator: Minimè gentium, quin potius operam dedissem ad millenas excogitandas inventiones, quibus crudelissimam tibi conciliare mortem potuissem. Cui Assa subjunxit: Idem & ego tibi facere possem, meque de te acerbissimè ulciscì; verum certus esto, quod ego qui Sultanus sum, crudelitatis tuæ imitator esse nolim; scio etenim Deum Christianorum jujuriarum receptarum cordialem remissionem præcipere, id quod ego circa te perfectissimè exequi decrevi: *At ego.* inquit Sultanus, *tuam certo non imitabor crudelitatem, quandoquidem vestrum audio præcipere Christũ ut parcatis inimicis vestris.* Verum tempus est, ut historias relinquendo prophanas, sacras non nihil pervolvamus, incipiendo à relatione Evangelii à Chronista Matthæo consecripti.

10 Subnascebatur in mente S. Petri difficultas quædam, quoties data occasione obligaretur suas inimico remittere & ignoscere injurias, ac proinde dubium hoc cum Magistro suo conferre decrevit, ut pulchram illius ab eo resolutionem reportare posset: *Domine,* *Matth. 18.* inquit, *quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei? usque septies?* Salvator autem ut adæquatè responderet, & magistralem circa propositum dubium ederet resolutionem, quandam præmittere voluit parabolam vel similitudinem, ideoque hunc fere in modum Petrum affatus fuit. Satis clarè ô Petre, video te ingeniosum valdeque in Theologia morali aliquid addiscendi, in eaque proficiendi cupidũ esse: Audi igitur quidnam quoad propositum dubium mea mihi mens suggerat, inquit Christus. Erat quidam servus, qui domino suo debebat decies mille talenta, quem Dominus ad se vocatum rationes reddere villicationis, & debitum suum solvere jussit, verùm ærarium ejus vacuum omniaque pecuniæ inops erat, ac proinde humeros constringens, verbisque ad commiserationem promoventibus Dominum suum eo usque permovit, ut is totum ei debitum condonaverit: *Misertus est Dominus servi illius, & omne debitum dimisit ei.* Hic igitur servus totus lætus & exultabundus à Domino suo recedens, dum fores Palatii egrederetur quendam è conservis suis invenit, qui centum tantum denarios ei debebat, quem cõfestim violenter aggressus in terram conjecit, & genu pectori superimposito, manibus gulam ejus suffocare nitebatur, dicens: *Redde quod debes* Miser hic servus vitæ suæ timens ad preces confugit, rogans eum, ut sibi compateretur? neque enim se ullos adhuc recepisse denarios, quos tamen ut primùm recepisset, ad extremum usque quadrantem se soluturum, eousque habendam esse patientiam: *Rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi* Ille autem surdus factus & inexorabilis, ac proinde crudelitate & furore nimio præventus exaudire eum noluit: *Ille autem noluit & misit eum in carcerem donec redderet* Quis hoc loco ô Auditores, non obstupescat? Servus enim hic universi debiti sui relaxationem à Domino suo impetraverat, & tamen à conservo suo tam instanter rogatus & deprecatus, adeò se ad commiserationem invitum exhibuit! Optimè ait Chrysostomus ibid. hom. 62. fol 402. col. 1. *Vide inauditam servi crudelitatem, omni fera savius in conservum insiliebat:* Et nõ obstante quod Dominus suus universum ei condonasset debitũ? *Ille nihil horum cogitavit, nec rei suæ meminit; nec ullo modo remisit* Et tamen debitum, quo Domino suo obstringebatur erat decẽ millium talentorum, cũ tamen creditum conservum suum respiciens centum tantum denarios respiceret. Vnde igitur tanta hæc animorum inter utrosque disparitas nascitur? Nolite mirari, Dominus etenim condonans Rex erat: *Simile est regnum cælorum homini Regi,* condonando ei se statui accommodat; in quo est, facitque regiam quandam actionem & Regis instar operatur: Quid etiam mirum, si alter actus exerceat crudelitatis maximè condonando; Ille enim servus est, homo vilis, abjecti & sordidi animi. Unde Chrysostomus qui eloquentiæ fluminа in universam Dei Ecclesiam effudit, opportunè, ait

Chrys. in cap. 18. Matth. hom. 61. ait: *Vide Domini charitatem, & servi crudelitatem; hic pro decem millibus talentis, hic autem pro centum denariis; hic conservum, hic autem Dominum rogavit, & hic quidem totalem absolutionem accipit, ille autem solam dilationem petebat, nec tamen hoc dedit.*

11. Nescio, num aliquando modum observaverit, quo S. Matthæus Evangelista Genealogiam texuit Salvatoris. De omnibus etenim in ea contentis personis loquitur simpliciter, non verò eo modo, quo Davidis meminit, qui Matth. 1. *ita vice Regis titulo est honoratus: Iesse autem genuit Davidem Regem, David autem Rex genuit Salomonem.* Nunquid plures alii ibidem nominati, non minus quàm David Reges fuerunt? Cur igitur non alii, sed solus David talis præeminentiæ titulo insignitur? Quænam virtutis celsitudo in eo potius, quàm in aliis erat? Respondetemus obsecro, pro hujus quæstionis facilori resolutione, passum quendam in Regum libris relatum. Ibi namq; dicitur, Saulem fuisse Davidem in deserto Engaddi commorantem esse, qui proinde tria millia vesanorum, lectissimorum q; militum seligens, cum in Davidi obviam procedit, ut occidat eũ; ac tandem de iis offensis vindictam sumat, quas 1. Reg. 24. a generoso Davide nunquam receperat: *Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum, perrexit ad investigandum David, & viros ejus.* Ingressus est autem Saul in speluncam quandam, in quam se paulò ante David subduxerat, cui loci commilitones manum ferro admoverè suaserunt, eò quòd Deus eum ad Saulem mitteret, ut debitam de eo sumeret vindictam: *Dixerunt servi David ad eum: Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis.* Ipse verò mitissimus respondit: Avertat Deus, ne similem in illũ vindictam exerceam. Imò suos quoq; impedivit, ne manus suas ad arma adjicerent, illumq; invadendo, morti eum dare, prouti jam facere decreverant. Audite verò quod sequitur, postquam Saul è spelunca egressus periculum advertit, in quo fuerat, & quo vitam salvando evaserat, dixit: *Nunc scio, quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israël.* Quasi diceret: Ego, qui veni, ut acerbam de te vindictam sumerem, coronam Regiam amissurus sum; tu verò, qui vindictam, sine ulla difficultate de me sumere valens, mihi remisisti, ad succedendum in diadema Regio te disposuisti, neque enim te præterire potest regnum, qui Regiam profectò actionem hodie elicuisti. *Regno exspoliatur Saul,* tanquam homo vindicativus. David antem velut vindictæ inimicus, *in ipsius throno & sceptro sublimatur.* Meritò igitur in genealogia Christi David tanquam is, qui inimico illatam injuriam remisit, instar Regis præ omnibus aliis, & coronato capite comparere debebat: *Hæc fore erit ratio* [inquit Paes] *cur in genealogia Christi cùm plerique, qui fuêre Reges, nominentur, nullus tamen Rex appellatur, sed proprio vocatur nomine, solus tamen David dicatur Rex. Qui enim amicos & inimicos Regio complectebatur amore, & omnes indiscrimina tim, ut sibi proximos diligebat, is meritò Rex & fuit, & dicitur.* Ad hæc ex quo antecedente latro in cruce suspensus arguit, & deducit hanc consequentiam, quòd Christus mundi & cælorum esset dominus? Nunquid ipsum in cruce abjectum & contemptum pendere videbat? Quomodo igitur illum Dominum suum confiretur, dicens: *Memento mei Domine?* Nunquid ab omnibus derelictus, undique vulneratus & blasphematus erat, quomodo igitur Paradisi Regem esse deprædicat? Noli id mirari, siquidem hunc sibi de Christo conceptum formavit, quando hæc ab ipso in cruce proferri verba audivit: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Ignoscit inimicis, & Patrem insuper rogat, ne ullam in eos vindictam exerceat, ecce antecedens, unde facilis formatur consequentia, quod valde nobilis sit dominus & Rex quidam coronatus: *Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.* Ita exponit Theophylactus, dum ait: *Idcircò Christum Dominum ut Regem cognitum asseverat, quòd libenti animo injurias hostibus condonavit.*

Didac. de Celada in Tob. cap. 1. v. 24. §. 64. fol. 96. n. 3.

Paës in Com super Epist B. Iac. Apost. c. 2 fol. 374.

Luc. 23.

Luc. 22.

Theophyl.

12. In memoriam ô Auditores revocate, quod in Actibus Apostolorum luculenter scribitur, quòd nimirum eo tempore, quo primæ Christianismi plantæ tot Martyrum sanguine irrigatæ, novella producere germina incipiebant, inops quoque Christi militia sub Crucis vexillo militare cœpit; Saulus eorum, qui formidabile JESU nomen reverenter honorabant; factus crudelis inimicus, & persecutor truculentissimus, velut voracissimus lupus, mansueti Regis insidiator pessimus, simpliciumque columbarum accipiter rapacissimus, in semetipso experiebatur, quòd sibi velut novello Titio à concepti contra Christianos furoris vulnere cor devoraretur, quam-

quamdiu eundem furorem in perniciem & perditionem fidelium effundere non poterat;

Actor. 9. *Accepit igitur Epistolas in Damascum, ut si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, vinctos duceret in Jerusalem.* Accepta autem hac expeditione, totus superbia & fastu tumidus, generosi equi dorsum conscendit, in quo ocuit sanguinem colore exprimebant, terror spirabat ex gestibus, referebat in vultu horrorem, obtutu fulminabat, tonabat voce, scintillas vibrabat ferro, atque ad eos, qui eum sequebantur conversus, superbo fastu dicebat: Sequimini sine ulla formidine, ô validi milites, urgete equos, eosque, puncturas in lateribus eorum duplicando, veloces ad cursus efficite, ut vix illis ad imprimenda in terræ pulverem vestigia, tempus sufficiat: Nunquid videtis, quòd cæli serenitas operibus nostris arridear, nostrosque conatus benignè secundet? Non multum elabetur temporis, quin ad occidentium fremitum occisi gemitum edent, & ad cœcum ensium ictum luctisum cadere videbitur vile ejus armentum, qui pro Dei filio sese passim jactat, nomen ejus suorum sanguine delebitur, supra quem viscera eorum natantia visurum esse spero. Audire mihi jam videor confundi inter se miseræ gentis gemitus & lamenta, dum sub furibundorum equorum pedibus jacebunt prostrata, atque ab iisdem conculcabuntur seminata cadavera. Agedum igitur, macti animo viris, animosi bellatores, & in acie gladii miseris hominis Galilæi reliquiis formidinem incutite, & mortem pariter conciliate, gladii quoque vestri è venarum canalibus sanguinis faciant scaturire rivos, nullus ictus in vanum cedat, nullus cassus sit, vel irritus, obsidete, perterrefacite, cædite, vulnerate, percutite, urgete, destruite, occidite, omnesque vires adhibete, nec dolis parcite. Verum enimverò, ecce ab improviso aperti supremi cælestis ædificii transparentes crystalli, confestim serenissimæ ejusdem lucis pluviam in terras effundunt, atque per spatiosos aëris campos integrum quendam flammescentium splendorum exercitum emittunt, qui oculos Sauli vulnerarunt, ut cœcus confestim evaserit; unde ad hunc adeo improvisum eventum generosus Sauli equus perterrefactus, recalcitrabat, sessorem suum in terras præcipitem agere molitur, non obtemperabat clamantium vocibus, laterum puncturas, tum extimulantes non curabat, coërcens eum frænum contemnebat & confringebat, & totaliter spumans exhorrescebat, adeo ut Saulus amisso oculorum lumine, eum amplius regere non valens, è sella ceciderit. Dumque in terram prostratus extra se omnino raptus jaceret, vox quædam de cælo venit, vox quidem non supplicii, sed pietatis, non vindictæ, sed veniæ, dicens: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Quamobrem tu gentem, & nomen meum opprimere moliris? Tune forsitan furoris tui flammam, eorum, qui sub umbra mea securi vivunt, sanguine extinguere moliris? Citò gressus tuos à præcipitio mali, ad semitas boni convertas, & falaces mortalis vitæ Sirenas oblivioni tradendo, desuper immortalem cælestis vitæ coronam feliciter percipies; Temerarios deinceps deponas & deseras ausus, consilia & desideria tua aliò vertas; si hactenus brachio & ense tuo truculentum te exhibuisti sequacium, seu discipulorum meorum persecutorem; deinceps lingua, calamo, & sanguine tuo eorum futurus eris intrepidus defensor, & veluti tuba sonora nomen meum à cunis Solis, ad ejusdem tumulum usque dilatabis. Saulus igitur recuperatis nonnihil animi viribus, voci sibi loquenti, hisce verbis respondit: *Quis es Domine?* Verùm ô Paule, cujusnam sunt vocesillæ, quas audis? Ignotæ sunt mihi voces illæ penitus. Quis est, qui loquitur tibi, nescio. Cui igitur respondes, similiter ignoro, quia neminem video: Verùm, si neminem vides, ut ais, si loquentem tecum nescis, nec ullam ejus habes notitiam, cur eidem Domini titulum attribuis? Etenim ab aliquo petere quis sit, dum eum non cognoscimus, nihil in se mirum continet; at verò ex quo eum Dominum vocas? vel illum novisti, vel temerè valde loqueris. *O breve verbum, sed plenum, sed vivum, sed efficax, sed dignum omni acceptione*, inquit sanctus Bernardus. Verùm huc adsis, ô Saule, & perge loqui, & propositæ quæstionis rationem nobis redde, si vales. Cur Dominum vocas, quem nec novisti, nec vidisti unquam? Undenam eum Dominum esse arguis aut conjicis? Hinc mirum: Is enim, qui mihi loquitur, vehementi hactenus odio à me est infestatus, offendi enim, & persecutus sum eum usque ad mortem; unde meritò ægerrimè ferre me debebat, gravissimamque de me vin-

dictam

dictam sumere posset, si volebat, & tamen non solum mihi ignoscit, & omnes offensas condonat, verùm etiam in charissimum sibi amicum eligit: ex quibus signis efficacissimè concludo, eum non vulgarem quandam personam, sed potiùs vitum aliquem animo generosissimo præditum, & consequenter non plebejum aliquem, sed excellentissimum, sed maximum quendam Dominum esse: Et ideo dicit: *Quis es Domine?* Unde Hugo: *Hæc verba ab animo regio conjectans, quamvis illum non cognovisset, signum tamen regio titulo judicavit.* Quod igitur post adductas historias, aliasque Scripturæ loca ritè ponderata, dicitis, ô Auditores! Nunquid penitus persuasi, victas dare manus cogimini? Nunquid enervata est vestra ratio, qua credebatis ignaviam quandam, & abjectæ animi signum esse, si quis facilè inimicitias ignoscat? At verò conjicere mihi videor cogitationes vestras: superest enim vobis, quòd relut replicam objiciatis, nimirum quòd vindicta in eo, qui felle & sensu valet, non sit omnino naturalis: videmus enim, quòd homines, serpentes, grylli, ne dicam canes, lupi & ursi, existinctu quodam naturæ, iis, qui mane illa animalia offendunt, dentes obvertant. Ac proinde respondeo, me hoc totum libenter admittere, imò hoc argumento omnium vindictam spirantium ora occludi posse. Dico enim, quòd ex quo omnes fere bestiæ in vindictam proclives sint, clarè satis convincatur, quòd per vindictam erga inimicum excandescere, seque ulcisci, bestiale sit potiùs, quàm humanum. Unde Seneca: *Pusilli hominis est, & miseri, repetere mordentem, mures & formicæ, si manum admoveris, ora convertunt; imbecillia se adjutant, si tangantur.*

15. Verum, inquies, quomodo ad hoc indici potero, ut inimico meo ignoscam, si is tanta adversùm me & famam est oblocutus: quæcunque enim pessima, quæ de me confingere potuit, libere, & sine formidine effutivit, & ideo famam, & existimationem meam valde læsit. Audi ad id respondentem Senecam: *Malè de te, inquit, loquuntur homines, sed mali: Moverer si de me Marcus Cato, si Lælius sapiens, si alter Cato, si duo Scipiones ista loquerentur: nunc malis displicere, laudari est.* Et postea subjungit: *Malè de te loquuntur, bene nescient loqui, faciunt, non quod merear, sed quod solent.* Adesto igitur, quisquis es in odio obstinate, & pertinax in vindicta, libeas tibi adversarium tuum te offendisse, concedo; verùm audi sequens docti Mirandulani argumentum: *Aut jure factum est id quod conquereris, aut injuriâ: si jure, diligendus tibi ille est, qui fecit, non odio prosequendus. Habenda illi gratia, quia in te beneficiũ contulit, non maleficium molitus est.* Postea verò subjungit: *Si injuria, rogandum iterum restat, si ignorantia videlicet id fecit, aut malitia: si primum des condonanda faciliter venia obsistenti delinquenti; si secundum, sibi ipsi imprimis damna intulit, quippe cùm præter divini judicii, quæ illum manet vindictam; seipsum etiam statim pœna affecit.* Ac proinde sanctus Augustinus cum Deo loqueas dicebat: *Iussisti nam & ita isti est ut omnis inordinatus animus sit pœna sibi.* Postea verò concludit idemmet Philosophus: *Quamobrem ad miserandum, compatiendumque potiùs, quàm ad inferenda mala invitari debemus.* Verùm sistè, & aliud non minus efficax argumentum patienter ausculta: Nunquid tu Deum offendisti? Omnino. Desideras ut noxa à te commissa tibi ignoscatur? quis dubitat. Tu igitur Deum aliquem offendisti; qui verò te offendit, offendit hominem tantùm; quantò igitur major est, quam intulisti, offensa, alterâ quam recepisti. Tu semel vel bis fuisti offensus, è contra verò centies & millies, omni die, omni horâ, omni momento Deum offendis; nisi ignoveris alteri, quod in te peccavit, eadem mensura remetietur tibi, tuque tibiipsi, velut Judex quidam, decernis sententiam, dicendo: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Audite S. Maximum hac de re hisce verbis egregiè loquentem: *O quicunque ille es, ait, attendis quid tibi feceris homo, & non consideras, quid tu feceris Deo. Cùm enim tu multò graviora in Deum peccata commiseris, quare non dimittis homini parum, ut tibi Deus dignetur dimittere multum?* Verùm enimverò, tu nullam Sanctis adhibes fidem, donec fecerint miracula. De S. Gregorio Papa legitur, quòd sacrum Altare Missam pro Defuncto celebraturus accesserit, dumque Missæ illius Introitum, scilicet: *Requiem æternam,* diceret, vocem quandam audivit de cælo delapsam, hoc veluti responsum edentem: *Non faciam*; illusionem autem diabolicam esse credens, iteratò dixit: *Requiem æternam,* moxque simile subsecutum est cæleste responsum; prosecutus nihilominus Missam, in Memento pro mortuis, Deum, ut statum animæ illius, pro qua celebrabat, sibi revelaret, instan-

Ioan. Cassian.

Seneca lib. 2. de ira, cap. 34.

Seneca lib. 1. de tranquil. animi fol. 194.

Io. Franc. Picus Mirand. lib. de imaginat. fol. 101.

D. August.

Matth 6.

Philippus Diez. loc. com. de amore inimic. fol. 7. col. 1. & 2.

ter rogavit: Cui Dominus: *Ego vocem illam: Non faciam, dedi quia damnatus est miser ille;* Et ecce tibi rationem: *Oh inimicitiæ, quas nec deponere, nec dimittere voluit.* Pertinaciter igitur nunc inimicitias vestras continuate, vindictas vestras audacter exserite, & lucrum, quod inde reportabitis, censuum quoque vestrorum libro, si vultis, insetibite. Tandem verò tibi, ô vindicative, impensè compati cogor; Etenim quercus inveterata difficulter eradicatur; tale est odium in corde tuo; ex quo igitur cautam adversum te evincere & lucrari non possum, paciſci tecum volo. Acquiesco igitur tibi, & permitto, ut odium, quo ardes, in corde tuo conservare, imò majoribus etiam incrementis illud adaugere possis: Esne jam contentus? Veruntamen, ne causam adversum te agitatam totaliter perdam, in hoc unico mihi quoque acquiescas, nimirum iram tuam & odium, quo inimicum tuum persequeris, aliò divertas, illudque adversum duos alios inimicos tuos, & majores, & perniciosiores adhibeas, quorum unus peccatum est, alter verò est Dæmon, hos odisse potes, & pertinacissimè persequi usque ad mortem. Veruntamen adhuc tibi satisfactum minimè esse video; ideoque ut magis contentus recedas, totius tibi causæ victoriam libenter cedam; volo enim, & permitto, ut adversum inimicos tuos te obarmes, & vindictam adhibendo, victor contra illos evadas. Num amplius quid à me desideras? Cur putas in præsenti Evangelio, ubi agitur de dilectione inimici, pariter de eleemosyna sermonem instituí? dicendo: *Cùm facis eleemosynam, nesciat sinistra tua;* per hoc nobis insinuatur, quòd per eleemosynam verè præliari & dimicare liceat, eandemque pauperibus erogando, inimicus vincatur. Audite Ecclesiasticum: *Conclude eleemosynam, & hæc pro te exorabit ab omni malo;* id est, illa vos salvabit ab inimicorum vestrorum insidiis: & postea subjungit: *Super scutum potentis, & super lanceam adversus inimicum tuum pugnabit.* Illam igitur tum ad pauperum inopiam sublevandam, tum ad vestram propriam utilitatem libenter & liberaliter erogate.

Eccli. 29.

PARS SECUNDA.

14. HActenus de amore inimicorum locuti sumus, prout consistit *in affectu cordis;* superest, ut cum omni possibili brevitate etiam videamus, & ostendamus amandum illum esse *in effectu operis;* & hoc sensu intelligendum est monitum Christi, dum ait: *Bene facite his, qui oderunt vos;* Unde Ludolphus de Saxonia ait: *Non sufficit diligere corde, nisi dilectio exhibeatur operis exhibitione.* Amori interno cordis externus operum amor est adjungendus, si perfecti esse desideremus. Dii (inquit Seneca,) hominibus benefacere non cessant, licèt ab illis graviter offendantur: *Non cessant Dii beneficia congerere, spargunt opportunis imbribus terras, maria flatu movent, syderum cursu nonnunquam tempora, hyemes, æstatesque interventu leniore spiritus mollunt, errorem labentium animorum placidi ac propitii ferunt:* Idem quoque & majori jure de nobis & vero Deo dicere possumus. Sanctus etenim Valerianus Episcopus in communi loquens, ait: *Infinita virtus est, ô dilecti, vincere beneficiis.* Aristides ab Athenienſibus in exilium missus, elevatis in cælum manibus Deum pro Civitatis illius conservatione togavit, *Incolumitatem precabatur;* Quòd si is Christianus fuisset, eundem morem gessisse Evangelio id præcipienti, diceremus; in eo namque Christus dicit: *Orate pro persequentibus vos.* Lycurgo Lacedæmoniensium Legislatori, ab insolenti & temerario quodam juvene unus oculorum erutus fuit, cumque transgressor ille captus, ejusque manibus consignatus fuisset, non se de eo vindicavit, sed eum in domum suam amicè susceptum, filii loco habuit, multaque beneficia præstitit. Cùm in conspectu Agesilai nonnemo, nescio quis, diceret: *Officium Regis esse, amicis præmia, inimicis verò mala reddere;* is eum acriter reprehendisse fertur, dicendo: *Melius dixisses, regale officium esse, ex inimicis amicos suis beneficiis facere.* Cassiodorus scribit, Theodoricum Regem cum Venantio capitali inimico suo semper concertasse, hic quidem irrogando injurias, ille verò receptas injurias beneficiis compensando: *Tantò nobis reddebatur acceptus, (ait Rex) quantò cognosci poterat indevotus.* Cinna in machinandis contra Cæsarem Augustum Chymeris, insidiis, ipsâ denique morte, insatiabilis erat; Cæsar autem die quadam, dum illum persuadente Livia conjuge sua, mortis eum condemnare justissimè posset, eundem coram se adduci jussit, eique dixit: *Vitam tibi Cinna iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidæ.*

Ex

Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat; Imò Seneca ulteriùs dicit, quòd illum multis præclaris muneribus clarum & insignem fecerit, & honorarit: *Post hæc detulit ultrò consulatum, magnus, quòd non auderet petere* Ægyptius vicem Rex ad fratrum suorum pedes vilius est prostratus & genuflexus: & licèt ab his adeo diram passus fuerit persecutionem, hujus tamen & venditionis suæ, nullam eis aliam vindictam intentavit, quàm quòd illos dulciter fuerit amplexatus, & osculatus, eosque varus gratiis & favoribus locupletarit; de quo prudè Poeta ille eleganter cecinit, dum ait:

Nam quid illi fecerint, non cogito,
Sed quod beneficium facere Iosephum decet.
Reddendo damnis damna Iosephus negat.

Multi Scriptores sacri causam inquirunt, cur quum manuetissimus JESUS Salvator noster, illud in horto Gethsemani patrarit miraculum, auriculam servi illius perfectè subitò sanando. Ab ingeniorum autem varietate nata est varietas & multitudo opinionum. Aliqui eò hoc ipsum fecisse dicunt: *Ad suæ Divinitatis manifestationem*, cùm impossibile sit, servum illum adeo subitò naturaliter sanari potuisse. Alii id factum esse existimant: *Ad Iudæ conversionem*, ut nimirum Judas adverteret, quòd sicut auricula à suo loco præcisa, virtute divina subitò potuit reuniri; ita quoque Judas, qui membrum à corpore Collegii Apostolici præcisum, eadem virtute, & per veram pœnitentiam reuniri potuerit, si voluisset. Alii, *Ad fidem discipulorum confirmationem*. Quis enim non rejumpsisset spiritus, aut factus non fuisset animosus, illam videndo benevolentiam, quam erga impium exercebat Veruntamen Guilielmus Parisiensis in ea est opinione, hunc servum, cui nomen Malchus erat, primum fuisse, qui post datum à Juda signum, Christum invaserit, quique in faciendis Salvatori insultibus, cæteris omnibus insolentior erat; ac proinde Petrus erga illum, non verò alios irâ commotus fuit; ut nos exinde disceremus reddere bonum pro malo; beneficia conferre illis, qui nobis maleficia præstiterunt: *Malchus, ut dicunt aliqui, primus in Christum manus sacrilegas immisit, & ideo non mirum si potiùs eum percussit Petrus, quàm quemcunque alium, amputando auriculam ejus dexteram.* Et postea subjungit: *In hoc instruxit nos reddere bonum pro malo, & benefacere his, qui nos oderunt.* Quàm ingens beneficium sit sanctissimum Altaris Sacramentum ad universalem Christianismi utilitatem institutum, præ cæteris optimè declarat S. Augustinus, dicens: *Deus cùm sit omnipotens, plus dare non potuit, cùm sit sapientissimus, plus dare nescivit, cùm sit ditissimus, plus dare non habuit*; quantò autem major est dignitas Sacramenti, tanto quoq; major esse debet sanctitas & puritas illud recipientis. Unde S. Paulus Corinthios monet, dicens: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat*; rotundè iis declarando, quod *Quicunque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini*; imo minas minis, & pœnas pœnis accumulando, ait: *Qui autem manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit.* Et tamen ipsemet Dei Filius propriis manibus suis idipsum Judæ porrexit, tametsi diabolicam ejus conscientiam probè satis nosset; Quòd si autem adeo indignus erat, cur illum ab hujus sanctissimi Sacramenti sumptione non repulit, sed potiùs sine ullo discrimine tam illos, qui boni, quàm hunc, qui pessimus erat, eodem cibavit & pavit? Utique Christus prævidebat, Judam inimicum suum eum traditurum esse, & tamen minimè conveniens esse judicavit, illum hoc beneficio privare, ut nos per hoc instruat & erudiat, ut non intermittamus benefacere illis, qui nobis non nisi mala, imò mortem ipsam machinantur. Docet idipsum Michaël ex Ordine Minorum Observantium S. Francisci, dicens: *Quæritur, quare Christus corpus suum Iudæ dederit. Respondetur, quòd hoc factum est à Domino, ut instrueret nos omnes, inimicis benefacere, secundum illud: Benefacite his, qui oderunt vos: Dominus enim cibans proditorem suum propria carne, instruxit membra sua, quòd deberent benefacere inimicis.*

15. Nullam ex omnibus, quæ in Christi Passione acciderunt actionibus, adeo vehementer admitor, quàm de vulnere lanceæ, quod à Longino post mortem accepit; nescio enim, an impietas aliqua magis barbara excogitari valeat: *Vnus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis & aqua.* O crudelitas inaudita! sævire in mortuum, omnem excedit tyrannidem; atque ideo quonam is, qui hoc fecit, dignus fuisse supplicio existimabitur? Nunquid inferni ad crimen illud expiandum sufficient? videtur porro mihi cæ'um

cælum adversus talem temeritatem iratum, eandem punire decrevisse, fulminis evibratione: vel etiam, quòd terra mox ut ab hoc ferro lateri Christi mortui inflictum est vulnus, voraginum suarum ora aperire voluerit, num ad actionis crudelitatem delinquenti exprobrandam, an verò ad eum vivo in corpore degentem deglutiendum, ignoro. Verùm enimverò, audite, si placet, qualem hic delinquens ex hoc facinore reportarit vindictam! Sanguis etenim Christi pretiosissimus à latere Christi egressus, & per lanceam sensim dimanans, manum Longini attigit, qui eadem manu oculum quendam ex cœcitate inutilem factum, inadvertenter attingens, potentiam visivam utramque, corporalem scilicet & spiritualem protinus recuperavit. O mi amabilissime JESU crucifixe, quid facis? quid moliris? Ergone erga militem quendam tantam in demortuum corpus tuum crudelitatem exercentem, adeo te pium & beneficum exhibes? Ergone oculorum, mentis & corporis lucem ei restituis, qui vitam tibi (si illius compos fuisses) hac actione eripere tentavit? *Longinus latus Salvatoris aperuit,* [inquit sanctus Isidorus] *& gutta sanguinu Christi, cùm esset altero oculo privatus, illuminatus est extra, & intus lumine fidei, & per Apostolos baptizatus, & post longum tempus Episcopatus honorem, & martyrii coronam meruit.* Idem quoque Petrus de Natalibus refert: Porro illuminatio istha usui nobis erit, ad illuminandam mentem nostram, ut cognoscere possimus, quàm sit ingens malum, reddere malum pro malo, & quam è contra christianæ legi & perfectioni conforme sit, bonum reddere illis, à quibus mala receperamus; Nos etenim Beatus noster Simon de Cassia monet, quòd *Dilectio nescit in sua natura feriari, sed benefaciens & benefica est.* Veruntamen quidnam est, quod Salvator noster inimicum amanti, eidemque benefacienti promittit:

D. Isidor. Anton. de Episc. tom. 1. lib. 10. cap. 19.

Petrus de Natalib. in vita S. Longini.

B. Simon Cass. lib. 10. cap. 23.

Ut sitis filii Patris vestri. Æternus Pater unigenito filio suo per os David dixit: *Filius meus es tu, ego hodie genuite;* De quonam autem hic dic loquitur? Num fortè de illo puncto æternitatis, quod est sine principio, sine futuro, sine præterito, quod est incomprehensibile, interminabile, infinitum, in quo Pater æternus per fœcunditatem sui intellectûs, semetipsum totaliter intelligendo, ei sine distinctione naturæ totam communicavit essentiam, substantiam, Divinitatem, sapientiam, immensitatem, omnipotentiam & æternitatem? aut de illo hodie loquitur, quod mensuratur tempore, quod principium habet & finem, præteritum & futurum, successionem & durationem, quando inter inusitatos noctis splendores est natus? Legitote Psalmum, sic enim quale hoc *Hodie* fuerit, facilè utique intelligetis: *Astiterunt Reges terræ contra Regem cæli,* (inquit sanctus Athanasius] *Herodes & Pilatus, & Principes Sacerdotum Annas & Caiphas, convenerunt sacrilega mente in unum pravum consensum, adversus Dominum Deum Patrem, & adversus Christum unctum Messiam, ejus filium Hodie* igitur, cùm te inimici tui persequuntur, tu te non solùm non ulciscetis, sed *hodie* ignoscis, *hodie* cùm tibi per insidias mortem moliuntur, tu ad eos sanguine tuo pretiosissimo, redimendos te exponis; *Hodie,* cùm illorum salutem procuras; *Hodie,* quando ex sanguine tuo, & humanitatis tuæ electuario inimicis tuis medicinam præparas; *Hodie,* inquam, *genuite,* hodie, inquam, te filium meum esse, testando declaravi: *Quando redemisti mundum, quando ad cæli regnum vocasti, tunc probasti te esse filium meum,* inquit sanctus Augustinus. Quapropter

Diligite, benefacite, ut sitis filii Patris vestri Et abite in pace.

* * *

SERMO IV.

SERMO QVARTVS.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMÆ.

Duſtus eſt IESVS in deſertum à ſpiritu, ut tentaretur à Diabolo. Matth. cap. 4.

IN remotioribus Galgalæ, Jericho, & Bethel confinibus, ſub gelido climate ſituatum eſt alpeſtre & montuoſum quoddam deſertum, à nemine prætereuntium à ſolitudine, umbris, meriſque horroribus inhabitatum. Circa quod lubrico pede currens Jordanis fluvius, appropinquat quidem, ingredi autem minimè audet, timens veluti inculta illa ſolitudine nimiùm perterrefieri, aut in aliquam inacceſſam rupem præcipitari. Deſertum illud nunquam ſereno aliquo ſuperciliò à cœlo contemplatum fuit, nec radiorum clanitate viſitatum à Sole. In eodem ſingoris quoque r gores omne interdixerunt commercium florum natalibus, & placidis autumni ſuſurris. Silentium loci illius, quod ibidem in profundo quodam lethargo jacet ſepultum, à nullo alio violatur, præterquam ab ingratis & inconditis nocturnarum avium ejulatibus & ſibilis, & flebilibus arborum lamentis, quæ continuas inter ſe conſerere videntur querimonias, quòd ab indiſcreto Aquilone frondoſis ſuis ſpolientur palliis, nudaque membra hybernæ intemperiei, nec non cælorum nimiæ clementiæ relinquantur expoſita; ne unicam quidem ibi ſemitam videre licet, quæ pedi inambuſſet, quòniam ſibi cum ſecuritate eundum ſit imò ad quemlibet greſſum implexarum intricatarumque ſpinarum ſepes occurrunt, quæ ſaxis & urticis permixtæ, viatorem impediunt, quò minus horrida deſerti illius diverſoria penetrare poſſit. In hujus ſolitariæ & horridæ ſilvæ reconditiſſimis locis, velut in campo quodam Martio famelicus Salvator noſter inimici infernalis expectabat inſultus: *Duſtus eſt in deſertum, ut tentaretur à Diabolo*, qui ut viſibile ſe objectum redderet, in phantaſtica cani ſenis ſpecie comparuit. Credidiſſes Dæmonem iſtum novum quendam Æthnam fuiſſe, ſiquidem capitis ſui verticem coma quadam contegebat nivea, cùm tamen in profundo ſinus ſui reconditas haberet ardentes voragines inferni. Vultus ejus à Sole denigratus & decoloratus eſſe videbatur, cùm potiùs infernalis ignis tetra eſſet fuligine tinctus. Si quis facilis fuiſſet ad præſtandam exteriori apparentiæ fidem, exiſtimare potuiſſet, ſe videre quandam oſſium nimia abſtinentia conſumptorum cataſtrophen, cujus membra livida potiùs emaceraret invidia: ad labiorum motum, duo tantùm ſe prodebant dentes, tempore & confectæ ſenectutis rubigine exeſi & corroſi, qualibus luporum aut aprorum ora communita eſſe noſcuntur. Dextera ſua rudi cuidam truncoſtipitis loco innitebatur, utpote qui præcipitiorum, quæ in cæli empyrei firmitudine perpeſſus fuerat, probè memor, in ipſa quoque terræ ſtabilitate pedem quoque movebat dubiũ, malèque ſecurum. Huic glorioſiſſimorum operum indicia, quæ Chriſti Divinitatem & excellentiam præconizabant, ſuſpicionem quandam animo ingeſſerant, num fortè Chriſtus veniſſet, ut illud ſibi dominium in mundo vendicaret, quod is arte & dolis jam dudum ſibi uſurpaverat, ſcilicet genuflexiones gentium, victimarum, quæ altaribus ſuis inferebantur, tributa, nec non oblationes & incenſa, quæ majori illi mundi pars offerebat. Ac proinde, ut ſe per omnia hac de re redderet ſecurum, ſtatuit tumido quodam auſu armatus aggredi Salvatorem; & quia ſe futurum præſumebat hoc in prælio indubitatum victorem, ideo triumphum canens ante victoriam, trophæi loco habitu quodam indutus erat ex palmis contexto. Porro primum inſultum Chriſto Domino per lapides intentavit, dicens: *Dic ut lapides iſti panes fiant.*

Matth.

Itaneô Dæmon ? Tune lapides famelico alicui apponere non erubescis ? Mirum non est, ut video, quòd Ambrosius dixerit, quòd dum per superbiam negotiari incipiens, comparare tibi voluisti Divinitatem, in adeò miserabilem jacturam lapsus fueris, ut omnibus cælestis gratiæ divitiis exutus, in intolerabilem quandam dejectus sis mendicitatem, in qua tibi aliud præsentandum non supersit, quàm lapides ! *Quia non invenit cibum, quem offerret esurienti, postulat in cibum saxa mutari.* Cùm autem conflictus exitum procul ab intento suo aberrare conspiceret, desertum confestim cum pinnaculo Templi commutat : *Statuit eum super pinnaculum Templi,* eique præcipitia persuadere contendit, dicens: *Si filius DEI es, mitte te deorsum.* Tandem secundum quoque insultum irritum esse conspiciens: *Assumpsit eum Diabolus in montem excelsum valde,* ibique ultimum circa ipsum experiebatur tentamen, offerendo ei omnia regna & monarchias mundi, si genuflexus illum adoraret: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me;* in quo etiam certamine confusus remansit, Salvatore nostro ei respondente: *Vade Sathana: Dominum Deum tuum adorabis* : idq; quod ei convenientissimè sic accidit, ut existimat S. Hilarius, dicens: *Temeritatis tantæ congruum exitum tulit, & criminum suorum in Sathanæ nomen audivit, & Dominum suum adorandum in homine cognovit.* Nos interea de tribus hisce tentationibus discurrentes, in prima, quis tentet, & qua ratione Dæmon tentet, videbimus: In secunda, quales sint inimici tentatoris qualitates. In tertia denique, quanta nobis dæmon nos tentando, bona conciliet. Ex quo autem vos tanquam veri Christi jejunantis sequaces & imitatores, famelicos vos hoc Quadragesimali tempore exhibetis : ego ad imitationem Angelorum, mensam vobis præparabo, pane verbi DEI opiparè instructam, siquidem *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore DEI,* ordiamur.

D. Ambr. ser. n. 37. de jejun.

D. Hilarcan 3. in Matth.

2. *Tunc ductus est Iesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à Diabolo.* Nullibi legitur, quòd Diabolus Filium Dei antea tentationibus infestare præsumpserit, sed tunc pridem id facere cœpit, quando in Jordane à Joanne baptizatus fuit: *Tunc ductus est in desertum, ut tentaretur;* imò, postquam jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus : *Cùm jejunasset quadraginta diebus, accessit tentator.* Quando dæmon aliquem per viam perfectionis ambulare conspicit, tunc illi vel maximè molestus esse incipit. Quantò quis sanctior est, quantòque major est fervor, quo Deo servit, seque in virtutibus exercet, tantò illum dæmon vehementiùs tentat ; denique cum bonis, non verò cum malis, cum justis, & non cum peccatoribus ipsi semper negotium intercedit: *Post baptismum tentatur Christus,* inquit S. Hilarius; *quòd in sanctificatis maxime Diaboli tentamenta grassantur, quia victoria maxime exoptanda est de Sanctis.* Et S. Ambrosius ait: *Quò magis justus est quisquam, eò magis illi insidiatur inimicus.* S. Joannes Chrysostomus dæmonem marispiratę comparat, qui si cognoscere possit, navigium aliquod vacuum & inane esse, nullisque mercibus onustum, parum illud aggredi, aut infestare curat; at verò si in navigium aliquod incidat mercibus pretiosissimis copiosè onustum, confestim ad prælium se præparat, et apropinquat, explosis in illud bombardis, globorum pilis illud quatit, omnemque illud intercipiendi viam tentat: ita quoque, si anima aliqua abomni sit merito denudata, virtutum inops, nec quicquam aliud, quàm peccatorum arenam intra se claudat, ad illam tentationibus infestandam, sese nequaquam applicat: at verò si animam quandam offendat, quæ virtutibus, perfectionibus, & sanctitate plena sit, hanc protinùs aggreditur, cum illa sibi vult esse negotium, hanc capere, vel saltem deprædari desiderat, non quiescit, non intermittit, non cessat, nullumque medium negligit, quin illud adhibendo videat, an possibile sit eam superare, aut vincere. En ipsissima verba Chrysostomi : *Piratæ navigantes non tunc insidiantur, cùm à portu viderint egentes: nam quid proderit invadere navim vacuam ? sed tunc omnes artes movent, cùm onusta redeunt.* Audite applicationem: *Ita malignus ille Dæmon, cùm horum viderit multa convenisse, nempe jejunium, preces, eleemosynas, continentiam, aliasque virtutes omnes, jisque navem nostram gemmis repletam, tunc undique se objicit, ut thesaurum rapiat, & in ipso portus ingressu vincat & spoliet.*

3. Regius Propheta David oculo propheticò prævidens, quales futuræ essent venturi Messiæ qualitates & conditiones, dixit in illo velut in brevi compendio congregandas esse omnes species & elegantias imaginabiles, quæ ab omnibus aliis creaturis diffusè partici-

pan-

cipiantur. *Speciosus forma præ filiis hominum*, quasi diceret: venustates Messiæ cum hominum elegantiis comparatæ, sunt instar solis astrorum stellarum respectu: posteà vero ad majorem Messiæ gloriam subjungit gratiam in labiorum suorum theatro speciatim residere: *Diffusa est gratia in labiis tuis* Hucusque omnia sine difficultate aliqua intelliguntur; imò tantum abest prophetam in explicanda Messiæ pulchritudine excessivè loqui, ut etiam effigiem eius eiusque prærogativas pro dignitate sua sufficienter non extollat. Verumtamen quod mihi in illo Psalmo vel maximam admirationem adfert, est, quod paulo post subjungat dicens? *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime*; ac quasi diceret species & pulchritudo tua te ad cingendum lateri tuo eam tam non ad præliandum [& quidem valde gaudiosè, quia *potentissimè*] te coget. Quisam autem est ille quocum illi armis cõtendum erit? Num forte cum aliquo, qui camillo de pulchritudine & morum venustate contendit? S. Athanasius respondet, adversarium hunc, quocum illi armata manu congrediendum erit, Dæmonem futurum esse *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime pugnando contra Diabolum*. Verum dices fortasse, quidnam Dæmonis interest, sive aliquis pulcher sit, sive turpis? aut quomodo fieri potest quod spiritui malo speciale adversus pulchritudinem odium intercedat? Potius pro illa et pugnandum esset; nisi enim illa in mundo esset, haud dubiè longè pauciora in mundo peccata fierent: pulchritudo enim est quæ merces quas afficit facile reddit vendibles, multos decipit; Quomodo igitur verum esse poterit Diabolum esse pulchritudinis inimicũ? *Accingere gladio tuo contra Diabolum, quia speciosus forma præ filiis hominum?* S. Basilius respondet Davidem non de corporis sed de animæ pulchritudine locutum esse, id est, de sanctitate. *Non carnis pulchritudinem celebrat; per hanc pulchritudinem percussus profecto, ad divinũ spiritualis pulchritudinis amorẽ commotus est.* Ecce igitur hic tibi apertũ & manifestatum mysterium ac Davidis intentionẽ, vult enim clarius dicere: vos quotquot estis inter cunctos alios homines sanctissimi, femur vestrum gladio accingite ad exspectandum intrepidè insultus Sathanæ, neque enim ei res est cũ peccatoribus sed cum justis, & quanto quis justior est tanto vehementius cũ tentatione suarum armis studet subvertere & exterminare. Et in hoc eodem sensu S. Gregorium in suis moralibus locutum esse existimo, dum ait: *Hostis namque callidus, quos iustitiæ luce splendescere conspicit, eorum mentes illicitis desideriis inflammare contendit.* D. Greg. in Iob lib. 29 Moral. c 14. f 184 col. 2. l. B

4. Quod idemmet David Ps. 85. Dominum vehementer quoque rogarit, ut se ab inimici infernalis plus nimium insidiosis machinationibus liberare dignaretur: dicendo: *Custodi animam*, nihil quidem in se mirum habet, quia sine gratia divina impossibile nobis est, eisdem nos posse resistere ac proinde omnes nos eius esse deberemus imitatores, quia ictibus adeo diris & fortibus tam formidabilis inimici, per scutum aliquod fragile & vitreum, qualis est naturalis nostra possibilitas resistere nequaquam poterimus. At vero id quod menti meæ nescio quem scrupulum ingerit, est quod ex hoc præcipue capite sese Deo recommendet, quia sanctus est: *Custodi animam meã quoniam sanctus sum*. Nolo in præsenti tecum ô David contendere aut disputare, an hic tuus loquendi modus, quo te sanctum esse dicis, vanæ cuidam gloriæ vel superbiæ sit adscribendus, præcipuè cum satis perspicuum omnibus sit, qualesnam fuerint vitæ tuæ actiones; ut proinde sanctus Pater noster Augustinus haud immerito dicat: *Nescio utrum potuerit forte alius dicere, quoniam sanctus sum, nisi ille qui sine peccato erat in hoc mundo, peccatorum omnium non commissor, sed dimissor.* Sed hoc solum valde mihi videtur mirum, quod ex sanctitate tua singulari quædam in te formido nascatur, quæ te, ut ad deum confugias, inducit, ut is nimirum animam tuam à Diabolicarum tentationum insultibus defendat, cum alias sanctitas communiter alium effectũ habere soleat, scilicet quod habentem illam à qua vis diabolica infestatione securum reddat. Quod si adhuc peccator esses, majorem utique haberes timendi & patiendi occasionem, & dicendi: *Custodi me Domine, quoniam peccator sum*. Verum audite videor Davidem replicantem Id quotidianæ experientiæ repugnare videmus etenim quod peccatores Diabolum parũ timeant, imo sæpe damnosam nimis cum illo habeant conversationem & familiaritatem Diabolus enim peccatori in hac vita nullum creat fastidium, sed eum in pace quietẽ & trãquillè vivere permittit; justis autem duntaxat insidias struere cernitur; atque ideo dicit David:

D. Athan. ib. f. 351.

D. Basil. adv. Eu. f. 3. col. 2. l.

S. Aug. ibi. f. 205. col. 2. l. D.

vid: Quia nunc sum in gratia Dei & sanctam vitam ago, haud immerito aliquem à Diabolo tentationis insultum formidare habeo: videor enim mihi videre militiam infernalem tentationibus armatam contra me procedere, imo quanto perfectior sanctitas mea erit, tanto quoque ferociores à Dæmone insultus expecto: *Tantum abfuit ut de sua sanctitate confideret, ut potius maiores in eo tentationes formidaret, & propterea maius à Deo auxilium precaretur*, inquit Doctor quidam modernus.

Franc. Mend in 1. li. Reg c. 11. n. 11. fo. 174. n. 17. l. D.

5. Nunquam huius malignitatis Diabolicæ recordari possum quin semper menti meæ obversetur sanctissimum illud ab Ecclesiasti eo nobis relictum consilium, quo dicit, *Fili accedens ad servitutem Dei sta in timore & iustitia, & prapara animam tuam ad tentationem*, quasi diceret; Vide ô Fili quisquis mundum deserens, Dei te servitio perpetuo dedicas, ne bonitatem tuam contamines, sed sta in timore & ne vel ad unum passum te securum esse existimes; ad præliandum quoque cum Dæmone animam tuam præpares, quasi totum motivum seu causa cur in continuo timore stare, & ad sustinendos diabolicos insultus præparari debeamus, hæc sola sit, quod viciniores Deo facti simus, ejusque nos servituti addixerimus. Verum ô Ecclesiastice, licet supra omnem modum mihi tuum placeat consilium, veruntamen unam in eo habeo difficultatem, quam mihi ate dissolvi vehementer cupio, quod si feceris omnia mihi pro libitu præcipere poteris. Quod si aliquisà Deo procul remotus esset, & nullo modo ei servire vellet, censeresne hunc quoque obligatum esse ut morem tuo gerat consilio, stando in timore & præparando se ad certamen cum Dæmone ineundum? Quid respondes? Nequaquam, inquies, haud dubiè, hic enim est extra omnis fastidii periculum: inimicus enim infernalis arma sua non nisi contra bonos vertit, & quanto magis quis in bonitate crescit, Deo per gratiam vicinius approximando, eique cum omni diligentia inserviendo, cum tantò majori ferocitate Dæmon contra eum suos multiplicat insidiosos conatus. Quapropter: *Accedens ad servitutem Dei sta in timore, & prapara animam tuam ad tentationem, ac sic dicat:* [exponit Doctor quidam] tunc enim acriores erunt hostis insultus, cum propius ad Deum accesseris.

Ecclesiastici. 2.

Io. Anton. Velasque in Indice in domin. 2. quadr. n. 8. t. 2.

6. S. Paulus Apostolus haud secus ac si quidam Bellidux esset, ita in Epistola quadam quam ad Ephesios exaravit, suos monet ut se in bene ordinatam aciem constituant, atque de omnibus illis sibi prospiciant, quæ illis necessaria esse poterunt, ut imminenti cuidam formidabili prælio potentissimi hostis resistere possint, Dicit enim: *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias Diaboli.* Postea autem subjungit, Cavendum autem vobis est, fratres, ne existimetis rem vobis futuram esse cum inimicis quibusdam ordinariis & vulgaribus. *Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem*, id est *adversus homines qui nos persequi videntur*, inquit S. Anselmus & Theophylactus: *Non enim nobis cum parvi momenti viris & casu oblatis bellandum est, neque adversus homines passibiles & nobis similes gerenda res est.* Quinam igitur sunt hi inimici bellum nobis inferre gestientes? Quinam in quam sunt, adversum quos nos præparare debemus, ut eis resistere valeamus? *Adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus.* Hæc equidem latis in se clara sunt. Veruntamen scire percuperem, quodnam Dæmon ab Ephesiis acceperit fastidium, ut motus sit illis apertum indicere bellum? scio quidem Dæmonem tyrannum quendam esse, qui proinde nec lege dirigitur, nec ratione, ideoque nec rationem aliquam particularem habere, quæ eum ad id movere possit, nisi forte dicere velimus, id eum facere eo quod Ephesii malum deserentes ad bonum, se converterint: antea vivebant in peccato, & ideo inter selites tantum civiles habebant *adversus carnem & sanguinem*; nunc autem ex quo veram Christi legem & fidem sunt amplexati, seque sanctitatis & perfectionis Christianæ studio dedicarunt, & salutis viam inambulant. O quot à Dæmone bella susciantur, universum obarmat infernum, & insultus nunquam deficiunt, tenduntur semper tentationum insidiæ, nec induciæ seu pax ulla speratur: *Non impugnat Sathanas nisi fortes Christi milites: peccatores iam prostratos, & ut ita dicam, culpæ factos præteriit & contemnit*; & tales quidem Ephesii antea erant: *Iustos tantum quærit dejicere quos videt in fide firmos stare?* iidem Ephesii postea facti sunt: quando illis Dæmon adeo factus tentationum & insidiarū continuatione

rione molestus, juxta doctrinam Sancti Cyprian. Id quod expressius ex capitulo antecedente deducitur, ubi Apostolus ait *Fuistis aliquando tenebræ*: atque ideo Dæmonium eo tempore minimè vobis molestum erat, *Nunc autem*, id est, inquit S. Anselmus: *postquam ad gratiam accessistis*, Deo appropinquastis gratiæque cœlestis lucem vobiscum habetis *& ut filii lucis ambulatis in omni bonitate & justitia, & veritate, est vobis colluctatio adversus Principes tenebrarum.*

7. Miser quidam juvenis, maligno quodam spiritu obsessus erat, Pater eius qui illum velut oculorum suorum pupillam tenerrimè diligebat, maligni huius spiritus tyrannidem in propriis visceribus suis acutè persentiscebat; Audiens autem Christum varia variis in locis patrasse miracula, eum adire, & pro ablatæ filii sui supplicare illi firmiter statuit, tandem vero humillime coram eo prostratus erat: *Magister attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum* Christus autem Dominus infelicis huius adolescentis miseriis intimè compatiens, dixit ad Patrem & turbas, qui ut obsessum hunc juvenem coram eo adducerent, propius ad eum accesserant: *Afferte illum ad me; & attulerunt eum.* In eodem autem momento Dæmon ad crudelius torquendum miserum hunc juvenem omnes malignitatis suæ exercitus in unum advocasse videtur, siquidem dirè eius viscera contorsit, summa cum rabie ipsum in terram conjecit, effecitque ut veluti mare quoddam à Diabolici furoris tempestatibus agitatum, horrendas ab ore spumas ejiceret, strideret dentibus, perque omnia corporis membra rigescentes viscerum suorum interiori conversione, quam operabatur Diabolus. Causam hoc loco scire desiderarem, cur Dæmon in hac occasione maximè in ipsiusmet Christi præsentia, ubi timere & tremere debebat, adeo se ferocem, audacem, & truculentum exhibuerit? Beda ideo id accidisse respondet, quia Dæmoniacus Christo maxime vicinus erat: *attulerunt ad eum.* Quasi per hoc nobis monstrare vellet spiritus Sanctus, quod quamdiu aliquis per peccatum procul à Deo remotus est, à Dæmone minime infestetur, sed in pace vivere permittatur, si tamen in pace vivere dici potest, qui in peccato & procul à Deo sequestratus vivit: at vero quando ei appropinquamus *per conversionem ad ipsum* eliciendo actus contritionis, confitendo, communicando, operando, benè, & sanctè vivendo tunc protinus militiæ signa eduntur, omnesque avernales copiæ ad arma properant, millenisque tentationum velitationibus & stratagematibus hominem talem infestantes vix ullam ei requiem indulgent: *Allatum Domino puerum spiritus conturbat, qui sæpe dum converti ad Dominum post peccata conamur, maioribus antiqui hostis pulsamur insidiis*; inquit Beda Uno verbo: Sanctitas nostra apud Dæmonem tuba quædam bellica est, quæ tentationum suarum exercitus ad certandum excitat & congregat.

Beda apud Velasq. in tab. in Domin 1. Quadrag. num 8.

8. Septuaginta duo discipuli à longinquo redeuntes lætì prorsus & hilares, dignas & gloriosas, quas passim ediderant actiones, cælesti magistro præter debitam venerationem & reverentiam, eidem submississimè exhibitam, referebant, nec non qualia in virtute sanctissimi nominis sui operati fuissent miracula inter quæ unum è præcipuis erat, quod Dæmones audito eius nomine, pavore & formidine pleni protinus fugerent: *Domine etiam Dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.* Quibus Dominus respondit: *Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem*, quasi diceret, scitote quod & ego Satanam ab Empyreo corruentem viderim; verùm scitisne quo modo? *sicut fulgur.* Quænam autem est hæc satanæ cum fulgure similitudo? cur non potius dicit eum cecidisse sicut lapis, vel sicut pluvia aut grando, quæ agros & campos destruunt & devastant? scriptores sacri varias hujus similitudinis adferunt expositiones: *Sicut fulgur*, inquit Carthusianus, *id est valde celeriter & terribiliter sicut fulgur*, inquit Titus Bostrensis, *quia natura fulgidus erat ut fulgur, sed factus est tenebrosus propter effectum, quia quod Deus fecit bonum, hoc ipse in se alteravit in malum.* Mea autem opinio est, Christum assimilasse dæmonem fulguri propter effectum, quem producit. Fulguri namque proprium est miro quodam & insolito modo suam exercere activitatem in locis quæ invadit, medullam namque ossium consumit carne intacta manente, absorbet vinum non læso vase, consumit ferrum gladii illæsa manente vagina. In aurum & argentum violentos suos evomit furores & loculis damnum non adfert, lapidum & æris duritiem frangit nec tangit paleas aut stra-

Luc. 10.

Dio. Carth ibi ar. 26 f 177. lit B. Tit Bostren. in cap. D Th ibi fo 191. col. 2. l k

ſtramina, denique ſuam ſemper potentiam in iis; quæ meliora ſunt exercere cernitur. Volebat igitur Dominus diſcipulis ſuis dicere. Hanc Diabolus præ ſe fert proprietatem, quod ſanctitatem ſemper infeſtat tentationibus ſuis, & ubi hæc major eſt, majorem quoque violentiam infert malignitatis ſuæ exercitus ad aurum & argentum deſtruendum adhibet, id eſt, ad perdendos homines qui in Dei ſervitio maxima ſunt perfectione conſpicui, eoſque expugnare quærit, qui ſolidi atque conſtantes eſſe reperiuntur in ſanctitate. Quæ veritas à Sancto Cypriano hac etiam doctrina authenticatur, quâ dicit: *Eos diabolus quærit deiicere, quos videt ſtare.*

D Cyprian. lib. 3. Epiſt 1.

9. Quamnam exiſtimas eſſe cauſam, ô Roma, quod ſacerdotes per totam quadrageſimam quotidie in miſſæ ſacrificio populum ad humiliandum coram divina majeſtate capita ſua exhortentur, dicentes: *Humiliate capita veſtra DEO*, quod etiam aliis quibuſdam diebus vigiliarum & jejunii alicubi obſervatur: Cur obſecro potiùs his temporibus id fit, & non aliis? Neque enim credendum eſt, Eccleſiam caſualiter gubernari, utpote quæ regitur & ducitur ab ipſomet Spiritu Sancto: Quam ergo putatis fuiſſe hac in re Sanctæ Eccleſiæ intentionem: Hujuſce difficultatis reſolutio ex cæremonia quadam dependet, quæ adhiberi ſolet in diebus Paſchæ Reſurrectionis. Fideles namque illis diebus cibos quoſdam quos tunc ſunt manducaturi ad Eccleſiam deferunt, ut à Sacerdote benedicantur, qui habitu ſacro vel ſaltem ad minus ſtola indutus cum cruce & aqua ſancta eoſdem benedicit. Circa quam cæremoniam duo præcipuè ſcire deſidero Primum eſt, quo fine fiat hæc benedictio? Secundum, cur in die Reſurrectionis & non in alio? Durandus reſpondet cibos in die paſchæ benedici, *quia inimicus noſter tunc nos magis fatagit ſupplantare*, ſe namquè intra cibos illos abſcondit, ut nos eoſdem manducantes ipſum quoque in ſtomachum noſtrum attrahamus, ut hac ratione nos tentendi atque torquendi occaſionem habeat: Sed dices Nunquid alio tempore id facere poterit? omnino, ſed in die paſchæ omnes ad Deum converſi ſumus, omnes confeſſionis & ſacræ communionis ſacramenta accepimus, ſumus omnes in gratia, & conſequenter ſancti, quando peccatores ſumus non nos moleſtat, at vero quando nos videt ſpiritus & bonitati deditos, Eccleſias aliaque devotionis exercitia frequentantes, *tunc tunc inimicus noſter nos magis fatagit ſupplantare.* Ac proinde: *In hac ſancta die nihil, quod à ſacerdote non ſit benedictum comedere debemus*: ob hanc eandem rationem, inquit Durandus, vult ſancta Dei Eccleſia, ut Sacerdotes in diebus quadrageſimæ aliisque quatuor temporum & vigiliarum jeiuniis populum ad humiliationem exhortentur dicentes: *Humiliate capita veſtra DEO.* Quia cum illis pœnitentiæ temporibus Spiritui vacemus, orationibus quoque, jejuniis aliisque operibus bonis dediti ſimus, ideo Diabolus tunc expergiſcitur, aliosquoque Dæmones excitat, congerit tentationes, inſultum ſuorum aciem accuratè inſtituit, ut quo tempore nos Deo vacamus, & per viam perfectionis ambulantes ſanctitatem amplectimur, is adhæc omnia impedienda omnem ſuam exerat furiam, omnemque poſſibilem violentiam adhibeat: *Perro in miſſis quadrageſimalibus frequentatur*: *Humiliate capita veſtra DEO: ut quod illo tempore diabolus magis impugnat nos, unde Deum humiliter orare, & nos ſibi humiliare debemus.* Sic quoque diabolus Chriſtum nunquam tentavit niſi poſtquam baptizatus è Iordane deſcendit: *Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum, ut tentaretur à diabolo*; Imò donec illum in deſerto quodam viderit inter horridas aſperitates & quadraginta dierum noctiumque jejunium conſiſtentem, tunc enim lapidibus armatus ad pugnam eum provocavit dicens: *Dic ut lapides iſti panes fiant,*

Guilielm. Durand. in Rat. div. off. de die Sanct. Paſcha fol 245 nu. 2. col. 1.

10, *Dic ut lapides iſti panes fiant.* Quid eſt, ô beſtia infernalis, quæ crudelitate nulli cedis Tigridi, quod nunc erga hunc famelicum Iesum te adeo exhibeas pium, compatientem & benignum? Iuratem ſub hac virtute, ſed ficta vitium aliquod ſed verum abſcondi, & ſub hoc opere miſericordiæ inſignem crudelitatis actum reconditum eſſe: *Latet anguis in herba*, adducit enim iniquitatem, ſed ea veſte amictam ut charitas eſſe appareat: *Signum panis petis* (inquit Chryſologus) *ut ieiunium cibi tremendum refugiat, panem malus ingeris conſolator ut virtutem mutet, ut propoſitum violet jeiunantis*: nec alio fine hiſce ſtratagematibus utitur inquit Beatus Archiepiſcopus Valentinus noſter, quam ut quem vio lentia non dejecit, fraudulentia decipiat

decipiat. Occurrit etenim Diabolus filio Dei, eique lapides aliquos ostendit vel porrigit; quasi ei diceret: Famelicum te esse video, atque ideo pietas me movet, ut tibi subveniam, plurimæ abstinentiæ macerata membra tua extenuarunt, ideoque charitatis zelus me exstimulat, ut dum aliud non habeo, hi ce tibi lapidibus prospiciam. Si etenim verum est, quòd Filius Dei sis, prout passim à multis esse crederis, tibi eos in panem convertere difficile non erit, ut aliquam languidis membris tuis ministres refocillationem. O astutia diabolica, introducere, & tentationum suarum venenum charitatis saccharo obtegere! Unde S. Gregorius Nazianzenus ait: *Benignitatis quidem fucus lenocinatur; hæc est illius pugnandi ratio.* Et quoque technæ ejus à S. Gregorio Papa impugnatæ fuerunt, dum ait: *Antiquus hostis varias artes palliat ut plerumque vitia virtutes simulare, vel ipsa capitalia pallio virtutis obtegat.* Refert S. Evangelista Matthæus de certo quodam juvene, Christi discipulo, qui Christum sequendi, eique serviendi cupidus, parentibus, amicis, divitiis, omnibusque, quæ habebat, ultimum vale dixerat: Accidit autem, ut die quadam, dum cælesti suo Magistro adhæret, hoc ad eum deferretur nuncium: Mortuus est pater tuus, quo perfecto, cor suum ex improviso mœrore haud mediocri occupari sentit, qui per lachrymas ab oculis manantes, nec non profunda labiorum suspiria, indeque interruptas voces, se mox prodidit in publicum; paulò pòst licentiam sibi à Magistro indulgeri petit, ut urgente gratitudine erga patrem, ultimos ei sepulturæ honores impendere posset. Dixit ergo: *Domine, permitte me primùm ire, & sepelire patrem meum.* Dominus autem hanc ei licentiam, opus hoc charitatis & misericordiæ præstandi, impertiri nullo modo voluit, quin potiùs prohibuit, ne discederet, non defuturos enim amicos & cognatos, vel alios vicinos, qui hoc sepulturæ officium obirent: *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Nolo hic pluribus investigare, quænam fuerit hujus discipuli intentio, patrem suum sepelire volentis; multò minùs, cur Christus in ejus petitionem condescendere noluerit: sed solum scire cuperem, quisnam hujus nunci de morte patris hajulus fuerit? siquidem Evangelista hac de re nihil meminit, sed ab improviso juvenem introducit, hoc modo loquentem: *Domine permitte me primùm ire, & sepelire patrem meum.* Aliqui dicunt, quòd dum juvenis è paterna domo ad Christum sectandum discessit, pater ejus de facto infirmatus fuerit, ac proinde eum post dies aliquot præterlapsos, patrem suum mortuum esse, sibi persuasisse. Alii autem existimant, quòd pater non quidem effectivè mortuus fuerit, sed quòd cùm jam esset decrepitus, redire ad eum voluerit, tum ut curam ejus haberet, tum etiam, ut illi morienti [existimabat enim, illum indilatè ob nimis deficientem ætatem moriturum esse] oculos clauderet, & terræ sepeliendum mandaret, si Deo ipsum ex hac in alteram vitam evocare complacuisset: Ita affirmant Theophylactus, Simon de Cassia, & alii. Veruntamen universalis ferè est omnium Scriptorum opinio, patrem verè mortuum fuisse; ita Chrysostomus, Basilius, Euthymius, Paschasius, Beda, Rupertus, S. Thomas, Albertus Magnus, & alii; Qui itidem nuncium id indicantem, dæmonem fuisse existimant. Verùm enimverò non habet igitur infernalis hæc bestia alia, quæ agat, quàm ut alienis sese negotiis immiscat? Quid Dæmonis interest, sive pater hujus sepeliretur, aut non sepeliretur? O astutam dæmonis inventionem! nam erga animas nil curat ipsissimam se crudelitatem exhibere, damnum verò istud ut palliare possit, pietate erga cadavera illud vult compensare.

Theophyl. in cap. 9. Luc. Simon Cassia lib. 9. cap 16. Chrysost. Basilius, Euthym. Beda. Paschas. Rupert. Thomas Albert. M. Joseph Speranza punct 35. fol. 94. col. 2. lit D.

12. Eundemmet ferè casum cuidam Religioso, Deo in monasterio servienti, accidisse reperio; huic namque Dæmon quoque in habitu cujusdam juvenis sæcularis apparuit, omnes totius familiæ, sive progenies suæ parentes & cognatos se cognoscere fingens, ipsummet quoque Religiosum ex nomine proprio, quo in sæculo vocatus fuerat, appellitans, seque domus suæ paternæ proximum vicinum esse, indeque se rerum suarum hausisse notitiam simulans: Dicebat autem, se à cognatis ejus expresè ad ipsum dimissum esse, ut sequentia ei annuntiaret, scilicet eodem die patrem suum ex hac ad meliorem vitam transisse, & pia quædam legata in testamento suo legasse, ejusque executorem dictum religiosum filium suum constituisse; ac proinde opus esse, ut indilatè se domum paternam versus reciperet, piaque prædicta legata pro paternæ animæ acceleranda salute inter pauperes distribueret. O iniquissime spiritus, quid non efficis inter eos, à quibus minimè

cognoscens? Sub pietatis prætextu, qualis est satisfacere legatis pijs, paternam hæreditatem in eleemosynam distribuere pauperibus, ad fugiendum è monasterio, ad deserendam religionem, bonum illum Religiosum inducere voluit, qui in eadem in Dei servitio, & merito sibi accumulando tantopere proficiebat: *Ne facias moras, sed veni & vende omnia & fac secundùm voluntatem Patris tui.* Verùm ad sacram Scripturam, à qua superiùs nonnihil digressi fuimus, revertamur: ut Dæmon discipulum illum à sequela Christi, quam exorsus fuerat, diverteret, sub sanctitatis & operum misericordiæ specie idipsum moliri voluit, speciosò illo utens prætextu, nimirum ut proprii & naturalis patris sui funeralibus & sepulturæ assisteret; atqui hinc est, quod Dominus eidem discipulo prohibuerit, ne abiret, dicens: *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos*; Dæmonis namque technas ipse cognoverat, quòd nimirum sub specie charitatis ipsum à Christi sequela divertere, & ad mundi vanitates consectandas allicere præsumeret: *Alto consilio sapientissimus Magister adolescentem ad se vocavit, & petitam sepeliendi parentem ei licentiam denegat: Agnovit omnium Conditor, quòd sub demortuo illo parente Diabolus latebat: nam hæc est astutia Dæmonis, & illius hæ sunt fraudulentæ insidiæ, ut prætextu pietatis, & debiti muneris, nos à Christo, ejusque sequela ad mundana seducat.*

Sylveira tom. 2. lib. 4. cap. 21. qu. 8. n. 28. fol. 532. col. 1.

13. Ac proinde, quisquis actiones Dæmonis in exteriori duntaxat superficie considerat, se deceptum esse, frequenter experietur. Cuncti Hebræi in exterminium Redemptoris concitati, indesinenter vociferabantur: *Crucifige crucifige eum*, volebantque eum omnes mortuum. Sola Pilati uxor quærere videbatur, ut eum tueretur, & à morte liberaret, dum hunc ferè in modum maritum suum est allocuta: Mi marite, expedit nonnunquam, ut viri conjugum suarum suggesta consilia non penitus respuant; quippe dici solet, plus quatuor oculos videre, quàm duos; Obsecro igitur te, ut precibus meis adquiescas, quibus te rogo, ut JESUM heri potestati tuæ consignatum, à morte liberes, & cave sis, ne mihi contradicas, eum mortis condemnando, nisi ipsemet unica totius domus & familiæ ruina esse velis; scio etenim, quid in præsentia tibi loquar. Hoc matutino diluculo, dum somnum inter & vigiliam quiescerem, mihi menti meæ apparuerunt, quæ me de ejus sanctitate & innocentia reddidêre certiorem. Nunquid autem ad complacendum & gratificandum plebi adeò evidentem committes injustitiam? *Nil tibi & justo illi, multa enim passa sum hodie per visum propter illum.* Et hoc quidem uxor marito insinuari fecit. *Sedente pro tribunali.* Possem his quoque per modum transeuntis adjungere: *Quòd Pilatus nihil cum Christo haberet: Itaque Judices ut plurimùm nihil habent cum Christo totos enim eos sibi vendicat mundus.* Porrò Beda & Rabanus opinantur, Dæmonem huic mulieri in visione apparuisse, eidemque Christi persuasisse sanctitatem, ut ex hac cognitione moveretur ad hoc, ut scilicet omnem apud Pilatum maritum suum moveret lapidem, ne is eum mortis condemnaret, eò quòd in gentem id faciendo commissurus esset injustitiam, innocentem condemnando, & damnando animam suam. Obstupesco, ô Auditores, dum considero, quòd Dæmon Christi fiat Advocatus, qui Christo magis contrarius est & inimicus, quàm sint inter se lux & tenebræ; Justitiam adeò sibi exosam defendit, & innocentiam prodit capitalis inimici sui: is, qui homines omnem prorsus conscientiam exuere cuperet, nunc Pilatum commoneri facit, ne suam conscientiam alterius causâ condemnet: Pilatum commonefacit, ut animam suam damnare caveat, qui nihil aliud adeò impensè procurat aut desiderat, quàm universalem omnium animarum damnationem: laborat, ut Christum à morte eripiat, qui eum annihilatum videre se posse exoptat. Omninò attonitus hæreo, considerans quòd licèt Dæmon epilogus seu epitome quædam sit omnis malitiæ, hosce tamen actus, qui omnes excellentissimarum virtutum actus sunt, seriò eliciat. Attendite & cavete Vobis, ô Auditores, rerumque vestrarum diligenter satagite: nolite ei quidquam credere, non enim quidquid lucet, subitò aurum esse, censendum est: Diabolus sub aquis laborat, suasque astutias virtutum coloribus depingit. Videte & attendite, si verum est, quod suadet: Ex morte Christi mundi totius salutem nascituram esse suspicabatur? damna sua emergentia & lucra cessantia videbat; ideoque Christum à morte liberari procurabat, ut nos æternæ cujusdam mortis condemnati

mnati perpetuò maneremus. Christum à Pilato absolvi desiderabat; ut ipse animarum nostrarum Dominus fieret absolutus. Estque Rabani conceptus hisce verbis expressus: *Nunc Diabolus intelligens per Christum se spoliandum sua amissorum, sicut primum per mulierem mortem intulerat, ita per mulierem vult Christum de manibus Judæorum liberare, ne per ejus mortem, mortis amittat imperium.* Et in eodem quoque sensu S. Cyprianus scribit: *Diabolus in gemmis sua calliditatis exercens, sanctimonia decorat, dolum commoditatibus juvat, ut perdat.*

14. O quot simplices perditi sunt, eò quòd hæc diabolica stratagemata minimè cognoverint! Hæc namque est versutissima Diaboli indoles, ut si te de sup tbiâ tentare velit, tibi fumtet persuadeat, necessariam esse gradûs vel statûs tuo gravitatem, & quòd familiarem se aliis reddere, idem sit, quòd dignitatem suam abjicere. Si te de avaritia velit teratum, mox tibi repræsentat, necessarium esse, ut lueris tuis studeas summa cum industria, tum ne in eam redigaris paupertatem, quæ tandem te cogat, ut indignum quid & divino honori, tuæque reputationi adversum committas; tum etiam, ut facultas tibi adsit benefaciendi pauperibus in vita, & per pia legata Ecclesiis in morte, ad animæ tuæ salutem promovendam. Si jejunantem gula velit invadere per valde apparentes rationes, eò oculos tibi statuet, te ad jejunandum minimè obstrictum esse, sive ratione juventutis, vel ob infirmitatem, qua es obnoxius, sive denique ob deficientem ætatis senectutem; imò persuadebit tibi, licitum non esse, eum corpori victum adimere, qui vitæ sustentationi sit necessarius: Similiter menti ingeret, jejunium debilitare vires, & spiritum dejicere, adeò ut Deo in majoris momenti negotiis servire minimè possis. Homini idiotæ efficaciter facilè persuadebit, quòd si martyrii corona laurearis, & ad fruendum Deo indilatè & sine mora in cælum evolare velit, violentas sibimetipsi manus inferat, sic enim brevi suo intento gavisurum esse. Simplici alicui perturbatæ mentis mulieri fortiter imprimet, ut prius peractâ confessione, communione quoque sacra se pascat, postea verò domum revertat, sine ullo alio peccato commisso, in gratia Dei constituta, in puteum sponte propria semetipsam præcipitet, si animam sis cum Lacedæmone pugnabat, consideret, suum in Paradisum protinus rapi velit. Et quot miseris mulierculis, domi familiæ curam utiliter gerentibus, scrupulum quendam earum mentibus ingerit, eò quòd non frequentent Ecclesias, quòdque in præsenti bona facere omittant, cum posteaquam ex hac vita migrarint, illa facere non possint, quæ proinde stationes ad comparandas sibi indulgentias visitare incipiunt; vesperi autem domum reversæ, habito conscientiæ examine, jacturam lucro, & malum bono longè majus esse, serò nimis advertunt. Ac proinde optimè Eruditus ille dicebat: *Diabolicus spiritus totis viribus laborat, peccata nescio quo fuco colorare, & deaurare, ne appareant.* Et tandem, quos in se charitatis stimulos latere non simulat, dum jejunantem Dominum in deserto extra omnem hominum societatem famelicum esse conspicit. Ibi namque tanta se charitatis flamma ardere mentitur, ut tandem aliud nihil habens, lapides Christo præsentet, ne eum post longam adeò abstinentiam cogatur videre languentem: *Dic ut lapides isti panes fiant*; verùm sub hoc verborum suorum fasciculo iniquitatis suæ serpens abditus latebat. *Didacus Bæzatom. 2 in Evang. lib. 6. cap 3. §. 47. fol. 212.*

15. Videns demum conatus & consilia pro voto sibi minimè succedere, locum tentationis mutavit, futurum esse sperans, quòd cum mutatione loci feliciorem quoque tentationum suarum habiturus esset eventum: *Statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: si filius Dei es, mitte te deorsum* Verùm enimverò, cùm sis Diabolus, cur Christo supra pinnaculum templi constituto, fortem quendam impulsum non imprimis, quo eum ex tanta altitudine deorsum præcipites? Audite sanctum Hieronymum, dicentem: *Cùm sit valde debilis juadere potest, præcipitare non potest.* Etenim Diabolus adeò est pavidus, vecors, ignavus & pusillanimis, ut ad tale facinus committendum se applicare ausus non fuerit. Atque ideò, ô Auditores, audito Diaboli nomine non terreamur, sed generoso & intrepido animo simus; siquidem, ut communi proverbio dici solet, Diabolus adeo turpis non est, prouti depingitur, nec adeo formidabilis, ac nobis imaginamur. Opportunè hic mihi historia quædam servit, quam Plutarchus de *D. Hieron.*

raret, videretque illum huic prævalere; supervenit alius quidam civis Athenienſis, qui etiam greſſus ſuos ſiſtens, eandem contemplabatur picturam, videnſque concivem ſuum alterum ſupplantare, dixit: *Fortes Athenienſes,* cui Lacedæmonius ſubitò reſpondit: *In tabula;* quaſi diceret: ſunt quidem fortes, ſed in pictura. Idem quoque de Dæmone dici poteſt, ſcilicet, quòd ſit fortis in tabula. Communiter enim fortis, atrox, terribilis & formidabilis depingitur, quando autem ad fortitudinis ſuæ ſpecimen edendum devenitur, adeò illum timidum & puſillanimem eſſe experiemur, ut in vecordia & timiditate vix parem ſibi habeat. Ac proinde neſcio, cui Dæmonem majori cum proprietate comparare poſſim, quàm cum Chamæleonte, de quo Tertullianus ſcribit, eum unum ex animalculis minimis eſſe, quæ in agris reperiri ſolent, quorum ſub uno pampino integer latere exercitus poſſet, & tamen qui eum non cognoſceret, ſolo eius audito nomine plus quàm ex viſo leone formidaret. Chamæleon eheu quàm terribile nomen, cujus ſola oris expreſſio audientem exterret: *Beſtiola de mediocribus opi ib, ſed nomen grande, Chamæleontem qui audieris, haud antea gnarus, jam timebis aliquid amplius cum leone; at cùm offenderis apud vineam, ferme ſub pampino totum, videbis illico audaciam & gratiam nominis.* Pari quoque modo ferè res cum Dæmone habet: Formidabilis eſſe cenſetur hominibus, ipſum veluti expaveſcendum quoddam monſtrum apprehendentibus, cùm tamen experientia nobis illum adeò infirmum, debilem, vilem, exiguum, & puſillanimem eſſe demonſtret. Uno verbo, nil magnum præter nomen obtinet. Undemeritò vocandus erit Chamæleon infernalis Sathanas, hæc enim vocabula gigantum inter nomina eſſe videntur.

Plutarch.

Tertull. lib de pal. 10, cap. 3. l

16 Salvator noſter valde myſticam nobis parabolam propoſuit hominis cujuſdam, qui granum aliquod in agro ſuo ſeminaverat, quod cæterorum omnium, quæ granariis ſuis continebantur, flos quidam erat: *Simile eſt regnum cælorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo;* intempeſtâ nocte autè, quando omnes gravi ſopore jacebant ſepulti: *Cùm dormirent homines, venit inimicus ejus, & ſuperſeminavit zizania in medio tritici.* Portò hunc ſeminatorem alium non fuiſſe, quàm dæmonem, adeò certum eſt, ut probatione minimè indigeat. Hoc ſolùm ſciendi cupidum me eſſe fateor, quare intempeſtâ nocte, quando omnes dormiebant, & non potiùs diurno tempore, quando omnes vigiles erant, ſua ſeminaverit zizania? Num fortè dubitabat, neſi de die ſeminarentur, poſtea nata non fuiſſent? ſed mala herba etiam non ſeminata, ſuper lapideo quoque fundo creſcere cernitur. Etenim ſanctus Pater Chryſologus hoc totum timiditati & puſillanimitati Dæmonis attribuit, qui iniquitatem ſeminaturus, diurnum ad id tempus adhibere non audebat, timens, ne ſi fortaſſe conſpiceretur, turpem mox fugam inire cogendus eſſet; imò credo, parvulum quoque puerum ipſum abigere potuiſſet: *Inſidiator vigilantes fugit, appetit dormientes: Maxima infirmitatis indicium eſt, dormientibus irruiſſe.*

Matth. 13.

17. Vix Chriſtus in Geraſenorum Urbe appulerat, cùm ecce infelix quidam Dæmoniacus obviam ei factus occurrit. Spiritus autem ille malignus à Chriſti præſentia vehementer ſe torqueri ſentiens, ſupplex Chriſto fieri cœpit, dicens: *Quid mihi & tibi JESU fili DEI altiſſimi? Adjuro te per Deum, ne me torqueas.* Tunc Salvator eum, quo nomine appellaretur, interrogavit, dicens: *Quod tibi nomen eſt?* Verùm dicere nonnemo potuiſſet: Tibine, ô Domine, cui omnium creatarum rerum nomina nota ſunt atque perſpicua, nomen hujuſce ſpiritus poterit eſſe ignotum? Num fortè ejus oblitus es? Minimè gentium. Sed potius volebat, ut ipſemet malignus ſpiritus altâ voce idipſum ederet, ut ab omnibus poſſet circumſtantibus intelligi, quiſnam ille, aut qualis eſſet. Reſpondit igitur: *Legio mihi nomen eſt;* noſtrûm ſiquidem valde multi in hoc corpore præſentes adſunt, integra ſcilicet legio, qua hoc corpus veluti obſidione quadam cingitur: *Quia multi ſumus.* O Deus! integra quædam Dæmonum legio, quæ aliquot millena & millena conſtituit, adverſus unicum miſerum quidem & pauperculum hominem? Nunquid unus Dæmon illi abundè ſuffeciſſet? Sufficeret quidem, ſed Dæmones adeo ſunt timidi & formidoloſi, ut pro uno homine non videatur integer ſufficere exercitus, ſed illorum legiones requirantur. Num fortè amplius quid in hanc rem dici poterit? Per hunc autem caſum Deus nos docere voluit, Dæmonem nobis quidem ſollicitè cavendum, non verò formidandum eſſe, imò nos potiùs ipſi terribiles & formidabiles eſſe

esse videri. *Hic ideò facit* [inquit Chrysologus] *ut discat cavendos esse Dæmones, non timendos.* Credidissem utique, unicum duntaxat Dæmonem abundè ad integram hominum legionem dissipandam sufficisse: & tamen ejus omnino superior contrarius; siquidem integra quædam Dæmonum legio, quæ constat ex sex millibus, trecentis, sexaginta sex, adversus unicum tantum hominem armatur. Unde Chrysologus iterum ait: *Age Christiane, incede securius, turba tanta & tam multa Dæmonum, qua sic metuit inermem, fugiet procul dubio si viderit, si sentiat, si cognoscat armatum.* Imò apud S. Bernardinum Senensem legitur, quòd Lucifer tenebrarum princeps ter à S. Francisco devictus, sexaginta millia pessimorum Dæmonum, quos Infernus universus habet, adversus eundem obarmavit: Nolo quidem inficiari, quin S. Francisci eius fuerit de numero generosissimorum athletarum, qui in militia christiana inveniri possunt; veruntamen inaudita res est, quòd sexaginta millia unico duntaxat duci superando adhibeantur: si enim ille ipsissimus Mars esset, non valeret tantæ potentiæ & multitudini resistere. Verùm sciendum, quòd illa sexaginta dæmonum millia adeo fuerint ignava & timida, ut vix uno generoso militi superando sufficerint: *Franciscus, contra quem Lucifer devictus, sexaginta millia Dæmonum armavit.*

11 Christus unà cum Petro, Jacobo, & Joanne è monte Thabor, in quo transfiguratus erat, descendens, in quendam incidit Patremfamilias, qui filium quendam habebat, qui nonnunquam in sertis Lunæ motibus atrociter cruciabatur; hinc igitur ad Christum accedens, summa cum reverentia eundem genuflexus adorat, & filium suum liberari instanter rogat, utpote qui semetipsum regere nesciens, nonnunquem, mox verò in aquam laberetur: *Miserere filio meo, quia lunaticus est.* Rogandi mihi hic meritò Medici essent, num aliquam hujusce infirmitatis rationem vel fundamentum enucleatiùs exponere possent. Scio quidem, quòd Galenus dicat: *Nutibus Lunæ sacuiùs hoc inferius maximè regi.* Scio itidem, ab aliis dici: Esse aliquod Lunæ robur, attamen in imbecillioribus, atque ad patiendum aptioribus corporibus plurimùm pollet. Et Paulus de Palatio in particulari de hoc lunatico loquens, affirmat, malum istud hujus fuisse qualitatis: *Hujus patris filius erat Lunaticus, insaniam in dissectionibus Lunæ patiens: Itaque hominis sensus & judicium pendebat ex Luna. Morbus hic dicitur esse tialis & caducus, cadere faciens nunc in ignem, nunc in aquam.* Nolo hic disputare, vel consilium aliquod medicum instituere de causis & effectibus hujusce infirmitatis, sed solummodo investigare desidero, num hic juvenis malum istud realiter passus fuerit, an verò hi effectus miri & insoliti, ab aliquo alio principio fuerint causati. Probè quidem scio, Christum curare illum volentem, dæmonium ab eo pepulisse: *Increpavit illum Jesus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora*; at verò si spiritus malignus erat, qui ipsum torquebat, quomodo id pater nunquam animadvertit, sed semper infirmitatem quandam esse existimavit, à decremento & incremento Lunæ solùm causatam? Respondendum est autem, Dæmonem hunc occultè in hoc juvene fuisse, nec ausum fuisse se prodere, quia velut formidolosus trepidabat, torquebat quidem infirmum, sese tamen non manifestabat, sicque efficiebat, ut passim hæc infirmitas crederetur à Lunæ influxibus fuisse causata, quasi intra semetipsum dicere vellet, donec ego in hoc corpore clam fuero ab omnibus absconditus, facile rem meam salvare potero; at verò, si me aperuero, væ mihi, nam actum est mecum, non ausim me alicui ex fronte directè opponere, neque enim vel unicum obliquum, aut oculum distortum sustinere valeo. *Quid Dæmon sub Luna influxibus dissimulari satagebat? voluit Lunatici morbi velo se dissimulare, ut dum naturæ infirmitas tribueretur, contra latentis hostis infirmitatem, exorcismis & piis precibus subitò vincendam non decertaretur.*

19. Illam Vos obsecro, ô Auditores, in memoriam Vobis revocate piam ceremoniam, quam Sacerdos observat, quando infantem aliquem baptismali undâ tingendo baptizat. Is namque Diabolum, qui causante culpâ originali, animam infantis in sua possessione tenet, in turpem fugam agere volens, hæc ad illum verba pronuntiat: *Exi ab eo, immunde spiritus, & da locum adventi Spiritui sancto & recede ab hoc famulo Dei.* Dictisq; hisce verbis, trinâ vice in Infantis faciem exsufflat. Ita enim præcipit Rituale Romanum, dum ait: *Tunc Sacerdos exsufflet ter in faciem infantis in modum crucis.* Suppono autè, nullam prorsus in Ecclesia Dei ceremoniam esse, quæ sine ratione & casualiter facta sit, sed omnes esse mysteriis plenas;

Palat. in cap 18. Mat. f. 591

Andreas Pintus. Ramirez. Append. Tropolog. 5510 n.

Ritual. Rom. d Sacram. Bapt

plenas ; Atque ideo mysterium in hac cerемonia latens, diligenter investigemus. Etenim quòd Sacerdos Dæmoni recessum à corpore præcipiat, non habet difficultatem quidem, quia Deus Sacerdoti in Dæmonem authoritatem concessit : at verò, quòd postea *Insufflet ur in faciem infantis* ; quid hoc significet, imaginari mihi nequeo. Nunquid melius futurum esset, si illi Sacerdos comminaretur, aut si illum, prout meretur, verbis acribus & injuriosis proscinderet? Nequaquam, sed Ecclesia vult, ut in eum *Exsufflet*, ut per hoc nobis insinuet, inquit Jesse Ambianensis, eum, quem habemus infestissimum inimicum, adeo debilem esse & infirmum, ut eum haud secus ac pulverem quendam bis terve exsufflando fugare possimus : *Recte enim exsufflatur & projicitur tanquam pulvis à facie venti, confusus in sua nequitia Diabolus.* Denique modicus fumus, qui è corde piscis igne cremato exhalatur, in fugam eum convertit: *Cordis ejus particulam si super carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus Dæmoniorum*, inquit Angelus Tobiæ. Ac proinde non jam ampliùs admiror exercitum illum, qui de nocte prope arundinetum quoddam dormiens, mox ut ventus quidam impetuosior arundines inter se allidit, & concutiendo committit, inimicum exercitum hastas currendo inter se comploden tem imminere existimans, in tantam agitur animi dejectionem atque formidinem, ut pavore adactus, in turpem sese fugam receperit: Diluculo verò sequenti strepitum, quem audierant, ab arundineto, non verò ab exercitu, ab arundinibus, non verò ab hastis obortum & excitatum esse animadvertens, reipsa comperit, quòd ex modico quodam vento è militibus valde generosis timidissimi facti sint lepores : Veruntamen hoc nihil est respectu metus & pusillanimitatis ipsius Dæmonis. Pro cujus majori certitudine & evidentia, sequentem Scripturæ historiam cum silentio velim auscultetis.

Iesse Ambian. in Bibl. vet. Patr. t. 9. fol. 151.

20. Saul miser & desolatus à tyrannico quodam spiritu valde ferociter agitabatur, ita ut moriendo langueret, & moreretur languendo. Tragicam enim agebat vitam, & sæpenumerò in circumstantium præsentia adeo miserum & amarum edebat spectaculum, ut ipsas etiam ad compassionem excitare feras, & petras emollire potuisset, quantumvis duriss imas, Stridebat enim dentibus, labia distorquebat, nutabat capite, vestes dilacerabat, accendebatur in vultu, & inter mille convulsiones, contorsiones, complosiones manuum, cursus & recursus ex omni parte regia horribilia resonabant lamenta : instar insani hominis per regia discurrebat conclavia, adeo ut somni languor & pigritia oculorum suorum deinceps fugeret lumina. Quietis dulcedo membra illius non amplius restaurabat, nec in corde ejus ulla habitare poterat pacis tranquillitas ; civitas pectoris sui ab inimico maligno mille perturbatis cogitationibus, ac totidem tumultibus seditiosis, susque deque vertebatur. Potentiæ ejus interiores in confusa quadam deordinatione sepultæ jacebant, sensusque à Dæmone agitati tumultuariè vertebantur in inordinatam quandam discordiam ; Et ecce David cytharœdus in ejus conspectum veniens, sonoram mox è chlamyde, de qua tegebatur, extrahens cytharam ; priusquam verò libertatis sonum cæteri intulisset silentii, vertit & concinnavit Registrorum suorum claves & fides, iisque optimè inter se adaptatis, dulcem adeo harmoniam edidit, ut præ gaudio saltitare cœperint omnium circumstantium corda ; quot enim fidis, totidem linguæ eidem instrumento inesse videbantur, quæ optimè inter se juxta proportionem musicam concinnaræ, suavem per æra diffundebant, pacificamque melodiam.

21. Et ecce distortus & conturbatus Saulis animus, serenitati pristinæ se confestim sensit restitui, sensuum procellas in quandam pacis malaciam converti, animæ tempestates in placidum quoddam silentiũ componi, ipsumque ex orco prodientem tentatorem à musicalibus percussionibus, seu tactibus, fortiter tangi, percuti, & in fugam converti, infernalem denique animi sui infelicem discordiam, qua Saulis viscera miserè, imo tyrannicè depascebantur per suavem chordarum cytharæ suæ concordiam, efficacissimè abigi : *Percutiebat David cytharam, & spiritus malus recedebat ab eo* ; quasi diceret dæmon : à vi musicæ invasus, fugere cogor ; sonum audio, qui quasi tuba bellica ad certamen me provocat, harmonicis tactibus me pulsat, fugisque velocissimis in fugam me convertit. Hic sonus alios lætificans, me terret & contristat : cedo campum cytharæ, derelinquo inceptum facinus, meque turpiter profligatum esse conspiciens, in cœcum abyssi barathrum recipio. *Et spiritus malus rece-*

debat ab eo. Verùm enimverò, quænam huic cytharæ virtus inesse poterat, quæ hunc in dæmone effectum producere valebat? Scio equidem, Orphæum & Amphionem lyræ sono furiatum feratum stitisse cursum; hæc autem dæmones timidos, pusillanimes & fugitivos efficit. Etenim illa dæmonis pusillanimitas & pavor non à cythara eidem incutitur, sed pavorem illum, ubicumque est, semper secum portat, & ideo ad tactum unius chordæ, velut avis nocturna ad auroræ ortum, in turpem se fugam convertit, tam excors & formidolosus est dæmon, id quod beatum Archiepiscopum nostrum Valentinum in magnam admirationem rapit, dicit enim: *Mirares, mu-*
B. Thom. Vill. in c. 3. Luc. *sicâ fugatur Diabolus, ad cytharæ sonitum tre-*
pidus recedit.

21. Ac proinde cùm dæmon adeo sit timidus ac debilis, cur ejus tentationes tantopere formido, imo cur ab adversario quodam adeo pusillanimi vinci te finis? An ignoras, quòd dæmon *tentare potest, præcipitare non potest?* Nunquid in hodierno Evangelio vides dæmonem non fuisse ausum, ut Dominum è templi pinnaculo præcipitaret, licèt id vehementer cupiret, sed tantum suader, ut ipse se præcipitet? *Idem in cant. 1. Dom. 1. Quadr.* *Mittere deorsum Ostendit in hoc congressu debilitatem quam dæmon*, inquit idemmet B. Archiepiscopus. O quot hodie inveniuntur, qui de peccatis commissis seipsos excusantes, totam culpam in dæmonem conjiciunt, dicendo, in dæmonis facultate erat, non potui non facere? Pessimè dictum; dæmon enim *tentare potest,* *Idem ibi.* *præcipitare non potest.* Facit ipse officium suum tentando, tu quoque velut miles Christi officium tuum exequere resistendo: quod tibi nequaquam erit difficile; siquidem ad imitationem Christi duobus illum verbis procul à te fugere poteris, dicendo: *Vade Satana.* Adest dæmonstrum hoc infernale, ut te tentet, quò minus pauperibus benefacias; videamus, num ab ejus tentatione te vinci permittas; interea te cohortor, ut eleemosynam liberaliter tribuas.

PARS SECUNDA.

22. *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me Vade Satana Tunc reliquit eum diabolus, & ecce Angeli accedebant, & ministrabant ei.* Finita tentationibus Angeli accesserunt, ut Jesu victori coronam triumphalem contexant, eique inseriant, & obtentæ victoriæ applaudant. Porro si tentationum exitum, indeque in animas nostras derivatum proventum maturè consideremus, inveniemus utique, quòd erga dæmonem post tentationem grati esse deberemus; siquidem tentatio magnam nobis (licèt contra dæmonis voluntatem) adfert utilitatem, cùm sit occasio, nobis ut apud Deum honorem, meritum, & gloriam acquiramus; imò ipse dæmon faber est & artifex coronarum nostrarum: expressè id ipsum dicit S. Petrus Damianus hisce verbis: *Ipsi spiritus iniqui profectus* *D. Petr. Damian. opusc. 23. cap. 4.* *nostri obsequio sunt deputati: Nam dum tentamur, & non succumbimus, dum impetimur, & prævalemus, dum oppugnat certè violentus hostis, & non expugnat, futura nobis retributionis pondus accumulat; & dum laborem certaminis erogat, victoriæ nobis misericordiam subministrat.* Pro hujus veritatis majori evidentia hanc mihi, si placet, ô Auditores, resolvite difficultatem. Nunquid Deus, priusquam dæmonem crearet, & in primo instanti post ejus creationem, per suam scientiam, quam Theologi visionis appellant, cognoscebat, quòd dæmon tentationibus suis hominem infestaturus, & ad rebellionem contra divinam ejus Majestatem excitaturus esset? Sine dubio: videtur ergo mihi melius Deum facturum fuisse, si hunc suum & nostrum inimicum non creasset, sic enim omnes ipsius Dei perenniter futuri fuissemus, nec habuissemus in sui veneratione & servitio totitulis ei debito, tam multa tentationum obstacula. Ad hoc per sequentem vobis respondebo historiam. Postquam Romani Carthaginenses totaliter sibi subjugassent, mox quoque decreverunt eosdem totaliter dissipare, ipsamq; Carthaginem, ejusque mœnia & castella funditùs demoliri, ut vel sic ne unus quidem Carthaginensium maneret reliquus, essentq; securi, se nullum deinceps cum simili gente bellum habituros. Cumque unanimi omnium sententia id ipsum tanquam rem bono communi utilissimam ultimatè concludere vellent, Scipio Nasica in pedes se erexit, omniumque aliorum opinioni se opposuit, hanc sententiæ suæ rationem in medium adducens: Nam si Romani ex parte Carthaginensium nullum saltem suo habebunt admotum stimulum, otiosi evadent, suamque in prælus genetositatem moustrandi occasionem nullam habebunt; omnis enim sublata illis erit occasio, qua se per victorias, quas obtinere potuissent, glorioses & immortales in mundo efficiant: maneant igitur Carthagi-

thaginenſes in ſtatu ſuo, & nullo modo extin-
Cæl. Rhodig. c 2. lib. 27. f. 1023. guantur, quia ſunt cauſa gloriæ noſtræ, noſtrarumque coronarum fabri & artifices, dum nobiſcum præliantur: *Scipio Naſica ſervandam Carthaginem ſubinde prædicabat* (inquit Cælius Rhodiginius) *ne urbis æmula metu ablato luxuriari Romana felicitas inciperet*; cùm ſit certum, ut dicit idemmet Cœlius, quòd *adverſarium fortem, ſtrenuumq; & virtutis non omnino vulgata plerumque prodeſſe, creditum experimentis eſt.* Ob eandem quoque rationem dico, Deum non abſtinuiſſe à creando dæmone, nec illum creatum voluiſſe annihilare. Nam ut ſancti
D. Ambr. lib. de parad. D. Aug. l. 11. de Civ. Dei, c. 17. Patres Ambroſius & Auguſtinus dicunt: *Diaboli malitia ad ſalutem prodeſt hominibus, non quòd Diabolus prodeſſe velit ſed quòd malitiam ejus, etiam repugnantis, convertat Dominus ad ſalutem.*

24. Porrò à tentationibus naſcitur *ſaltem occaſionaliter* noſtra perfectio, & quantò plus tentamur, tantò perfectiores reddimur. Et hinc eſt, quòd Chriſtus Redemptor noſter tentationes, quas diabolus contra diſcipulos ſuos machinabatur, iiſdem prædicere volens,
Luc. 22. grani metaphorâ uſus fuerit, dicens: *Ecce Satanas expetivit, ut cribraret vos ſicut triticum*; quaſi diceret: Moneo vos, ô dilectimei, ventu-
Dion. Carth. in 161. ar. 48. ſol. 236. col. 2. rum eſſe Satanam, ut vos tentet ad eum modum, quo cribrator triticum agitat; *ſcilicet, ut tentationis ſuæ impulſu agitaret, concuteret, & turbaret*; per hoc demonſtrare volens, quòd ſicut triticum, dum movetur, turbatur, agitatur, vertitur & invertitur, ac in aëra projicitur, ſemper à lolio, pulvere, paleâ, omniq; alia immunditie purificatur; ita Satanas Apoſtolos tentationibus agitando, facturus eſſet eoſdem in ſanctitate perfectiſſimos: *Eſt ſanctis utile tentationibus examinari* (inquit Zacharias Epiſcopus
Zach. Epiſcop. Chryſopol. in 2. Bibl. P. lib. 3. c. 156. Chryſopolitanus) *ut vita probati, quàm fortes fuerint, appareat, vel cognita per tentationem ſua infirmitate fortiores fieri diſcant.*

25. Ad aures S. Pauli Apoſtoli delata quondam erat fama peſſima, quòd nimirum inter Corinthios homo quidam eſſet admodum ſcandaloſus; ideoque epiſtolam quandam ipſis ſcribere decrevit, qua illos ad remedium
1. Cor. 5. excogitandum hortaretur: *Omnino auditur inter vos fornicatio, ita ut uxorem patris ſui habeat aliquis.* Unde idem Apoſtolus adeo excanduit,
D. Anſel. ibid. f. 1. col. 2. l. 6. ut operæ pretium eſſe judicarit, prævaricatorem iſtum Satanæ manibus conſignare: *Judicavi tradere hujuſmodi Satanæ in interitum carnis*, qui carnis interitus ſecundùm S. Anſelmum, *ſignificat validam corporis afflictionem per diabolum factam.* Itane? Ergone poſſibile eſt S. Paulo, ut adverſus miſerum quendam peccatorem adeo deſævire incipiat? Verum quidem eſt, ingens & atrox eſſe peccatum, attamen ob hoc illum Satanæ manibus caſtigandum tradere nimium eſſe videtur: Ergone homines deerant, qui delictum adeo grave debitâ mulctare pœnâ potuiſſent? Theophylactus loco ly *tradere*, legit *committere eum Satanæ*; & poſtea ſubjungit: *Nec Satanæ proſus tradendum hunc dicit, ſed committendum*, id eſt, conſignandum Satanæ, ut eum velut Chyrurgus quidam curet corpus inflictis vulneribus, ulceribus macerando, & hac ratione ab exorbitante ſenſualitate liberando, ſpiritus poſtea ſalutis ſuæ ſecurior reddatur: *Ut ſpiritus ſalvus ſiat, Satanas morbo hunc macerat.* Uno verbo, vult Deus, ut dæmon homini ſerviat tanquam Medicus curando, non verò tanquam carnifex torquendo illum: Aut ſi etiam nonnunquam illum torqueat, tormenta illa antidoti & medicinæ loco deſerviant: *Quòd utique curatio & medela eſſet ſuſcipientis potius quàm ſubeuntis tormenta*, concludit Theophylactus.

26. Gratioſam hiſtoriam de Jaſone, qui Pa
Theſſalus dicebatur, referunt Hiſtorici, hic de
etenim in pectore apoſtema quoddam habebat, quod utpote incurabile effecit, ut à Me- an
dicis ejus deſperaretur convaleſcentia, qui ſi
proinde ut de rebus ſuis diſponeret ob immi- ch
nentem ſibi ex hac infirmitate infallibilem
mortem juſſus, die quâdam, dum diſpoſitioni
animæ ſuæ, rerumque ſuarum vacare vellet, i-
nimicorum ſuorum nonnemo inopinatè ſupervenit, qui enſem in illum ſtringens, dum ut
eum occideret, enſem pectori infligeret, apoſtema transfigendo aperiens cauſa fuit, curabore
vulneris omnis egrederetur venenoſa putredo
& ſanies, ipſe verò perfectæ ſanitati reſtitue-
retur. Quòd ſi dæmon capitalis inimicus
noſter ſuis nos tentationibus invadat, terreri
non debemus; ſiquidem vulnera ejus vitam
in nobis cauſant. Et ad hoc propoſitum Pa-
tet Lanſpergius egregiè ſcribit, dicens: *Non-*
ne diabolus omnes fatigavit ſuis vexationi- Cæ
bus Sanctos? Quid autem obtinuit? Nihil
profectò, niſi quòd glorioſiores, pulchriores,
& rutilantiores fecit eos, ut aurum: Fabricavit
enim eis coronas invitus, quia Deus quondam inte-

batur

buur ei inferre ad malum, vertit in bonum. Id-ipsum dæmon ipsemet licèt invitus confiteri debuit, qui dum à sancto Hilarione, (ut refert sanctus Hieronymus) reprehenderetur, quòd corpus virginis cujusdam invasisset, & continuò affligeret, eidem Sancto respondit: In hoc corpore ego, *ut servem eam virginem*: vel invitus igitur custos factus est virginis, & de fensor virginitatis. Optimè igitur nos sanctus Jacobus Apostolus exhortatur, ut in tentationibus semper gauderemus, dicens: *Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis*; & ratio est secundùm Dion. Car. Dionysium Carthusianum: *Quia omnia cooperantur in bonum.* Aqua, quæ multùm agitatur, Leo lib. 1. magis purificatur. Servus Dei tantò quoque ser. 9. fol. potentior redditur, quantò à diabolicis tenta- 347. col. 1. tionibus magis impugnatur: *Nulla sunt opera* Leo apud *virtutum sine experimentis tentationum, nullum* Dion. Car. *absque certamen, nulla sine congressione victo-* ubi supra. *ria.* inquit sanctus Leo. Unde S. Jacobus tentationum utilitatem probè cognoscens, existimabat, invidendum esse ei, qui tentationibus infestatur, dum ait: *Beatus vir, qui suffert tentationem*: sciens fortasse, quòd, ut testatur sanctus Pater noster Augustinus: *Vita nostra in hac peregrinatione esse non valet sine tentatione, quia profectus noster per tentationem efficitur, nec quisquam sibi innotescit, nisi tentatus, nec potest nisi qui vicerit, coronari, nec vincere potest, nisi certaverit, nec certare, nisi tentetur.* Tentationes sunt aurifodinæ, unde purissimum meritorum nostrorum aurum eruimus. Quantò igitur perfectiores sumus, tantò cautiores esse debemus, quia ad malum nos attrahere nititur sub prætextu virtutis. Nolo tamen, ut ob id timere incipiatis, quippe quibus res est cum inimico maximè debili & timidissimo; felices autem nos, si in tentationibus perstiterimus, quia ex tentationibus consequemur meritum, coronas, & gloriam, quam nobis concedat omnipotens Deus.

Jacob. 1.

S. Augustin. apud Dionys. ut sup.

SERMO QVINTVS.

IN FERIAM SECVNDAM

DOMINICÆ PRIMÆ QVADRAGESIMÆ.

Discedite à me maledicti in ignem æternum. Matth. 25.

DUpliciem filii Dei in hunc mundum adventum sacræ referunt Historiæ: primi quidem mentionem facit Isaias Propheta, dicens: *Ecce Salvator tuus venit*. Secundi verò Chronista Matthæus in Evange- Matthæus 16. lio hodierno, dum ait: *Cùm venerit filius hominis in majestate sua.* Verùm quanta erit differentia secundi in die judicii, à primo, quando mortalitate nostra vestitus, *Tanquam sponsus* Psalm. 18. *procedit de thalamo suo*; non jam amplius colles ob dulcedinem liquefacti, mellis & lactis distillabunt suavitatem ad nutriendos in planitie natos flores, vel ad noviter nati Regis comam coronandam, vel denique ad reddendum illi odorum suorum tributum: *Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel*; sed potiùs sublimissimi montes ad stellas usque se erigentes, & velut immensi terræ gigantes cum Empyreo certaturi, instar agitatæ ab Aquilone frondis trepidabunt: *Vidi montes, & ecce erant tremientes, & universi colles turbati à facie Domini, & à facie iræ ejus.* Nunc videtur veluti Sol quidam humanitatis nostræ nube obumbratus, vel veluti vas quoddam fictile absconditum intra se Divi-

Isaiæ 62.

Amos 9.

Ierem 4.

nitatis lumen concludens: in fine sæculorum autem inter furoris sui fulgura & vindicativæ justitiæ fulmina resplendere videbitur: *In primo adventu* (inquit sanctus Vincentius Ferrerius) *pro redemptione sienda non venit in majestate, sed in humilitate & paupertate; at in secundo adventu, quando veniet ad faciendum remunerationem, non veniet in humilitate & paupertate, sed in tanta majestate & potestate, quòd totus mundus tremat.* In primo adventu velut incognitus in hunc mundum venit: *Vere tu es Deus absconditus*, atque ideo vix etiam à bonis agnosci potuit; Reversurus autem manifestabitur peccatoribus: *Deus manifeste veniet*, non tanquam objectum beatitudinis, [*Mali enim ejus Divinitatem nequaquam intueri possunt*,] sed tanquam objectum severitatis ipsum magno suo damno recognoscent, & tanquam talem confitebuntur: *Veniet manifeste*, [inquit Chrysostomus] *non jam celatus in corpore, sicut antea, ut vix eum etiam boni cognoscerent, sed manifestus in gloria, ut etiam mali eum confiteantur inviti.* In primo adventu jacuit in cunis inter fascias constrictus, ut indiscretis humani judicii sententiis subjaceret; in secundo verò veniet in vallem Josaphat, in Majestatis suæ throno confidens, ut juxta uniuscujusque merita & demerita bonis gloriæ præmia; malis verò pœnarum infernarum supplicia decernat & dispenset: *In Majestate Deitatis judicaturus adveniet, qui in humilitate servi judicandus apparuit*, inquit S. Remigius. In Bethlehem aliud non habuit famulitium, quàm animalium & pastorum, è quibus illa oris sui tepido halitu hyemis temperabant rigores, hi verò jubilantes ad suos recurrebant natales, & rusticanis fistularum & liripippiorum harmoniis lætitiam in noctis sinu velut dormientem excitabant. In fine mundi autem ab Oriente Paradisi prodire videbitur gloriosa beatorum Angelorum societate stipatus, qui tubis v. talem spiritum suum inspirantes: (*Mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna*,) defunctos ex gremio mortis formidabili prorsus voce evocabunt: *Congregabuntur ante eum omnes gentes.* Tempus erit, quo perversi peccatores, qui ab obstinata iniquitate sua excæcati, illum velut cæli terræque Regem tunc noluerunt dignoscere, nec dulces divinæ clementiæ favos dignati fuerunt gustare, pacem quoque recusarunt à cœlestis militiæ spiritibus ipsis annuntiatam, amarum bibituri sunt iræ DEI calicem, diroque supremæ justitiæ rigores experientur; tunc scilicet, quando *videbunt filium hominis venientem in nube*: Tunc enim [subjungit Chrysostomus] *qui contemserunt DEVM in humilitate, cognoscent eum in potestate; & qui scire noluerunt, quàm dulcis est misericordia ejus, sentient, quàm gravis sit iratus ejus.* Complacuit sibi in primo adventu, ut veluti amabilis pater inter humanarum miseriarum fruteta corporaliter ad gregem suum congregandum videretur, eundem pientissima voce ad cælestis gratiæ fontem evocando: *Omnes sitientes venite ad aquas*

S. Vincent. Ferr. serm. 2 Dom. 1. Quadrag. serm 1 fol. 105. col. 2.

Psalm 49.

Guil. Paris. serm 2. Domin. 1. Quadrag. fol. 50. col. 2.

S. Chrysost.

D. Remig. apud Ludolph. Car. 2 p. cap. 50 fol 300. col. 2.

Matth. 11.

1. Et per viam benedictionum ad Paradisi pascua perducendo: *Dabo in Syon salutem, & in Jerusalem gloriam meam*: In fine dierum autem gregem suum est bipartiturus, justorum oves ab hædis peccatorum segregando: *Segregabit eos, sicut pastor segregat oves ab hædis.* Malos quoque maledictionum fulminibus à conspectu suo repellendo, per irrevocabilem sententiam ad pœnas condemnabit æternales, nullo iis alio relicto solatio, quàm dæmonum horrenda societate. Adeoque peccatores duplici pœna torquebuntur, scilicet videndo se a DEI conspectu profligatos: *Discedite à me maledicti*, tunc etiam ex eo, quòd sine ulla spe evasionis ad inferni pœnas condemnabuntur: *Ibunt in supplicium æternum.* Ego autem in præsenti discursu ex ambabus pœnis unicam tantùm, ut ita dicam, drachmam decerpendo, aliquod gravitatis utriusque pœnæ vestigium Vobis daturum me esse spero, dummodò conceptum meum juxta vota deducere licuerit; Vos interim auscultatores pariter & judices estote.

2. Indubitatum est apud sacros Theologos, quòd animæ nostræ, sive conjunctæ sint, sive separatæ intrinsecæ, & radicaliter inclinationem & habilitatem quondam habeant ad ultimum finem ordinatam, pro cujus assecutione creatæ fuerunt, cum sit bonum quoddam quodvis aliud bonum *in infinitum* excedens, idque Deus est, qui non obstante, quòd animæ nostræ Dei inimicæ sint, atque ad æternas pœnas condemnatæ, hanc tamen naturalem & radicalem tendentiam ad ultimum finem, ob quem creatæ sunt, ab iis nequaquam sustulit. Verum quidem est, quòd cum propter peccati mortalis obicem ad ultimum finem assequendum facta sit inhabilis.

Divi-

Divina Majestas influxum suum subtrahat, ne dicta inclinatio & habilitas suum unquam assequi possit totentum, potentias intellectivam & voluntam cum objecto fruibili & gloificante uniendo, *sin us* [prout Theologi loquuntur] *unquam talis innatus ordo & inclinatio ad beatitudinem exeat in actum secundum*; atque ideo appetitus hic semper manet famelicus, & vana est semper illa inclinatio, tam ob impedimentum culpæ, quam ob subtractionem cælestis auxilii à Deo dependentis, qui omnino non vult, ut ipsorum inclinatio unquam perveniat ad terminum *ad quem* beatificum; unde nascitur, quòd potentiæ ipsorum naturales in æternum privatæ remaneant hoc fine & objecto, unde aliàs glorificatæ fuissent, nisi dicommissa scelera sua æternorum supplicium tæ declaratæ fuissent. Unde animæ damnatorum, hoc quod ab ultimi finis fruitione prohibitæ, è contra verò ad æterna Inimi tormenta sustinenda relegatæ sint apprehendentes, adversus Deum summo furore incandescunt, justissimam ejus æquitatem vel inquam blasphemando: indeque tanta in us resultat perfidia & rabies, eaque tanto pere illas excrucians, ut si possibile esset, & Deus justus Judex per suam omnipotentiam & voluntatem non operaretur contrarium, nàs ab gais activitate & crudelitate Dæmonorum cruciatas pœnas, præ hujus solius pœnæ vehementiâ & atrocitate persentiri non essent. Nam condemnatio ad flammas damnator destinans, eis levis esse crederetur & tolerabilis, at verò dum se hoc ultimo fine, qui objectum ipsorum beatificum esse debebat, in æternum privatas declarari audiunt, hoc est, quod malorum omnium maximum quod sit esse arbitrantur. Quòd si enim damnatorum pœna solùm in eo consisteret, quod est itead infernum, utique ad eum veluti ad nuptias abirent: at verò hoc, quod est audire: *Discedite à me*, extremum est omnium malorum & pœnarum imaginabilium. *O infinitus discessio!* [exclamat Ludolphus Carthusianus] *O dura separatio! O miserabilis conditio! Discedite à me fonte vitæ indeficientis, à me lumine sanctæ beatificantis, à torrente voluntatis inundantis, à me plenitudine ubertatis inebriantis.*

3. Hæc separatio animæ à DEO sacris Theologis sub aliis terminis pœna damni communiter appellatur. Verum quidem est, quòd omnis pœna secum aliquod damnum vel gravamen adferat; veruntamen hæc per antonomasiam pœna damni denominatur, prout à doctissimo Suarez præclarè deducitur, dum hanc præ cunctis aliis longè maximam esse demonstrat, eò quòd in se quamvis aliam pœnam contineat, quantumvis illa atrox sit & dolorosa; est enim omnium aliarum pœnarum quinta essentia, & distillata ex omnibus aliis pœnis & damnis imaginabilibus. Ad præsentem discursum sacræ Theologiæ lumen paulisper adhibeamus, & veritatem utique perspicuè inveniemus. Etenim damnati & Dæmones à DEO sua intelligentia naturali minimè sunt destituti; aliàs namque sequeretur, quòd non sentirent dolorem, dum non apprehenderent malum, aut ejusdem disconvenientiam. Et hinc est, quòd ex quo per suam naturalem intelligentiam sciant DEUM summum quoddam bonum esse, eumautem videre, amare, eoque frui, summam quandam & incomparabilem felicitatem esse, consequenter deducitur, quòd similiter agnoscant, quòd hoc, quod est illo summo bono & infinita felicitate se esse privatos, damnum vel malum quoddam sit omnium damnorum & malorum excogitabilium longè maximum: Id quod in ipsis tormentum aliquod causat adeò in omni genere intensum, ut quodvis aliud quod pati possint, longè excedat; & ob hanc causam animam aliquam DEO, & gratiâ suâ privatum esse, hoc inquam per antonomasiam pœna damni appellatur. Verùm enimverò objicere quis mihi poterit, damnatos Deum summo odio prosequi, nec pati posse, ut ipsum videant, imò potius desiderare, ut Deus velut objectum ipsis prorsus execrabile procul ab ipsis sit remotus, quam ut iis proximè sit vicinus. Ergo dum illum non vident, hoc non videre DEUM, ipsis sublevamen aliquod, non verò molestiam adferet; Deumque eis vicinum non esse potiùs ipsis inter tot pœnas constitutis aliquod refrigerium præstabit: Cuilibet enim gratum esse solet inimicum suum esse in omni possibili distantia à se remotum & absentem. Respondeo igitur, id fortè sequi posse, si talem privationem & distantiam ex ipontanea ipsorum voluntate eligerent: Quia verò in scelerum suorum vindictam & pœnam, & veluti visione beatificâ omninò indigni DEO privati sunt; ideo cum tanta vehementia hoc ipsum apprehen-

Suarez de Angelis lib. 8. cap. 4. num. 8.

henduntˉ, ut ánimam ſuam exinde maximo tormento transfigi ſentiant; cujus creatura aliqua vivens capax eſſe poſſit? Ac proinde illam majorem repræſentare aut deſcribere non poſſem, quàm antonomasticè ipſam appellando pœnam damni, quaſi quævis alia pœna huic comparata leviſſima ſit; hæc autem ſola omnem ſecum atrocitatem & gravitatem ſubinferat. Unde Chryſoſtomus: *Tantum mihi malum videtur de tanta gloria cecidiſſe, ut gehennam pro nihilo habeam pro hoc damno ac ruina.*

Chryſoſt. hom. 13 in Epiſt. ad Philipp.

4. Idque ex hodierno S. Matthæi Evangelio clarè deducitur, qui de reprobis dicit: *Ibunt in ſupplicium æternum*. Circa quæ verba duæ curioſæ quæſtiones menti meæ obveniunt. Prima eſt, quid ſit, & in quo conſiſtat hoc ſupplicium. Secunda verò, cur dicatur *ſupplicium* in ſingulari, & non *ſupplicia* in plurali? Haud procul à vero me abiturum eſſe exiſtimarem, ſi ſupplicium hoc in privatione DEI ſummi boni conſiſtere dicerem, id quod ex eo deduci poteſt, quod ſequitur: *Juſti autem ibunt in vitam æternam*, quæ juxta doctrinam S. Auguſtini, *eſt ſummum bonum noſtrum*. Quòd ſi igitur vita noſtra nihil eſt aliud, quàm apprehenſio vel conſecutio ſummi cujuſdam boni, ſupplicium æternum reproborum erit amiſſio DEI, & privatio boni cujuſdam infiniti: *Ibunt*, Ecce ſupplicium ipſorum; *Ergo cùm vita æterna* [inquit quidam modernus] *bonorum ſit comprehenſio ac fruitio ſummi boni; ſupplicium æternum, ad quod mali ibunt, erit privatio conſecutionis hujus boni* quæ eſt pœna damni; quæque *ſupplicium* in ſingulari appellatur; cujus ſi à meratione popoſceris, reſpondebo tibi ex eo, quod in libro Judicum legimus, ubi certi cujuſdam Michæ domus exſpoliata fuit omnibus, quæ poſſidebat bonis mobilibus: *Tulerunt qui intraverant ſculptile Ephod, & idola, atque conflatile, & omne quod erat pretioſum.* Eoque rebus omnibus exuto, fugâ ſibi conſulueruut, quod Michas advertens, illos inſecutus eſt, donec apprehenderet. Quos cùm aſſecutus eſſet, inconſolabiliter poſt eos ploravit, lamentis in cælos uſque emiſſis: Prædatores autem ad eum converſi, fingendo eum interrogarunt: *Quid clamas?* Quibus ille reſpondit: *Deos meos tuliſtis, & dicitis, quid tibi eſt?* Solam, ut videtis, Deorum ſuorum jacturam deplorat, nulla aliarum rerum ablatarum, quantumvis eæ in auro & argento pretioſæ fuerint, factâ mentione; quaſi diceret: cujuslibet alterius rei furtum facilè ſuſtineo; nam aurum & argentum, & reliquam domus meæ pretioſam ſupellectilem, quam mihi ſuſtuliſtis, non tanti facio, ſolùm propter ablata idola mea doleo, hanc ſolam jacturam unicè deploro, utpotè maximum, quod accidere mihi poteſt damnum; in hoc namque unico quævis alia inſuper perpeſſa jactura continetur. Jactura Dei, quam patiuntur damnati, *Diſcedite à me maledicti*, appellatur ſupplicium: *Ibunt in ſupplicium, non verò ad ſupplicia æterna*, quia omnia alia ſupplicia quantumvis atrocia adæquat, imo excedit, utpote quæ in ipſo epilogata comprehenduntur: *Quapropter bene hoc callens Dominus noſter* (ſcribit quidam modernus) *non ignis æterni voluit reminiſci, ſed ſupplicii æterni, hoc eſt, privationis æternæ vitæ, fruitionis nempe ſuiipſius, tanquam primum & maximum inferni malum, & in que cætera includuntur mala.*

S. Auguſt. lib. 19. de Civit. Dei cap. 11.

Lutur. do Aponte in Sapient Salomon cap. 17. hom. 96. col. 2. num. 2.

Judic. 18.

5. Ut Verbum incarnatum viam ſibi ſternat ad loquendum de noviſſimo judicio, parabolam quandam de decem virginibus, quinque nimirum prudentibus, & quinque fatuis nobis proponit. De hiſce ultimis autem loquens, dicit, quòd poſtquam ad domum illam, in qua nuptiale habebatur convivium, perveniſſent, quantumvis ſponſum, ut ad eaſdem nuptias admitterentur, rogando, obſecrando, petendo, diu multumque fatigaſſent, is tamen in earum preces deſcendere, iiſque nuptialis ſolemnitatis domum aperire, & aditum in illam concedere nequaquam voluerit, imò iratus occluſo in earundem facie oſtio ipſas excluſerit, dicens: Neſcio vos. A facie ſua illas abegit, omnemque ad nuptias aditum iiſdem prohibuit. Porrò Parabolam hanc ea præcipuè intentione à Salvatore propoſitam eſſe, ut homines diei noviſſimi judicii commoneret. Paulus de Palatio expreſsè docet, dicens: *Parabolam hanc de judicio extremo intelligi ſtatuo*, Cui conſentiunt Dion Carthuſ. & alii. Et ratio eſt, quia per Sponſum congruè ſignificatur Deus; per domum nuptialem Paradiſus cæleſtis gloria per nuptias, per quinque prudentes virgines, juſti: præſciti autem per quinque fatuas, quas à ſe repellens, iratus dicit: *Neſcio vos*: Itaneˉ? Ergóne pro tot commiſſis ſceleribus aliam non ſuſtinebunt pœnâ, quàm ſolam per hæc verba: *Neſcio vos*, illis irrogatam repulſam: Credidiſſem omninò, jam præſcitus præparata eſſe ahena bullientia, incendia inex-

Luc.

Chryſoſt. hom. 77. in Matth. 24. fol. 2. col. 2.

Exod. 32.

Paul. de Palat. fol. 6. F.

tin-

stinguibilia, torturas Dæmonum manibus infligendas, obscuros carceres, sulphura, fœtores, larvas horrendas & formidabiles, vermes conscientiam corrodentes, frigora excessiva, dentium stridores caussantia, aliaque similia tormenta intolerabilia; nunc verò, cùm autem totam præscitorum pœnam in unico tantum *Nescio vos* consistere, haud immeritò dicere potero, Dæmonem adeò atrum, tetrumque non esse, prouti depingitur. Verùm enimverò, graviter erras, si id tibi persuades; siquidem in hisce verbis, *Nescio vos*, nobis ob oculos statuitur vera pœna damni, quæ animas rebelles & infelices à DEO separabit, pœna, quæ quælis alias pœnas longissimè excedit, quæ proindè sola præscitos affligit, adeo ut licèt omnes aliæ pœnæ deessent, hæc sola majus illorum tormentum, quàm si omnes aliæ ad eam vehementissimè torquendum conspirassent, unum. Ita S. Joan. Chrysost docet, dum ait: *Infirabilis quidem res est, etiam gehenna: non nosse Christum illud supplicium horribile esse?* Tanon simile aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus est quale est beatæ illius gloriæ honorepelli, eosumque esse Christo, & audire ab illo: *Non novi vos.*

Chrysost. in c. 17. Matth. hom. 24. fol. 85. vol. 2.

6 In Exodo Deus Moysi præcepit, ut populum suum electum in terram illam, quam Patriarchis suis Abrahæ, Isaac, & Jacob jurata fidepromiserat, securè perduceret. Postea verò subjungit, quòd ne occasionem haberet populum transgressionum temeritati nimis allectum castigandi, eidem assignaturus sit Angelum viæ ducem & comitem fidelem. *Mittam præcursorem tui Angelum.* Quod cùm audisset populo, adeò inde est conturbatus, ut veluti transfixo sibi corde, præ nimio dolore lachrymarum flumina ab oculis effundere cœperit: *Audiensq; populus sermonem hunc pessimum luxit.* Dicite sodes, ô Auditores charissimi, poteratne Deus benigniori loquendi modo circa hunc populum uti? Ipsemet cum hoc populo procedere noluit, ne fortè ipsi omnibus suis sibi illis præsenti castigantia flagella è manibus eriperent, quibus se vindicaret, & ut omnem illos castigandi occasionem sibi ipsi præscinderet; Et hic sermo ab illis pessimus appellabitur? seque lamentis & lachrymis conficient? Gaudendum potiùs, quàm flendum illis erat, tum quòd ab omni esset divina vindicta securi, tum quòd Angelum allecuri essent fidelissimum viæ ducem & comitem. Similiter impiissimus Cain prædominante furore indignationis adversus Abelem fratrem suum conceptæ, eundem occidere statuerat, eoque fine, ut à parentum oculis ipsum subduceret, die quodam illum, ut secum in silvas nonnihil digrederetur, invitaverat, quo in loco nodosum quendam fustē, quo dexteram suam obarmaverat, in fratris verticem impingens, protinus eundem in terram prostravit & occidit. Quod enorme delictum Deus non impunè dissimulare, sed ob id per debitam vindictam in delinquentem advertere voluit, prouti reapse quoque fecit; dum enim ad se accersitum eum in malitia sua pertinacem esse vidit, divina sua maledictione rigidè castigavit: *Maledictus eris super terram.* Cain autem cum Deo contendere volens, desperatè respondit: Ex quo hac à te maledictione pessima me onerari conspicio, me quoque capitalem deinceps inimicum tuum futurum esse declaro; neque enim te deinceps veluti Deum meum venerabor, quin potiùs ne faciem tuam videre possim, inter hæc me silvarum ligna & arbores subducam, & abscondar: *A facie tua abscondar;* & mox subjungit: *Omnis qui invenerit me, occidet me.* Cajetanus autem legit hoc modo: *Omnis qui invenerit me, occidat me.* Ubi observanda est differentia inter tempus futurum, *Occidet*, & modum loquendi desiderativum & deprecativum, *Occidat*. Quasi vellet dicere: Postquam à facie tua procul abiero, quid faciam? Mortem mihi ab aliis conciliari desiderabo, rogabo feras obvias, ut hanc vitam meam dilacerent atq; discerpant; certus enim sum, quòd minus gravis mihi mors futura sit, quàm me à Deo procul constitutum esse. Audite Abulensem: *Cain petit, mortem sibi venire, quia videns se à Deo derelictum & in magna miseria constitutū, desideravit citò mori, ut diuturnas angustias brevi temporis mora consumeret, & ideo quasi mortem desiderans, ait: Quia ejici me hodie à facie terræ vagum & profugum, citò moriar.* Simili igitur modo Populus Hebræus jure meritissimo sermonem illum, quem ad Moysen locutus fuerat, pessimum appellabat. quomodo enim cum hoc nomine non vocent, aut quomodo suas continere lachrymas potuerat, quando Deus expressis verbis dicebat: *Non ascendam tecum, quia populus duræ cervicis es, ne forte disperdam te in via?* utique sibi à Deo viscera sua flagellis transadigi, quàm se à Deo totaliter derelinqui maluissent. *Et meritò sermonem*

Exod. 33.

Gen. 4.

Cajetan.

Abul. ibid.

Dic. Bæz.

tom 2. de Christi fig. lib. 5. c. 18. §. 3.

dicitur pessimus & durus, & omni dignus luctu ille, quo Deus negat assistentiam præsentiæ suæ: sanè ea carere, tormentorum omnium est homini acerbissimum. Ac proinde Rex & Propheta David Dominum enixè rogabat, ut sibi semper assisteret; siquidem ab hoc omne bonum suum expectaret, sicut è contra ex sui à Deo distantia & separatione omne ipsi metuendum erat malum: *Deus, ne elongaveris à me;* quasi diceret: Obsecro Domine, me peccantem subitò castiges & punias, omnibus me divitiis exuas, me pro libitu tuo mortifices, coronam & sceptrum è capite & manibus meis eripias. Quid plura? Imo vitam meam à me tollas, hæc enim omnia sustinebo libens & lubens, dummodo à facie tua, & à tua præsentia me non projicias

Psal. 70.

Mendoza lib. 1. c. 3. tom 3 sect. 2. num. 16

Absente enim Deo, ingruunt mala, quo præsente evanescunt.

7. Dato igitur, quòd Deus reprobos non condemnaret ad infernum, nihilominus ex eo tantùm, quòd hanc audituri sint vocem: *Discedite à me*, eandem prorsus percepturi sunt pœnam, imò majorem, quàm si in inferno flammis essent circumdati, & Dæmonum tormentis vexati: *Licet sit gravis pœna incendium gehennæ*, [inquit Albertus Pataviuus] *tamen sine comparatione major est pœna, separari à Deo.* Tametsi nulli essent inferni carceres, aut ad te perpetuò comburendum ignes acerrimè ardentes, nihilominus hoc unicum, scilicet ab illa felici Paradisi patria, æterno exilio esse proscriptum & exclusum, privatum esse visione beatifica, qua fruuntur Beati pariter & Angeli, in quo omnibus fruuntur bonis, & consolationibus excogitabilibus, hoc inquam unicũ illis pœnam quandam adscisceret, super omnes alias simul in uno homine conjunctas atrocissimam: *Ponamus illud ante oculos, quanti doloris est, excludi & projici à regno cælorum, quod, ut mihi videtur, ipsa gravius est gehenna: nam etsi illa ignis non arderet, & immortalis illa pœna non esset, hoc solum, quòd alieni efficimur à Christo, & excludimur à bonis æternis, nonne omni pœna cruciabilius diceretur?* Ita Chrysostomus loquitur. O quot sunt in inferno damnati, quibus si daretur optio alterutram è duabus pœnis, damni scilicet, & sensus eligendi, hanc utique indubitanter apertis brachiis amplexuri essent, & dicerent cum Tertulliano: *Malumus damnari, quàm à Deo excidere.* Verùm enimverò, quisnam vel minimã hujus pœnæ umbram repræsentare, vel exponere sufficienter poterit? Ad me saltem quod attinet, libenter agnosco, me ea non esse dicendi facultate præditum, ut vel minimum ejus vestigium exprimere possim; verumtamen existimo, quemlibet nostrùm certò sibi persuadere debere, quòd quicquid de illius pœnæ atrocitate dicitur, verè nihil sit, tametsi dicendi nullus unquam finis esset; unde ex modico, quod de illa dicetur, conjiciendum est, dicendorum pondus & magnitudo, quæ de eadem dici deberent. Interim verò, ne de eadem nihil prorsus dixisse videar, aliquos Vobis in medium adducam eventus historicos, ad rem præsentem non parum aptos, è quibus *à fortiori* concludere poteritis intentum, Romæ nata est subita quædam revolutio, sive seditio, in qua plebs rebellis adversus Nobilitatem se erexit: Romanumque Capitolium invadens, in eo se communivit. Postquam verò tumultum hunc inaudierunt & Volsci Romanorum capitales inimici, bonam sibi ad movendum Romanis bellum occasionem natam esse censuerunt; Id quod Senatus Romanus subodoratus, operæ pretium esse judicavit, Romanam & seditiosam sibi plebem reconciliari, omnem eis dando desideratam satisfactionem. Quem in finem ad populum Romanum à Senatu missus est Publius Valerius, ut cum illo, si fieri posset, bonis conditionibus pacisceretur; aut si illas etiam gravarentur admittere, in iniquas etiam conditiones consentiret. Abiit igitur Publius, & rebellibus perspicuè satis insinuavit, præsentem seditionem magnos addere animos, & erigere Reipublicæ Romanorum inimicos; siquidem magno cum exercitu cum illis præliaturi in procinctu starent, ut proinde bono communi longè foret expedientius, si plebs rebellis Capitolium deserens, pro defensione communis patriæ sua arma caperet. Sed propositio isthæc populum ne quicquam permovit. Subjunxit igitur Publius, liberum ergo illis esse, ut aliquam sibi pro seditionis compositione satisfactionem deposcerent, secum postulatam se pro vero impetraturos; eo namque fine Senatum præsentatam ad illos chartam albam misisse, ut illi inscriberent, quod libitum esset. Verùm nec sic quicquam ab iis obtinere valuit. Minis igitur sibi utendum esse censuit, ac proinde iis rotundo ore prædixit, quòd nisi se ad ferendas Senatui suppetias, & militaria auxilia subministraturi, certò futurum esset, quòd omnibus privandi essent stabilibus

Chrys ap. Lud. Cart. de san. 2 p. c. 50 f. 501 col. 4.

Tertull in Apolog. c. 49.

filiibus bonis, demoliendæ ex fundamentis eorum domus, occidendi quoque eorum filii, ac denique ipsimet futuri essent inimicorum suorum mancipia, catenis ab iisdem innectenda, sed surdis hæc omnia auribus excipiebantur, nihil enim horum illos divertere aut ad concordiam valuit commovere. Tandem hoc medium longè efficacius futurum esse sibi persuasit. Quid igitur fecit? Audite; nam hoc præcipuè facit ad rem præsentem: Hoc igitur modo illos tandem est affatus: Viri Romani, nisi hanc cum nobilitate cœptam controversiam amice composueritis, vobis futurum esse prædico, quod quia nullum habetis, sive bonorum possessionumque sive filiorum vestrorum respectum, venturi sint adversarii nostri, & subjugata civitate, universisque civibus subditis, Deos vestros raptabunt, secumque abducent, bonoque hoc inæstimabili, nimirum Deorum nostrorum præsidio inclytam hanc urbem destituent. Et ecce motivum istud vivaciter velut dictum in viva carne receptum perstrepuerunt, ideoque ex metu Deos suos petendi coacti, sententiam suam protinus mutarunt, omnemque cum nobilitate vigentem controversiam admodùm pacificè componerunt: *si vestri vos nulla cura tangit, an vos saltem moveant Deos vestros captos*, & relicto Capitolio, pro salute totius reipublicæ adversus adversarios, & pro patria intrepidi pugnarunt. Mira profectò res! Non curabat populus ille rebellis, facultates pariter & filios amittere, aut vivus in Capitolio flammis exuri, vel velut mancipia catenis ferreis onusta dire ab inimicis agi, sed solam Deorum suorum amissionem vivaciter apprehendebat, hanc præ omnibus aliis jacturis & damnis comminatis pertimuit, æstimabat. Et tamen Christianus obitum nullius momenti; aut modicum suum interesse Deum amittere tanti facit, quanti vel unius paleæ amissionem æstimaturus esset: nec mirum: nam damnum istud quod examinatio Deo consurgit, non considerat in hac vita, sed in altera vita probabit & experientia edocebit, quam ipsi grave futurum sit, quando à divino conspectu repulsus, sibi audiet cum cæteris peccatoribus dici: *Discedite à me*

Tit. Livius

Vide Paulus de Palatio ait: *Cum Christus sit omne bonum, pax, salitia, situt discedentibus illis à Christo, incidam in omne malũ, inquietudinem, & anxitatum* Et Rabanus ait: *Nihil habet boni, qui Creatoris sui carebit gratia, atque præsentia.*

Paulde Pal. in 2. Matt. fol. 107.

Rabanus Maurus in 163.

8. Sanctus Joannes Evangelista Filii Dei in hunc modum nativitatem describens dicit: *In propria venit, & sui eum non receperunt.* q. d. Natus est inter suos, hi autem adeo fuere impii, ut ne quidem recognoscere eum voluerint, imò pessimè illum habuerint, dum multis eum affecerunt contumeliis atque injuriis, ad mortem usque acerbissimam eum persequendo. Verum quidem, quod nonnullis gratissimus extiterit, & magno apud eosdem in honore habitus fuerit, hi autem ab eodem Dei filio dignè quoque facere recompensati, dum ex gratitudine quadam & singulari erga illos benevolentia amplissimum illis privilegium contulit, eosque filios Dei adoptivos esse declaravit: *Quotquot autem recoperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri*, & cœlestis gloriæ hæredes, ut dicit Beda: *ut per hoc homines in Dei filios transferret, gloriaque sua faceret coharedes.* Sistit hic S. Joan. Chrysost. & ab Evangelista causam inquirit, cur Salvator, quàdo bonos eum in suo hunc mundum adventu recipientes remuneraverit, non quoque castigarit eos, qui adeo se erga illum exhibuere iniquos & inciviles. *Quid non dicis nobis Joannes eorum etiam supplicium, qui eum non receperũt, sed tantum quod suiverant, & in propria veniens à suis minimè receptus est? Quod autem ex hoc eis supplicium maneat, silentio præteristi.* Et certè difficultas hæc satis rationabilis esse videtur, nam sicut justitia distributiva in bonis locum habet ita quoque efficere debet, ut vindicativa debitum suum erga malos & ingratos expleat: Quid ergò? Num fortè illos impunitos remansisse existimas? Graviter profectò, si id opinaris, erras, imò in toto rigore sunt castigati pœna quadam severissima, quæ ex armamentario divinæ justitiæ unquam emanare posit. Nunquid enim parum tibi esse videtur, quod tacitè illos filiatione Dei privatos fuisse insinuetur? *Et quodnam maius supplicii esse potest, quam si in eorum arbitrio ponatur filios DEI fieri, & nolint, sed sponte sua tanta se nobilitate, tanto se honore indignos efficiãt?* inquit Chrysost. Privari filiatione DEI, quia *filius dicit relationem ad patrem*, idem est quod perdere Deum patrem benignum nostrique amantissimum, quia pœna nulla alia inveniri major pœna potest: *Hoc sane maximum supplicium & pœna gravissima, quod qui poteras esse inter filios DEI sic relinquaris à DEO sic despiciaris, quasi*

Exod. lib. 4 fol. 737. Ioan.

Beda ibid. fol. 5. col.

Chrysost. ibid. hom. 9 fol. 42.

Chrysost. ibid.

Did. Baza tom. 2. de Christ.

Transfig. lib 5. c. 18. §. 83.

quasi nullo modo ad ejus curam pertinens, inquit eruditus Pater Beëza: *Discedite à me*: Abite, ô reprobi, procul in æternum è meo conspectu abeste; neque enim vos ampliùs filios meos esse recognosco: *Discedite à me maledicti.*

9. Verbum Incarnatum ingentem illam hominum multitudinem, quæ triduò illum insecuta fuerat, abundanter eidem de victu, panibus scilicet & piscibus prospiciendo, liberaliter jam cibarat, quando eidem, ut domum quisque suam denuò repeteret, abeundi facultate impertitâ, Apostolis, ut in naviculam propinquam de facto ad solvendum expeditam, intrarent, marcque Tyberiadis trajicerent, præcepit. At verò modum, quo Marcus factum, seu historiam illam recenset, velim observetis:

Marc. 6.

Coëgit, inquit, *discipulos suos ascendere navim.* Coëgit? Dum aliquis ad actionem aliquam cogitur, signum est, quòd is voluntatem tali actioni repugnantem habeat: num igitur Apostoli Magistro suo obtemperare renuerant; Præcipit illis Christus, ut navim ingrediantur, & ipsi id facere renuent; quænam est hæc in Apostolis nimis insolita repugnantia, ob quam opus est, ut dominus eos ad obedientiam præstandam cogere debeat? credidissem omnino illos ad minimum à Christo editum signum, promptiùs manū remo trahendo, quam aunculam voci Dominicæ auscultandæ adhibituros fuisse. Et tamen *coëgit discipulos, ut ascenderent navim.* Verùm ô Auditores, excusabiles procul dubio sunt sancti Apostoli, omnique compassione digni. Haud dubiè enim promptissimè navim ingressi fuissent, & diligentes, si & illorum Magister ipsemet eandem cum ipsis navim pariter fuisset ingressus: at verò Magistri ab illis discessio & separatio valde illis esse videbatur ad sustinendum difficilis; neque enim Dominus abibat cum illis, utpote populo urbanè & honestè dimittendo totaliter adhuc intentus. In hac Christi ab ipsis separatione cor eorum è pectoribus suis evellendum esse videbatur, atque vix pedem ad ingressum navigii movere, aut manum temoni applicare poterant, nimio dolore præoccupati, quem ex hac Magistri sui ab ipsis sequestratione in cordibus suis persentiscebant, experientiâ nimirum comprobantes, quòd *unum ex gravioribus malis, quæ sunt in mundo, est, nos à Deo recedere; siquidem in hoc verbo Coëgit significatur Apostolorum corda evelli, cùm à divino Magistro separarentur.* Et tamen Apostoli hoc adhuc fruebantur magno solatio, quòd in gratia Christi essent, & quòd infra paucas horulas serenam ejus faciem denuò visuri essent. Reprobi autem, qui à Deo quidem summèrito repellentur, sine ulla spe gratiæ illius, utillum aliàs iterum videre unquam aut contemplari possint, quodnam putas in animo suo passuros esse martyrium? vosmetipsi idipsum conjicite, neque enim illud per umbram aliquam repræsentare vobis valeo. Avertat Deus, ne illud unquam summo & infinito malo nostro edisscere aut experiri cogamur.

Phil Diez in Sabb. post Cin. f. 54 col. 1. num. 1.

10. Quadraginta dies, quibus Redemptor post gloriosam Resurrectionem suam in hoc mundo fidelibus suis commorari debebat, quibusque evolutis, veluti gloriosus triumphator mortis, ad Paradisum reversurus erat, jam expirarant, atque ideò comitantibus discipulis suis, in montis Oliveti verticem ascendit. Priusquam verò à charis discipulis suis discederet, sermonem quendam ad eos habuit, cujus argumentum de excellentia regni cœlestis erat, quasi eis dixisset: Me hodie in cœlos abeunte, vos in hoc mundo, ô dilecti filii mei, remanete, per omnigenas provincias & regna Evangelium meum annuntiate, dilatate fidem per universum mundum, omnique studio & industriâ animabus lucrandis incumbite; hæque dicens, paulatim elevabatur: Laboribus aut sudoribus nolite parcere, quia magnam inde colligetis vobis meritorum messem; millenas invenietis carnificum & tyrannorum contrarietates, qui nunc blanditiis & promissionibus, nunc verò minis atque terroribus persuadere vobis conabuntur, ut à cœpto opere desinatis; Vos autem constantiâ armemini, & generosos & intrepidos animos vestros, illis nequicquam cedendo, comprobate: dumque hæc diceret, denuò paulatim ascendit altius: Mox verò progressus est, dicendo: Illa inter vos perpetuò regnet concordia, & animorum unio, quam inter vos eximiam hinc abiens relinquo: hæc enim ubi inter vos conservata fuerit, quotidie de bono in melius proficietis; neque ego vobis protectione mea continuò in omnibus occurrentibus casibus paternè assistere desinam; interea verò magis procul ab eis digrediebatur; Et tamen è sublimi aëre adhuc illos hortabatur, dicens: Macti animis estote, ô filii, quia quantò difficiliora à vobis meunda sunt itinera, quantòque majores subeundi labores, tantò quoque copio-

plosus erit, quod æternus Pater in Paradiso vobis præparat cœlestis gloriæ præmium. Et in hisce vocibus nube quadam cæruleo aureoque colore variegata circumdatus, ab oculis eorum disparuit: *Et cum hæc dixisset: videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Ad hunc autem Christi abeuntis oculis eorum recessum Apostoli obstupefacti steterunt sine spiritu & velut in lapides conversi, vultu macilento, oculis præ lacrymis stagnantibus, inter graves gemitus, suspiria, & angustias cordis, adeo ut Dominus ab eis recedens eos quasi exanimes reliquisse visus fuerit, ideo ut ad eos consolandos duo debuerint Angelicales eis mitti: *Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis.* Verùm ô beati Cœlorum spiritus, dolor horum desolatorum discipulorum valde est excessivus, quodnam igitur excogitare poteritis ad eos recreandos & consolandos remedium; quodnam lenitivum medicamentum adeo potens & efficax esse poterit, tanti mœroris & angustiæ acerbitatem, quasi animam suam sibi transfigi sentiunt, temperare posit? fortassè cantus vestri suavitate quæ ad mortis amaritudinem indulcorandam, & defunctos in vitam revocandos abunde sufficit? Aut proponendo illis ob oculos cœlestis gloriæ præmium, qua deinceps beatificabuntur in cœlo? vereor valde ne hæc lenitiva ministeria futura sint, quam ut revivificandos emortuos Apostolorum spiritus, doloremque mitigandum sufficiant. Verùm enimverò ô Auditores, audite mitam Angelorum præsentiam: sic enim Apostolos alloquuntur, & quidem efficacissimè: Viri Galilæi vultus vestri serenitatem protinus reinduite, abstergite lacrymas, mittite dolorem & cordis æstum: quia Deus incarnatus, qui jam recessit à vobis, ad vos denuò revisuros redibit: *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet.* Et certè nisi hanc excogitassent Angeli inventionem reditum salvatoris eis firmiter promittendo nequaquam aliquod illis attulissent solatium, sed vel in quodam animi continuato mœrore contabuissent, vel fuissent extimio doloris excessu subito mortui. Unde Chrysost. ait: *Ne consternarent illorum animos, subiecerunt Angeli: sic veniet & sic respirarunt aliquantulum, cum audissent eum denuo rediturum.* Ac proinde si alius quidam *à minori ad maius* arguendo dicebat: *Ex ungue Leonem*: Ego quoq; ex immediate dictis vobis judicandum relinquo, quantæ gravitatis futura sit damnatorum pœna, dum vident se abactos à conspectu & præsentia Christi, ab Angelorum cõsortio, & gloria beatorum, sine ulla vel unius momenti bonorum illorum recuperatione.

11. Salvator noster Sanctis Apostolis Petro, Jacobo, & Joanni eximium hunc præstitit honorem, ut cum eo in montem Thabor ascendere possent gloria illa fruituri, qua majorem oculus mortalis videre non potest; Ejusdem quoque glorioſissimæ scenæ spectatores esse voluit, duos veteris Testamenti illustrissimos Prophetas Moysen scilic. & Eliam in quorum conspectu vestimenta eius candida facta sunt quasi nix, & vultus eius sicut sol resplendens factus est & luminosus: *Resplenduit facies eius sicut sol. vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Unde Remigius ait: *Claritatem suæ visionis quam promiserat Dominus Discipulis suis in hac Transfiguratione habita in monte post sex dies complevit.* extatici & extra semetipsos rapti gloriosum illud objectum vultumque illum, qui tanto jubilo eorum impleverat corda contemplando hærebant, illũque diem omnis mansisse occasus expertem optassent, imò summi beneficii loco sibi duxissent, si Deus montem istum in habitationem perpetuam ipsis indulsisset, ubi reliquum vitæ suæ tempus lætum & tranquillum traducere potuissent, id quod S. Petrus sufficienter innuebat, dum ait: *Bonum est nos hic esse*, nam juxta S. Archiepiscopi nostri Valentini Thomæ à villa nova expositionem: *Hic pax, hic securitas, hic salus, hic requies, & si quid veri boni in hac vita est, in hoc solo monte plenius possidetur.* O quam jucunda vita! quam felix & fortunatus status! Veruntamen tot inter consolationes & cordis gaudia, nescio quisnam sinister aut funestus eventus acciderit Apostolis, ob quem *Ceciderunt in faciem suam & timuerunt valde.* Quid timetis, ô Discipuli! Quisnam timor vel tremor cor vestrum sic repentè occupat Nunquid in societate Magistri vestri estis? Compateret enim vobis, si Tyrannos aliquos vobis iratos videretis aut carnifices strictis gladiis vitæ vestræ insidiantes; nunc autẽ objecta oculis vestris observantia metum in se continent jubilum atque lætitiam, unde igitur hæc in vobis formido nascitur, eaq; tanta; ut ad illius diminutionem opus fuerit ut ipsemet Dei filius animos vobis suggereret, & porrecta vobis manu è terra vos erige-

Matth. 17. Remigius in cap. D. Thom. ibi. fol 68. col. 3 l. A

D. Tho à Villa. noſerm de Transfig. Chriſti.

erigeret & sublevaret, dicendo: *Surgite & nolite timere;* Textum sacrum vos legete non pigeat, sic enim invenietis, nubem quandam apparuisse, quæ inter ipsos intermedians, Apostolorum vultum veluti velum quoddam vultibus eorum obductum obumbravit, adeo ut Salvatorem videre amplius non potuerint: *Et ecce nubes lucida obumbravit eos.* Etenim aliquem tam beata visione privari, & non crepare dolore, & præ angustia veluti mortuum in terram concidere, impossibile erat. Nubecula etenim impediebat, quo minus vultum illum glorioſum contemplari possent. Unde se illum amisisse credentes: *Timuerunt timore magno, & ceciderunt in faciem suam.* Huic expositioni doctissimus Pater Escobar optimè favet dicens: *Nubes tum Christum, tum discipulos circumtexit, discipuli autem timuerunt, quod viderent se undique nube ambiri ac veluti comprehendi,* ac proinde dicitur, quod nubes *obumbravit eos, hoc est texit, ut cerninon possent.*

Anton. de Escobar. lib 7 in cap. 17. Matth. sect 6. §. 2. fol 210. num. 4.

12. Latro in aspero crucis ligno vitæ suæ periodum jam jam absoluturus hærebat, quando culparum suarum gravitatem recognoscens, pro illarum remissione moribundo Salvatori supplex factus est, dicens: *Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum,* cujus quoque supplicationis favorabile rescriptum obtinuit, dum Salvator eidem dixit: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* Scio equidem, quòd ad hoc, ut sermo aliquis nulla emendatione aut correctione indigeat, requiratur vel maximè, ut nec sit superfluus, nec diminutus: scio insuper, filium Dei nec in verbo, nec in opere ulla ratione potuisse errare: ac proinde causam mihi imaginari nequeo, cur dum latroni Paradisum promittit, hanc dictionem *Mecum* addat; siquidem hæc plane superflua esse videatur; nam si eandem dictionem subticuisset, nil minus dixisset ab eo, quod jam dicitur, postquam hæc dictio adjungitur, sicut nec quicquam amplius per illius adjunctionem exprimitur, quàm si non adjungeretur. Notum etenim est, quòd esse in Paradiso idem sit, quod habere sibi præsentem Deum, velut objectum beatificum, sicut & idem est, quòd glorioſa Redemptoris humanitate perfrui. Quo fine hæc particula *Mecum* verbis Christi ad latronem enunciatis adjicitur? Non est quidem dubium, Auditores, Deum solum esse, qui efficere valeat Paradisum, in quo est *subratione Glorificatoris*; ac proinde S. Ambros. nos docet, quòd *ubi Christus est, ibi regnum sit;* veruntamen si per impossibile fieri posset, Beatos in Paradiso sine Deo esse, nec non divinæ essentiæ, & glorioſæ Christi humanitatis visione ibidem privatos esse & degere, nequaquam futuri essent beati, quin potius ipsi se non inter gaudia gloriæ, sed potius inter pœnas gehennæ constitutos esse crederent. Unde, si Christus bono latroni dixisset: *Hodie eris in Paradiso,* suspicari potuisset, se ibi commoraturum esse orbatum Deo, ejusque visione, & loco consolationis majorem afflictionem & tormentum accepturus fuisset: *Quasi parum fuisset dicere: Hodie eris in Paradiso: Addidit, mecum eris: veritus enim fuisse videtur Filius Dei ne latro Paradisum recusaret sine ipsius societate,* inquit Paës; Imò fortè latro oblatum & promissum sibi Paradisum non acceptasset, si se ibi sine Deo commoraturum esse credere potuisset. Nunc igitur comparationem latronis cum reprobis instituite, & dicite, quòd si ille insupportabile tormentum esse censebat, in Paradiso procul à Deo remotum esse, tametsi in gratia Dei consisteret; quid de iis æstimandum erit, qui Deum sibi inimicum habituri sunt infensissimum, ejusque visione beatificâ in æternum privati manebunt, nulla utique invenitur pœna major, nec major illâ ab intellectu creato concipi valet.

Luc. 23.

D. Ambr. lib 10. in c. 23.

13. Quidnam obsecro boni habere, aut sperare potest is, qui procul est à Deo sequestratus? imò quod malum, aut quæ pœna excogitari aut inveniri poterit, cui non sit subjectus? Rex Saul belli illius, quod ei à Philisthæis motum fuerat, exitum scire cupiens, sub specie incogniti cum duobus aulicis ministris suis in Endor mulierem quandam, quæ à Scriptura sacra appellatur: *Mulier habens Pythonem,* convenit, rogans eandem, ut sanctum Seniculum Samuelem à mortuis resuscitari faceret, ut ab eo monitum vel responsum aliquod referre posset, quod sibi tunc vel maximè necessarium erat; siquidem nullum à Deo, sive per somnium, sive per Sacerdotes & Prophetas obtinere propositatum difficultatum responsum poterat. Locutus igitur est Pythonissæ, quæ tametsi in principio ex certo quodam timore Saulis petitionem admittere renueret, attamen audito juramento, quo eam Saul obstringebat, promptam se obtulit, ad obsequendū ei pro suo beneplacito, dicens: *Quem suscitabo tibi?* cui ille respondit: Nihil se adeo in votis & desiderio animi sui habere, quam ut

Samue-

Samuelem adhuc semel revidere posset: *Samuelem mihi suscita*; Et ex improviso intra umbras nocturnas prodire visus est vir quidam veneranda canitie suspiciendus, Ex quo signo Rex virum hunc desideratum suum Samuelem esse conjiciebat; ideoq; eidem appropinquans, coram eo in terram prostratus dicere cœpit: *Coarctor nimis, siquidem Philisthiim pugnant adversum me*, q. d. In maximis, ô Samuel, sum constitutus angustiis, siquidem Philisthæi pacem mihi turbant, suoque bello universum regnum commovent & infestant; Et quidem quòd supervenia adversa, quibus succumbo, vel maximè afflictat, hoc est, quòd Dominus recesserit à me, meque dereliquerit: *Deus recessit à me*, ideoq; te in hanc auram revocari curavi, *ut indicares mihi, quid faciam*. Audite obsecro, Saulis Samuele datâ responsum; post longam sanè plurium secutorum malorum recensionem id dixit tei: *Cras tu & filii tui mecũ eritis*; quæ enthymema quoddam ex hoc antecedente, *Dominus recessit à me*, hanc inde deductam consequentiam, & concluderet, Ergo *Cras tu & filii tui mecum eritis*. Verùm enimverò, ut vis argumenti hujus tantò magis à Vobis penetrari valeat, opus est examinare cõsequentiam.

12. Quærunt circa hunc locum Expositores, quinam verè fuerit ille, qui per Pythonissam illum fuit resuscitatus? Beda dicit, quòd umbra quædam, seu phantasma Dæmonis operâ repræsentarunt: *Phantasma potiùs immundi spiritus fuisse, quod apparuit, credimus*; non tamen negat, quin verus Samuel arte magicâ resuscitari potuerit, Deo id ad majorem impii Saulis confusionem permittente: *Aut si vere Samuel surrexit tantum in his agendis licere Diabolo, quantum Dominus permiserit*: At verò S. August. Glossa ordinaria, Lucas Burgensis, & Nicolaus de Lyra, Dæmonem in forma Samuelis fuisse, opinantur: *Opinio est, non Samuelem, sed Diabolum in ejus specie apparuisse* Unde hac opinione suppositâ ex antecedente Saulis: *Dominus à me*, Dæmon velut ex principio vero & immediato hanc elicit consequentiam: *Cras tu, & filii tui eritis, ubi ego sum*. At verò quis est qui nesciat, Dæmonem semper in inferno commorari, aut eundem semper & ubique secum circumferre? Atque ideo dicere volebat: si Deus hodie te dereliquit, cras eundem te domi meæ expecto, in inferno, in tormentis, in flammis. Id quod in Evangelio hodierno pariter innuitur his verbis: *Discedite à me maledicti*; sed quorsum abibunt [*in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus.*]

Beda lib. 4. Reg. cap. 3. 6.

Idem ibid.

S. Aug. ad Dulcit. Glossa ord. Luc. Burg. Lyran. in hunc ad hæc 1. Reg. 28.

15. Quantopere Dæmon corda nostra ingredi, seque eorundem Patronum & Dominum constituere desideret, superfluum est demonstrare; hoc namque desiderium adeo vehemens est, ut si hodie illorum capere posset possessionem, idipsum nunquam in crastinum usque diluculum differre soleat. Potrò multo tempore arcem cordis Judæ Ischariothis obsidione cinxerat, nec tamen id unquam sibi perfectè & absolutè subjugare potuit, nisi quando in cœnaculo mensæ accumbens, sacratissimum panem Eucharisticum è Salvatoris manibus receperat *Et post buccellam introivit in eum Sathanas*. Verùm dicat aliquis, ex quo Dæmon avidus adeò & sitibundus erat cordis Judæ habendi, cur igitur illud non occupavit citiùs, hanc scilicet jam dictam occasionem præveniendo. Ideò id fecit, quia tempus ad id opportunius minimè invenit Christus enim panem hunc sanctissimum Judæ dando, eum membrum quoddam à corpore Collegii Apostolici præcisum esse declaravit, adeoque Christus unà cum gratia sua à corde Judæ recessit, nec non & ille vicissim per affectum suum à suo se Magistro alienavit, inquit S. Ambrosius: *Christus recessit ab eo, & ipse abierat à Christo* Dæmon infernalis ad illud signum extrinsecum à Christo datum attendebat, quo Judam à Salvatore divortium fecisse significabatur, quasi dicere voluisset: Nunc tempus vendicandi sibi Ischariothici cordis plenum dominium: *Post buccellam introivit in eum Sathanas*. Ita observant Theophylactus & Chrysostomus, dicentes: *Quamdiu unus discipulorum videbatur in sancto illo choro, non habebat accessum ad illum Sathanas: ubi autem illum divisit Dominus, & separavit ab aliis discipulis, traducto eo per panem, tunc invasit eum, ut à Domino derelictum, & à divino choro separatum*. Vos ipsimet facilè Vobis imaginari potestis, qualia Dæmon irrogaturus sit tormenta animabus illis, quæ à Domino Deo in novissimo judicii die à facie sua repellentur & abjicientur.

Joan. 13. 2

D Ambr. lib. 1. de Cain & Abel, c. 4. fol. 159 col. 3. lit. G

Theophyl. Chrysost. hom. 72.

16. Mortui Salvatoris latus per Longinum vulneratum est, atque ex illo lateris canali emanavit sanguis & aqua: *Unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis & aqua*. Porro sanguinem inde egressum fuisse, nihil in se mirum habet, licèt mysterio suo non careat. Unde Theophyl. ait: *Sanguinem*

nem ex mortuo corpore prodiisse, admirabile ob myſteria quæ continebat: at vero quod una cum ſanguine ſimul etiam egreſſa fuerit aqua, eaque pura, diſtincta, & realis, hoc certè nec myſteriis nec ſtupore vacuum eſt: atque ideo Angelicus Doctor docet, quod *fuit aqua pura miraculosè egredions à corpore mortuo, ſicut & ſanguis ad comprobandam veritatem Dominici corporis contra Manichæorum errorem, ut ſcilicet per aquam, quæ eſt unum elementorum, oſtenderetur corpus Chriſti verè fuiſſe compoſitum ex quatuor elementis, per ſanguinem verò oſtenderetur eſſe compoſitum ex quatuor humoribus.* Clemens V. ſanguinem & aquam è latere Chriſti ideo manaſſe dicit: *Vt exinde profluentibus undis aquæ & ſanguinis formaretur unica immaculata ac Virgo ſancta mater Eccleſia coxiux Chriſti, ſicuti de latere primi hominis ſoporati Eva ſibi in coniugium eſt formata.* Ruffinus ſcribit quod latus illud ſacratiſſimũ. *Produxit aquã qua credentes diluat, produxit etiam ſanguinem, qui condemnet incredulos.* Sanctus quoq; Hieronymus ait: *Latus Chriſti percutitur lancea & Baptiſmi atque Martyrii pariter Sacramenta funduntur.* S. Ioan. Chryſoſtomus ideo hoc factũ fuiſſe ſubjungitut ſciamus quod Chriſtus per aquã nos regenerarit, per ſanguinẽ autem nos cõſervet & nutriat: *Sciunt hoc initiati per aquam regenerati & per ſanguinem nutriti.* Nolo hoc loco præterire S. Cypriani opinionẽ dicentis: *Ex fonte lateris compunctionis & lacrymarum perennes effluunt rivi: miſericordiarum ſuavitas & totius pietatis affectus.* S. Theodoretus autem rationem aliquam ſive reſponſũ præſenti propoſito valde accommodatum & opportunum affert, dicit enim, illas aquæ ſtillas lacrymas fuiſſe, quas ſanguis Chriſti præ dolore plorans effundebat: *Agnoſce in aqua lacrymas, in ſanguine pretium redemptionis noſtræ.* Itaq; ſanguiſne præ dolore flevit? curita? forte exinde quod humanitatis Chriſti tormentis compateretur? aut quia ab Hebræis tanta cum aſperitate & rigore caro Chriſti tractaretur, vel quia Longinus illum non citius effudit, ſed ad mortem uſque illum effundendo exſpectavit, quãdo *iam omnia conſummata fuerunt?* Omninò dicendum exiſtimo illas aquæ ſtillas lacrymas fuiſſe quibus ſangvis Chriſti illum exprimebat dolorem, quem percipiebat exinde quia ſcilicet à Sacratiſſima Chriſti humanitate divelleretur, ab eaque cogeretur recedere, per hunc dolorem nobis indicando ſequeſtratio-

D. Thom. 3 p. q. 66. art. 4.

Clemens V. de Sum. Trinit.

Ruffin in Symb. D. Hier. ep. 83. Chryſoſt in Io. 19.

Cyprian. ſerm. de reſurrect.

nem ſeu ſeparationem à Deo noſtro aliud uſ cauſare poſſe præterquam dolorem lamentum, atque tormentum. Ipſæ denique inſenſibiles creaturæ hujus quoque vivaciſſimum ſenſum perſentiſcunt, cur enim aërem claritatem ſuam in tenebrarum obſcuritatem commutaſſe exiſtimatis? *Tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram.* Cur ſol noctis obſcuro velo vultum ſuum obnubere voluit? *Et obſcuratus eſt Sol.* Quo fine petras licet natura ſua hæ duræ ſint & ſolidæ, ſciſſas eſſe cenſetis? *Petræ ſciſſæ ſunt.* Imo totum univerſum ſuſque deque evertendum eſſe videbatur, ut proinde S. Dionyſius obſtupefactus dixerat: *Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſolvetur.* Utique alia huius ratio adduci non poterit, niſi quod omnes creaturæ eam quam patiebantur indicare voluerint anguſtiam? patiebantur autem illam ob unicam creatoris ſui jacturam & amiſſionem: *Vt diſcat* (inquit quidam Modernus) *quam nulla ſe contineant mala quin divexent miſeros, à quibus Deus ſeparat præſentiam ſuam.* Neſcio an aliquando cõnexionem illam obſervaveritis; qua S. Matthæus duo illa conjungit, ſcilicet mortem Chriſti & diſruptionem veli. De illa etenim dicit: *Ieſus clamans voce magna emiſit ſpiritum:* De hac verò protinus ſubjungit: *Et ecce velum templi ſciſſum eſt*, quaſi dicat; Chriſtus ex hoc mundo per corporis mortem abſceſſit; Quid autem inde eſt ſubſecutum? *Ecce velum templi ſciſſum eſt* in duas partes. Unde S. Cyrillus Alexandrinus: *Cum Chriſtus expiraſſet, velum quaſi veſtem ſuam illico templum ſcidit.* Porro nec velum nec petræ aliquo ſunt ſenſu præditæ, & tamen ſcinduntur per medium, atque ideo conſideretis quantum dolorem perceperutæ fuiſſent creaturæ hæ inanimatæ, ſi viventes fuiſſent, quando etiam non viventes & inſenſibiles ſciſſæ & diſruptæ fuerunt ob creatoris ſui perpeſſam jacturam. Reprobi autem ſenſum & vitam habebunt, atque ideo dum à Deo ſuo vehementiſſimè illis irato à facie ſua proſcribuntur, ſcientes quod unà cum amiſſo Deo omnem quoque ſpem penitus amittant, ut eum revidendi digne fiant, majus utiq; inde tormentum ſuſtinebunt quam ſi ſicut velum ſponte ſua, ita quoque ipſi à leonibus aut aliis feris lacerarentur, vel contererentur ut lapides. Etenim quod ſi Terentius ob amiſſas fortuito centum & octo Comœdias ingenioſiſſimè ab ipſo compoſitas tan-

tum

ctum in se dolorem persensit, ut desperatus in mare se projecerit; quid facturi erunt damnati, cum Deum suum sunt amissuri? Turbatio quippe, quæ ex rei alicujus amissione oritur, mensuratur æstimatione rei illius, quæ perditur; qui mille scuta amittit, magis se inde conturbari experietur, quàm si quinquaginta tantùm amisisset. Deum autem perdere idem est, quod bono aliquo inappretiabili, & infinito privari; Quantum igitur erit in pœna damni perpetiendum tormentum? Certum est, quòd illud nullum aliud simile sibi habeat; & licèt non sit infinitum quoad intensionem, est tamen infinitum quoad extensionem, quia durabit æternum, ut igitur hanc pœnam evadere possis electorum, non verò reproborum imitatores efficiaris; illi namque eximia fuerunt charitate præditi, seque in misericordiæ operibus

Matt. 25. ergà egenos strenuè exercuerunt: *Esurivi, & dedistis mihi manducare; ideoque venite benedicti Patris mei.* Hi verò in pauperes fuerunt duri & crudeles; neque enim pascebant famentes, nec nudos vestiebant, &c. Esurivi, & non dedistis mihi manducare, ideoque mea præsentia atque conspectu prorsus estis indigni; quapropter, *Discedite à me maledicti.* Quòd si igitur hac in parte inculpabiles esse, & eandem pœnam evadere vultis, mendicis Christi per eleemosynam liberaliter succurrite.

PARS SECUNDA.

17. *Ibunt hi in supplicium æternum.* Verba ista gravius pœnam insinuant, quæ in eo consistit, quòd damnatorum animæ inferno sint æternaliter affixæ; in eoque utantur perpetim, nunquam verò combustantur, aut incinerentur; idque sine ulla vel minima stilla solatii, vel quacunque consolationis umbra, ut proinde de illis cum Poëta dicere quis possit:

Ovid. in 3. Art. amat. *Usque miser semper, nec sis miserabilis ulli.*
Gaudeat adversis fœmina, virque tuis.
Accedat lachrymis odium, dignusque puteris,
Vt mala cum tuleris plurima, plura feras.

18. S. Gregorius hac de re ita loquitur: *In*

D. Greg. in mor. in 18. Matth. *inferno est ignis inextinguibilis, frigus intolerabile, vermis immortalis, tenebræ palpabiles, horrida visio dæmonum, desperatio omnium bonorum, confusio peccatorum, & mors sine morte.* A S. etiam Basilio ut sui instructionem aliquam vobis dari petieritis, respondebit vobis: *Adhæc cogites profundum barathrum, incxtricabiles tenebras, ignem carentem splendore, urendi quidem vim habentem, sed privatum lumine; deinde vermium genus venenum immittens, & carnem vorans, inexplebiliter edens, neque unquam saturitatem sentiens, intolerabiles dolores corrosione ipsa infigens: Postremò, quod suppliciorum omnium gravissimum est, opprobrium illud, & confusionem sempiternam.* D. Basil. in psal. 33. hom. 20. fol. 77.

19. B. Ægydius Columna noster ignem infernalem effectus producere dicit iis, qui ab igne fornacis Babylonicæ in tribus pueris superbi Nabuchodonosoris statuam adorare nolentibus, producebantur, è diametro oppositos. Hic namque ignis non solùm nullum pueris illis dolorem conciliavit, verùm etiam insignem consolationem attulit, cùm vincula tantum, quibus adstricti & ligati, in fornacem conjecti fuerant, ab igne consumpta fuerint, iis ne vel in minimo capitis pilo læsis relictis. Ignis autem gehennalis erit, & est totaliter contrarius; quidquid enim aliquod damnatis levamen adferre poterat, extinguet, idemque in acerbissimam pœnam convertet: Tres pueri fuerunt missi in fornacem ignis ardentis, qui ignis combussit in eis, quod erat contristans, quia combussit vincula, unde erant ligati, non autem combussit, quod erat placens & delectans, quia nec capillus capitis eorum erat adustus. Sic è contratio ignis, & alia, quæ sunt in inferno, agent, quæ sunt ad damnatorum tristitiam, non autem quæ ad lætitiam. S. Basilius, & Angelicus Doctor S. Thomas dicunt, quòd elementa in novissimo judicio velut in sublimatorio distillabuntur; quicquid autem inde puri, purgati, & perfecti elicietur, sursum manebit, & pro Beatorum majori gloria serviet; quicquid autem in fundo fœculentum & fœtidum supererit, inferno reservabitur ad majorem scilicet reproborum pœnam & confusionem: *In ultima mundi purgatione fiet separatio in elementis, ut quidquid est purum & nobile, remaneat superius ad gloriam Beatorum; quicquid verò est ignobile & fœculentum, in infernum projiciatur ad pœnam damnatorum.* Sed qualem hæc illis conciliare dolorem poterunt? Nimirum elementorum omnium proprietates & qualitates in quintam essentiam redactæ, crudelissima illis infligent tormenta, ignis scilicet calore, aër frigore, terra siccitate, & aqua humiditate, & postea profe-

B. Ægyd. in tract de Inferno, c. 15. f. 44. col. 2. lit. A

D. Tho in addit. ad 3. p. q. 97. art. 1. in corp. fol. 262. col. 1. num. 60.

Idem ibid. quitur Angelicus Doctor, dicens: *Et sicut omnis creatura erit Beatis materia gaudii, ita damnatis ex omnibus creaturis tormentum accrescet.*

20. Disputant inter se Doctores, an damnati etiam ab ipsis Dæmonibus cruciandi sint, adeo ut ab ipsorum crudelitate magis augenda sit damnatorum pœna: Et videtur negativè responderi posse, cùm injustum sit & inconveniens, quòd is, qui gravius peccatum commisit, afflicturus, & cruciaturus sit hominem, cujus peccatum minus enorme, & quodammodo excusabile fuit. Confirmatur idipsum ex paritate Angelorum beatorum; sicut enim hi non sunt præmiaturi justos, utpote qui suum ab ipsomet Deo præmium immediatè exspectant; ita quoque convenire nequaquam videtur, quòd spiritus rebelles habituri sint potestatem animas in inferno cruciandi. Nihilominus S. Thomas in contrariam opinionem inclinat, & dicit, quòd dolori ignis tormentum aliquod superaddetur à dæmonibus infligendum, qui cùm sint maligni, perpetui & capitalissimi nostri inimici, omnem, uti facilè licet conjicere, adhibituri sunt opera, omniaque media attentabunt, ut acerbissima illis tormenta inferant, quæ per imaginationem nostram ulla possumus ratione assequi. Et ratio est: *Quia omnes peccatores se diabolo subdiderunt peccando, ergo justum erit, ut eis subjiciantur in pœnis, quasi ab eis puniendi.* Idem ib. q. 89. a. 4. fol. 598 col. 2. n. 30. Postea verò Angelicus Doctor ex bonorum Angelorum paritate subjungit, dicens: [Verius tamen existimo, quòd sicut ordo servabitur in salvandis, quo quidam à quibusdam illuminabuntur, & perficientur, ita servabitur ordo in pœnis, ut homines per dæmones puniantur. Et ideo sicut hominibus per Angelos bonos divinæ illuminationes deferuntur, ita etiam dæmones sunt executores divinæ justitiæ in malos. Et Mag sent. lib. 4. dist. 47. fol. 434. col. 1. lit. E.

21. Poterunt [ut tu tibi forsan persuades,] damnati hic respondere, se non futuros in inferno solos, ideoque per aliorum eâsdem miserias participantium societatem, se non parva fruituros esse consolatione, cùm dicatur communiter: *Solatium est miseris socios habere pœnarum.* Verùm falluntur, qui id sibi persuadent; *D. Thib.* imò prorsus contrarium illis accidit, inquit Doctor Angelicus, *Ibi enim miserorum societas miseriam non minuet, sed augebit.* Et quidē convenienter ad hoc propositum sequentis difficultatis resolutionem à Vobis audire desidero: Dives Epulo in inferni incendiis constitutus, elevans oculos vidit Abraham Lazarum mendicum in sinu suo habentem, multaque fiducia Abraham rogavit, ut Lazarum in domum suam mitteret, ut is quinque fratribus suis, quos in terra superstites reliquerat, prædicatorem se exhiberet, monens eosdem, ut bonis operibus vacarent, ne ad eundem tormentorum locum eos præcipitari contingeret: *Rogote Pater, ut mittas Lazarum in domum Patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Quænam est hæc hominis in inferno damnatorum constituti insolita charitas? ergone etiam in damnatis amorem erga proximum vigere dicemus? Nunquid igitur intestino quodam adversus Deum, omnesque illius creaturas odio ardent? Verùm enimverò falleris, si id in Epulone à charitate profectum esse credis; non enim movebatur ab affectu charitatis, qua erga fratres suos ferri eo in loco non poterat, sed à timore, quem habebat sui ipsius vehementius cruciandi, q. d. si fratres quoque mei in infernum præcipites acti fuerint, mea utique augebitur pœna, in immensum hæ flammæ excrescent, sientque longè majora hæc incendia: *Purgatus dives* (inquit S. Gregor.) *ad doloris sui cumulum propinquorum absentium meminit; unde constat, quia eos ad augmentum supplicii paulò pòst potuit etiam præsentes videre.* Et S. Vinc. Ferrer. fer 5. post 2. Dom. Quadr. f. 131. col. 3. idipsum affirmat, dicens: *Non loquebatur ex charitate, sed ne pœna ejus augmentaretur, quia quantò plures sunt damnati, tantò magis augmentatur ejus pœna.*

22. Saltem ad minus aliqua ex omnibus creaturis præstò erit, sive ex Angelis, sive ex Beatis, qui aliquam erga ipsorum miserias exhibituri erunt compassionem; id quod non modicum illis pœnarum suarum sublevamen conciliabit. Porrò huic difficultati subitò & ex improviso respondere non possum, veruntamen indulgeatur mihi tempus, ut Summam S. Thomæ pervolvam, fortasse enim tunc speratam daturus sum satisfactionem. Memini enim, quòd in ejus Summa quandam è quæstionibus suis viderim; ubi quærit: *Verùm Beati, qui erunt in patria, videbunt pœnas damnatorum?* et respondet affirmativè: *Ut beatitudo illis magis* [illegible] *complaceat.* Dicerem igitur, inquies, quòd cùm [illegible] com-

compassio effectus sit charitatis, eaque in Beatis in gradu quodam eximio ac perfecto reperiatur, eosdem Beatos ad compassionem aliquam movendos esse, indeque in miserabiles damnatos aliquod nescio quod lenitivum redundaturum esse. Respondet autem S. Th. compassionem duobus modis considerari posse, scilicet, *vel per modum passionis, vel per modum electionis*, per quam alium proximum levare quis vellet à sua miseria, si possibile esset. & hæc compassio reperitur in Deo, Angelis, & Beatis, respectu peccatorum, quamdiu in hac vita degunt, *eorum salutem volendo*. Et hoc modo dicitur, quòd Beati secundùm electionem voluntatis compatiantur hominibus bonis & justis miserias patientibus, sicut etiam in hac vita compassi sunt. Hæc autem compassio in statu Paradisi cælestis non invenitur respectu damnatorum; cùm enim sciant, quòd illorum à remissio supersit, vana & inutilis futuretur eorundem compassio. [Unde ad eorum miserias non debet esse compassio, secundùm electionem rectam; Et ideo Beati, qui eternæ gloriæ, nullam compassionem ad damnatos habebunt, inquit Doctor Angelicus; Imò ut ait Psalmista: *Lætabitur justus, cùm viderit vindictam*. Forsitit quis mihi per novam instantiam objicere, quòd non habere pietatem erga malum alterius in viatore sit reprehensibile. Ergo multò magis in comprehensore, & longè culpabilius erit de malo & miseria proximi lætari. Respondeo igitur, quòd hoc, quod est lætari de malo alterius, duobus modis possit intelligi, *vel per se, & in quantum malum est*, D. Th. ib. & hoc sensu Sancti de alienis malis nequaquam lætificabuntur: *vel per accidens, & ratione alterius adjuncti*, id est, considerando in eis rectitudinem divinæ justitiæ, & *hoc modo Sancti de pœnis impiorum gaudebunt*.

23. Verumtamen pœnarum istarum genus generalissimum hoc est, quòd futuræ sint æternæ: *ibunt in supplicium æternum*. Nam si pœnæ damnatorum post multos annorum millliones tandem aliquando terminandæ essent, malum ipsorum aliquanduhuc ex parte tolerabile futurum esset; at verò æternitas illa damnatorum pœnis pondus quoddam ineffabile adjicit. Verùm enimverò, David de damnatis loquens, dicit, eos velut oves in inferno commoraturos esse: *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos*. Quidnam obsecro mansuetis ovibus commune intercedit, cum indomitis bestiis damnatorum? Respondet S. Athan. in Ps 48. f. 160. quòd *Mors gehennæ depascet, corrodetque semper eos miseros, quia viventes semper morientur, & moriendo semper vivent in pœnis*. At verò Innocentius III & Hugo Cardinalis, in ps. 81 fol. 145 col. 3. lit. B. n. 14. hanc similitudinem intelligunt de ove, pro eo tempore, quo herbam depascit, ideoque dicunt: *Sicut animalia depascunt herbas, & non penitùs eradicant, sed radices remanent, unde iterum crescit herba: ita miseri in inferno à morte corrodentur, sed afflicti iterum reservabuntur ad pœnas*. Et Innocentius III subjungit: *Sic impii quasi morte pasti, reviviscunt ad mortem, ut æternaliter moriantur*. Porro Job 10. patientiæ illustrissimum speculum, umbram mortis in inferno habitare dicebat *Ubi umbra mortis, & sempiternus horror inhabitat*. Itane? In inferno umbra mortis degit? Etenim, si ita res se habeat, res damnatorum in infelici adeo statu, uti hactenus diximus, non stabunt; nam verum quidem est, quòd umbræ terrefaciant, nullum tamen homini damnum adferunt. Cur ergo non dicit mortem, aut quid pejus morte in inferno habitare? Audite, si placet, intentum à patientiæ magistro mysterium: Umbra esse aliquid videtur, & non est; exhibet hominem, & non est homo: Infernus igitur, vel in inferno est umbra mortis, quia mortis quidem speciem refert, sed mors ibi non est; damnati ibidem quovis momento mortis pœnas sustinent & semper nihilominus ibidem vivunt. Non est ibi mors, quia mors finis est omnium malorum, quæ tamen in inferno semper usque sine fine durabunt; Non est ibi mors, quia mors omnis esse terminus est: Damnati autem in inferno esse & puniri nunquam definunt, sed ab iis in miserabili & infelici esse semper vivitur. Umbra mortis Infernus (inquit Gregorius Papa in cap. 10. Iob.) quia ibi mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia ibi mors vivit, finis semper incipit, & deficere defectus nescit. Unde in Apocalypsi 9. dicitur: *In diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam, desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis*. Et Albertus Patavin. in serm. 3. ser. 2. Dom. 1. Quadr. inquit: *Ibi est mors sine vita & apud eos mors vivit, ut perpetuò moriantur*.

24. Scio equidem multos dejectum ex dictis animum suum denuo erigere per certam quandam ab Origine traditam opinionem

hic enim, ut scribit Guilielmus Parisiensis, existimavit, *Omnes damnatos, tam Dæmones, quàm homines, aliquando à pœnis liberandos, & bonis sociandos esse.* Verùm stultè faciunt, qui hunc doctrinæ innituntur; tales enim unius solius falsæ opinioni adhærere malunt, quàm multorum sententiæ reali atque verissimæ. Verùm audire mihi videor illos denuò replicantes per adductam quandam S. Anselmi doctrinam, qui dicit, iniquum esse credere, quòd Deus ad pœnas sempiternas creaturam illam condemnet, quam in hunc mundum produxit, ad assequendam æternam beatitudinem: *Non est justum, ut Deus creaturam, quam facit ad beatitudinem, omnino perire sinat.* Unde deduci posse dicunt, quòd tandem ad minus salvem in die judicii salvandæ sint omnes & singulæ creaturæ. Sed ô te miserum! In hanc tu sententiam fiduciam tuam collocas? Hæccine tua spes est, cui inniteris? Etenim S. Anselmus hoc tantum vult dicere, quòd non omnes creaturæ absolutè damnandæ sint, id est, non tota massa, vel omnia & singula individua. Observanda enim bene est dictio illa *Omninò*; per hanc innuere vult, quòd non omnes creaturæ rationales omninò damnandæ sint. Nequaquam autem dicere voluit, condemnatos ad infernum, tandem aliquando salvandos, & ad Paradisum admittendos esse, ut cum Beatis gaudeant, sed potiùs, ut cum Dæmonibus æternas pœnas sustineant: *Ite in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus.* Unde sicut Angeli & Sancti in æternum mansuri sunt in fruitione gloriæ cælestis Paradisi: ita quoque Dæmones & reprobi in æternum erunt & manebunt in inferno condemnati. Hoc est, quod S. Thom. docet, dicens: *Inconveniens est ponere, quòd justorum vita quandoque finiatur: Ergo inconveniens est ponere, quòd reproborum supplicium terminetur.* Vel dici poterit, quòd cum peccator Deum, qui objectum est infinitum, offenderit, debita quoque ei esset pœna infinita intensivè; at verò cùm illius capax non sit, ad minus ei pœna quædam debetur, quæ infinita sit, quoad durationem; ac proinde dicitur: *Ibunt in supplicium æternum.*

Orig. ap. Paris. fer. 1 post 1. Dom. Quadrag. fol. 54. c. 2. Et apud D. Aug. de Civ Dei, l. 11 c. 17. D. Anselm l. 2. Cur dicis homo cap. 4.

D. Thom. in supplem. q. 99 a. 1. in corp.

25. Verùm enimverò, nescio, an aliquando reflexeritis ad id, quod Ezechiel 19. de pœnis æternis loquens, dicit: *Stilla ad Africum, & dices: Ecce ego succendam in te ignem, & non extinguetur flamma succensionis.* Verba hæc mihi ad intelligendum valde difficilia esse videntur, siquidem omnes inferni pœnas, quæ maris abyssо majores sunt, stillam quandam appellat; num fortè respectu illius, quod Deus facere potest, illas stillam quandam vocat? Juxta expositionem Hugonis hòc Propheta vult dicere, quòd scilicet omne id, quod de illis pœnis dicitur, stilla quædam sit, respectu illius, quod verè realiter sunt *Signanter dicitur stilla, quasi dicat: quidquid ostenderis & dixeris ipsi, non est nisi modica stilla comminationis mea respectu ejus, quod faciam*; adeo ut quantò plus de inferni pœnis dicitur, tantò amplius de iis supersit dicendum; & quando credidero me affatim satis de iis locutum esse, tunc inveniam me respectu illarum ne minimum stillæ alicujus vestigium exponendo assecutum esse. Concludam igitur verbis S. Basilii Magni, quæ indelebiliter cordibus vestris insculpta esse desidero: *Hæc time, & hoc timore correptus animam à peccatorum concupiscentia, tanquam frano quodam reprime.* Monitum istud, ô Christiane, characteribus indelebilibus tibi imprime, ut evitare possis pœnam damni, quæ in privatione Dei consistit, nec non & pœnam sensus declines, quę est pœna æterna; ac tandem cum Deo semper esse, Deum videre, Deumque diligere valeas, quod ipse nobis per infinitam misericordiam suam concedat, Amen.

* * *

SERMO VI.

SERMO SEXTVS.

FERIA TERTIA
POST DOMINICAM I. QVADRAGESIMÆ.

Introivit JESUS templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit: Et accesserunt ad eum cæci & claudi, & sanavit eos. Matth. cap. 21.

1. QUales fuerint Verbi æterni conditiones, quando exuviis mortalitatis noſtræ veſtitus, *In terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt*, Baruch 3. exprimere ex eo cõjici poteſt, quod ſcribunt Doctores Eccleſiaſtici, & ex Hiſtoriis, quæ ex ſacræ Scripturæ annalibus exaratæ inveniuntur. Antiqui etenim, ſi Lucio Floro lib. 1. c. 2. fidem adhibemus, Salvatorem ſub duplici facie depingere ſolebant, duplicem quoque ei vultum Scripturæ ſacræ attribuunt, Leonis nimirum & Agni. S. Joannes illum noviſſimo forma Leonis exhibet: *Vicit Leo de tribu Juda*, Apoc. 5. & Jerem. 4. c. ſimiliter, dum ait: *Aſcendit Leo de cubili ſuo*; cujus equidem multæ in medium adduci rationes poterunt. Porro Ariſtoteles 1. de hiſt. anim. c. 1. in fine ait, quòd *Leo ſit liberalis, fortis & nobilis.* Unde Antiqui in ſuis illum picturis delineabant, veluti Dracones dilacerantem: *Draconem unguibus lacerat.* Sæculis ſuperioribus leo commune erat vigilantiæ ſymbolum; atque ideo, ut ſcribunt Pierius Valerianus lib. 1. & Cælius Rhodiginius lib. 13. c. 1. c. 8. olim habebant conſuetudinem, quod leones, ſive ex lapide ſculptos, aut ex ære fuſos, in introitu templi collocare ſolebant: *Templorum clauſtris leonem ſymbolicè appingebant.* Trajanus Imperator in monetis ſuis caput leonis, unà cum clava Herculis exprimebat, *ad ſignandum, Imperatorem eſſe leonem, ſed debere obtemperare doctrinæ & rationi, quæ per clavam, qua Hercules monſtra domabat, intelligitur.* Quæ qualitates omnes, quibuſcunque ab illis ſublatis imperfectionibus, Deo quoq; noſtro incarnato attribui poſſunt. Quis verò inſuper etiam ignorat, generoſum hoc animal expreſſum eſſe ferocitatis hieroglyphicum, quâ oculorum ſuorum fulmine terret, & rugituum ſuorum tonitru trepidare facit; unde Davíd de perſecutionibus, quas Saul ei machinabatur, loquens, eaſdem aptiùs non ſciebat exprimere, quàm adhibitâ leonis ſimilitudine: *Suſceperunt me, ſicut leo paratus ad prædam*; Et alibi quoque ait: *Salva me Domine ex ore leonis.* Pſal. 16. Jeremias quoque Nabuchodonoſoris adverſus Jeroſolymam exercitam crudelitatem inſinuare volens, leonis metaphoram uſurpat, dicens: *Percuſſit leo de ſilva.* Jerem. 5. Unde Æſchylus civibus ſuis in Republica ſua leones nutrire prohibuit: *Leonum catulum aſſeruit non eſſe in Republica nutriendum, ſed ex ea ſeparandum* Cur etiam Agamemnon eundem in ſcuto ſuo exſculptum deferebat, niſi *ut terreret hoſtem?* utpote qui *timorem incutit?* ut obſervat Rich. Brixienſis t. 1. Hic igitur leo Chriſtum repræſentat.

Hect. Pint. in Ezech. cap. 32.

Andr. Alciat. embl. 57.

2. Deinde verò Joannes Baptiſta illum dexterâ ſuâ demonſtrare volens, ipſum in vultu placido atque manſueto nobis exhibuit, nimirum ſub ſimplicis & innocentis agnelli myſtico vultu: *Ecce Agnus Dei* Joan. 1. Et alibi idem Evangeliſta ait: *Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt.* Agnus quidem, quia *tanquam agnus ad occiſionem miſſus eſt.* Agnus ſimiliter, quia *peccatũ non fecit, nec inventus eſt dolus in linguâ*

Joan. 1. Apoc. 5.

ejus; Jerem. 11. Denique tanquam agnus ab Isaia desideratus fuit, dicente: *Emitte Agnum Domine de petra deserti.* Isa. 16. *Agnus Dei*, inquit Theodoretus in Cat. D Thom. in c. 1. Jo. *In quantum eum Pater æternus pro nobis tradidit morti.* Et S. Augustin. ibid. ait: *Dicitur agnus solus sine macula, sine peccato: singulariter hic est Agnus Dei, quia singulariter hujus Agni sanguine solo homines redimi potuerunt: hic est Agnus, quem lupi timent, qui leonem occisus occidit.* Et Vener. Beda ibid. ait: *Ideo Agnum vocat, quia dona sui velleris sponte largiturum, ex quo vestem nobis nuptialem facere possimus.*

3. Verùm inquies fortassè, quænam est hæc diversitas, quòd idemmet Christus repræsentetur sub metaphora duorum animalium, adeò inter se discrepantium? Si enim antea Leo erat, quomodo postea factus est Agnus? Si mansuetus, quomodo ferox erit? Unum horum animalium naturâ suâ iracundum est; alterum verò placidum & mansuetum; quomodo autem duæ proprietates contrariæ *simul & semel* de uno eodemque subjecto verificari potuerunt? [Mansuetudo opponitur iræ, & intendit iras reprimere, (inquit Ægidius Columna de Reg. prin. p. 2. l. 1. cap. 27) ex consequenti autem opponitur irascibilitati, & intendit eam moderari, quod ipsum nomen designat; si enim vim nominis consideremus, mansuetudo nominat temperantiam iræ.] Et tamen his non obstantibus, duæ hæ metaphoricæ Agni & Leonis similitudines, uni & eidem Salvatori nostro sine contradictione etiam adscribuntur, sed *respectu diversorum*; siquidem erga peccatores terribilem se leonem exhibet, qui voce illos terrefacit, minisque & supplicijs trepidare facit, ut emendentur: *Ejiciebat omnes vendentes & ementes de templo:* Circa bonos autem mansuetudine utitur, Agnelli vultum iis exhibendo, id est, gratias illis & beneficia dispensando: *Et accesserunt ad eum cæci & claudi, & sanabat omnes.* Adeò ut cum Maximino Imperatore dicere possit: *In opportunitate utrumque*; Erga peccatores enim Leonem induere, & rigido modo procedere oportet: secus enim asino caput lavabis; cum Justis verò agnino modo agendum est, & hoc sufficit. [Ergo bonis est Agnus, in peccatores verò & protervos est Leo ferocissimus. Vos interim obsecro & obtestor, imitatores Agni estote, qui coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum.)

Phil. Diez p. 3. ser. 2. Dom. 4.

4. Duo potissimùm peccatorum genera reperiuntur, ut docet S. Vincentius Ferrerius; alii namque sunt, qui ex propria malitia peccant, & cor iniquitati confœderatum semper habent, & cum talibus benignè procedere, est frustra, & sine ulla spe fructus laborare; quis enim cum talibus suaviter agit, *oleum & operam perdit.* Rigorem talibus exhibere, comminari supplicia, flagellis illos impugnare oportet: [Qui peccat ex malitia propria, & in iquitate cordis, tales indigent timore damnationis, & timore judicii ad amovendum malitiam & iniquitatem à corde. Ex horum numero Pharao fuit, de quo Deus Moysi ait: *Induratum est cor Pharaonis*; quibus proinde muscas, ranas, ciniphes, aquas in sanguinem conversas, animalium mortes, horribiles densasque tenebras adhibere oportet; tametsi & hæc omnia sæpenumerò callo & ictito prorsus effectu adhibeantur. Aliud est peccatorum genus, qui vel per simplicitatem, vel per fragilitatem, aut denique per ignorantiam; vel etiam licèt per malitiam peccent, errorem quem committunt, probè satis cognoscentes, iniquitatem tamen in corde suo radicatam minimè habent: & optimè facies, si cum his placidè, benevolè & mansuetè processeris, nunc persuadendo, nunc exhortando, nunc promittendo. Horum numero Rex David accensèri potest, quocum agens Nathan parabolam, promissiones, & præmia adhibuit, dicens: *Si hæc parva tibi videntur, adjiciam tibi multò majora*, 2. Reg. 12. qui proinde intentum suum pro cordis sui voto feliciter est assecutus. Si quercum aliquam sublatam velis, ferro opus est & igne: quòd si verò tibi hortum ingredienti curiositas persuaserit, ut hunc florem vel herbulam evellas, duos duntaxat digitos applicabis. Ac proinde, quia in antiqua lege præcipuè agebatur de gente pessima, à vitijs ad virtutes reducenda, nil aliud, quàm Prophetarum audiuntur comminationes: Sic Isaiæ c. 1. & 10 ait: *Væ genti peccatrici: Væ Assur, virga furoris mei.* Jeremias: *Væ tibi Jerusalem, væ Pastoribus.* Jerem. 4. Ezechiel: *Væ Prophetis insipientibus; væ civitati sanguinum* Ezech. 13. Oseas: *Væ eis, quoniam recesserunt à me.* Oseæ 7. Amos: *Væ, qui vobis opulenti estis.* Amos 6. Michæas: *Væ, qui cogita-*

tis.

vis inutilis Mich. 1. Abacuc: *Va qui congregat avaritiam malam domui suæ.* Habacuc 2. Sophonias: *Va provocatrix & redempta civitas columbæ.* Sophon. 3. at vero in lege Evangelica, eò quod eum gente docili & faciliDeo negotium sit, ideo Christus & Apostoli benignè & mansuetè cum hominibus processerunt. Etenim illos persæpè quidem etiam reprehenderunt, sed amore mediante, persvadebant ob secrando & exhortabantur in omni patientia & doctrina. *Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina*; dicebat ApostolusTimotheo 2, Tim. 4. Et Corinthios scribens ait: *Obsecro vos per mansuetudinem* 2. Cor 10. & Jacobus ait: *In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.* Jac. 1. Et S. Petrus: *Ministrate in patientia pietatem, in pietate amorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatem.* 2. Petr. 1. Bonis igitur Deus noster mansuetum se agnum exhibet: malis autem rugientem Leonem se esse eommonstrat. *Va, va, va.* Vnde S. Ambrosius in cap. 19 Luc. *Alii sunt terrores prophetici, alii Apostolica jussiones.* Isaias propheta Filii Dei in hunc mundum adventum prævidens, qualiter scilicet ex Virgineo Mariæ Virginis utero incarnandus, nostræque humanitatis amictu indendus esset, ipsum veluti virgam quandam in hunc mundum compariturum esse dicit: *Egredietur virga de radice Iesse* Isa. 11 vel utPagninus legit: *Egredietur virga de semine Isai, & ramus de radicibus crescet*, quibus verbis intendit dicere, quod ex una eademque radice, id est, Christo Salvatore nostro, virga pariter & ramus progerminabunt. Scimus quidem Prophetam hoc loco per metaphoram adhibitam loqui, veruntamen nondum penetrare valeo, quidnam tam per virgam quam per ramum intelligi velit. S. Cyrillus Archiepiscopus Alexandrinus dicit, quod [Per virgam eum regiam dignitatem habere subindicari videatur] Dicitur quoque ramus floridus, vel flos tamo enatus [quoniam flos hominis natura in illo ad incorruptionem & ad vitam, & ad novitatem conversationis Evangelicæ floruit.] Hanc quidem rationem bonam esse fateor, nostro tamen proposito aptior est, quam adfert sanctus Augustinus, quam paulò pòst, si eousque patienter præstolari digeabimini, auscultabitis, postquam nimirum vos difficultatis cujusdam in sacra Scriptura, fundatæ reddidero participes. Deus Moysi Israelitici exercitus Generali Duci legem dedit in monte Sinai, ut à populo illo rectæ rationis naturalem legem inordinatè observante, cum omni diligentia & industria observaretur, Exod. 20. Hæc autem Lex à Deo inter medias flammas consistente nata fuit: *Descendit Dominus super montem ignis.* Exod. 19. Imò in Deuteronomio insuper eadem Lex, ignea appellata fuit: *In dextera eius ignea Lex.* Deut. 33. Quis unquam legem aliquam igneam appellari audivit? Quænam est Dei intra flammas subsistentis & legis alicuius ex igne compositæ inter se cognatio? quod in tabulis Sapphyrinis cærulei coloris descripta fuerit, transeat; hoc enim, ut Brixiensis observat, nobis innuit, legem hanc cœlitus datam fuisse, suamque è cœlo trahere originem, Quod duæ tabulæ fuerint, omni quoque idipsum difficultate caret; siquidem [significabat populi unitatem dividendam fuisse in duas partes, quarum una esset Deo servitura, & altera illi rebellis] inquit Scriptor quidam: at vero Lex ignea? quænam sub ea latent mysteria? Responsionem Francisci Georgii Venetti tomo secundo sectione prima & Philonis Hebræi lib. de Decal. audite & obstupescite; Hic quærit: Cur lex ignea dicitur) Et respondet: [quia est veluti ignis ardens & splendens:] Alter vero subjungit [quia ignis vim habet urendi & illuminandi.) Deus itaque significare volebat legem suam ignis proprietatem in se exprimere: Bonis namque luminis loco inserviet, ut per virtutis viam ambulare possint: Ergà malos autem, ubi illam prævaricaturi essent, vim & virtutem comburendi, id est, rigidè & severè castigandi exseret. Verum, inquies, cur non potius peccatoribus pro lumine valeat, ut nimirum hi transgressiones suas earumque turpitudinem & indecentem melius & perspicacius cognoscere possint: apud bonos autem ignis virtutem habeat, ut hi scintillantes & rutilantes pœnarum & supplicio rum flammas ob oculos habentes, timore ac tremore percellantur! Nequaquam, inquit Philo. sed prorsus contrario modo fieri debet; Cum malis namque per illuminationes procedere efficiendo ut commissorum errorum gravitatem cognoscant, nihil

D Cyrill. Alex. 11. in 3. in fin.

Francisc. Rl. Brix. t. 1.

Petrus Bongus Ca. de duas l. 1c.

est aliud quàm oleum & operam perdere; quia supplicia, ignium ardores, fulmina & Inferni ad illos convertendos requiruntur: Hominibus vero in timore Dei viventibus, si fortè aliquando divinas leges, sive per ignorantiam, sive per humanam fragilitatem transgrediantur, sufficiet, si eorum mentes illuminentur, ut commissam culpam valeat agnoscere. Audite Philonem hac de re opportunè loquentem: *Philo sup.* *Rerum moderator sapientissimus atque ac præstantissimus, indicare voluit, futurum ut lucidissimum & iucundissimum lumen esset probis lex divinitus data, eademque improbis ac facinerosis incendium, si eam violare atque infringere non dubitarent.* O quam pulchrum igitur nexum Isaias Propheta nos videre facit, quo simul copulantur virga & ramus è radice Jesse, id est è Christo Redemptore nostro, qui virga simul & ramus est *Egredietur virga de radice Iesse, & ramus de radicibus eius crescet.* Virga quidem est ut in timore coerceat malos, eosque tremere faciet, virga inquam est, dum opus est, cum rigore flagellare peccatores, ut si possibile est, sese deinceps emendent: Est etiam ramus sive floridus gratiarum, sive fructifer beneficiorum erga bonos: *Sic ergo* [inquit Augustinus ser. 99. de temp.] *qui verberibus indiget, exit ad eum in virga, qui autem proficit ad iustitiam ascendit ei in florem.*

5. Nunc videamus, an in sacra Scriptura prophetiam hanc adimpletam esse invenire possimus. Cùm Christus Dominus noster ultimæ Cœnæ accumbens, Judam perversum esse sciret, utpote qui eum in manus inimicorum suorum tradere meditabatur, ut gravi huic delicto quod moliebatur occurreret, & impius ille traditor resipisceret, ea illi auxilia impertiri non prætermisit, quæ ad eum ab hoc malo divertendum sufficere poterant, eumque manifestare caveat generice hunc in modum ferè locutus est, dicens: O quam vehementer mihi displicet, ô amantissimi discipuli mei, quod unus ex vobis summam mihi repensurus sit ingratitudinem, & ex Apostolo in Apostatam sit pervertendus. Etenim unum ex vobis hic præsentibus video, qui viam perditionis ingreditur, jamque est in manibus & potestate Diaboli constitutus, facta nimirum resolutione efficacique proposito me propter interesse monetæ vendendi & tradendi, qua iniquitate vix alia inveniri major potest; verum is de quo loquor, nullatenus dubitet futurum esse, ut denarius, quem recepit, ei detur in laqueum, & humanitatis meæ divenditus sanguis illi vertatur in atramentum, quo cum traditor ille sibimetipsi æternæ damnationis scripturus est sententiam. Jam evidenter cognosco mein sinu meo enutrivisse scorpionem, qui non nisi motus & veneni toxi cum gratitudinis ergo mihi rependit. O quanto illi expedientius fuisset, vel nunquam in materno utero fuisse conceptum, vel ad videndam cœli lucem nunquam fuisse natum, quando in hunc mundum venit ad æternas Inferni tenebras condemnandus: *Et quidem filius hominis vadit, secundum quod definitum est. Veruntamen væ homini illi per quem tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.* Porro commiserationibus hisce completis, discursus sui argumentum mutavit, suumque vultum serenitati pristinæ restituens, totus benignus & affabilis ad alios sese convertit, dulcique alloquio ortas inter illos de primatu contentiones suaviter composuit: *Facta est contentio inter eos quis eorum videretur esse maior.* Bonis inquam verbis elatiores, illorum animos composuit, ortasque inter ipsos differentias seu controversias compescuit, præmiorum & remunerationum haud vulgarium promissiones de mensis splendidis, de thronis, dignitatibus & regnis adipiscendis factas insuper adjungendo. *Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.* Luc. 22. Verum ô Domine & Redemptor meus scire à te velim, cur te adeo differentem, ne dicam partialem in hoc eventu erga tuos discipulos exhibueris? Cur te Judæ comminando, virgam exhibuisti rigidam & severam (ignosce curiositati meæ) cum aliis vero discipulis dulciter procedis adhibendo admonitionum ramos vel gratiarum flores, vel tot favorum beneficiorumque fructus? Mihi quidem alium tibi agendi modum inter illos usurpandum esse videretur, cum enim & hi ambitiosi, litigiosi, & superbi sint, & quod plus est, tu quoque unum ex illis te negaturum, alium vero infidelem futurum, omnes denique te turpiter derelicturos esse non nescias, expedientius esse crederem, si illis quoque non minus quam Judæ te tanquam rigorosam virgam exhiberes, utendo severitate in illos, asperis illos verbis increpando:

fastus

fastus namque superbiæ, & ambitionis tumidum supercilium, non nisi fulmine prosternitur & superatur. Aut ne ullius possis partialitatis redargui, Judam quoque maiori cum benevolentia & affabilitate aggredere, tuam quoque illi tametsi traditori tuo, exhibendo clementiam, hæc namque sæpe numero in permovendis affectibus plus efficatiæ habet, quam severitas: easdem illi propone promissiones, quis scit si forte inde à suo sit malo proposito detorquendus, mansvetudinis tamen illi adhibe, & fac ut in eus quoque gremium delabantur flores gratiarum & favorum suorum dulcissimi fructus. Opportune hic reminiscor quod dum Alphonsus Rex Arragoniæ interrogaretur: [Cur in omnibus benevolus esset, & beneficeret nedum bonis, sed etiam malis? Regium quoddam responsum edidit dicendo. (Se justitia bonis gratum esse, malis autem clementia.) Otho Imperator Marcum Celsum blanditiis sibi devinxit. Cum pertigidas Cæsatis Augusti comminationes protervior factus est, & in mortis ipsi machinandæ proposito pertinacior: idem vero Augustus clementia & mansvetudine eundem præveniendo, & per collatos honores benevolum sibi reddidit, fidumque ex paucis amicum. Curigitur Christus cum Juda simili modum agendi non adhibet, maxime cum ipse mansvetudine & pietate nemini alteri cedat? Nequaquam id, ô Auditores, expediens fuisset; Judæ enim tanquam perfido & scelerato minæ adhiberi debebant, fulminandæ erant in eum pœnæ: quia si quis ad eum convertendum uti voluisset pietate & mansvetudine, idem fecisset, ac si ventum tentet includere, aut arenæ superædificare tentasset. Il is qui sunt ejulcemodi, necessario virga applicanda est, & flammæ severitatis, comminandaque ad concipiendum terrorem gravia supplicia. Quo ad alios Apostolos autem, non erat opus tali rigore, solus enim nutum mansvetudine eisdem datus sufficiebat præcipuè verò quando ad illum accedebat quoque promissio regni, hæc enim facilè eos poterat inducere ad detestandum quodvis malum & amplectandam virtutem, atque ideo illis ramum adhibuit floridum atque fructiferum beneficiorum & favorum. Hanc porro Salvatoris intentionem fuisse, apud sactos Expositores videre licet præcipuè vero apud Modernum quendam super Evangelium S. Matthæi doctissimè scribentem, quia ait: *Iniquus ut moveatur ad nequitiam deponendam non est amore virtutis sed supplicii metu trahendus: Probus autem ut in justitia persistat, regno præmioque alliciendus & suadendus* Cum Unigenitus Dei Filius se non tantum à suis discipulis, verum etiam à copiosaquadam aliorum turba consectari videret, quæ ut sermones ipsius audiret à paternis habitationibus discesserat, suasque patrias Judææ, Jerusalem, Tyri, Sidonis aliorumque locorum maris ripæ adjacentium dereliquerat, in spatioso quodam campo constitutus monticulum quendam conscendit, indeque ad populum in planitie constitutum egregium sermonem pronuntiavit, in quo nitebatur quemlibet à vitiis divertere & pro animarum suarum salute ad Dei servitium perducere. Prius autem ad Apostolos aliosque discipulos suos se convertit, eosque ad paupertatem patienter tolerandam in fervore spiritus est cohortatus, ob oculos eis proponendo præmium exinde obtinendum, dicens: *Beati pauperes spiritu, quia vestrum est regnum Dei*; Luc. 6. quasi diceret, vos qui à victus parsimonia semper molestamini, & cum fame continuo confligitis, nolite dubitare, ô filii, venturum aliquando tempus in quo mensas continuo lautis cibis epulisque exquisitisimis præparatas & onustas reperietis: *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini*. Nec vos pigeat ô gens desolata, oculos semper ex planctu habere turbidos, magnamque lacrymarum copiam ex iis quotidie manare, hæ namque lachrymarum stillæ in margaritas commutabuntur & uniones, oculi vero lactymis madentes excellentisimo gloriæ lumine serenabuntur: *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis*. Vos cæteri qui cum mundanarum persecutionum angustiis semper decertatis, æstimari velut pestipsema mundi & fabula vulgi, omnibus exosi, ab omnibus contempti, illusi, proscripti, quibus nullus unquam dies nascitur sine æruma, quibus sol in montanis Orientis nunquam exoritur, quin prius quam ad occasum perveniat vos à vulgo conculcari conspiciat, quibus nulla in cœlo stella comparet quin velut funestus cometa vobis auguretur infelicia, vel infortunia ominetur, nolite sub tantorum malorum pondere animis vestris despondere, quin potius generosos ausus vestros conservantes humanis persecutionibus intrepido animo obviam

Sylveira l. 4. c. 12. qu. 25. num. 107.

Didac. Vegam Dom. 3. Pent. Pelet. Sermocal. t. de cla. c. 9.

procedite ; vestræ namque angustiæ recompensabuntur præmiis gloriæ , vestræ amaritudines per cœli dulcedines ; vestra denique naufragia per comparata beatarum mercium lucra : *Beati eritis, cùm vos oderint homines, & cùm separaverint vos , & ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete & exultate in illa die , ecce enim merces vestra multa est in cœlo.* Hunc ferè in modum vultu prorsus læto, & voce mansueta bonos alloquebatur ; postea autem conversus ad illos, qui eum gressibus quidem sequebantur, cùm tamen eum fugêre corde & vultu turbare, austerâ voce, nec non minante dexterâ sic ferè est allocutus, dicens: O vos infelices, qui divites estis bonorum omnium , quæ in fortunæ ærariis conservantur , in mari quoque divitiarum natatis, nec non inter consolationum flores deliciamini, væ enim vobis, quia invenietis in eis pœnarum spinas, & animæ submersionem in divitiarum vestrarum pelago : *Væ vobis divitibus, qui habetis consolationem vestram,* futuras vestras deploro calamitates; vobiscum loquor, qui manducatis non ad vivendum , sed vivitis ad manducandum; lineæ cogitationum vestrarum aliud centrum non habent, quàm gulam & comessationem , & Epicurei facti, alium Deum non adoratis , quàm ventrem vestrum: Veridicus sum vobis vates , tametsi id siccis oculis dicere non possim , quòd fames tandem vos omnes conficiet intolerabilis : *Væ vobis, qui saturati estis , quia esurietis* : Continere etiam me nequeo , quin vos quoque reprehendam , vos, inquam, qui dum vitæ vestræ brevitatem fugaci tempore metiri debebatis, è contrà tempus breve annorum vestrorum risu metimini, qui ex uno momento in aliud periclitatur , ne infelici vicissitudine convertatur in planctum: *Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Intellexistisne hæc omnia ? Mores itaque & vitam vestram mutate, secus enim infernus vester erit , atque sine ullo appellationis beneficio æternæ damnationis condemnabimini. Verùm ô Domine, sermonem tuum interlocutione mea interrumpere non præsumpsi , utpote quem ob ejus suavitatem, & argumenti pondus, magno cum gaudio auscultavi ; nunc verò terminato sermone supplex à te peto, ut unicum menti meæ occurrens dubium mihi eripias. Cur obsecro discursum tuum priùs tanquâ cum benignitate & affabilitate exorsus es, his benedictiones impertiendo , illis promittendo regnum cælorum , mox ex improviso in eodem sermone transformatus es in rigidum severumque censorem, pœnas & supplicia comminando? (Sed ubi cur Dominus tam benignus & magnificus in largiendis benedictionibus , statim tam rigidus in proferendo *Væ* contra divites , saturatos, & opulentos?) Modernus quidam hunc in modum respondet : (Erat totus meus JESUS intentus , ut homines attraheret ad virtutes, & removeret à vitiis ; & ideo in justos benedictiones, & gaudia profert , in peccatores verò suppliciorum jacula retorquet , ut illis deterriti , suam pravam vitam deserant.) Id quod omnino eum eo coincidit, quod vobis ab initio persuadere sum conatus, scilicet quòd Deus cum justis benignè & affabiliter procedat per præmia , cum perversis autem peccatoribus rigidè & austerè comminando supplicia ; nisi enim id faceret, oleum & operam perderet.

6. Divini honoris zelantissimus Propheta S. Elias, in regiam Achabi Regis liberè ingreditur, eique intrepido animo, & rotundo ore insinuat , statuisse se universum regnum suum terræ siccitate castigare , cæloque præcipere, ut veluti æneum factum ad fœcundandam terram pluviam non demittat, nisi ad suum illi præscribendum imperium : *Dixit Dominus Deus Israël, in cujus conspectu sto si erit annis hisros & pluvia, nisi juxta oris mei verba.* 3 Reg. 17. Res mira! cælum Eliæ præcepto ad nutum obedivit ; nam aûr nubibus mox solitum cum terra interdixit commercium, ne videlicet pluviarum tributum terræ penderet. Adeo ut terra consumpto omni humoris alimento, ob humoris defectum omni ex parte, centum ora languens aperiret cælo supplicatum pro subministrandis solitis aquæ subsidiis; terra adeo exaruerat, ut vomer ejus duritiei cedens, eam molestare non auderet ; unde ad recipiendum semen , nedum ad illud multiplicatum in messe reddendum fiebat inhabilis. Virtus germinativa sua parturire virgulta non audebat, timens, ne siccitas eadem priùs extingueret, quàm ipsa vitam illis vegetativam participasset ; tota quoque florum populosa familia brevi tempore ad terræ faciem evanuit ; arbores item in aridos evaserant truncos , utpote quæ nullo vestiebantur virore , neque

verno

verno tempore aliud in iis videbatur, quàm rudis & informis arborum cortex ; flumina, quos alias tegere solebant, littoris lectos terræ & arenis liberos relinquebant, non jam amplius ad mare visitandum, & ad pendendum illi dulcia aquarum tributa, lubrico decurrebant pede, sed omnes rivi & torrentes puris, liquidis, & crystallinis undis suis vidui cernebantur, adeo ut siccitas hæc omnem planitiem, colles & campos misere flagellaret, sterilitas falces in sua ærugine otiosas esse coëgerit, boves quoque à jugo, agricolas autem à labore exemptos fecerit ; Verùm quantò ipsius hæc diminuebatur, tantò magis famis vehementia crescebat ; nam ob alimoniæ defectum nata est universum animalibus pariter & hominibus insupportabilis quædam annonæ caritas, eratque in tanta penuria nullius rei, præterquam miseriarum maxima abundantia. Cùm igitur universum Achabi regnum sub tot oppressionum ærumnis gemeret, Elias Propheta, Deo ita præcipiente, in Sarephtam concessit, ubi, ut suis consuleret necessitatibus, pauperculam quandam viduam, ut panis subsidio sibi succurreret, *Affer mihi obsecro buccellam panis ;* cumque pia hæc mulier valde afflageretur, quòd obstante paupertate sua Eliæ votis respondere non posset, se protinus excusavit, dicens: *Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho.* Porro Elias Propheta ob hanc petitionis suæ repulsam minimè indignabatur, quin potiùs magnam dixit viduæ farinæ & olei promisit abundantiam, adeo ut indeficienter ex iis superesset, donec Deus cælo tenus pluviam demitteret, clementer statueret : *Hydria farinæ non deficiat, nec lecythus olei minuetur, usque ad diem illam qua Dominus daturus est pluviam super faciem terræ.* Magno autem hic tenemur sciendi desiderio, quam ob rem Elias adeo se erga Achab, & universum ejus regnum rigorosum exhibuerit, quando clausit cælum, pluvias prohibuit, terram sterilem reddidit, adeò ut omnis creatura universali fame cruciata fuisse videatur, & tamen huic adeo inurbanæ mulieri frustulum panis Prophetæ denegan-ti, affabiliter locutus fuerit, benignum & benevolum se ei demonstrarit, oleum & farinam pro suis necessitatibus largiter multiplicando ? Cur ipsam panem sibi negare audiens, duris verbis non increpavit, dicendo : Veniet tempus, ô mulier, quo te hanc panis micam mihi negasse, pœnitebit ? Ecce enim ignem de cælo descendere, tuamque domum, imò teipsam & filium tuum igne consumi jubebo ? Doctè ad id Abulensis quarto Reg. primo, quæstione decima octava : Et Theodoretus secundo Reg quæstione quinquagesima secunda, sermone trigesimo, respondent, quòd tunc agebatur de reducendis ab idololatria ad veri Dei cultum Rege Achab impio, ejusque populo scelerato, ideoque Eliam usum esse rigore & asperitate verborum, pariter & pœnarum. At verò quando de prædicta muliere ad opus pietatis exercendum inducenda agitur, opus est, ut omnis absit severitas, omniquè cum mansuetudine & benignitate cum eadem procedatur, exhibeatur ei vultus serenus & lætus, farina quoque & oleum multiplicetur eidem *Quando Propheta meus adducitur, ut idololatriam & contemptum Prophetarum intercludat & evellat, ignem & famem & rigores objicit : at dum se convertit, ut ad actus virtutum mulier inducatur, favores & benedictiones expandit & diffundit.* Unde S. Bernardinus serm. 30. dicere solebat, quòd *Benignitas attrahit, timor malos gressus animæ, ne ulteriùs in crimina ruat, sistit.*

7. David psalmo 7. mirabiliter advertit, quòd illi, qui cor sincerum, & voluntatem rectam habent, à Deo auxilium & favores in tribus præcipuè casibus accipiant, dum ait : *Justum adjutorium meum à Domino, qui salvos facit rectos corde ;* nam ut observat Cardinalis Hugo in Psalmo septimo, numero undecimo, succurrere nobis dignatur *ante pugnam, ut præparemur ad eam, sumendo arma : in pugna, ut viriliter dimicemus & vincamus, post pugnam, ut adepto triumpho coronemur.* Postea verò David ulteriùs prosequitur, dicens : *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit ;* vel ut legit Chrysost. ib. f. 19 col. 3 lib. 1 *Ensem suum acuet, arcum suum tetendit & paravit illum ;* quæ verba ab Athanasio ibi. fol. 4. ita explicantur : *Vos severiter punias.* Et S. Joan. Chrysostomus asserit, quòd *gladius, arcus & sagitta, pœna est, & sup-plè-*

supplicium, unde omnia per translationem & emphasim dicta sunt, ut per hæc cuncta augeretur timor. Verum ô David non spero quod tu tibi imagineris Deum instar nostri variabilem esse; nunquit ipsummet dicentem audis: *Ego sum Deus & non mutor?* Malach. 3. Quomodo igitur paulo ante dixisti ipsum adeo benignum & promptum esse ad auxiliandum nobis, nec non ad impertiendum nobis favores sollicitum, utpote qui salutem nostram adeo seriò vult & desiderat: nunc autem eum mihi repræsentas formidabilem, & veluti alterum Martem arcu suo ad evibrandum sagittas, nec non ense stricto ad nos occidendos armatum? Verum facilis est ad hoc responsio: nam à principio exprimebat qualitatem Dei erga bonos, quæ in hoc consistit, quod cum bonis bene & benignè procedat: Postea verò demonstrat ejus proprietatem erga malos in hoc consistentem, quod eum illis rigidè in arcu, sagittis, ense, minis, terroribus atque supplicijs agat, secus enim facere, est aquam in cribro portare: *Vt virtutes sectentur* [inquit Chrysostomus] *beneficia & Dei dona ante oculos ponit, ut animus illis excitetur, ut autem mala evitentur, supplicia obiicit, ut homines terreantur.*

8. Refert sanctus Joannes Evangelista Deum se vidisse in magnifico gloriæ suæ throno considentem, per viginti quatuor gradus autem ascendebatur, priusquam quis ad sedem pertingeret Principis Viginti quatuor Seniores candida byssо vestiti & opulentissimis diadematibus coronati thronum illum ornatissime circumstabant: Eundem quoque thronum iris quædam cœlestis viridi & purpureo colore permixta cingebat, quæ penitus eam intuenti parum à smaragdo differre videbatur. Ex opposito autem throni mare quoddam stagnabat adeo placidum & purum ut ipsum chrystallinam quandam planitiem fuisse credidisses: Prodibant inde quatuor animalia singula sex alas habentia plumis cæruleo aureoque colore tinctis & variegatis vestita, in externa autem corporis superficie veluti in scena quadam præter oculos nil videbatur Ehem quænam est hæc peregrina à S. Joanne visa Dei nostri species! Verum præstolemini nonnihil Auditores, quia in hac visione sese prodit nescio quid aliud longe magis admirandum. Apostolus namque cum majori sollicitudine figit oculum, suamque extendit auriculam, sibique videre & audire videtur simul voces, fulgura, tonitrua è throni illius viscetibus egredientia: *Et de throno eius procedebant fulgura & voces, & tonitrua*, Apoc. 4. adeo ut inter tonitrua & fulgura mediæ audirentur voces? Quænam sunt hæc paradoxa? S. Thomas Doctor Angelicus ait. Quod voces admonitionibus faciendis servierint: *Voces admonitionum*; fulgura autem ad homines terrendos: *Fulgura quæ terrent* tonitrua denique ad eosdem per minas conservandos: *Tonitrua arguitionum & comminationum.* Porro voces bonis serviebant, utpote illos cum suavitate admonentes, ut in virtutibus perseverarent; Fulgura autem & tonitrua malos spectabant eosdem per minas terrefaciendo & per flagellorum fulgura ijsdem imprimendo tremorem: *De throno procedunt voces in bonos, fulgura & tonitrua in peccatores*, inquit quidam Modernus. *Ioseph Speranza de mortif punct.* 114.

9. Piæ illæ tres mulieres, quarum laus est in Evangelio, corpus Christi mortuum visitaturæ: idemque condituræ unguentis & aromatibus pretiosis, prout illis temporibus fieri consueverat, ad sepulchrum Christi se recipiunt. quo cum venissent, Angelum quendam repererunt, qui jam jam de cælo descenderat, sedensque super lapidem sepulchri, tres illas Marias lætari & exultare jussit, eò quòd earum Magister gloriosus, & immortalis surrexisset à mortuis. Porro Sacer Evangelista Matthæus lineamenta Angelici vultus nec non vestium colorem accuratè observavit dicendo: Vultum retulisse similitudinem fulguris, vestes autem nivis in se candorem expressisse: *Erat autem aspectus eius sicut fulgur, vestimenta autem eius sicut nix.* Matth 28. Vestes instar nivis candidæ, vultus autem flammeus & igneus quasi fulgur; nix congelat, fulgur ignem vibrat: [Quis non miretur [inquit Paulus de Palatio ibi. cap. 5.] simul in eodem contraria! An non contraria sunt fulguris ignis, & frigiditas nivis:] Quam ob rem in uno eodemque Angelo fulgura sociantur cum nivibus? Cur non potius in vestimentis purpureis apparet ad demonstrandum, quo erga Deum ardet, amorem, aut certè in vestimentis viridibus ut spem nostram, quam viror exprimit in nobis, excitaret? Præterea cur se non finit videri in vultu Joviali in signum lætitiæ, aut cur non instar solis splendescit?

Porro

Potrò quòd Evangelista candoris vestium, & vultus fulguratis dumtaxat meminerit, hujus ratio est, quia duo genera hominum eo tempore juxta sepulchrum reperiebantur, Mariæ sciliçet, & milites, propter illas itaq; in veste nivea apparet: propter hos autem in aspectu fulguris; & ratio est, secundùm Ludolphum de Saxonia: *quia facies ejus videbatur ignea, ad incutiendum timorem custodibus, vestimenta ejus sicut nix, ad dandam consolationem mulieribus.* Dion. quoque Carth. ait: *Vultum quasi scintillantem atq; terribilem habuit ad perterrendum infideles custodes: atque ideo dicitur, quòd exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Et vestimenta ejus sicut nix, id est, clara ac splendida ad consolandum feminas religiosas.* At verò S. Gregorius per extera mirabilius respondet, hancq; Scripturam ad præsens propositum vivaciter explicat, dicens: *In fulgore terror timoris est, in nive autem blandimentum candoris, quia verò omnipotens Deus & terribilis est peccatoribus, & blandus justis, recte testis Resurrectionis Angelus, in fulgure vultus, & in candore habitus demonstratur, ut dubia sua specie, & terreret reprobos, & mulceret pios.*

10. Verum enim verò omittamus nunc justificationis & præmiorum promissione ad bonum ulterius allicere, & solùm de eo, cujus est major necessitas, discurramus, nimirum de retinendis per minarum, pœnarumque terrorem improbis, ut videamus, an possibile sit illos per hoc medium à malo divertere, atque ad boni executionem disponere, eò vel maximè, quòd ut scribit Chrysostomus in Psalm. 7. *In Evangelio plura dicuntur de supplicio, quàm de regno, quia in his qui minus sentiunt, non tam bonorum promissio, quàm tormentorum metus adducit ad virtutem, & abducit à vitio.* Quòd si verò propositum mihi finem assecutus non fuero, ad minus saltem meo satisfeciisse debito ero sciebor, & qui boni sunt, in bono magis confirmabuntur, magisque accendentur ad progrediendum in via virtutum.

11. Ut igitur impii gressus suos à semitis mali avertant, neque ad æterna præcipitia temerè & insolenter currant, necessum erit eosdem vi percussionum à malo detorquere ad bonum, ad eum modum, quo Chyrurgus vulneribus elephantiasi affectis, media non lenia aut mediocria, sed ferrum & ignem adhibet: *Asperum medicamenti genus est, quando ferro & ignibus utimur: solent extremis tantum malis extrema hæc adhiberi remedia;* inquit Eruditus ille. Moyses aquarum egenus, petram non verbis aggressus est, sed bis eandem virgâ percussit; simili modo, si ab oculis magni peccatoris, qui saxo durior est, aquam educere velis lachrymarum, virgæ ictus, id est, severitas pœnarum adhiberi debet, non verò verborum affabilitas. Hippopotamus fluminis Nili piscis, adeo duras squamas habet, ut (si Pictavienſi fidem adhibeamus) hastis & venabulis omnino sit impenetrabilis. Unde illarum regionum habitatores, ut illius duritiem vincant, hanc excogitarunt inventionem, quòd fustibus & malleis ferreis illum graviter percutiant, quibus solis vinci & capi potest: *Tanta duritie est, ut malleis ferreis perimatur, & nullo jaculo penetretur.* Tales ut plurimùm esse solent peccatores: hi enim ad lenes persuasionum puncturas magis indurantur & exacerbantur, atque ideo ferrea illos clava & malleo percutere, & asperè & rigorosè contra illos procedere debemus. Idipsum mehercle Phacoces intellexit, qui cùm septem haberet filios, eorumque minimus Cartomes appellatus, supra modum dissolutus, impius, & perditus juvenis esset, sæpenumerò eum bonis, mansuetisque verbis admonuit & corripuit; nullum autem se fructum facere videns, rigore & austeritate illum aggredi decrevit, manibus itaque ejus post tergum vinctis, eum in propria persona ad Artaxerxem adduxit, eundem graviter obtestans, ut sententiam in eum capitalem decerneret, utpote qui toties patrono prorsus affecteu admonitus, vitam tamen & mores mutare nunquàm voluisset; unde Artaxerxes obstupefactus, optimum patrem monuit, caveret furiam, nec tanto cum rigore cum filio suo procederet; cui bonus senex prudenter respondit, huic perdito filio similes benignè tractare, idem est, quòd fabricam super arenam erigere, atque ideo immediatè ad pœnas & supplicia cum ejusmodi procedendum est; secus enim nulla ab iis sperari potest resipiscentia: *Terrore plectetur impius.* Exhorresco, quoties reminiscor resolutionis illius à Theodoro Papa adversus Pyrrhum Patriarcham Constantinopolitanum conceptæ: hic enim per universam Africam hæreses seminabat; at perceptâ Heraclii morte, Romam se conferens, ad pedes Summi Pontificis prostratus, veniam popposcit, *non tamen ex animo, sed ficte*, ut ait Platina, & impetravit; at verò,

lect. 6. in Ioan. n. 40 Exod. 17.

Berchorius Pictav.

Alex. Pellegr. tit. 1. parad. 10. cap. 3.

Platina in vita Theodori Papæ, fol. 44.

prout ad similes transgressiones facilis erat, mox ut Româ discesserat, Ravennam perveniens ad hæresium ejuratarum vomitum rediit; quod cùm adaures Summi Pontificis pervenisset, congregatis cunctis Prælatis Romæ præsentibus ad sepulchrum concessit SS. Apostolorum & in postulatum atramentarium è calice vinum consecratum seu Christi Jesu sanguinem infudit, & cum eodem damnationis suæ sententiam scripsit, declarando ipsum excommunicatum & corporis mystici S. Ecclesiæ membrum putridum & præcisum. Porrò nemo hic sibi summum hunc Pontificem veluti nimis rigidum, aut ejus sententiam fulminatam tanquam nimis severam *saltem quo ad modum* arguere præsumat, quia pro homine adeò impio nullus modus convenientior erat; neque enim similes per mansuetudinem resipiscere solent, sed potius deteriores indies fieri, atque ideo successor Petri excommunicationis gladium arripuit, eumque sanguine Jesu Christi qui sub speciebus vini conservatur condemnavit: *Pyrrhus cùm Roma discessisset & Ravennam pervenisset, ut canis ad vomitum suum reversus est, quo Papa Theodorus compertâ plenitudine convocata Ecclesia ad sepulchrum Apostolorum accessit, & divino calice expostulato ex vivifico sanguine in atramentum stillavit, & ita propria manu depositionē Pyrrhi conscripsit?* Quare persuadere nobis voluit stultum esse, si quis cum perversis hominibus benigne procedere velit: *Sed cū malis male procedendum est.* Audite hac in re mirum quoddam prodigium.

Baron. Annal. tit. 8. Anno Christi 643.

12. Postquam Hebræi errorem illum, qui omnium aliorum genus generalissimum fuit, commisissent, id est, postquam Dei filio post longa tormenta amaram Crucem intulissent, septennio circiter ante Jerosolymæ destructionem, ut Josephus Hebræus refert, cometes in specie gladii cujusdam supra civitatem apparuit, qui per integrum anni spatium inde non discessit, quod velut ingens prodigium cunctis stupore incussit & formidinem. Præterea vir quidam incognitus omnibus in civitatem venit, qui per vicos & plateas obambulans velut novellus quidam Jonas alta voce exclamabat: *væ Ierosolymis, væ Ierosolymis.* Hac historia suppositâ difficultatem quandam mihi à vobis, ô Auditores, resolvi deposco: Quod si civitas illa de errore illo commisso pœnituisset, totoque cordeà Deo eulpæ hujus gravissimæ veniam & misericordiam postulasset, num Deum in preces illorum descensurum fuisse existimatis? Procul omni dubio. Cur igitur Deus illis non æque ac Ninivitis Prophetam aliquem mittit, qui illis prædicet pœnitentiam & veram Christi fidem, forte enim ab errore suo resipuissent, & peracta pœnitentia vitam emendassent in melius? Frustra id sperabatur, siquidem gens illa nimis perversa erat, prædicationes vento fuissent tradiræ, & sine fructu factæ admonitiones; non igitur mittendus Prophetas erat, sed ad rigores & austeritates applicanda manus, tales enim nonnisi comitæ, enses, væ, minæ, supplicia, bella, obsidiones & desolationes exspectant: *Cum malis male procedendum est.*

Ioseph. lib. 7. de bello, Iud. ca. 12.

13. Videas Deus dilectum populum suum per Pharaonis impietatem crudelissimè tractari, illius misertus Moysen tanquam Legatum ad impetrandam populo suo libertatem amandare decrevit. Verum ô Domine, tune Moysen ad hoc officium eligendum esse censes? Credo utique probe tibi cognitas esse quæ ad Legatum requiruntur conditiones & qualitates, maximè ad eum qui mittendus est ad Pharaonem Regem adeò magnum, potentem, omnibusque regnis formidabilem. Quisquis enim ille futurus est, eloquens & facundus esse debet, quique imposita sibi negotia cum ea dexteritate & modo gerere & moderari noverit, ut Principem ad facile concedendas postulatas gratias inclinare possit; fieri nequit quin aliquando loquentem Moysen audieris & observaveris. Hic etenim linguam habet ad omnia verba balbutientem & cespitantem, defectum hunc sibi à natura congenitum libens fatetur, nunquid enim eum se hisce verbis excusantem audis? Exod. 4. & 7. *En incircumcisis labiis ego sum, quomodo me audiet Pharao? Obsecro Domine, non sum eloquens, impeditioris & tardioris linguæ ego sum, mitte quem missurus es.* Cur igitur hoc munus non potius viro alicui facundo & eloquentissimo Oratori imponis? Num forte tales tibi desunt? mitte Aaronem ad hoc munus aptiorem & magis idoneū. Nequaquam, inquit Deus, sed volo ut Moyses habeat defectum facundiæ, qui est in ipso, virga ejus supplebit, abi igitur ô Moyses, moxque ut in conspectum Regis perveneris, virgam tuam Aaron porrige, qui illam in terram projiciet, subitò in serpentem commutandum: *Projice eam coram Pharaone, & verteatur in colubrum.* Vel ut S. Augustin. legit,

Et

Et erit draco, verùm, ô Domine, quisnam est hic Legatos experiendi, & expediendi modus, cui linguam ejus non accommodas, ut expeditè loqui possit? Eloquentiam illi & modum imperare, gratiam & cor Pharaonis sibi conciliandi & rapiendi: *Verba ligant homines*, inquit, serpentes, dracones ad Legatos non mittunt. Verùm parvi facio (ita mihi Deum propitium) Moysen eloquentem aut facundum esse, siquidem Pharaonis & ejusdem farinæ hominibus eloquentiam dictionis, & verborum facunditam adhibere, stultum est; nam S. Augustinus in Exod. optimè dicit, quòd Pharao *non flexibiliter consentiat, sed inflexibiliter resistebat*: quoad tales necdum intermittenda sunt verba, eorumque loco ampienda supplicionum & pœnarum virga, nihil prodest, si illos per facundiam oratoris allicere, quos per serpentes oportet terrere: neque enim tales conveniendi sunt per eloquentiam, sed per dracones perterrendi. Idem ibid. lit. F. *Hic certè non ministerio verborum opus, non videbatur velut ex necessitate datum Aaron propter gracilitatem vocis Moysi, sed virga erat projicienda, ut draco fieret*, ut scilicet ejus, qui per benignitatem & mansuetudinem ad rationem non poterat, per rigores & austeritates experientia fieret. Sanctus Paulus Apostolus Tito dilecto discipulo suo Epistolam quandam scribit, in qua divina ipsi documenta & monita tradit, circa modum, quo fideles per ipsum instruendi sunt, ut vivant in timore Dei, & cum omni diligentia & fidelitate Deo inserviant, speciatim autem ei præcipit, ut in occurrentibus gravium transgressionum casibus eos, quorum interest, clausis oculis reprehendat, *in virga ferrea*, & in omni rigore, sepositâ omni mansuetudine: *Increpa eos dure*. Verum, ô Paule, ubi est, ubi inquam est fraterna tua charitas? si gravi quodam martello ferreo vas aliquod aureum vel argenteum graviter percussetis, non illud concinnè accommodabis, sed potiùs destrues penitus, si Tito præcipias, ut sit severus, suosque subditos in omni rigore dirigat, occasionem illis præbebis, ut exasperentur magis, & deteriores fiant: probè etiamnum recordor, quòd in aliis casibus eum ad mansuetudinem cohortatus fueris; cur igitur nunc ad austeritatem coërces? imò tu ipse mansuetudinem in actu practico Galatis tuis exhibuisti, dicens Galat. 4. *Filioli mei, quos iterum parturio*, [num invenirî poterunt verba majorem affectum exprimentia?] & ad Philippenses 4. *Fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum, corona mea*. O per omnia amabiles titulos Paulo quodam verè dignos! Verum quidem est, quòd semel è penna lapsum fuerit præceptum Timotheo impositum, quod ei, ne reprehensiones negligeret, seriò mandasti; subitò autem idemmet præceptum moderatus es, dicendo, ut reprehensiones suavitate & patientiâ condire curaret: 2. Timoth. 4. *Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina*. Cur igitur in præsenti vis, ut Titus omnes transgrediatur benignitatis & mansuetudinis terminos, & ut excandescens clausis oculis, & rotundo ore, durisque verbis eos aggrediatur, dicens: *Increpa eos dure*. Neitaque id Vobis, ô Auditores, mirum videatur, videamus obsecro, qualesnam sint homines, quos Apostolus duris vult verbis reprehendi, & subitò elucebit Apostoli prudentia; dicit ergo Apostolus: *Sunt enim etiam multi inobedientes, vaniloqui, & seductores, maximè qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui, qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Cretenses semper mendaces, mala bestiæ, ventres pigri*. Cum his, ô Tite, non est procedendum placidè & mansuetè, hoc namque in vanum fiet, sed *increpa eos dure*. Simili enim pessimæ genti, quæ de bestia magis, quàm de homine participat, baculus exhiberi debet, & loquendum est cum illis, sicuti Moyses ad petram locutus fuit: *Ferales enim conditionis homines, dure sunt arguendi*, ut explicat Cajetanus fol. 306. col. 2. Et S. Anselmus ibidem fol. 436. col. 1. lit. B. *Quam ob causam, id est, quia tales sunt, increpa illos non molliter, ut soles, sed dure, id est, dura eorum corda penetret increpatio dura*. Et Theophylactus ibid. 361. col. 1 finaliter concludit: *Acriter sunt & durius increpandi, quando nil his prodesset benignitas*.

Mat.

14. Enimverò cum sancti Apostoli Petrus & Paulus in vita pariter & morte ab invicem divisi non fuerint, nec ego eosdem in præsenti discursu à se mutuis dissociatos esse volo. Porro Petrus Apostolorum caput, Herodis Agrippæ Aristobuli filii jussu & imperio in obscurum quendam detrusus est carcerem, cumque vitam suam Domino, ejusque divino arbitrio totaliter subjecisset, dummodo solum sibi remaneret libertas; tandem sicut membra corporis ferro vincta erant, ita quoque

sensus

sensus sumno ligari exoptans, in terram somnum capturus sese prostravit, ac posito in saxum cubito, gena vero in palmam manus locata, suaviter obdormivit: *Erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus.* Veruntamen Deus, qui eos quos amat, quique sedulò ei serviunt, in miseriarum culmine nunquam deserit. Angelum quendam misit, qui sanctum senioulum è vinculis ferreis exsolveret, eumque foribus apertis, extra carcerem foras educeret Spiritus itaque cœlestis corpo reo amictu indutus cryptam, seu carcerem subterraneum ingressus est, & ad eius adventum mox omnis evanuit obscuritas, ac tandem misero vincto appropinquans, eumqi somno sopitum inveniens, pugnum strinxit, eumque ut excitaret, forti percussione in latus ejus impegit: *Percussoque latere Petri excitavit eum dicens, Surge velociter.* Profectò nisi S. Petrum ab Angelo liberandum esse scirem, eundem ejus liberatorem utique indiscretionis arguerem, at verò ad evadendum carceris & vitæ periculum, fatendum est, Petrum non unam tantum, sed vehementes percussiones sustinere meritò debuisse, ex altera verò parte, cum Angelus ipsum per vocem compellando, vel vestes ejus vellicando, vel per manum eum apprehendendo excitare non poterit, indulgendum est ei merito, si eum in lateribus fortius corr:d:rit. Sic enim & Elias ab Angelo excitatus fuit: *Angelus Domine tetigit eum, & dixit illi surge.* His tamen omissis utpote ad litteram spectantibus mysterium hic latens contemplemur. Petrus in carcere refert peccatorem in manibus Satanæ culparum catenis vinctum dormientem, imò sub peccati lethargo profundè sepultum: Ad hunc excitandum & à somno divertendum nihil proficiunt vocationes divinæ aut cœlestes inspirationes, vestis vellicationes, id est, immissa à Deo aversitas nihil efficit, si te manu apprehendat occasionem tibi ultro præsentando deserendi peccatum, expediendi te ab usuris, fugiendi familiaritates inhonestas, in quibus tua consistebat damnatio, tu insolenter rides, & lupo similem te exhibes, qui pilos, non verò mores mutat, atque ideo Angelicum procedendi modum tecum servare & ad te percutiendo venire, manum suppliciis immittendis admovere, clausisque oculis fustibus te delumbare oportet. Quod si alius gloriæ præmia tibi promittat, aut Paradisum apertum videre te faciat, tu id totum in cantilenam vertis, nec alium inde elicis profectum, quàm si lapidi hæc omnia dixisset. Vnde cessum est asperiori modo tecum agere, flammarum scilicet pœnas tibi comminando, quæ in inferno te exspectant, an autem sufficiant, soli notum est Deo. Quod ut clarius fiat, sequentem auscultate Scripturæ passum: Epulo in acerba æternarum flammarum incendia præcipitatus, oculos in altum levans, cum peculiari amoris affectu Abrahamum Lazarum mendicum inter brachia amplectentem vidit, ac proinde nescio qua fiducia subnixus, hunc ab eo favorem petere non dubitavit, ut scilicet Lazarum ad domum patris sui mittere dignaretur, ut quinque fratres superstites de vita, quam agebant pessimâ, reprehenderet, ut vel sic paulatim respiscentes æternæ damnationis evitarent sententiam: *Pater Abraham rogo te ut mittas eum* [id est Lazarum] *in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Porrò hic quæritur, num Epulo exauditus fuerit, cui meritò respondendum esse negativè, quia *Damnati non exaudiuntur à Deo.* Nihilominus S. Petrus Chrysologus eum exauditum fuisse existimat, quia *Lazarum pro Lazaro misit*, id est, loco Lazari mendici missus fuit Lazarus Marthæ & Magdalenæ frater. Et quidem quod ad propositam difficultatem attinet verum quidem esse agnosco, bonum fuisse aliquem mittere, qui fratribus Epulonis prædicaret, non quod ille exaudire meretur, sed attendum, num quinq; animæ illæ Deo comparari possent, veruntamen de eo duntaxat qui mittitur valde admiror, scilicet quod lazarus pro Lazaro mittatur: Si enim indecens videbatur, mendicum à sinus Abrahæ consolationibus sequestrare, ad minus alius quispiam mitti poterat, qualium Deo centum pro uno semper præsto sunt; Nunquid enim ad hoc apti fuissent Petrus, Andreas, Jacobus, Joannes, vel alius quispiam Apostolorum? Priusquam hanc vobis difficultatem resolvam, non pigeat aliam insuper quam propositurus sum difficultatem audire, ita tamen unam audite, ut simul alteri-usnon obliviscamini. Ante sex dies Paschæ Salvator noster in domo Marthæ & Magdalenæ ad cœnam fuit invitatus: Lazarus autem ut scribit S. Ioannes 12. accumbentium mensæ unus erat: *Lazarus unus erat de circumstantibus.* Martha occupata erat mensæ deomnibus necessariis prospiciendo: Magdalena autem

Actor. 12.

3. Reg. 19.

autem cum unguentis, quorum suavi suffitu totum cœnaculum fragrabat, Magistri sui pedibus intenta erat; Lazarus denique epulas sermone spirituali condiebat, me autem nescio quonam devota impellit curiositas investigandi, de quonam fuerint subjecto locuti, & tandem deprehendi illud, non fuisse aliud, quam quod S. Pater meus Augustinus serm. de verb. Dom. assignat; hic enim dicere non dubitat, quòd *multa de locis pœnalibus referebat convivantibus, & de tristegis inferni.* Verùm dicat aliquis, hi sunt discursus, qui hominis adimerent comedendi appetitum: de pœnis inferni sermocinatione epulæ non condiuntur, sed fastidiuntur; unde discursus hic in cœna habitus minimum fuisse videtur paradoxus: Etenim Aulus Gellius optimè monet, à mensa arcendos esse sermones mœstos, sordidosque hilares & lætos esse miscendos: *In convivio sermones habendi sunt non super rebus anxiis aut tortuosis, sed quæ jucunda, & cum quadam illecebra ac voluptate utiles, ex quibus ingenium nostrum vegetius fiat & amœnius.* Et tamen Lazarus de pœnis, de igne, de inferno sermocinatur. Nunquid convenientius fuisset, si Filius Dei de Beatorum gloria, vel beatitudine Paradisi loqueretur; ac eamque materiæ commensales ad opera animassent virtuosa, ut illa, de quibus sermo erat, acquirerent? Minimè gentium idipsum curabat, ac proinde Lazarus de pœnis, quas dimanti in inferno patiuntur, loqui pergit. Ir quidem, si hujus causam scire vultis, ad montem Calvariæ usque abeamus. Sancti Patres enim multas in medium adducunt rationes, dum quærunt, unde latro, qui nullum unquam in vita sua bonum opus præstiterat, ad tam conversionem permotus fuerit. Possem etiam integrum responsionum retexere catalogum, quas tamen brevitatis causâ prætereo, unicam solum amplectens, quæ traditur ab Aranda, & Ludovico de Ponte, & confirmatur à S. Vincentio Ferrerio; hi enim omnes Scriptores dicunt, quòd Christo in cruce suspenso, terræ motus supervenerit, indeque Calvariæ mons apertus fuerit, Deus autem per aperturæ illius voraginem videri permiserit infernum apertum, fumum item & flammas inde egredientes, unde latro totus terrefactus, auxilii petendi causâ ad Salvatorem recurrit, & conversus fuit: Aranda in I. Hispano de terra sancta cap. 16. apud Lud. de Ponte lib. 5 in Cant. exhort. 39 §. 1. f. 397. col. 1 lit. C. *Fertur, Calvariæ montem tempore Passionis Christi, eùm terra motu est, & petra scissa sunt terra motu magno sectum fuisse in duas partes, magna voragine intermedia relicta, quæ impœnitentem latronem à Christo Domine, & à bono latrone dividerunt.* Non displiceqit, uti spero, si huic facto id, quod S. Vincentius Ferrerius serm. 1 fer. 4. scribit, subjunxero: *Hoc modo*, inquit, *ille latro invenit Paradisum, qui semper tenuerat malam vitam, de quo dicit* Leo Papa, *quòd nunquam fecerat aliquod bonū, sed quando fuit circa portam inferni, quia jam erat crucifixus, & debebat mori, habuit tantam contritionem, quòd vix potuit formare verba: Domine, memento mei; Ecce, quomodo à casu invenit Paradisum, de quo nunquam curaverat, nec crediderat.* Terror itaque inferni ipsum fecit converti, bonam habere contritionem, & veram quandam peccatorū suorū agere pœnitentiam.

13. Jam utique clarius intelligetis, cur Lazarus resuscitatus Marthæ & Magdalenæ advocatis commensalibus atque convivis, de pœnis, quas in inferno damnati patiuntur, fusius locutus fuerit; utique enim Salvatore singulariter inspirante id fecit, quia cùm Judas præsens adesset, totque repetitis vicibus, licèt casso prorsus irritoque conatu, beneficiis & favoribus ipsum quæsivisset convertere, tandem idipsum moliri voluit per acerbitates & rigores, prædicando ei pœnas atrocissimas, quibus puniuntur damnati, nisi in hac vita sese emendarint: *Multa de locis pœnalibus referebat convivantibus, & de tristegis inferni*, inquit S. Augustinus, & rationem adducit Pater Joannes Madritensis, dicens: *Præcipuè autem id Dominus curavit propter Judam proditorem, ut audito Lazaro de locis inferis verba faciente, animum mutaret.* Quòd si Abraham postulante Epulone ad ejus fratres Lazarum mendicum misisset, nihil ille prædicare potuisset aliud, quàm de finibus illius extrema felicitate, in quem ab Abrahā summa cum charitate fuerat receptus, dissertere illis tantùm potuisset de præmio, quo in cælis gavisuri fuissent, si vitam suam rectè instituissent; hæc autem illos nec quicquam commovissent: nec mirum, quia cum similibus perversis hominibus non est utendum benevolentiâ, vel præmiorum promissione, sed austeritate & rigore opus est apud tales, applicanda est apud similes manus ad supplicia, & comminandæ sunt inferni gehennales flammæ; atque ideo *Lazarum pro Lazaro misit*, qui ad vitam resuscitatus, ad obtinendam illorum

Aul. Gell. l. 13. noct. cap. 11. fol. 343.

D. August. ubi suprà.

Io. Madr. in Eccles. 3. cap. 21. & hom. 649. fol. 165. num. 7.

conversionem, minas applicasset pœnarum & inferni, ut experiretur, num possibile foret, aliquem per recensitos inferni dolores ineussam formidinem atque terrorem elicere fructum: *Quare non misit Lazarum mendicum? quia bonus egisset cum peccatoribus, nempe allecindo eos gloria cælesti, & gaudiis sinus Abrahami, & Lazarus resuscitatus non alio medio, quàm gehenna & igne inferni; ita fieri oportebat. erant enim peccatores.* Porro Redemptor noster non bene fecisse videtur in hoc, quòd templum adeò furibundus ingressus, tantum erga ejusdem templi prophanatores rigorem exhibuerit, flagellando, & expellendo eos inde, eorumq; pecunias una cum nummulariorum mensis foràs projiciendo; potuisset enim prius velut pius & mansuetus Dominus illos benigna quadam exhortatione commonere, donec tandem agnovissent exiguam, quam erga domum Dei gerebant, reverentiam, & quem per hoc committebant gravem errorem. Priusquam se manifestaret leonem, agnellum seiis commonstrare debebat. Nequaquam ita fieri conveniebat, ad finisse namque venenum aliud adhiberi non potest remedium, nec alius cuiter ad hanc carnem. Verum dicetis forsasse: Hæc insinuata acerbiora media suam nec in negotiatoribus Hebræis, nec in Juda proditore, nec in blasphemante latrone, nec in Epulonis fratribus habuisse efficaciam. Non inficior id ipsum; de hac autem materia in secunda parte tractaturi sumus, si tamen prius bonis & benevolis verbis vos hortatus & deprecatus fuero, ut ex bono affectu & charitate aliquam paupertibus impertiamini eleemosynam. Interea ad secundam partem me accingo.

PARS SECUNDA.

16. PEccata nostra majora aut graviora esse non possunt. Quænam etenim est lex illa, quæ præceptum à Deo nobis impositum, quod non quotidie prævaricemur, & contemnamus? Quodnam nobis à divina bonitate prohibetur peccatum, quod à nobis temerè non committatur? Hinc videtur, quòd Christianus sacra templa magis contemnat atque prophanet, quàm ab Hebræis factum fuerit: Ab his enim vendebantur & emebantur columbæ, oves & boves, qui sacrificiis immolandis deservire poterant; ab his autem animæ Dæmoni pro vilissimo pretio divenduntur. Quodnam uspiam in mundo scelus reperiri potest, cui homo non sit fœdere junctus? Ab effectibus Philosophus aliquis conficere posset, iniquitate plena esse corda vestra, terram ex sanguine fumigare, sanguine manus vestras rubescere, vosque continuis immersos obscœnitatibus esse. Honor etenim Dei pedibus protenitur, & conculcatur; sanctum ejus nomen blasphematur quotidie, ejusque Divinitas facta est omnibus nimium familiaris; avari insatiabiles existunt, invidiæ & odia semper magis augescunt, defecit charitas, apud plerosque bona opera in contemptu habentur, virtus negligitur, innocentia persecutionibus perstringitur, adeo, ut cum Oseæ 4. dici possit: *Audite verbum Domini, quia judicium Domino cum habitatoribus terræ.* Cognoscere vult Deus, qualis sit vita vestra, quales sint mores vestri, consilia vestra, cogitationes vestræ; audite autem, quænam in nobis bona inveniat: *Non est veritas.* Quot hodie falsitates veritatis pallio obteguntur? ad hoc, ut mendacium veritatis colore tingatur, quot non fiunt perjuria? quot juramenta falsa non asseruntur? ob modicum item honoris, vel lucri interesse, quot non proferuntur horrendas hæreses spirantes blasphemiæ? *Non est misericordia,* ait idem Propheta, pupilli namque depressi conspiciuntur, derelicti orphani, videæ omni prorsus destituuntur solatio, innocentes velut rei condemnantur; moriuntur præ necessitate mendici, extincta est in cordibus vestris omnis charitas, nulla quæ in vobis non regnet, reperitur iniquitas: *Non est scientia Dei in terra, maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundarunt.* Et hisce autem dissolutionibus quid tandem lequetur? *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea.* Et tu nihilominus lamentaris & miraris, quòd mala te premant? Cur nos hodie bello, mox peste & morte, tandem verò fame excruciari existimatis? hæc enim flagella omnia intra paucos annos experti sumus, & tamen dicit S. Pater noster Augustinus: *Nec verbis flectimur, nec verberibus emendamur; peccati pœnam sentimus, & peccati conjucundinem non vitamus.* Extremam in nobis corporis & animæ experimur perniciem & interitum, & tamen in malo pertinaces sumus: *Romanus orbis ruit,* dicebat sanctus Hieronymus Epist. 3. ad Heliodor. *& tamen cervix nostra erecta non flectitur.* Deus toties nobiscum processit in omni bonitate & mansuetudine, nec tamen quidquam

quam à nobis obtinere potuit; nunc igitur pœnas & flagella nobis intentat, & tamen hucusque nec respicentiam in nobis experitur, nec emendationem, & cum Propheta dici potest: *Percussisti eos, & non doluerunt, attrivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti.* Unde S. Cyprianus ait: *Ecce verba desuper, & flagella non desunt, trepidatio nulla, nulla formido est.* quòd si autem hæc media nec quicquam in te operentur, neque ad vitæ emendationem tibi efficaciter persuadendam sufficiunt, *adhuc sit de te*, neque animam tuam in meliori conditione constitutam esse censeo, quam fuerit anima Judæ. De quo S. Matthæus sequens, dicit, quòd postquam suum vendidisset Magistrum, hæc verba ediderit: *Tunc videns Judas, quòd damnatus esset &c.* Porrò hæc dictio (damnatus,) ut inquit Orig. tract. 35 non refertur ad Christum, sed ad Judam, ut intelligat se damnatum esse, animadvertens, retulit triginta argenteos: *Videns Judas, quòd condemnatus est, ad ipsum Judam refertur. tunc enim sensit malum suum, & intellexit se condemnatum.* Verùm dicat aliquis, unquid scimus, quòd quamdiu homo in hac mortali vita degit, semper divinæ gratiæ auxilio salvari possit? hanc autem Deus Judæ nunquam negaturus fuisset, quomodo igitur à semetipso ante tempus condemnatur? Respondeo quòd ex quotidie à Christo in cœna monitis, & comminatoriis hisce verbis perterritus: *Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Ex vobis unus diabolus est.* semetipsum minimè emendavit, mox inde se desperatum, & ad infernum condemnatum esse concipit: *Videns, quia damnatus esset, quia audiens malier factus non fuit, nec matu, nec beneficio, nec munere;* nam sancti Patres, Chrysostomus hom. 44. in Joan. tom. 3 & Thomas Doctor Angelicus 3. part. qu. 81. art. 2. dicunt, majus & evidentius damnationis signum haberi nequit, quam ad immissa cælitus flagella, aut commonitiones, & minas insensibilem esse.

17. Rex Balthasar omninò extertitus & consternatus est, quando ei convivio regio accumbenti, manus illa apparuit, quę in parietem ejus describebat sententiam: *Mane, Thecel, Phares.* Unde Scriptura dicit: *Facies Regis commutata est, & cogitationes ejus conturbabant eum, & compages renum ejus solvebantur, & genua ejus ad se invicem collidebantur.* Porro Daniel ei Scripturam istam in hunc sensum est interpretatus: *Mane,* id est, *numeravit Deus regnũ tuum, & complevit illud. Thecel, appensus es in statera, & inventus es minus habens. Phares, divisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.* Quibus verbis tres minæ, vel tres pœnæ exprimuntur (verissimæ, quibus vix ulla à divinæ justitiæ tribunali emanare severior potest. Num autem Balthasar illam alicujus æstimæ vitæ an fortè respuit, vitamque suam pessimam emendavit? Cogitate, ô Auditores, nullam in eo observari potuit, vitæ, morumque mutatio, haud secus, ac si Daniel petram allocutus fuisset. Ecce tibi Balthasarem subitò expeditum & confectum, utpote qui regnum, vitam, & animam pariter una nocte amisit: *Eadem nocte interfectus est Balthasar Rex Chaldæus.* Unde sanctus Theodoretus ibi de eo dixit: [Balthasar iste nihil inde percipit utilitatis, jure itaque justus Judex illum nulla venia dignum censuit] Porrò S. Joannes Chrysostomus quoad eos, qui flagella Dei sentire nolunt, hanc à plaga incurabili, quæ nec à medicamentis lenitivis, nec à corrosivis aliquam experitur utilitatem, adfert desumptam similitudinem, dicens: (Quemadmodum incurabilia vulnera neque austeris medicamentis cedunt, neque lenientibus; ita & anima semel captiva, si se peccato cuipiam obnoxiam fecerit, & considerare noluerit, quæ sibi sunt utilia, etiamsi quis innumera incutiet illius auribus, nihil proficiet, sed quasi mortuæ essent aures, nullam ex admonitione suscipit utilitatem, non quia non potest, sed quia non vult) Hi igitur vulnera patiuntur immedicabilia, sunt peccatores inemendabiles; sive enim Deus unguenta talibus adhibeat, sive ferrum, sive se per mansuetudinem tanquam agnum, sive velut leonem per austeritatis ferocitatem se exhibeat, nihil obtinet, nihil efficit. Frænum itaque collo eorum injicere, eosque suæ voluntati obstinatæ relinquere oportet, donec in æternæ damnationis & inferni se proturbent præcipitia, ut vel sic qui modò supplicia illa evitare possunt, & obstinatè nolunt, alio tempore, quo illa declinare vellent, non possint. Enimverò verba illa obsecro ponderemus, quæ Salvator noster Apostolis suis dixit, circa modum, quo perversi & reprobi puniendi erunt; dicit ergo Matt. 1 *Expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus & demergatur in profundum maris.* Quibus verbis

Matt. 26. Luc. 22. Joan. 17.

Daniel. 5.

significat, se non tantùm velle, ut demergantur in profundum maris, verùm etiam, ut prius lapis quidam molaris illis alligetur, ad hoc, ut postea in pœnis actualiter constituti & cruciati, inde egredi non valeant, tametsi vellent: *Non solùm in profundum maris peccator præcipitari jubetur, sed etiam mola ad collum alligata, ne inde unquam subsiliat, & in apertas auras extrahatur* Franc Mend. tom. 2 lib. 1. c 8. in lib. Reg num. 22 sect. 2. fol. 642. col. 1. nu. 2. lit. B.

18. Quando autem peccator post omnia hæc flagella perpessa ad æterna supplicia curtere non definit, judicandum est omnino, illum quâvis bestiâ deteriorem esse. Ad hoc propositum doctissimus Pater Philippus Diez pulchram quandam movet curiositatem. Quærit enim, an ex omnibus creaturis, tam rationalibus, quàm irrationalibus, quæ in Arcam Noë ingressæ fuêre, singulæ post diluvium in eodem prorsus numero, quo ingressæ fuerant, an verò in minori, vel etiam in auctiori, magisque multiplicatò fuerint egressæ. Quod quidem ad homines attinet, qui eandem intrarunt, certum est, horum octo fuisse, scilicet Noë, uxor ejus appellata Terkitres, filii ejus Sem, Cham, & Japhet, & tres eorundem filiorum uxores, Noëla, Noëgla, & Pandora, ut scribit Berosius, totidemque postea cessante diluvio ex Arca fuêre egressi; Et idem est, quoad cætera animalia; veruntamen quod ad hæc bruta animantia attinet, vehementiùs idipsum admitor; quia, ut idem Paret Diez scribit, tredecim in Arca mensibus substiterunt; ac proinde semper existimassem, quòd in tanto tempore tandem aliquando generatura fuissent; nec proinde aliis in ea animalibus subnatis, in auctiori fuissent numero egressa, quàm primitùs illam intraverant! Veruntamen neutiquam ita accidit, quin totidem ex Arca egressa sunt, quot illam intraverant. Hæ namque bestiæ ex diluvio ad mundi castigationem cælitùs immisso, tanto fuerunt metu perculsæ, ut tredecim mensibus continentes fuerint, & naturales sensualitatis suæ impulsus refrænarint: *Licet quatuor viri ac totidem fœminæ ingressi in Arcam Noë illicò, annum ac mensem integrum inclusi sint, non tamen plures exierunt, quàm fuerant ingressi; labor quippe ac tribulatio diluvii eos ab honestis etiam ac licitis matrimonii voluptatibus fecit abstinere, & sic nec conceperunt, nec peperunt.* Et hoc quidem quoad creaturas rationales, postea verò de aliis animalibus sequitur: *Et hoc magis pensandum est, quòd nec agnus, nec aliquod aliud animal in arca natum fuit, in toto illo tempore.* O igitur vos peccatores libidinosi, qui ipsismet bestiis bestialiores estis, considerate idipsum, & confundamini. Quid ad hæc dicitis, qui parum à corvo ab arca emisso discrepatis? videtis, quòd Deus iratus vos flagellat nunc per pluvias, quæ agros diluunt & inundant, nunc per siccitatem, quæ terra exarescens sterilis efficitur, nunc per grandines & tempestates, quæ messem penitus dissipant, eaque pœnarum diluvia Deus cælitùs vobis immittit, eò quòd corvo nequiores esse pertinaciter decreveritis. Verùm, ô Deum immortalem! Ecquid aliud de vobis dicere possum, nisi quòd bestiis longè sitis deteriores. Utique de vobis, qui nec Deum timetis, nec ejus flagella curatis, dici verè potest, quod in Proverbiis de vestri similibus scriptum reperitur: *Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas.* Vos veras salutis semitas relinquitis, & ad inferni præcipitia toto corde inclinatis: *Qui lætantur cùm male fecerint, & exultant in rebus pessimis.* Non solùm nulla suffunderis verecundia, nec pœnitentia aliqua moveris ob Deum Opt. Max. gravissimè per te offensum, verùm etiam de hoc apud alios, haud secus ac si Deo sacrificium aliquod immolasses, vehementer gloriaris, teque jactitas; & quantò culpæ tuę sunt graviores, tantò minus supremæ justitiæ vindictam metuis: *Quorum viæ perversæ sunt, & infames gressus eorum.* Num fortè per alias vias progrederis, quàm quæ te ducunt ad scelera, hostilitates, vel ad prostibula? O Deus immortalis! quòd si hisce temporibus in templa descenderes, utique longè deteriores illius profanatores in eo deprehenderes, quàm fuerint illi, quos hodie ex domo illa repellis & ejicis, quæ nulli alteri fini adhiberi debebat, quàm ut Deo in illa immolarentur orationum & holocaustorum sacrificia. Plus etenim Ecclesia tua per Christianismum contemnitur & polluitur, quàm templum olim à populo Hebræo. Ubi nunc sunt flagella tua, quando humana iniquitas impunè magis dissimulatur, quàm unquam? Ne dubitetis, ô peccatores, Deus in vos gravius animadvertet, quando id minus futurum esse existimatis; suo namque tempore futurum erit, ut credatis, quæ nunquam per experientiam comprobastis, & experiri cogamini, quæ nunquam credere voluistis.

Berosius ap Franc. Greg Venet tom 1. de hist sac. sect. 2. de Noë & diluvio, fol. 14 nu. 69.

Phil. Diez part. 2. ser. 4. post Domin. 1. Quadrag. fol 86. num. 16.

SERMO VII.

SERMO SEPTIMVS.

FERIA QVARTA DOMINICÆ PRIMÆ QVADRAGESIMÆ.

Magister, volumus signum à te videre. Matth. cap. 12.

PErversi hi Scribæ & Pharisæi immunda quædam omnium imaginabilium vitiorum sentina erant, qui cùm cor haberent pessimo veneno imbutum, labiis tamen suis exterioribus mel stillantes, Christo 1. eò usque processêre, ut ejus calumniarentur innocentiam. Scribæ quidem erant, sed falsarii, Pharisæi, & hypocritæ manifestissimi, & viva quædam ex originali impietatis, per manum malitiæ deducta effigies. Ne ipsa quidem aspidem & Basiliscorum viscera tantum intra se venenum conservant, nec tantam sulphuris flammam tartareus mons Æthna ex horrida sua vastitate vomit, quantam ipsi malignitatem in se produnt, licèt fictæ cujusdam bonitatis colore depictam. Verecundiæ robur in illorum vultu comparere erubuit, atque ideo illo subnoto, temerario quodam ausu Salvatorem deturbando accesserunt, multisque simulatis titulis honorarunt: *Tunc accesserunt ad Iesum.* Tunc, quando se victos fateri debebant, & confusos, tunc iaquam magis, quàm aliàs arrogantiæ vento tumidi, se pertinaces demonstrabant. Unde Chrysost. in cap. 12. Matth. hom. 24. ait: *Quando admirari, quando obstupescere, quando facem confusi decedere debebant, tunc in malignitate atque pertinacia pertinaciter perseverant. Accesserunt ad Iesum*, inquit Evangelista, sed tanquam vulpes mansueti agni pelle vestitæ, & gressibus quidem corporis ad Christum accesserunt, qui voluntate & animâ tantum ab eo recedebant, quantum cælum distat à terra. Simulato quodam honore, quem ironicè ei exhibebant, cum contumelijs habebantur potiùs, quàm honorabant, Magistrum cum vocantes, cujus accepere doctrinam renuebant: *Verba sunt adulatione ac derisione plena*, (inquit Chrysostomus,) *& modò adulantur, modò convicianturr, modò illudunt, modò Demoniacum, modò Magistrum appellant.* Tantum de se præsumere audent, ac si Christi miracula à suæ penderent voluntatis beneplacito; unde dicebant: *Volumus à te signum videre*: O vos scelerati, an nescitis, in Platonis scholam neminem admitti potuisse, nisi primò fuisset in Geometria edoctus: *Nemo huc ingrediatur expers Geometriæ*? Et vos simulare audetis, in Christi scholam vos ascriptos esse, qui ne quidem prima christianæ politicæ rudimenta edocti estis? Hæc namque in facienda Dei voluntate consistit, non verò in sectando propriæ & protervæ voluntatis inordinato arbitrio, qualis est vestra, dum dicitis: *Volumus.* O oblivioſi Pharisæi, cur laudabiles antecessorum negligitis consuetudines? Nunquid auditis, Davidem Regem & Prophetam vestri erudiendi causâ dicere solitum fuisse: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam; Deus meus volui, & legem tuã in medio cordis mei*? Cur igitur usurpare audetis acerbum hoc *Volumus*, præsupponentes ipsummet Deũ fallacibus voluntatis vestræ vestigiis insistere, quæ inter ignorantiæ tenebras palpando malo se confœderatam, bono verò inimicam declarat? Nulla inveniri lex potest, quæ vos ab illa defendere possit sententia, qua Eucherius vos stultos, superbos, & infideles declarat: *Quanta*, inquit, *est superbia Scribarũ & Pharisæorũ, tanta est stultitia & infidelitas eorum, non negant, ut expostulent, sed inflato stomacho, & rectâ cervice dicunt, volumus.* Dissimulare equidem quemvis alium perversorum istorũ hominum defectũ facilè possem, ô Auditores, verùm arrogantiam hujus vocis *Volumus* sine magno

Apud Diogen. Morig in ser. 4. post 1. Dom. Quadr.

Psal. 39.

Eucher. serm. 4. Dom. 1. Quadr.

fastidio audire nequeo ? dicere volo proptium est Dei & ad solum creatorem spectat, solus Deus illud usurpare debet, quam igitur dedecet hodie nos ipsum sibi arrogare calumniatores, tanto parum idipsum imo minus nos decet, qui veri sumus Christi Discipuli. Vnde Paulus de Palao in c. 12. Matt. [ô si nunquam hæc vox volumus, à nobis prodiret ! ô si nunquam voluntas nostra, nostra esset ! ô si solùm vellemus, quod Deus vellet! Hæc nostra voluntas est, quæ nos in infernum præcipitat.] Et quidem si ita est, generosè Dei voluntatem sectemur, nostra voluntate propria nos privantes, illamq; consignantes in manu Dei depositum, ita ut ejus nutibus omne nostrum velle sit subordinatum, nostraque suæ semper sit conformis voluntati quando ita determinatum est in

Concil. Colon. de vita monast. c. 12.

Concilio Colonien si hisce verbis [Nullum est bonum nisi voluntarium & coacta servitia Domino ingrata esse dicuntur.] Ad hoc igitur fideliter præstandum, in præsenti discursu vos sũ cohortaturus. Vos interim verbum Dei attentè auscultando voluntatem meam facite. Ego ut vobis correspondeam, vestræ quoque satisfaciã voluntati brevitati per ônia studendo.

2 *Volumus signa videre* tot à Christi omnipotentia patrata miracula ad persuadendum Pharisæis quod obstinati nec intelligere, nec capere volebant, minime sufficerunt. *Post tot tantaque signa* [stupefactus ait Chrysost.] *quasi nullum signum esset factum, dicere audent volumus abs te signa videre.* Num forte volunt ut antiquis se renovantibus sæculis duos dies lapides, septẽ verò diebus grandines saxis intermixtas depluat, prout Anno 659 post Romam fundatam accidit ? Vel quod in aëre trabes igneæ appareant, vel quod à stellis incendium quoddã delabatur in magnam terræ partitiem, prout annis Philippi Imperatoris contigit, vel aliud quoddam signum non dissimile illi, quæ tempore Iulii Cæsaris visa sunt, vel quæ Moyses in Ægypto patravit mutando aquas in sanguinem, virgam in serpentem, vel dividendo mare, ac demum fluctuantes & tempestuosas ejusdem furias ad Pharaonis suorumq; totale excidium revocando. Hæc omnia licet à nimia nascerentur curiositate adhuc tolerabilia essent. Verum hoc *Volumus* omnem prorsus modum excedit. Pro cujus intelligentia advertendũ est quod docent Theologi, quod nimirum voluntas nostra divinæ voluntati tribus potissimum modis possit & debeat conformari: *In volito, in motivo & in termino*: Conformitas in volito in hoc consistit quod debeamus prosequi velle Dei in omni eo quod ipse vult: In motivo, id est non sub alio prætextu quam charitatis. unde ficut Deus omne quod vult sub ratione charitatis vult, ita & nos quidquid volumus, sub eodem motivo velle debemus? *In termino vel ex fine ultimo*, id est, sicut Dominus omnia voluit ordinavit & produxit *propter nominis sui gloriam & honorem*: Ita & nos omnia quæ facimus ordinare debemus ad ultimum terminum vel finem ejusdem gloriæ. Ita nos docet S. Th. Et quia *bonum conflcit ex integra causa, & malum ex quocunq; defectu*, ideo voluntas nostra bona erit, si prædicti circũstantiis omnibus vestita fuerit, quod si verò vel una deficiat, imperfecta dici meretur, cõformari divinæ voluntati tantum in volito non sufficit, quia talis quoq; erat Hebræorum voluntas circa mortem Christi, sed non concordabant in motivo charitatis, siquidem movebantur ex invidia: *Sciebat enim quod per invidiam tradidissent illum*; multo minus in termino vel fine ultimo, siquidem ipsum crucifigebant non ob majorem Dei gloriam, sed propter proprũ interesse: *Expedit vobis, ut unus homo moriatur pro populo*: Vt igitur voluntas humana divinæ conformis sit, *saltem per modum imitationis* triplicata conformitas *ex necessitate* requiritur, scilicet *in volito, in motivo & in termino*. Hebræi difformes erãt à Deo per voluntatem *in volito*, siquidem dicebant, *volumus signa videre*; quam voluntatem Christus non habebat; ô fformes quoq; erant *in motivo*, quia ad hoc velle instigabantur ab infidelitate & curiositate, difformes denique erãt in termino, utpote qui ad nihil aliud respiciebant, quam ut calumniari possent Salvatorem. Vnde ipsorum voluntas ipsos condemnat & ob illam à Salvatore nostro aspernimè reprehẽsi fuerunt, dicente: *Generatio prava & adultera signum quaris, & signum non dabitur ei.*

Chrysost. ho. 44.

Tit. Liv. lib. 5.

D. Th. p. 1. q. 19.

31 Certissimum est apud Philosophos, quod omne ens quod movetur, in tantum movetur in quantum est motum ab alio, sive hoc sit causa efficiens, sive finalis: *Omne quod movetur, ab alio movetur*: sic Cœli moventur *ad motum primi mobilis*, ad motum totæ principalis in horologio omnes aliæ vertuntur. *Vna movetur omnes* Dux belli qui movetur ad eundũ in militiam, movetur a desiderio acquirendi sibi honorem & famam. Si alius vitam suam in aula Principis trãsigat, facit id stimulo conseqẽn-

P. Salm. 492.

&

di ad dignitates & dominia. Etenim voluntas nostra nullum debet habere primum motorem solo excepto Deo, hujus voluntas (sive illa sit beneplaciti & absoluta, sive signi & desiderii, ut loquuntur Theologi) debet sola esse norma & regula voluntatis nostræ. Ac proinde Scoto in 1. dist. 10. definitur: *Est prima regula irregulata regulans omnia*: à S. Thom. autem in q disp q 23 art 6. de volunt. Dei: *Divina voluntas regula est & mensura omnis bonæ voluntatis*: denique à Magistro Sent. l. 1. dist. 4. *Summe bona voluntas causa est omnium, quæ naturaliter sunt, vel facta sive futura sunt.* Voluntas beneplaciti est absoluta & de hac intelligi debent verba Propheræ: *Omnia quæcunque voluit fecit*, Psal. 133. quia *non est, qui sua possit voluntati resistere*: Esth. 13. alia autem voluntas signi, qua Deus nobis significat & demonstrat quod nobis faciendum sit prout fecit Moysi: *Notas fac vias tuas Moysi filiis Israel voluntates tuas*; Psalm. 102. quas licet possimus, nō tamen debemus contra venire. Atq. ideo facere aliquid ex proprio arbitrio dicēdo: *Volo* vel *volumus* nunquam est sine periculo incurrendi cande reprehensionem quā Christus Pharisæos objurgavit, dicens: *Generatio prava & adultera signum quærit, &c.*

4 Homo creatus est ut sit imago quædam expressiva unius in essentia, & trini in personis: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*: Genes. 1. Vbi littera Hebræa loco *similitudinem* legit umbram: *Ad umbram nostram.* Ergo homo umbra est Dei? Hæc translatio utique cogitationibus nostris negotium facessit. Scio quidem quod umbra habeat esse dependens à corpore, ita ut ubi non est corpus, umbra quoque esse non possit. Scio itidem Deum esse incorporeum, simplicissimum & à quavis compositione maximè alienum. Diamante tametsi is materialis sit, nihilominus quia adeò est diaphanus & purus, dicitur quod umbram non faciat: *Sine umbra.* Quanto igitur magis de Deo id dicendum erit? Vnde libenter à huic Hebraicæ versioni subscribere vellem, imò cum Legistis dicendum esse crederem. *Testis unus, testis nullus.* Veruntamen Job hujusce veritatis defensorem expresse se declarat, dicens: *Fugit velut umbra.* Job 14. Fortè quia S. Gregorius lib c 27. dicit: quod *Comparatur sortis umbra quām solisquia amisso amore Conditoris, calorem cordis perdidit & in solo iniquitatis suæ frigore permansit*: Aut quia umbra symbolū est protectionis Davide dicente: *Sub umbra alarum tuarū protege me*, Psalm. 16 Et similiter Sponsam sacris Cant. id confirmāte dū ait: *Sub ūbra illius quem desideraverā sedi*: Cantic. 2. Videamus igitur ô Auditores, num David aliquod nobis ministraturus sit lumen, quo in investigando vero sensu, intellectu nostro hujus umbræ obscuritatem penetrare possimus. Velim igitur ô summe Deus (dicebat sanctus ille Rex) ut hanc mihi concederes gratiam movendi scilicet gressus meos per veram semitam, quæ ad æternam nos dirigat salutem: *Dirige gressus meos in semitis tuis*, cum hac tamen expressa conditione, ut veluti columna quædam fixus semper persistam & immobilis: *Ut non moveantur vestigia mea.* Verum ô David videris mihi gratiam quandam impossibilem à Deo postulare, quomodo enim fieri potest ut quis simul & semel moveatur & firmus ac immobilis perseveret? Motus enim cum quiete est incomparabilis. Equidem cogitationes vestras ô Auditores paulisper suspendite, interea vos mecum transferentes in hortum Gethsemani, ubi Salvator Petrum asperrimè reprehendit, quod Petrus acceptum ensem strinxisset in Malchum: *Converte gladium tuum in locum suum; Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt, an putas quia non possum rogare Patrem meum, &c* Matth. 26 At verò ô Domine, hanc reprehensionem tuam capere non valeo, paulò enim ante discipulis tuis præcipisti, ut gladium sibi compararent, eumque in quamvis obviam necessitatem haberent expeditum, idqueadeò seriò præcepisti, ut volueris ut is qui ex ære suo gladium sibi comparare non valeret: *Vendat tunicam suam & emat eum.* Luc. 22. Nunc autem in præsenti gladio utendi occasione, vis ut Petrus illum convertat in locum suum, eumque adeò vehementer reprehendis, ac si defectum aliquem gravissimum commisisset. Quo fine præcipis comparati gladium, si nobis in quavis etiam urgente occasione illius usum. Idipsum quoque sanctum Ambrosium in admirationem rapuit, qui Petri actionem defendens dicit: *Si prohibes ferire gladio, cur emere præcepisti?* Tandem verò sanctus Augustī punctū difficultatis tetigisse videtur: Hic enim dicit, quod Apostolus in hoc quidē benefecerit, quod ensem super femur suum portarit, in hoc enim se conformabat voluntati divinæ, quæ idipsū ei præceperat: quod aut gladio

gladio illo in damnum proximi usus fuerit, in hoc faciebat præter præceptum magistri sui & ambulabat gressibus voluntati propriæ non verò divinæ atque ideo à Christo reprehensus fuit: *Dominus jusserat, ut ferrum discipuli ejus ferrent, sed non jusserat ut ferirent; exemit gladium authoritate propria, extendens manum non voluntate divina.* Petrus igitur actum quē-dam commisit divinæ voluntati adversantem: David autem nullum facere gressum aut movere pedem volebat, nisi à primo mobili voluntatis divinæ motus & inductus. Quasi diceret: *Dirige gressus meos in semitis voluntatis tuæ, ut non moveantur vestigia mea secundum voluntatem tuam.* Volo ut meum velle sit quasi non esset. Idque fortè quia umbram se creatoris sui esse sciebat. *Faciamus hominem ad umbram nostram.* Quotidie videtis, ô Auditores, quod umbra in tantum moveatur, in quantum corpus movetur, adeo ut si corpus ad dexterum vel ad sinistrum latus ambulet, ad sinistram quoq; vel ad dexteram ipsa quoq; umbra declinet: Denique quot passus corpus facit, tot quoq; passibus umbra moveatur, adeoque videtur quod umbra velle corporis sequatur & observet. *In omnibus & per omnia.* Et hoc sensu metaphoricè Homo umbra Dei esse dicitur. Unde S. Greg. scribit: *In omnibus quæ agimus vim superna voluntatis inquiramus, cui videlicet cognita debet nostra actio devote famulari, & quasi ducem sui itineris prosequi, ne etiam nolens serviat, si hæc superbiens declinat.* Ex quibus verbis clare deducitur, hominem veluti umbrā Dei nec quicquam à divina voluntate dimoveri debere.

5. Ipsa quoque paradisi Sponsa cœlestis Sponsi sui umbram se esse declaravit, dum ait: *Anima mea liquefacta est, ut dilectus meus locutus est*, quasi diceret: Vox Domini & dilecti Sponsi mei causa est, cur anima mea liquefacta fuerit. Etenim quod Moyses vitulum aureum vi verborum [*à facie verbi*] ut opinatur Glossa in minutissimū pulverem redegerit, nihil in se eximium habet: at verò animā aliquam liquefieri valde mihi videtur difficile, siquidem anima nec cerea nec nivea, nec plumbea est, ut facile liquefieri possit. Respondet B. Ægidius intelligendum esse, id factum *propter dulcedinis contemplationem.* & est quidem expositio optima, cui tamen adjungi potest ex doctrina Philosophorum, quod *sicuti durum terminatur termino proprio, sita liquidum termino alieno.* Per hoc insinuando, quòd voluntas Sponsæ non erat sequi proprium arbitrium, sed sponsi sui voluntatem, quam pro termino, & fine motive cunctarum operationum suarum habebat, ac proinde dicit *Anima mea liquefacta est.* Unde Guarricus Abbas ait. (Magna in liquefactis mobilitas & prompta voluntas intelligitur.) Idem passus ab Hailgrino viva quadam similitudine explicatur. Aurifex inquit, aurum in vase quodam collocatum igni super imponit, ut illud liquefaciat, ac deinceps prout illi collibitum fuerit idem usurpet. Quod si aurum ignis virtute liquefactum interrogaretis quidnam ex se perartificem fieri mallet an annulum quendam cui opulentus adamas innectatur, an verò monile quoddam ad collum magnæ alicujus Principissæ suspendendum, an denique diadema aliquod Regio vertici impositum omnibus in veneratione sit; certus sum quod si respondendi facultate præditum esset, diceret utique hæreo hic super igne in hoc vase liquefactum ut aurificis voluntatem adimpleam; & quidem parum mea interest quid de me facere statuerit, an monile aliquod in ornamentum mulieris Principis, an verò Regium diadema, vel denique an ungulam equi muniens ferrum pro me suppleri velit? Velle enim meum in manibus magistri consistit? & revera hæc propriè fuisse videtur Sponsæ loquentis intentio. In ipsissima Hailgrini verba: [Postquam dilectus locutus est, anima ejus exarsit & liquefacta est, sicut metallum liquarum formam acciperet, quam Spiritus S. Artifex vellet, quasi inferre vellet: Si Dominus meus me pauperem esse velit, non repugno; Si infirmam, ecce me promptam; Si laboribus obrutam, non contradico, si miseriis & ærumnis vexatam, acquiesco; Si Cœlum turbato oculo me respiciat, ego neque quicquā turbata voluntatem meam ejus influentiis accommodo, qualescunq; illæ sint fortunatæ vel funestæ, uno verbo divinus Sponsus meus vel me condemnet ad flammas, aut etiam mortem mihi immittat: dummodo sua gratia me non destituat, promptissima sum ad conformandam velle meum velle divino qualem Deus me esse vult, satis semper ero. Et quidem quod ad Davidem attinet is in hoc puncto Sponsæ minime cedebat, utpote qui cor & animum promptissimum se habere protestabatur ad omnes ex divina dispositione obvios eventus, sive prosperi illi essent sive sinistri; Unde dicit? *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*, id est, firmum & stabile, ut exponit Gene-

D. Aug. l. 22. con. Faust. cap. 70.

Suarez t. 2 in 3. p. disp. 34. sect. 3.

D. Greg. l. 6. in c. 5. Iob. c. 14.

Cant. 5.

Ægid. in Cant. lect. 11.

Gerebrardus, *quasi dicat cor meũ ac voluntas mea fixa sit in voluntate Dei, permittat quod libentissimè & Psalmum dicam.* Quod verò potest hanc secundo vice repetat paratum cor meum sibi secundo juxta expositionem S. Bernardi quasi dicere volebat: Voluntas mea disposita est, ut se conformet voluntati Creatoris tam in consolationibus quàm in ærumnis: *Paratum quantum ad adversa, paratum quantum ad prospera, paratum ad humilia, paratum ad sublimia, paratum ad naviter agenda quæcumq; præcepta.* Vix Sanctus à splendoribus cœlestibus consolus, atque à voce Christi perterrefactus & in terram prostratus erat, quin transformatus in Paulum amissos animi Spiritus recuperans animosè diceret: *Domine quid me vis facere?* quasi diceret, quidnam circa me ô Domine prætendis, vitæ ut infidelitatem deseram, vel ut literarum magistratus, quibus facultas Christianissimum ubique persequendi mihi conceditur, dilucrem, aut ut totum mundum fidem prædicando pericuram, ut Apostolus tuus fiam, ut Hebraismum detester, ut Doctor gentium existam, ut gregem tuum defendam, ut nomen tuum ab oriente ad occasum circumferã, ut sanguinem effundam, aut denique ut carnificis ictu vitam exponam? Potius meimetipsum obliviscor, quàm ut divinæ voluntatis tuæ obliviosus fiam. Optimè igitur de hisce Apostoli verbis melliffluus Bernardus exclamavit: *O verbum breve, sed plenum, sed vivum, salutare, solemni acceptione dignum.* Sanctus quoque Tutonensis dum in agone constituta animam labiis insidentem haberet, & cũ morte conflictaretur oculis semimortuis in cœlum elevatis promptum se Domino obtulit, ut judicaret se populo suo necessarium esse, vitam ei prolongaret, utpotè quam intrepido animo inter hujus mundi adversitates fideliter ducturusque in Dei servitium adhibiturus esset, pugnando omnem sibi laborem ea de causa subeundum amabilem futurum, dummodo in hoc divinæ voluntatis beneplacito perfectè satisfaceret: novaitaque de novo adorti pericula volebat, novos cum mundo & diabolo agere conflictus & certamina, seque paradiso & Beatorum jucundissima societate ad tempus Deo bene visum privare, tametsi unum pedem in finibus cœlorum collocatum habuere, libentissimè tamen illum inde retrahere & adhujus vitæ angustias redire, si divino id placitum esset arbitrio, dicebat enim: *Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem fiat voluntas tua* adeòque à modo loquendi Davidis dicentis: *Paratum cor meum*, non multum absimilis videbatur. Unde Bernardus: *Paratum cor tuum Martine, paratum cor tuum, sive manere in corpore, sive dissolvi & esse cum Christo*, divinæ voluntatis dispositioni per omnia se committens dicendo: *Fiat voluntas tua*, ac si diceret ut idem melliffluus scribit: *Hoc cupio & specialiter & vehementer, sed ne quidem recuso, desidero requiem sed non recuso laborem, Fiat voluntas tua.*

6. Hæc doctrina à Christo nobis tradita fuit eamque didicimus *peculative* sed non *practicè*; hanc etenim cœlestis magister noster nobis lectionem tradidit *si orabitis: Pater noster &c.* Et postea subjungit: *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra.* Porrò multæ in hoc salutifero documento continentur difficultates, B. Ægidius dicet nos hisce verbis Deum rogare ut voluntatem suam adimplere velit verificando promissionem nobis factam æternæ beatitudinis: *Fiat voluntas tua, id est, impleatur voluntas tua in nobis & de nobis perfectè, quod non erit nisi quando implebitur in bonis desiderium nostrum, scilicet post hanc vitam,* S. Augustinus dicit, Si nos Dei voluntatem facere possimus ad quid eum rogamus *ut fiat voluntas ejus? Quid stultius quam orare ut facias quod in potestate habeas?* Respondent Theophylactus, Euthymius, Paschasius, Albertus Magnus, Chrysostomus & alii, quod licet in nostra potestate sit, illã tamen executioni mandare non possimus sine gratia Dei: *Ac si sit sensus, Domine da nobis tuum gratiam, ut per eam bene operantes in omnibus tuæ voluntati obediamus.* Abbas Isaac dicit: *Quid est aliud dicere fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra quam ut sint homines similes Angelis, & sicut voluntas Dei ab illis impletur in cœlo, ita etiam hi qui in terra sunt, non suam sed ejus universi faciant voluntatẽ.* Verum modestiùs ô Abba loquere; quod si enim in cœlo Beati Dei voluntatem faciunt, eamq; non facere non possunt, cur optamus ut *fiat voluntas Dei in cœlo?* difficultas hæc mota & resoluta est à S.P.N. Augustin. dicente: *Cum in Sanctis facta jam sit Dei voluntas cur ut fiat adhuc petunt? Nisi ut perseverent in eo quod esse cœperunt:* Unde vides non sufficere semel, bis vel ter Dei voluntatem adimplêsse, sed semper voluntatem nostram cum divino arbitrio esse conformandã, quia nos in omni occasione,

S. Bern. serm. de S. Martino.

Matt. 6.

Æ. id. sup. orat. Dom. ibi.

D. Aug. l. de nat. & gra. c. 18.

Chrysost. ho. 14. in Imperf.

Abbas Isaac collat. 9. de ora. Do. c. 20.

D. Aug. in ctt. D. Th. ibi. tex. 6. l. C.

loco, & tempore Deiformes esse debet.

7. S. Thomas causam inquirit cur verbum æternum antequam incarnaretur Gabrielem Archangelum ad Virginem submiserit ? Quæ-
D. Th. 3. p. q. 30. a. 1. nam erat hujus cæremoniæ necessitas : *Hæc annunciatio non erat necessaria simpliciter, ita ut sine ea non potuisset incarnari.* Cajetanus ibid. suam doctrinam adfert dicens : (Quod major certitudo hujus mysterii in B. Virgine causa est ex prævia annunciatione) Vel: Quia divina providentia disponit omnia suaviter, in mente itaque erat prius movenda, ut prius conciperet mente quam ventre.) At verò Angelicus Doctor respondet verbum æternum voluisse ut virgo prius eliceret actum conformitatis voluntatis suæ cum divina ei consentiendo in cujus virtute meteretur *de congruo salem* actum adeò
D. Thom. ibid. mysterium ; *Ut voluntaria sui obsequii munera Deo offerret, ad quod se promptam obtulit dicens : Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Scio equidem multos se cum divina voluntate conformare, sed voluntate coacta, quia aliter facere non possunt, necessum autem est, ut conformitas hæc sit spontanea ; Deus prædicatorem quendam mundo, præcipuè verò urbi Jerosolymorum submittere volebat, ut animas à malo averteret & converteret in bonum : Unde Isaias in Spiritu elevatus audivit Deum aliquem ad id idoneum quærere, & quasi nescum quem tali officio eligeret dicere : *Quem mittam ? Et quis ibit nobis?* Isa. 6. Verum dicat aliquis, si Deus Dominus & patronus omnium creaturarum est, & si per suam scientiam & sapientiam infinitam videt, scit & cognoscit omnia, cur non subitò mittit sibi visum meliorem, aut quem aptiorem judicat, eique dicit, vade, sic enim volo, sic tibi præcipio ! Nequaquam id conveniens esse ducebat, sed potius expectabat ut eligendus sponte propria ad eundum sese offerret, suamque ad secundandas divinas resolutiones promptitudinem testaretur : Unde Isaias ut divino beneplacito satisfaceret, ejusque voluntatem secundaret, in pedes se erexit & dixit, *Ecce ego, mitte me*, q.d. O Domine te exiguitatem meam elegisse probè scio, atque ideò cum tibi contradicere nolim, ecce me, ne enim à tua voluntate difformis fiam, curæ mihi erit, ut expeditior sit manus mea ad operandum, quam
D. Ambr. serm. 14. in Ps 118. auris ad audiendum prompta esse possit : Libens itaque abibo ita hunc passum exponit S. Ambrosius : *Expectat* inquit, *Dominus voluntarios ministros : utique servulo suo poterat imponi quem dignum, qui mitteretur invenerat, sed maluit ejus spontaneam oblationem,* S. Paschasius causam investigat cur Joannes Evangelista de morte Christi loquens eandem hisce terminis exponat : *Inclinato capite emisit spiritum?* Si enim verum est, quod mori nihil sit aliud quam Spiritum & vitam amittere, potius & magis propriè uti debuisset termino *amisit* dicendo : *Amisit spiritum.* Audite differentiam quæ inter duos hosce terminos vel verba reperitur *amittere* propriè significat perdere rem aliquam contra petentis voluntatem ; atque hinc est quod Ilius viduam quandam quæ filios amiserat loquentem introducens dicat : *Amisti vos cum luctu & injustitia:* Chronista vero Geneseos scribens ut demonstraret Noemum sponte & voluntariè columbam ex arca dimisisse dicit : *Emisit columbam* Genes. 6. Joannes igitur persuadere nobis volens, quod Christus voluntariè mortuus sit, ut voluntatem suam cum voluntate patris æterni conformaret dicit : *Emisit & non Amisit.* Unde Paschasius inquit *non dixit, Amisit sed Emisit spiritum, quia voluntariè passus & voluntariè mortuus :* ut nos doceret voluntatem Dei à nobis voluntariè explendam esse.

8. Verum enimverò difficultas quædam hic mihi subnascitur, quomodo enim dicere & salvare poterimus, quod Salvator Deiformem voluntatem habuerit (loquendo ut homo) enim in horto Gethsemani æternum patrem summo rogaverit ut passionis calicem si possibile esset à se auferret : *Pater si possibile est transeat à me calix iste,* Matth. 26. ergo, inquiet aliquis, voluntatem divinam facere recusavit. Mulæ & variæ, sed omnes mysteriis plenæ sunt circa hoc Patrum responsiones. Salmeron tr. 12. de Pass. & Corn. à Lapide dicunt, quod *videbat Christus multos ingratos fore suæ passioni* Maldonatus ibi exponit, *si salvâ gloriâ tuâ fieri potest.* S. Hilarius in Cat. dicit: *Quomodo à me bibitur, ita ab his bibatur sine spei differentia, sine sensu doloris, sine metu mortis.* S. Thomas 3. p. q. 18. art. 5. dicit, duas dari in Christo voluntates quarum una vocatur *voluntas sensualitatis*, altera *voluntas rationis*, quando Christus Patri dixit : *Transeat à me calix iste* à voluntate *sensualitatis* motus sunt, qua juxta Cajetani doctrinam *refugit lasiones corporis & dolores sensibiles.* Idemmet quoque Angel. Doctor : *D. Th.* passurus calicem duobus modis considerat vel *q. 46.* in quantum *erat afflictio quædam innocentis,* vel *a. 5.* in quantum

in ordine ad fructum *ad quem Deus ordinabat* cauleum passionis : *Transeat* intelligi debet in primo sensu, non verò in secundo, ac proinde submittatur : *Non mea, sed tua voluntas fiat* ; Quæ verba à Paulo de Palatio sic explicantur : (Non meus affectus naturalis impleatur, non tua mihi miseratio succurrat, sed tua voluntas æterna opere compleatur.

9. Nisi Christi in hoc puncto imitatores fuerimus, quamnam invenire poterimus excusationem legitimè nos excusantem? Num fortè quod nimis difficile sit, nostræque vires id assequi non possint? Quod si Dei voluntas esset ut per aera volaremus, vel complanaremus montes, vel materiem ceraremus, aut nos conjiceremus in flammas : hanc excusationem adducendi causam haberemus : verò nos divinæ voluntati conformare adeò facile, ut difficilius esse expetiamur, si aliud allegare velimus. Elegit Christus tres discipulos Petrum, Jacobum & Joannem, eosque secum in hortum Gethsemani conducit : *Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi cœpit contristari & mœstus esse, dicens : Tristis est anima mea usque ad mortem.* Dionysius Carthus. multas hujus mœroris in filio Dei reddit rationes. Primo hunc admisisse dicit, ut hominem se sic demonstraret : *Ad ostendendum veritatem naturæ humanæ in se.* Secundò ob nostram utilitatem, siquidem per hanc pœnalitatem *maximam gratiam meruit nobis.* Tertiò ad majorem nostram consolationem : *Ne viri virtuosi pusillanimes fiant, cum sentiunt sibi mortem instare.* Quarto contristatus est propter illos in quibus *vult fructum passionis suæ perire.* At verò S. Hilarius opinatur, Christum non solùm non timuisse hanc passionem & mortem, neque quod in patiendo & moriendo aliquam haberet difficultatem, sed quod ne quidem illam habere potuerit, siquidem nullus ei potuit repræsentari eventus quantumvis acerbus, qui incutere potuerit timorem, audite ipsissima ejus verba : *Quid enim Jesus in mortis sacramento doluisse existimandus est, qui pro se morientibus vitam rependat* ; Et posteà concludit : *Quem dolorem mortis Christus timeret? Potestatis suæ libertate moritur.* Ex quo enim spontanee patiebatur & moriebatur ad conformandum se cum voluntate Patris æterni non poterat sentire angustias, & impossibile erat quod aliquam in moriendo sentiret difficultatem per hoc demonstrando, quod si dulce est mori, quando quis voluntariè moritur, cut difficilè erit divinam facere voluntatem ei qui non repugnat vel non recalcitrat? *Tacet qui volens patitur* (inquit Chrysologus serm. 23.) *clamat qui laniatur invitus, non potest de morte queri, qui mortem dignatus non coactus assumit.*

10. Atque ideò tametsi vos nonnunquam in divina voluntate adimplenda aliquam reperiatis difficultatem, non ob id despondendum est animo, nec invitos vos exhibere debetis : *In magnis voluisse sat est*, talem enim Deum habemus, cui satisfit abundè si nos ad condescendendum in beneplacitum suæ voluntatis promptos & paratos esse videat. *Quidquid vis & non potes, factum Deus computat.* Et iterùm : *Coronat Dominus voluntatem ubi non invenit facultatem*, inquit S. August. in Ps. 57. atque hinc est quod ab eodem Patre voluntas distinguatur, & una vocetur plena, alia semiplena. Plena dicitur *secundum quam elicitur non solum actus interior qui est velle sed etiã actus exterior.* Altera vocatur semiplena quæ licet actum interiorem habeat, attamen est *sine actu exteriori*, qui in operis executione consistit. Si quando igitur homo per accidens aliquod extrinsecum impeditus esset, quo minus actum illum produceret, quem per voluntatem elegisset, dummodo *ex parte voluntatis nihil desit, tunc à Deo accipitur ille actus interior semiplenus, ac si esset actus externus plenus & completus.* Apud Deum si quis bonum aliquod facere non possit, sufficit si velit : (Ubi non est facultas faciendi, tunc apud Deum voluntas computatur pro facto ; quidquid vis & non potes, factum Dominus computat) inquit Reinerus de Pisis. Unde Glossa super illa verba Davidis : *In mandatis ejus volet nimis*, dicit : *Sufficit velle si perficiendi deest facultas.* Veruntamen pro majori claritate casum quendam in bonam formam redigamus. Pauper aliquis eleemosynæ loco dedit decem, dives autem centum dedit ; uter ex ambobus plus meritus est ; uter gratius Deo opus præstitit? Respondent Theologi, quod si pauper dedit *cum majori charitate & voluntate* plus divite mereatur, & quidem casus manifestè in S. Luca à Christo est decisus, dum ait : *Verè dico vobis, quod vidua hæc plus quam omnes misit*, Luc. 21. Et ratio est secundum Chrysostomum in cap. 21. Luc. *Quia Deus non paucitatem oblati, sed copiam affectus intuitus est.* Vides igitur an non facilè sit, & absque omni labore adhibito fieri possit, ut divinam quis expleat voluntatem, cum etiam eandem

D. Bern. Sen. se. 4. post Pent. ser. 1. c. 2.

dem non facienti hoc solum sufficiat, quod facere eandem & adimplere efficaciter voluerit, dummodo ex tua parte nil desit, quo minus revera adimpleta fuerit. Loca etenim scripturæ clarè idipsum evincunt. In Genealogia Salvatoris S. Matthæum duorum fratrum, Phares nimirum & Zaram mentionem facere invenio. Et quidem quod ex his duobus Phares nominet, id transeat, quia hic fuit primogenitus, à quo proinde Christus Dominus post longam generationum seriem nasciturus erat; Et in hac Genealogia de filiis duntaxat majoribus sive primogenitis fit mentio, ut videre est in Isaac, Jacob, Juda, Esron, Aram, Aminadab & aliis. Cum igitur Zara secundo genitus fuerit, qua ratione hic inter alios filios primi successores præ cæteris est privilegiatus ut in numero proavorum Christi reponatur. Difficultas hæc mota est à S. Ambrosio, dicente. *Non otiosè Matthæus utrumque signavit, cum Phares tantummodo commemorationem causæ deposceret: Cur autem cum Isaac duos genuerit; Iacob plures, singulorum tantummodo quos successionis Dominicæ causa poscebat fecit Scriptura sacra mentionem eorum autem utrumque memeravit, nisi quia hic in utroque mysterium est?* Maldonatus autem hujus rationem adfert dicens, quod hi duo gemelli in utero materno certarint, uter illorum futurus esset in Nativitate primus, ut in futuri Messiæ parentelam subintrare posset. Zara namque videns, quod frater suus utpote major sorte vigore vitium pollens, & egressui viciniot prævalituru seque præventurus esset, ad demonstrandam bonam voluntatem quam habebat ut primus nasceretur fecit quod potuit, quia verò impeditus erat, aliud facere nequivit, quam brachio & manu ex utero matris protensa fratrem suum prævenire: *Vnus protulit manum* Gen. 38. Hæc igitur Zaræ bona & prompta voluntas, qua parens Christi esse, & in ejus genealogiam ingredi desiderabat, eodem in pretio habetur, ac si fuisset primogenitus, ideoque de facto inter illos connumeratur non minus quam Phares: *Contendere jam in utero gemelli infantes videbantur* (inquit Maldonatus ibid.) uter primogenitus & Christi parens futurus esset; itaque voluit Evangelista honorem illis quodammodo partiri, ita Phares in Christi genealogia numerans, ut Zaram non penitus exclude er.

S. Ambr. l. 3 Luc. c. 3.

Ita Franc. Mend. 1. 3. an l. 1. Reg. c. 29.

12. Deus nunquam solitus fuit (prout ex Scripturis satis clarè deducitur) alicujus Patriarchæ Deus vocari, quamdiu is non erat mortuus, idque non aliam ob causam, quam ne talis occasionem haberet superbiendi audiens, quod Deus se quasi individuaret per ipsum appellando se Deum suum: *Ne tanti nominis majestate superbiret.* Et tamen in sacra Genesi invenio quod Deus significaverit se Deum esse Abraham & Isaac ipsoque Isaaco adhuc vivente: *Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac*, Gen. 28. Porrò quod Deus Abraham vocetur facilè indulgeri potest, quia hic jam ad alteram transierat vitam, prout ex capite 25. Geneseos deducitur: at verò nescio qua de causa dicatur Deus Isaac adhuc viventis, prout colligitur ex capite 35. Geneseos. Cur igitur se appellat Deum Isaac dum is adhuc vivit, & tamen hoc honore neminem aliorum dignatus est nisi post mortem? Ad hoc ingeniosè modernus quidam respondet, quod tametsi Isaac realiter viveret, attamen quia ut se conformaret voluntati divinæ, libenter se morti & gladio patris eum occidere volentis submisit, & per ipsum non stetit quo minus moreretur, hinc est quod actus ille voluntatis reputetur pro facto, ipseque à Deo veluti verè mortuus æstimetur: *Isaac licet tunc re-ipsa vitam ageret, tamen sua voluntate vitam jam profuderat, cum divino actus imperio patri se obtulerat jugulandum.*

Luc. 7.

Matth.

S. Aug. conc. Evang. cap. 20. in jul.

Pr. ut ait.

12. Postquam Rex David suam recuperasset sanitatem, ut vult Rabbi Abeu Esdra, vel remissionem obtinuit peccatorum commissorum adulterii & homicidii, ut alii nonnulli scribunt, debitas Deo redditurus gratias Psalmum quendam composuit, eumque hoc titulo insignivit: *Psalmus cantici* (id est *laudis & lætitiæ* interpretatur S. Athanasius ibid. fol. 89.) *in dedicatione domus David*, id est ad honorem sacri templi quod David Rex ædificati fecit. Lyranus hic dubium quoddam movet dicens, templum prædictum à Salomone, non verò à Davide Rege ædificatum fuit, potius igitur dici debebat in titulo: *In dedicatione domus Salomonis*, id est, quam Salomon filius ejus post mortem ei in regno succedens ædificaturus esset? Cur igitur permittitur quod in Scriptura à Davide fabricatum esse dicatur? idemmet Lyranus respondet Davidem voluntatem habuisse erigendi templum, *sed morte præventus* eam adimplere non potuit. Unde respectu bonæ & promptæ hujus intentionis hoc honore afficitur, ut ei sumptuosum illud ædificium adscribatur eodem

Psal.

in pto

in pretio habendo affectum & intentionem patris, quo effectus & executio filii habetur : (Licet Salomon templum illud ipso opere condiderit, David tamen multò ante illud animo & voluntate ædificaverat, unde non minus ad volentem extruere, quàm extruentem sacra illa domus pertinebat, cùm non minus Deus obsequendi affectu quàm effectu delectetur.

13. Sanctus Matthæus, & Sanctus Lucas parum inter se convenire videntur in quadam circumstantia, quàm de Centurione illo servi sui gravitet in lecto febricitantis salutem desiderante referunt. Sanctus Lucas etenim dicit, quod miserit, non verò quod iverit ad Christum : *Misit ad eum Seniores Iudæorum.* Luc. 7. Et rursum : *Misit ad eum amicos*, misit igitur non verò iit ad Christum sanitatem servi postulans. Sanctus Matthæus nihilominus eum in propria persona ad Christum iisse refert Matth. 8 dicens : *Accessit ad eum Centurio.* Utri ergò hic credendum erit, an dicenti quod iverit ? an verò scribenti quod miserit ? Sanctus Augustinus quicumque Evangelistam concordat, dicit : Quod *non accessit ad Christum in persona propria, sed per servum; modò qui facit per alium, ipse perinde ac si faciat per seipsum.* Cor. 22. de pœnit. dist. 1. quod ex infirmitate servi habebat : ibat tamen eo gressibus desiderii & bonæ voluntatis, atque ideò hic actus *completus* eodem loco habetur quo *plenus* & perfectus, intentio æquè æstimatur ac executio : *Accessit non quidem corpore, sed spiritu sive mente*, inquit Guilielmus Parisiensis, Ibid. fol. 15. col. 1.

14. Sanctus Paulus in secunda Epistola ad Corinthios prolixè recenset omnes suas adversitates & ærumnas in hoc mundo ob Christianorum perpessas, labores nimirum intolerabiles, obscuros carceres, vulnera profunda & sine numero, ac tandem subjungit, quamlibet ex his recensitis miseriis mortem sibi causasse, 2. Corinth. 11. *In laboribus plurimè, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.* Ergone plures mortuus fuit? Credebam ego quod quis semel tantum moreretur, & semel mortuus non moreretur iterum. Unde Sanctus Chrysostomus homilia in Genesi : *Estne possibile, ut quis sæpius moriatur ?* Imò verò : duobus autem modis mortuus est Sanctus Paulus, semper enim in suprædictis afflictionibus voluntatiè se morti obtulit, licet per auxilium gratiæ divinæ mortuus non fuerit, nihilominus quia non habebat voluntatem repugnantem, eodem modo reputatur, ac si tantum apud Deum acquisivisset meritum, quale acquisiturus fuisset, si qualibet vice persecutionibus ob Christi amorem toleratis mortuus fuisset : Chrysostomus ibidem : *Etiam, quamvis non mortis experientia, attamen moriendi proposito.* Gabriel Archangelus Zachariæ qualitates Joannis Baptistæ filii sui prognosticans inter cætera dicit, eum veluti Christi præcursorem nasciturum, habiturum quoque spiritum & virtutem Eliæ, ac denique præparaturum plebem quandam perfectam pro Adventu Messiæ, Luc. 1. *Ipse præcedit ante illum in spiritu & virtute Eliæ, parare Domino plebem perfectam* : Litera Græca legit : *Parare Domino populum præparatum* ; verum inquies, si populus de facto præparatus est, quomodo igitur Joannes ad illum præparandum venturus dicitur, videtur mihi quod textus Græcus hic tantologiam quandam committat, id est, vanam ejusdem rei repetitionem. Quid igitur sibi vult quod dicatur præparare populum præparatum ? Doctissimè Sanctus Hieronymus loco ly *præparatum*, legit *perfectum*, ac si præparatum & perfectum unum idemque sint, & is qui præparaturus est ad opus aliquod per voluntatem censeri possit opus jam perfecisse : *Populus* qui per voluntatem disponitur & præparatur ad Christi Adventum, eodem modo se habet, ac si effectivè esset perfectus *in esse completo*, inquit Sanctus Hieronymus : (Porrò quisquis præparatus est & impensè affectus ad virtutis perfectionem, ac si jam opere ipso perfectus esset, censeri debet.) Porrò si huic veritati quæ Sole manifestior est, fidem adhibere renuatis, huc adsit Zachæus, sua authentica hactenus dictis testimonium suum adjiciat : Domus ejus per præsentiam Filii Dei honorata fuit, ipse autem ingenti hoc sibi exhibito beneficio indignum æstimans, ut digniorem se redderet usuris renunciare, mercimonia illicita dimittere, omniumque quæ male acquisita possidebat restitutionem quandam facere & omnium facultatum suarum medietatem loco eleemosynæ inter pauperes dispensare decrevit, Luc. 19. *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.* Maldonatus supra ly *ecce* ingeniosam facit reflexionem, & dicit

dicit, quod dictio ista exigat attentionem, quia denotat quid magnum, quod Zachæus hic dicere vel facere statuit. Magna res, sed ecquænam illa? fortè quod latro vel fur restituat? vel quod avarus aliquis Eleëmosynam dispenset? Nihil horum, sed quod per charitatem det pauperibus, suumque creditoribus debitum restituat: *Do pauperibus, & reddo quadruplum.* Cùm tamen ipsum potiùs dicere debuisse videatur, Dabo & reddam quidem in eo momento, quo hæc dicebat, effectivè non dabat, nec restituebat, sed solam habebat dandi & restituendi intentionem, idque tantò magis, quia tunc occupatus erat in exhibendis civilitatibus, quæ Salvatori hospiti suo debebantur, in præparatione convivii, in auscultandis dulcibus & divinis sermonibus suis, quo igitur cum fundamento dicit, *Do & reddo.* Verum quidem est Auditores, quod de facto non dabat nec reddebat, quia tamen idipsum faciendi firmam intentionem & voluntatem habebat, ideò hæc velut actio facta & perfecta æstimabatur, & licet opus semiplenum esset, eodem tamen in ptetio erat quo plenum & perfectum, ac si de facto pecunias numerasset & restituisset monetam: *Zachæus dum promptus est & alacris ad dandum pauperibus, & reddendum creditoribus, recte dare & reddere dicitur, quia qui donare intendit & alacris est ad donandum, meritum donationis planè anteverlit; fit enim præmaturè donans, qui alacriter donationem intentat.* Didacus de Cel. in Jud. capite decimo tertio, vers. 1. §. 19. nu. 47.

15. Idipsum quoque Salvator noster per Parabolam Domini & servorum suorum denotare voluisse videtur. Hic enim Dominus peregrè proficisci, suisque in alienis regionibus negotiis consulere statuerat, priusquam verò itineri se accingeret, servos suos advocari jussit, & uni quidem dedit quinque talenta, alii verò duo cuilibet injungens, ut pro virium possibilitate ex datis sibi pecuniis lucrum curaret; dummodo id conscientiæ limites non excederet: *Vni debit quinque talenta, alii autem duo, &c.* Post multos verò menses domum reversus posuit rationem cum servis suis de lucro, quod sibi pepererant. Primus quidem qui quinque talenta acceperat, attulit decem, secundus, cui duo data fuerant, lucratus est alia duo, ac proinde utriusque diligentia plurimum à Domino commendata & remunerata fuit, dans singulis illorum ejusdem prorsus valoris & qualitatis præmium, tam uni quàm alteri dicens Matthæi vigesimo quinto: *Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Verum inquies, si unus lucratus est quinque talenta, alius autem duo tantum, cur eodem prorsus præmio sine ulla disparitate remunerantur uterque? Habet hic justitia compensativa occasionem lamentandi, siquidem non datur *unicuique quod suum est.* Si inæquale est lucrum, æquum est ut inæquale quoque sit præmium. Verum auferamus velum ab hujus parabolæ vultu. Quot injuriis vita Sancti Eliæ subjecta fuerit nulli ignotum est. Peregrinus iniquissimis anni temporibus pro Dei honore & zelo per regiones passim obertavit, cum fame semper litigavit, nec ullum habuit qui vel minimum in necessitatibus sibi ferret auxilium, vestitus quoque fuit miserabili cameli pelle, ubique pulsus, ubique persecutionem passus, ubique fugitivus delituit; Jezabel se erga eum velut Citeen quandam exhibuit; mors continuas ei terendit insidias, ut tandem in ejus caderet manus, ut vel ipsemet ab hisce calamitatibus persuasus propriam suam odetit vitam, suique compassionem vel in ipsis feris & lapidibus excitaverit. Quod si verò domum ob oculos positum, Moysen quendam considerare velitis, illum utique invenietis à fortuna semper benevole habitum, æstimatum à populis, à subditis honoratum, benevolentia & urbanitate exceptum à Magnatibus; imperat exercitibus & à militibus ei prompte obtemperatur, arumnas inopiæ & necessitatis prorsus ignorat, ad dignitates à Deo extollitur, & quid amplius illi desiderandum restat? Et tamen venite obsecro mecum & montem Thabor conscendamus, ibi namque videbitis utrumque eadem gloria tam essentiali quàm accidentali remunerari; de illa autem gloria loquor, de qua Sanctus Thomas in tertia parte, quæstione quadragesima quinta articulo secundo, folio ducentesimo decimo quarto, ibidem, sed contra ait: *Gloriam iis in præsenti vita revelavit, sicut possibile erat eos discere,* quæ à beata Christi anima in corpus redundabat. Verum quod si adeò in merito differentes fuerunt, cur tractantur æqualiter in præmio?

San-

Sanctus Thomas in quarto sententiarum dist. 49. ad 4. folio 237. capite secundo nos docet, quod *præmium debet respondere merito.* Nam semen metiti est mensura messis gloriæ : *Qui parcè seminat, parcè & metet.* Et Deus ipse utpote justus *reddet unicuique secundùm opera sua.* Scotus libro quarto, distinctione quinquagesima, quæstione quinta, folio centesimo sexagesimo tertio columna secunda. Dum igitur opera meritoria sunt inæqualia, cur non etiam inæquale meritum erit? Una *stella,* Apostolo teste, *ab alia differebat in claritate & luminc;* primo Corinthiorum decimo quinto. Unde Magister sententiarum dicit: *Stella enim à stella, id est, electus ab electo differt in claritate mentis & corporis.* Petrus Lombardus libro quarto distinctione quadragesima nona, folio quadringentesimo trigesimo sexto, columna secunda, littera A. Quod si igitur Elias & Moyses inæquales erant, (Cùm alter civitatis Thesbitidis de vili fine filiis, sine sumptu, sine comite alter populi ductor, lætus sobole,) inquit Sanctus Ecclesiæ Doctor Ambrosius ; Cum Christo in monte Thabor eodem gloriæ præmio afficiuntur? Et si supra dictorum servorum unus quinque gradus meriti acquisivit, alter verò duos tantum, quomodo saltem potest, quod Deus remunerando sit justus, si tantam mercedem tribuit uni quantam alteri, nec minus sit præmium Moysis quam erat Eliæ præmium? Nolite mirari Auditores, quia voluntas supplet quod in operibus deest, *operationes bono commendantur affectu,* inquit Sanctus Ambrosius de Moyse & Elia in libro de Jacob & vita beata capite octavo. Franciscus Mendoza tomo tertio libro primo Regum capite decimo quarto, adnotatione decima in sectione vigesima, numero octavo.

16. Paterfamilias quoque ad secundi servi voluntatem respiciens, voluit, ut & ipse cum primo quinque talentis æquivaleret ; *Utriquè servo* (est doctrina Sancti Hieronymi in capite vigesimo quinto Matthæi.) *& qui de quinque talentis decem fecerat, & qui de duobus quatuor, idem Patrisfamilias sermo blanditur, utrumque similis recepit gaudio, non consideremus lucri magnitudinem, sed studii voluntatem.* Adeoque quo non potest pertingere actus imperatus potentiæ externæ operativæ, in ejus locum subingreditur actus elicitus potentiæ internæ volitivæ, quia apud Deum tantùm valet hic, quantùm ille, & per unum æquè ac per alterum Divinæ nos voluntati conformare possumus *in volito, in motivo, & in termino.*

17. Barbari gentiles, qui nullam habuerunt veri Dei cognitionem, ad tuam, ô Christiane confusionem, falsorum Deorum suorum beneplacito satisfacere omni studio contendebant. Unde de Seneca apud Thomam de Trusil, in Feriam quartam post Dominicam primam Quadragesimæ, folio ducentissimo sexagesimo nono, littera G refertur, quod is ad Deos suos conversus dicere solebat: *Dii immortales. Ego quidem voluntatem meam vestræ volo conformare : si filios vultis, Ego vobis illos offeram, si corporis mei partem poposcitis; Ego vobis eam sacrificabo; anima & quæcunque possideo vestra sunt, accipite corpus, de his disponite sicut vobis placuerit.* Tu verò ô Christiane, quam agrè ad rectos divinæ voluntatis sensus te accommodas, si ipse mortem filii velit, si velit divitiarum tuarum jacturam, si ut lecto affixus, podagra vel febri affligatis, præcipiat ; si te in paupertatem reductum respicias, si tua negotia perperam succendant, merces patiantur naufragium, voluntas tua divinæ minimè consentit, quin potiùs se è diametro contrariam & repugnantem esse ostendit, si ille dicat *Volo*, tu arrogantèr in contradictorium te ipsi opponis & superbè respondere præsumis, *nolo.* Audi quid Epictetus libro tertio dissertationum capite vigesimo sexto, in simili casu dicat : (Constitui & conformavi voluntatem meam Divinæ ; vult me febricitare? & Ego volo. Aliquid aggredi? volo. Potiri? volo. Non potiri? volo. Mori? volo. Et tu cum non minori audacia quàm hi Scribæ & Pharisæi cum divinarum dispositionum decretis audes contendere? Huc adesto ô dives, mihi enim tecum sermo est; qua ratione te Divino arbitrio adæquas? vult ipse ut in fortunæ bonis copiosus vadas, & tu in hanc ejus voluntatem libenter condescendis, imò ipsum desideras; optimè facis, sic enim Divinæ voluntati te conformas *in volito* : At verò hæc bona tibi possidenda sunt ad majorem Dei honorem & gloriam ; & tu iisdem

uteris

uteris pro tuo effreni arbitrio, dum illa impendis ad eum offendendum, ad ludendum, crapulandum, suspectas conversationes continuandas, imò in perniciem & interitum animæ tuæ, & pessimè facis, sic enim à divina voluntate discordas *in termino*, & multò minus illi conformaris *in motivo*, quia Deus vult ut bona possideas *ex motivo charitatis*, compariendo pauperibus, eosque per Eleemosynas adjuvando. Quod si igitur ex hoc sermone & evidentibus ex eo adductis rationibus persuasum tibi est deinceps Dei, non verò propriam voluntatem facere, idipsum indilatè per motivum Eleëmsynæ exequere.

PARS SECUNDA.

18 QUando voluntas humana Divinæ voluntati perfectè est subordinata, adeò bona evadit, ut esse, spiritum, & vitam operationibus nostris attribuat, ad hoc ut sint meritoriæ, & dignæ vero præmio, id est æternâ beatitudine. Lex Evangelica statuit, ut si nobis in maxillam dexteram alapa impingatur, ad aliam recipiendam, alteram quoque maxillam vertamus & præparemus, Matthæi quinto: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* Quod præceptum haud immeritò mirum alicui videri potest. Nam licet justum sit ut homo illatam sibi injuriam dissimulet, neque de illa vindictam sumat, attamen sinistram quoque porrigendam esse, ad recipiendum alium colaphum, non satis intelligo, maximè cùm Sanctus Paulus ejuscemodi alapam recipiens, cùm manibus se opponere non posset, voce saltem se illi opposuerit dicendo: Actorum vigesimo tertio, Joann. decimo octavo: *Percutiet te Dominus paries dealbate.* Imò nunquid ipsemet Christus valde lamentatus fuit de impio illo ministro, qui in conspectu Pontificis eum percusserat? Et nobis non tantum tacendum esset, verùm etiam obligaremur: *Præbere alteram maxillam*; Albertus Magnus respondet, quod *Ex æquanimitate animi semper debemus esse parati recipere ictum secundum, & tertium, & sic deinceps: At quando prævalet inimici malitia ex charitate corripienda est, quia in hoc benè fit adversario, sicut fecit Christus.* Etenim expositionem hanc libenter admitto; Veruntamen aliam præsenti proposito opportuniorem expositionem habere possumus, ex Patrum Theologorum doctrina satis clarè deductam? Hi etenim docent, quod (ad meritum requiratur scientia & voluntas, seu quod homo sit (siens, & volens.) Unde quia prima alapa, quam aliquis recipit, improvisa esse posset, & inexspectata & omni voluntatis concursu destituta, ac consequenter nequaquam meritoria, ideò nobis ut sinistram præbeamus, præcipitur, ut secundum colaphum recipientes, & cum eo per actum voluntatis nostræ concurrentes, efficiamus ut percussio illa nobis fiat meritoria, Joannes Sylveira tomo secundo, libro quarto capite decimo tertio, quæstione undecima, numero sexagesimo octavo: *Obvertat ergò homo sciens & volens aliam maxillam, ut ad summum meritorum apicem evolet, nam tunc scientia & voluntate se exponit.* At verò si voluntas nostra *sui juris* esse, & secundùm beneplacitum voluntatis suæ ambulare & vivere velit, cùm cæca sit, mirum non est, quod sæpenumerò in præcipitia nos proturbet, causa existens omnium malorum nostrorum, cujus proinde frequenter ingenti damno nostro nos pœniteat. Opportune huic proposito servit fabula seu Apologus quidam, è quo mala nostra resaciendi modum optimum edisce re possumus, nam fictiones Poëticæ & morales salutares sæpè doctrinas nobis ministrant. Habebat itaque Deus possessionem quandam, pro cujus cultivatione villicum summo licet studio quærens, invenire non poterat, nemo enim colonorum erat qui cum Deo pacisci, eumque sibi dominari volebat; Dicebant enim, si hunc nobis Dominum adsciverimus, omnis erit fraudibus & deceptionibus nostris præclusus aditus, ipse enim novit, potest, & valet omnia, qui proinde efficaci nos fræno coërcere poterit. Si enim messis tempore aliquid eum celare voluerimus, dolus noster ei manifestus semper erit; Nec quas alibi prætendere possumus excusationes ullum apud eum pondus habebunt, utpote qui cunctaad intima usque viscera oculis suis penetrat & perspicit, & cincindelam à Lucerna optimè discernere novit, qui proinde colono suo in quitate sua deprehenso minimè parcet, Nequaquam ei servire aut villicare volumus. Tandem verò veluti per miraculum inventus est, qui probitati & sy ceritati conscientiæ suæ fidens, sese Deo obtulit ad villicandum

randum & laborandum in prædio & possessione sua, cum hac tamen expressa conditione, ut Deus singula anni tempora, ætatem scilicet, hyemem, Ver, & Autumnum, ventos item, pluvias, nives, gelu, veriſque serenitatem, juxta suum semper temperaret, & modificaret arbitrium. Cui Deus respondit: Nolle hisce se minusculis rebus ingerere, curet proinde rem suam, quâ potest maxima cum industria, nequicquam dubitans, Dominum suum ea curaturum esse, quæcunque agriculturæ suæ forent necessaria, dummodo is agris colendis strenuè & sollicitè intenderet: Nequaquam, inquit villicus, tam cæco modo tecum paciscor, ego etenim rei rusticæ satis optimè gnarus, ac proinde me non latet, quamnam aëris temperiem terra hoc vel illo tempore pro sementis incremento exposcat? ac proinde, nisi in hanc mecum conditionem ex justo condescendas, nullum mihi tecum negotium intercedere volo. Agedum igitur, (inquit Deus,) pactæ conditioni tuæ libens acquiesco, in omni namque aëris vel cæli temperamento, tuo me semper arbitrio accommodabo, talem semper auram, pluviam, ventum, Solem, Lunam indulgendo, qualem ex animi voto desiderabis; si tamen aliquod detrimentum agriculturæ damnum, aut sequior fortuna acciderit, de me ne lamenteris; siquidem id, non verò meâ culpâ idipsum evenit. Colonus itaque agros arare, occare, sementare cœpit, eamque sibi à Deo auram poposcit, qualem sibi, & agriculturæ suæ opportunam esse credebat, scilicet nunc pluviam, modò solem, hodie humidam, cras siccam auram, postridie ventum spicas gravidantem, denum verò serenitatem. Denique pro voto & desiderio suo Deus in omnibus satisfaciebat. Tandem verò tempus messis supervenit, quo falcem messi suæ immittit, segetem in manipulos distributam, in horreum suum advectis, disponit, accommodat, triturat, ventilat, ac tandem spicas suas inanes & omnis gratiæ expertes esse deprehendit, & qui in vicem laboris præstiti grana iperabat & fruges, paleam tantùm & stramina reportat, ac tandem, licet seriùs, animadvertit, melius se factorum fuisse, si Dei, non verò suæ voluntati obsecutus fuisset; neque enim adversus Deum, sed adversus semetipsum, suamque stultam temeritatem hoc tristi eventu castigatam, conqueri & lamentari poterat. Unde S. Ephrem in Ascetico ait: *Cæterùm contumacia atque arrogantia ductus agricola ille noster, magistrum atque consiliarium suum relinquere voluit.* Unde patet, quòd quisquis supra Dei arbitrium & voluntatem sapere contendit, dicendo cum Pharisæis: *Sic volo sic jubeo Errabit vagus, & in cogitationes malas & afflictiones noxias incidet.*

19. Verùm enimverò, si voluntas propria nulla super nos alia mala, quam ista provocaret, damnum adeò ingens non esset; nunc autem ipsa est, quæ ad pœnarum æternitatem nos condemnat. Theologi disputando causam inquirunt, cur damnatorum pœna æterna sit, & infinita. Videri enim posset, quòd stante & suppositâ æquitate divinæ justitiæ, quæ peccatorem vel juxta; vel infra peccati gravitatem castigare solet, finita & temporalis esse debeat. *Pœna* enim *non debet excedere culpam*, ut Angelicus Doctor ait: vel secundum statuta Deuteronomii vigesimo secundo: *Secundùm mensuram delicti, erit & plagarum modus*: Culpa autem temporalis est, cur igitur pœna æterna esse debebit? Fortè respondebitis, quòd licèt peccatum *secundùm se*, finitum sit, attamen *respectu objecti offensi*, quod Deus est, in omni genere infinitum dici debet, atque ideò pœna illi debetur æterna & infinita. Unde cùm homo illius non sit capax *secundùm intensionem acerbitatis*, infligitur ei pœna quædam infinita *secundùm durationem temporis*. Et hæc est doctrina sancti Thomæ in quodlibeto, quæstione 99. articulo 1. folio 632. columna 2. numero 30, 40, & folio 633. columna 1. numero 20. dicentis: *Cùm peccatores peccent contra Deum, qui æternus est, conveniens est, ut pœna æterna eis ex divina justitia inferatur.* Verùm S. Gregorium velim audiatis, qui causam infinitatis & æternitatis pœnarum inferni, malæ nostræ voluntati à divina voluntate discordanti attribuit, dum ait: *Ad magnam justitiam judicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio qui nunquam carere voluerunt peccato.* D. Greg. in dialog. 4. Et alibi subjungit idem libro trigesimo quarto moralium, in cap. 41. Job. *Voluissent sine fine vivere, ut sine fine potuissent in suis iniquitatibus permanere.* Per peccatum igitur, quod commisimus, ad pœnas condemnati sumus; eas autem sempiternas esse, voluntas effecit, quia homo voluntate sua ita constitutus erat, ut semper peccare voluisset, si semper vivere potuisset.

set. O pessima voluntas, si à divina discors sit voluntate! Tanta enim hæc præsumptione nititur, ut tentare non dubitet, divinam voluntatem eò adigere, ut indebita sibi obsequia reddat, & inordinati arbitrii sui beneplacito eam sibi subjiciat. Potestne aliquid hoc enormius excogitari!

20. Sanctus Petrus in monte Thabor constitutus, post revelatam sibi Filii Dei gloriam, hanc ab eodem poposcit gratiam, Matthæi decimo septimo: *Domine, bonum est, nos hic esse: Faciamus hic tria tabernacula.* Quasi diceret: O Domine, consolationes quibus hoc in monte perfruor, tot sunt ac tantæ, ut in hoc monte ad mortem usque, imò in perpetuum commorari desiderarem; atque ideo haud abs re futurum esse existimarem, si hîc tria fabricarentur tabernacula, ut tantò majori cum commoditate in eo commorari liceret. Quòd si verò hoc meum consilium vel ex eo solùm retardandum esset, quòd nullus inveniri possit, qui huic fabricæ erigendæ ingerere se velit; rem feliciter per me conficiendam esse, ne dubita. Sicut enim necessitate magistrâ piscandi artem didici, ita eadem suadente & urgente commoditate, peritus in fabricandi exercitio futurus sum architectus. Porrò duo Evangelistæ, sanctus Matthæus & sanctus Lucas, hanc historiam recensentes, [an Petrum excusaturi, an verò reprehensuri, nescio,] dicunt, Matthæus quidem: *Non enim sciebat, quid diceret.* Lucas verò pariter ait, quòd *Petrus erat nesciens, quid diceret.* Quibus verbis Petrum tanquam virum exiguo judicio præditum, stolidum & ignorantem describere videntur. Et tamen, ut verum fatear, vix video, quemnam sanctus Apostolus in hisce verbis errorem commiserit, unde hanc sibi ab Apostolis irrogatam contumeliam meritus fuerit. Nescio, Auditores, an aliquando illum loquendi modum observaveritis, quo Moyses utitur in primo & secundo capitulo Geneseos. In primo cæli, terræque Creatorem simpliciter appellat Deum, sine aliquo addito alio epitheto: *Creavit Deus, dixit Deus, vidit Deus, vocavit Deus, fecit Deus, benedixit Deus.* Postea verò in secundo Capitulo, quando de productione hominis tractat, nomini Dei, Domini titulum adjungit: *Formavit igitur Dominus Deus hominem*; Deus enim, ut justum & æquum est, hominis vult esse Dominus. Verum observanda Vobis est, Auditores, sequens speculatio. Dominus etenim connotat superioritatem & relationem ad servum vel subditum; subditus autem vel servus dicit subjectionem & relationem ad Dominum. Quo supposito dicit: sodes, cuinam competit jubere & imperare, Dominóne an servo? utique Domino. Homini autem tanquam subdito & servo, quid faciendum est? Huic incumbit, Domini voluntatem explere, O igitur imprudens, & temeratie Petre! Nunc video, quòd non immeritò arguatis ignorantiæ, cujus etiam simplicitas compassionem non meretur: Ex quo Magistrum tuum Dominum esse, confiteris & deprædicas, dicens: *Domine*; qua temeritate mox postea subjungis: *Faciamus*. Tune ergo vis, ut Dominus subditi voluntatem sequatur & faciat? ut Dominus se conformet voluntati servi sui? O quam stultum est hocce propositum! *Non enim sciebat, quid loquebatur: nesciens quid diceret.* Anton. de Escob. ibid. libro septimo, sect. quintæ obser. secundæ, numero vigesimo quinto. Cautior deinceps in sermone tuo esto Petre: *Si Dominus est, ejus quæ gerenda tibi, præscribat.* Atque ideo hoc modo ab Evangelistâ argui & reprehendi merebaris; Neque enim hæ primæ vices sunt, in quibus hunc errorem commisisti, & à Christo reprehenderis; Hic enim, dum aliquando cum discipulis varios sermones miscuisset, tandem eisdem passionem & mortem suam, quam Jerosolymis per manum Scribarum & Pharisæorum toleraturus erat, prædixit: *Cœpit dicere discipulis suis; Oportet Filium hominis ire Jerosolymam, & multa pati à Senioribus, Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi.* Petrus amore, quo Magistrum suum prosequebatur, commotus, dixit: *Absit à te Domine, non erit tibi hoc*; quasi diceret: Evanescant è capite tuo cogitationes istæ; non erit tibi hoc, non volo, nec permissurus sum, ut patiaris & morituras te conferas Jerosolymam. Itane, ô Petre? Ergone superiori subditi voluntatem sequi & facere debet? Deus obsecundare debet phantasiæ hominis? Quomodo conciliari sibi mutuò possunt? *Absit & Domine*, quæ Petrus simul edixit. Si Christus tuus ô Petre, Dominus est, tu igitur tanquam subditus ejus arbitrii sui dispositioni conformare

Marc. 9. Luc. 9.

Gen. 1.

Gen. 2.

mare te debes ; cujus tamen contrarium fatetis nos dicimus, *Volumus*, mox echo quandam eis ipso enim, quo dicis: *Absit. Non erit tibi hoc*, tentare, seu præsumere videris Christi voluntatem ad normam voluntatis tuæ dirigere. Unde sanctus Augustinus ait : *Dicis, Absit, & dicis, Domine*, Verùm audite, qualenam Petri temeritas responsum accipiat : *Vade post me Sathana*; quasi diceret : In quantum ego sum Dominus, justum est , ut voluntatis meæ gressibus te ô Petre præcedam , tibique convenit, ut tanquam subditus me sequaris, & voluntati meæ tua voluntate obsecundes: *Vade post me, id est, sensum tuum reprime & sequere*, (explicat Dionysius Carthusianus) *voluntatemque tuam conforma præordinationi divinæ.*

formando respondeat, *Volo*; & subitò pro nostro arbitrio omnia ordinentur. Ergone nos apti sumus , qui Deo sapientissimo consilia suggeramus ? Ergone regulatissimam & ordinatissimam Dei voluntatem nos regulare præsumemus? Si Deus ad salutem animæ tuæ aliquam tibi adversitatem immittat, tu per recalcitrantem voluntatem tuam dicis : *Absit, non erit mihi hoc*? Ergone ipsamet vis videri sapientiâ sapientior? Deum conaberis præcedere? Jumentum Domino suo viam commonstrabit? Stultescis, ut video. *Tu vis ducere ducem, docere magistrum*, inquit Augustinus, *jubere Domino, imperare Deo? Multum præcedis, redi retrò.* Cave igitur sis, ne maledictum hoc verbum, *Volo*, à corde, lingua, vel cogitatione tua enuntietur, quin potius semper ora Deum, ut te voluntatem suam exequendi, modum edoceat, dicendo cum Propheta : *Doce me Domine facere voluntatem tuam, & legem tuam in medio cordis mei*,

Aug. in Psal. 55.

Thom. Carth. in 2. 29. fol. 16. col. 2. lit. E.

13 Nos equidem optaremus, quòd Deus adeò se votis nostris adstringeret , ut nihil aliud utinus eo, quod placitum nobis est, efficeret. Cur igitur non fabricamus nobis Deum aliquem ad nostrum stultum arbitrium , qui veluti Mercurius quidam sit ad nutus, ad exequenda in unico momento stulta voluntatis nostræ proposita ? qui quo-

Augustinus ubi suprà.

Psal. 140. Psal. 39.

SERMO OCTAVVS.

IN FERIAM QVINTAM DOMINICÆ PRIMÆ QVADRAGESIMÆ.

Et ecce mulier Chananæa, à finibus illis egressa, clamavit, dicens ei: Miserere mei Domine, fili David: Filia mea malè à Dæmonio vexatur. Matth. cap. 15.

1. SAlvator noster molestias passus à calumniis, & ab insidiis, quas pessimi Scribæ, & perversi Pharisæi quotidie majores & majores machinabantur, stimulatus, decreverat recedendo ab eis, sua illos privare præsentia & aspectu. Egressus igitur è terra Genesareth, ad confinia se recepit Tyri & Sidonis, Civitatum præcipuarum totius Phœniciæ, juxta mare mediterraneum, ad pedem montis Libani, ita situatarum, ut una duodecim circiter leucis ab altera distet: *Et ecce mulier* quædam pagana & idololatra, è Chananæorum stirpe descendens, quæ appellabatur Syrophœnissa, auditis ab unigenito Dei Filio in illis confinibus patratis miraculis, ei advenienti obviam processit: *Et ecce mulier à finibus illis egressa.* Strab. lib. 6. Mald. c. 15. in D. Matth. ut precum suarum efficaciâ liberationem filiæ impetraret, cujus à tyrannicis inimici infernalis manibus, sine ulla requie, aut indultis induciis, crudelissimè contorquebantur viscera. Ab affectu igitur materno persuasa, quas ab afflicta filia patiebatur angustias, ad pedes Salvatoris reverenter prostrata, flebili voce, quæ ipsas etiam petras ad pietatem & compassionem commovere potuissent, supplex exposuit, dicens: *Miserere mei, filia mea male à Dæmonio vexatur*, id est, ut interpretatur Abulensis ibidem: *Dure vexatur; erant quippe Dæmones quidam saviores aliis, quibus major nocendi dabatur potestas, & illi nimis torquebant.* Verùm summè mirandum est, quòd fuerit sapiens hæc, & compassione dignissima Chananæa, ad sanitatem filiæ à Christo impetrandam, virtutibus moralibus instructa! Nam ad pedes ejus prostrata, per profundæ cujusdam humilitatis actum eum veneratur, & devotè adorat: *Procidens ad pedes ejus, adoravit*, ut observat Abulensis ibid. fol. 141. quæst. 64. col. 4. Voci suæ spiritum & impulsum quendam impressit, eam altiùs efferendo, quando clamabat, firmiter sperando, se tandem ardentis desiderii sui effectum infallibiliter consecuturam esse: Arborius apud Thomam de Trus. ibid. *Prompta voluntate clamabat ad Dominum, quia sperabat suis clamoribus se posse exaudiri.* Suas aperit animi ærumnas, veruntamen cum modestia; siquidem omni se merito dest tutam esse recognoscens, ad infinitæ clementiæ suæ supplementum recurrit: *Solam misericordiam efflagitat, dicens: Miserere mei*, ut testatur Glossa. Et tametsi, vel non recipiat responsum, siquidem *Non respondit ei verbum*, vel gratiam non impetret, sed repulsam patiatur à Christo dicente: *Non sum missus, nisi ad oves Israël*, imò, ut dicit Chrysostomus in Cat. D. Thom. fol. 253. cap. 1. *Quantò magis mulier multiplicabat supplicationem, tantò & ipse multiplicat negationem*: Ipsa tamen ob id à supplicando minimè desistit, verùm reiteratis precibus sese exhibet perseverantem: *Toties contempta in precibus perseverat*, ut observavit sanctus Ecclesiæ Doctor Hieronymus ibidem folio 253. satis quoque se declarat, quòd non petat panem, id est, participare de gratiis illis majoribus, quæ ab omnipotentiæ suæ dexterâ derivari possunt, quales sunt

Abul. ibid quæst. 55.

Marinus tenet in sua terra sancta Plin. lib. 8. cap. 12. & 20.

creare

ereare novos mundos, novos producere cælos, vel ordinem invertere totius Universi, sed intra patrimoniæ limites se restringendo, & fœminæorum desideriorum solitam amplitudinem limitando, favoribus & gratiis ordinatis impetrandis, quas per micas vult intelligi, acquiescit: *Nam & catelli edunt de micis*; quasi inferre vellet, ut interpretatur S. Hieronymus in Cat. D. Th. *Non peto à te, ut passim apud Judæos miracula facias, ut cæcos cures, mortuos suscites, sed unum tantùm, & minus natura sua difficile, ut Dæmonem à filia mea expellas. Scio enim, me filiorum panem non mereri, nec integros capere posse cibos, nec sedere ad mensam cum patre, sed contenta sum reliquiis catulorum.* Timebat valde, ne vanitatis, imò temeritatis arguerentur, si fine fide in conspectu illius comparere, qui ad infidelitatis extirpandam in hunc mundum

Abul. cap. 25. typo vulgat. fol. C.

adventat, atque ideo *Fidem magnam concepe-rat, quid Christus eam sanare posset*, quam profidei confessione Divinitatis suæ demonstrabat, dicens: *Domine*, nec non in humanitatis suæ professione, dum ait: *Fili David*. Unde Gl. in Cat. D. Th. fol. 252. cap. 1. *Magna fides Chananææ notatur, Deum credit, ubi Dominum vocat; hominem, ubi dixit: Filium David.* Et enim hujusce fœminæ virtutes in brevi quodam reborum gyro, velut in compendio quodam collectæ proponuntur à S. Ambrosio lib. 2. in Luc cap. 7. dum ait: *Chananæa suis pertinacibus imprecibus, sapiens in responsis, fidelis in verbis, prævenientem revocat, tacentem rogat, excusantem adorat, negantem inclinat.* Verùm enimverò, ego virtutem quandam in hac muliere cum S. Chrysostomo observo, quæ quantò mulieribus in genere minus est amica & familiaris, tantò in hac evangelica muliere magis est admirabilis; videlicet prudentiam, & politiam in modo procedendi & agendi cum Christo; neque enim pedem suum movit, aut actionem aliquam elicuit, nec verbum protulit, nec supplicationem porrexit, nec gratiam aliam poposcit, quin cuncta hæc à vera pru-

Idem ibid.

dentia rectissimè regulata fuerint: *In ea fuit prudentia*, inquit Tostatus, *quia in omnibus prudenter & sapienter respondit*; Tanquam talis etiam à Chrysost. apud D. Th. in Cat. ibid. celebrata fuit: *Vide*, inquit, *mulieris prudentiam, qualiter nec contradicere ausa est nec contristata est in aliorum laudibus nec in proprio convitio.* Verùntamen in tribus potissimùm actionibus prudentia ejus liquidò eluxit: Primò, quòd ipsamet in persona Christum accesserit: *Et ecce mulier à finibus illis egressa*; per quod nos instruit, actiones illas, quas per nos facere possumus, aliis minimè committendas esse. Secundò, venerando & adorando Salvatorem: *Domine, fili David, miserere mei*; innuendo nobis, quòd cum illis, à quibus favorem aliquem exspectamus, cum civilitate aliqua gerere debeamus. Tertiò, supportando patienter injurias: *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominis*; per hoc nobis persuadendo, quòd omnes difficultates cum patientia superando, obtenturi simus pro voto, quidquid desideramus. Porrò si, ut ego idipsum clariùs & fusiùs exponam, desideratis, imitemini Chananæam, patienter & attentè me auscultando; & quidem à primo puncto exordiamur.

2. Charitativa hæc mulier admirabilem Christi virtutem intellexerat, atque ideò illum convenire decreverat, cum intentione procurandi liberationem filiæ, quæ diris modis ab infernalis inimici tyrannide torquebatur: *Famam & miracula IESV audierat, ideo firmiter credebat, quòd filiam suam sanare poterat*, inquit Ludolph. Cart. part 1. cap. 89. & per fidem persuasa, per spem secura, charitate sibi in advocatam assumptâ, manantibus ab oculis lachrymarum stillis, suspirantibusque labiis ad Redemptoris nostri pedes genuflexa & prostrata eidem supplicat; quasi diceret: Pessimus hic inimicus, Majestati tuæ rebellis, qui rabiei suæ furorem in hanc miseram filiam meam evomuit, quæ imago sua est, viscerum meorum partus, & dimidium animæ meæ, nil nisi tuas minas formidat, cujusvis alterius præcepta superbus & elatus contemnit, & ad solum voluntatis tuæ nutum confusus & perterritus in fugam se recipit, atque à sanctitatis tuæ fulmine perterrefactus, in horridissimas cœcæ abyssi speluncas præceps se abdit, ad eum fere modum, quo exoriente Sole tenebrarum caligo evanescit. Tu igitur, qui verus Deus es, & verus homo, tanquam homo ostende cor tuum afflictionibus meis viscerosissimè compati: *Miserere mei fili David*: ut Deus autem, omnipotentiam tuam in diri & crudelis inimici hujus interitum impende, & huic afflictæ animæ clementer succurre: *Filia mea male à Dæmonio vexatur.* Mea quidem est filia, nescio tamen, an mortua dicenda sit, an verò viva; mortuam dicere possem, siquidem mor-

cis author mille mortibus ipsam quavis hora conficit; vivam quoque libenter crederem, sed qua ratione credere id possum de ea, quæ motum nullum exhibet, & in qua nullius veri & vitalis operis cernitur exercitium. Viva est, quia si mortua esset, cùm ipsa sit mei dimidium, & ego dimidium sui, nullum utique persentire possem ejus martyrium. Imò verò non est viva, sed mortua, quia si viveret, vitam suam utique ageret cum ipe finiendi mediante morte omnes suas calamitates pariter & vitam. Tibi igitur, qui cælestis es medicus, sui meíque doloris vehementiam & gravitatem aperio, quo duo corda, filiæ scilicet & matris noscuntur esse transfixa & vulnerata. Ærumnæ & afflictiones meæ quemvis hominem ad compassionem permovere sufficiunt, nisi illi sint viscera ænea, aut cor habeat lapideum; atque ideò tu, qui ut Deus ipsissima es clementia, tanquam homo benignitatis tuæ effectus promptè demonstra: *Miserere mei, quia dolor filiæ dolor est matris: Miserere mei, quia nec in domo sedere possum, intrinsecus est inimicus; Damon terribilis, fluctus in portu, in tranquillitate tempestas.* Tandem igitur post longum propositionum & replicarum, orationum & repulsarum ultrò citròque utrimque habitarum certamen, [quia secundùm Chrysostomum: *Quantò magis mulier multiplicabat supplicationes, tantò ipse multiplicabat negationes,*] totum obtinuit, quicquid desiderabat. O fœmina prudens, tu necessarium esse probè noveras, ut ipsamet in persona propria ad Christum accederes, eumq; per temetipsam immediatè rogares; quis enim tantum pro te feciisset? quis ad tot perpessas repulsas non fuisset impatiens, aut obmutuisset? quis ad iteratas negationes gratiæ impetrandæ spem omnem non abjecisset? favor iste per alium quàm temetipsam impetrari nec poterat, nec debebat: Unde Origenes & S. Pontifex Gregorius, mulieris hujus laudando solertiam, dicunt: *Non petivit Iacobum, non rogavit Ioannem, non accessit ad Petrũ, sola cucurrit ad Dominum, & eos intermittens, quid dicit? Non est mihi necessarius fidejussor.* Apud Principes hujus mundi, favores & patrocinia requiruntur aulicorum, qui loquantur, & pro cliente intercedant: apud Deum non item. Quisquis pro alio procurat, à propria necessitate non stimulatus, negotium sibi commissum debita cum efficacia & fervore minimè gerit, quia ab interesse proprio non urgetur vel accenditur, ad primam repulsam replicare non audet; si negativam reportet, humanitus taciturno ore contrahit, sibique sufficere videtur, si in necessitatibus constituto clienti respondere possit, quòd pro viribus ejus in causa sollicitarit, licet res suum pro voto & desiderio suo non sit sortita effectum, ut proinde videat, si aliunde causam suam promovere possit, gratam interim ratamque habeas bonam suam voluntatem, cui alias vehementer displiceat, quòd ipsum adeò desolatum cogatur dimittere. Optimè itaque eruditus ille hujus ævi Scriptor dicebat: *Enervis esse solet supplicatio aliena, quippe quam non animat propria necessitatis vigor.* Videte ipsosmet Apostolos, qui sese in favorem hujus mulieris spontaneos interposuêre intercessores & mediatores, dicendo: *Dimitte illam, quia clamat post nos.* Audite negativam illis à Domino datam responsionem: *Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël;* quâ acceptâ, nullus erat inter omnes, qui aliam faceret replicam, vel ulteriorem instantiam: ipsa verò mulier, quæ pro semetipsa laborabat, non tacuit, non quievit, non destitit, donec quod desiderabat, perfectè obtinuit; neque à Christo recessit, nisi postquam vidit memoriale suum favorabiliter hisce verbis subscriptum: *Fiat tibi sicut vis.* Nec est, quòd mihi quis objiciat se nobilem esse, cujus proinde statui repugnet, per se facere, quod præstare aut obtinere potest mediante alio, qui eum in finem quoque servos suos conduxerit; quia ratio isthæc tali non suffragatur, cùm per proverbium dici soleat: *Non maculat manus, quæ sua facta facit* Id quod per egregia Scripturæ loca probabo.

Chrysost. ibidem.

D. Gregor. in Cat. D. Thom. ib.

3. Moyses de formatione hominis loquens, refert, quòd Deus tres divinas personas in consilium advocarit, dicens: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Quæ verba multas peperêre Scriptoribus molestas speculationes, investigando, an Deus hominem per semetipsum immediatè formarit, an verò mediatè, id est, altera persona mediante, quæ ad illam hominis formationem concurrerit tanquam causa immediata & secundaria. Et quidem multorum est opinio, dedecuisse supremam Dei excellentiam, ut sese in immediatam hominis formationem ingereret, ad eum modum, quo Principem aliquem dedeceret, vilibus quibusdam se impendere exercitiis, verbi gratia, terræ arandæ, serendæ, &c. habebat etenim Deus suos ministros, id est,

Ange-

Angelos, quibus volunt à Deo impositum fuisse officium terræ massam quandam præparandi, & in eam formam redigendi, qua homo præditus esse cernitur, ut distincta esset in caput & pedes, in brachia & manus, in pectus & humeros; Et ita Philo in lib. de opif. sex dier. & Abulensis, Theodoretus & Chrysostomus, Cyrillus & alii verba illa sacræ scripturæ: *Fecit Deus hominem* glossant, dicentes, quod exponi & intelligi debeant *imperativè, seu commissivè, & non efficienter seu executivè*, in eodem videlicet sensu, quo intelliguntur verba sancti Joannis: *Tunc apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit*, vel quo illuditur ex Actis Apostolorum intelligi solent: *Misit Herodes Rex manus, ut afflingeret quosdam de Ecclesia, occidit autem Iacobum fratrem Joannis*, neque enim Pilatus propriis manibus Christum flagellavit, neque Herodes propriis dexteris Joannem decollavit, sed intelligunturi dicte *commissivè seu imperativè*, ita quoque prædictum locum Geneseos intelligendum esse volunt: *Fecit Deus hominem*, vel *Faciamus hominem* id est, commisit & imperavit Deus Angelis obedientibus servis suis, ut terram accipiens, eam que in formâ sive effigiem corporis humani efformarent: *Angeli formaverunt*

Theod. in Gen. l. 4.

Chrys. hom. 19. in Matt.

Aug. de Gen. ad lit. l. 6. c. 12.

Rab. Mau. in Gen. l. 1.

Tert. Lomb. in sent. dist. 17.

hominem ad imaginem & similitudinem nostram, inquit Abulensis in c. 3. Gen q 195. Huic autem opinioni opponuntur multi veteres, ut Magister sententiarum, dicens *Ex persona Patris dicitur ad Filium & Spiritum sanctum*: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, *non ut quidam putant, Angelis*, quia Dei & Angelorum non est una eademque imaginis similitudo. Et Rabanus Maurus: *Neque enim Angelis à Deo dici poterat: Faciamus hominem ad*, & quia nulla prorsus ratio sinit, ut & Dei & Angelorum unam esse eademque imaginem, sive similitudinem credamus. Et hæc est opinio verior communior, & sacro textui conformior, quod scilicet Angeli ne vel minimùm hominis formationi sese ingesserint, sed quod formatio hæc solius fuerit opus Creatoris, non quod corporeis manibus apprehenderit lutum, indeque fecerit massam, cum sit simplicissimus & purissimus, *sed potius hominem de limo terræ secundum corpus formavit jubendo & volendo, id est, voluit & suo verbo jussit, ut ita illa fierent.* Vti docet supra citatus Magister sententiarum. Et in hujusce veritatis favorem multæ militant rationes. Dixit etenim Deus *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*

Dicendo: *Faciamus, una operatio trium personarum ostenditur*: Dicendo, *Ad imaginem & similitudinem nostram, una & æqualis substantia trium personarum monstratur*, id quod est dicere, quod Deus & nemo alius hominem produxerit, concurrendo ad illius productionem, tanquam unus in essentia & trinus in personis: Et postea subjungit: *Corpus de limo terra formavit Deus, cui animam inspiravit.* Unde Tertullianus cogitationum suarum gressibus in agrum se transfert Damascenum, ibidemque oculis mentis Deum observat operantem & producentem. & in hoc opere totaliter occupatum: [Recogita *inquit*, totum illis Deum occupatum ac deditum, manu, sensu, opera, consilio, sapientia, & providentia, & ipsa inprimis affectione, quæ lineamenta ductabat.] Et quidem quis est, qui nesciat, aut dubitet, quin hominem formare potuerit & producere totum ministerio Angelorum? Jubere potuit [inquit Ambrosius] sed maluit operari, ut cognoscamus ipsum esse, qui limo terræ corporis nostri membra variis apta formavit officiis, & infuso vigore mentis animavit Vnde discere evidenter poterimus, non committendum esse aliis quod per nosmetipsos facere possumus, sic enim Dei imitatores erimus.

Idem ib. dist. 10.

Dist. 8. l. A.

Tertull. lib. de resur. car. q. 25 in Genes.

D. Amb. lib. 10. in cap. 12. Luc.

4 Valde mirum mihi videtur, quod Author universi, postquam creasset cælum terram, elementa, mare, totumque universum septima die requiescere voluerit, & tamen idipsum Moyses expresse asserit, dicens: *Requievit die septimo ab omnis opere, quod patrarat* Difficultas autem mea in hoc præcipuè consistit, quod requiescere operationem quandam laboriosam præcessisse supponat. Tunc enim aliquis requie opus habet. quando lassus est & defatigatus Cùigitur Deus indefatigabilis sit, nec à lassitudine molestari possit, cum quali fundamento Moyses dicere potuit, quod requievit die septimo? Quinimo si Deus milliones & milliones mundorum creasset, inde tamè nec quicquam defatigandus fuisset Adhæc motus & quies *ponuntur*, ut inquit Angelicus, unde quies succedere nequit, nisi prius cesset motus operationes autem Dei sunt sine motu: *quia immobilis manens dat cuncta moveri*, inquit Boetius de consol lib 3 metr. 9. quomodo igitur Deus die septimo requievisse dicitur? Magister sententiarum difficultatè hanc ita explicat: *Requievisse Deus dicitur, quia cessavit à faciendis generibus creatura, quia ultra nova non condi-*

Gen. 2.

D Th. 2. sent dist. 15 q. 3. a. 3.

Mag. sent. l. 2. dis.

dit. Et S. Thomas ubi suprà : *Dicitur ab opere cessasse die septima, quia à die septimo deinceps novam creaturam non fecit.* Cùm igitur requies Dei non præsupponat motum, sed tantum cessationem ab opere connotet, consequenter cùm solus Deus & nemo alius *requieverit die septimo*, signum est, quod ille solus per semetipsum immediatè operatus fuerit, & operetur. Cur igitur nos alteri committemus, quod per nos ipsos facere possumus ? Porrò in hoc puncto Chananæa licet gentilis & idololatra se prudentem & cælestis Magistri discipulam probavit, dum in persona propria ad Christum pro sanitate filiæ impetrandæ se recepit : *Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa.* Et non ad Apostolos recurrit, ut scilicet hi ad impetrandam gratiam se mediatores exhibeant, sed per semetipsam rogat, diceas : *Miserere mei Fili David, filia mea male &c.* In Cana Galilææ solemnes celebratæ sunt nuptiæ, ad quas Christus invitatus libens cum discipulis suis concessit. accessit quoque ad illas Maria mater ejus, convivium quoad epulas copiosum erat, & invitati convivæ summa cũ civilitate in illa regione usitata tractati fuere. Promacanda in hisce nuptiis lætitia, Architriclinus vero jubilus erat, qui in convivarum vultibus residentes interiorem cordis singulorum testabantur lætitiam : vina sui præstantia cum epulis certabant, erant enim illa in omni perfectione exquisita, hæ vero omnem in se condimentum habebant, quod ad summam lætitiam exquiri poterat. Ex improviso autem inter convivæ ministros murmur aliquod nascitur, hic enim hydrias manu indicat, alter easdem levat, & justo leviores deprehendit, alius cum alio confilis tractat, alter humeros contrahit, ille turbatur in visu, iste ad aures appropinquans in secreto sodali suo loquitur, alius libenter cum dexteritate aliqua Dominum & Sponsum nuptiarum accessisset, ut occurrentem defectum ei innueret, nisi ex altera parte serenitatem solemnitatis turbare & impedire timuisset. Virgo mater ministrorum illorum turbationem modeste observat, eamque ex vini defectu oriti videns, Sponsisque compatiens ad Christum conversa, eum precatur, ut huic confusioni prospicere, & necessitati subvenire dignaretur: *Deficiente vino dixit Mater IESV ad eum, vinum non habent.* Joan. 2. Dominus autem Matri suæ ea ratione respondet, ut haud immeritò videri potuisset in ejus petitionem noluisse condescendere : *Dicit ei IESVS, quid mihi & tibi est mulier ?* Obstupesco hic, quomodo Deus, qui in quovis occurrente casu promptissimus semper fuit ad præstandas gratias, alienisque necessitatibus succurrendum, in præsenti solùm casu ad faciendum miraculum, licet id à Matre sua fuisset expostulatum, fastidiosum se & invitum ostenderit. Dionysius Carthus. respondet ibid, art 7. Christum hisce verbis non negasse petitum subsidium, sed hanc responsionem dedisse, *docens nos, ne habeamus affectum nimis carnalem, & mollem ad carnales parentes.* S. Joannes Chrysost. ibidem dicit, quod *Maria intempestivè miraculum petebat, nondũ enim erat aptum tempus, quando vini defectus erat nondum notus, ut tali miraculo Christus manifestaretur.* Toletus subjungit verba illa hunc sensũ habere: *Opus quod petis, non ex humano pendet obsequio, non jure fidationis humanæ, nec amicitiæ aut consanguinitatis ullius exhibendum est ratione, sed ex divina pendet voluntate.* Ex mente Bedæ autẽ significare volebat: *Se divinitatẽ, qua miraculum erat patrandũ, non temporaliter accepisse de Matre, sed per æternitatem semper habuisse de Patre.* Porrò omnes hæ expositiones & aliæ, quæ præter illas in mediũ adduci possunt, optimè quidẽ procedunt, nulla tamen illarum ad præsens propositum meum quicquam conducit. Atq; ideo dum ego ad alium Scripturæ locum enodandum tranſeo, vos interim spiritum rogate cœlestem, ut talem menti meæ resolutionem præsentis dubii suggerat, qualem & vestrum desiderium & prælentis discursus argumentum exspectant.

5 Verbum incarnatum unà cum discipulis suis Jerosolymam ascendens, varios cum illis sermones tristes & lugubres miscuit, scilicet quod in ea urbe tradendus esset in manus inimicorum suorum, illudendus, flagellandus, crucifigendus, & moriturus, interea vero inde egressa conjux Zebedæi cum duobus filiis charissimis, viscerum suorum pignoribus, Jacobo & Joanne latus ejus utrimque stipantibus, quæ venerabundam & humilem se ad pedes ejus prosternens, cum omni modestia & affectu instanter ab eo hanc gratiam, hisce verbis petit: *Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram tuam in regno tuo* Matth. 20. Cui petitioni Dominus non arrisit, quia pupillas ad planctum & ad non risum accommodaverat, nec tamen etiam

turba-

turbatus fuit, qui potius materni affectus impulsibus ad honores filiis suis procurandos eam exstimulantibus compassus fuit : verum quidem est, quod petitam gratiam non expresse negaverit, sed neque expresse eandem concesserit, sed hisce moderatis verbis ei respondit: *Nescitis quid petatis.* Dic sodes ô mi Redemptor animæ meæ, an non hosce juvenes agnoscis? Nunquid scis ipsos tuos esse cognatos? Cur igitur eis respondes *Nescitis quid petatis*? Nunquid aptius dixisses, te illorum petitioni, ubi tempus & occasio id tulerit, satisfacturum esse? Etenim certum esse existimet Christum hoc illis responsum daturum non fuisse nisi illud jure fuissent promeriti. Unde Paulus de Palat. ibi dicit Christum per hæc verba inferre voluisse hunc sensum: *Creditis quod petere honores & petitis summum onus.* Ratus autem Christum illis hoc modo respondisse ait: *Quia sedem gloriæ, quam nondum meruntur inquirunt.* Chrysost. verba illa hunc sensum habere docet: *Ego vos vocavi ad partem dextram & sinistra & vos vestro consilio curritis ad sinistram?* Ludolphus de Sax ibid. ita explicat, ait eius sit: *Honores Ecclesiæ non sunt dispensandi propinquitate sanguinis, sed ex idoneitate*

Luc. 9. Matt. 9. D. Hier. in Cat. D. Tho. in c. 20 Matt.

personarum ratione scientiæ & virtutis S. Hieronymus patitatem quandam instituit inter *Nescitis quid petatis* dictum Jacobo & Joanni, & *Nescit quid diceret*: quod semel S. Petrus retulit. *Sic mirum est* inquit, *si ista arguatur imperitia, cum de Petro dicatur: Nesciens quid dicebat.* Verum enimvero quomodo veneranda hæc matrona dicitur nescivisse, quid peteret, quæ à splendoribus gloriæ illius invitata eâ sine fine fruitur & potiri desiderabat: Commorabatur filio Dei atque personis sanctis quibuscumque in perpetuum commorari desiderabat? Num forte petitio ejus illicita fuit? Aut eandem cum non sufficienti modestia proposuit? Aut illi pro quibus postulabat fuêre illius impetratione indigni? Imo vero B. Archiepiscopus Valentinus Thomas de villa nova Sr. detransf. exhortatur nos, ne ab hoc beato monte per mediationem nunquam recedamus *Montis huius culmina* inquit, *stabiles teneamus, quæ enim infra sunt & amara, pestiferaque omnia & lethali tincta veneno; hic pax, hic securitas, hic salus, hic gaudium, & si quid veri boni est, in hoc solo monte plenius possidetur.* Cur autem Petrus à SS. Evangelistis Marco & Luca reprehensus fuit? Cum Paschasio Roberto in c. 17. Matth. li. 8. equidem respondere possem Petrum exiguam erga alios discipulos à monte Thabar absentes exhibuisse charitatem: *Nec enim aliquid cogitare de his videtur Petrus, in quibus charitas quàm maxime commendabatur.* Titus Bostrensis ait: *Ignorabat Petrus quod dixerat, quia non oportebat tribus tria tabernacula facere, non enim connumerantur domino famuli nec comparantur creaturæ Creatori.* Origines dicit, quòd locutus fuerit: *Motus quodam spiritu alieno*, volēs impedire Christū *ut non condescendat hominibus, nec veniat ad eos nec suscipiat mortem pro eis;* Dionysius Carthusianus in c. 9. Luc art. 24. quod *non consideravit, quod si Christus ibi maneret, non prædicaret, neque miracula faceret, nec pro salute sæculi moreretur sicque hominum salus impediretur.* Posset & aliæ rationes in medium adduci, quas brevitatis causa pertrāseo, Vos obtestans ut unicæ solisequenti acquiescatis, quæ ex opere quodam Salvatoris summè admirando deducitur, quod præ omnibus à Christo patratis stupefactos & attonitos reddidit omnes qui illud spectarunt, dum enim incarnata sapientia è templo egrederetur, in hominem quendam incidit à nativitate cæcū, qui pulchram hujus mundi lucem nunquam vidit, cuique natura, quæ aliis non solùm liberaletur, sed prodigam se exhibet, defectuosam se nimium demonstravit, Siquidem non solum visum, verum etiam dispositionem & potentiam sustulit, adeo ut habere videretur oculos sine oculis. Vt autem infelicem hunc hominem consolaretur, quid fecit Salvator? Ex saliva & terra lutum aliquod confecit, illudque oculis ejus super imposuit, insuper mandando ut ad fontem Siloë ad radices montis Sion situatum, ut scribit S. Hieronymus in c. 6. Is. se reciperet; Advertendum autem est, hoc loco cæcum lucem non recepisse oculorum, nisi postquam lotus fuit: *Inunctus erat & nondū videbat*, inquit Beda ibi Toletus pariterscribit: *Nonenim* inquit: *prius quam lavare tur visum recepit.* Quod si hic fons Siloë in civitate scaturiisset ubi cæcus aliquā habebat ambulandi consvetudinem, & praxin, transiret quidem, quod ad eum lavandus mitteretur; nunc autem fons ille *distabat per milliare ab urbe*, ut vult Toletus Idem ib. ad not. 7. quomodo igitur per vias nunquam ipsi usurpatas cæco modo ire poterat? Nunquid melius fuisset, si missus aliquis è fonte aquam tulisset, unde domi lavaretur? In hoc punctus

Titus Bostr in c. 9. Luc in Cat. D. Th. Orig. in Matt. ap. D. Th. in Cat c. 9 Marc.

Tolet. ibi, in com.

difficultatis maximè subsistit, etenim Christus noluit ut alius mitteretur, sed cæcum ipsummet in propria persona eo abire voluit; ut demonstraret salutis nostræ negotia tractanda esse cū Deo immediate per nosmetipsos, & nō *per interpositā personam*. Cui datū est, *ut salutis sua negotia ipse per se ipsū perficiat, nulli illa credat, nulli committat, atq; ideo lucem obtinuit hisce medijs, Abiit & lavit, venit videns.* Merito igitur moti fuerūt duo Evangelistæ, ut dicerent S. Petrū extra propositum locutum fuisse *Non enim sciebat quid diceret*, siquidē se velut mediatorē interposuit in favorē Eliæ & Moysis; si enim hi tabernacula velint, ipsimet Christum accedant, eaque ab ipso postulent: *Petrus non rogavit de tabernacula pro se*, inquit Ambrosius Lamocensis, ideoque non dixit: *Faciamus mihi unum tabernaculum, sed rogavit pro aliis dicens: Moysi unum & Eliæ unum, & ideo Nesciebat quid diceret.* Ita quoque S. Jacobus & S. Joannes *Nesciebant quid peterent* quia Matrem tanquā mediatricem inter, & illos erant, quasi dicerent, ut scribit Chrysost. in c. 20 Matth. *Submittamus matrem nostram, ut suo nomine deprecetur pro nobis.* Et quā ob rem existimatis Salvatorem in nuptiis Cana hoc matri dedisse responsum: *Quid mihi & tibi est mulier? Nisi quia ab his qui indigebant roguri oportuerat, non à matre.* Vinum enim petere Sponsum concernebat, qui nuptias instituerat. Per omnia igitur sæcula celebrabitur & laudabitur mulier hæc Evangelica, eo quod tanta cum prudentia negotiū suum gesserit, dum nonobstāte sua necessitate neminē misit, sed ipsamet in propria persona abivit, non adhibuit Apostolos, sed per semetipsam precata est: *Ecce mulier Chananæa à finibus egressa clamabat dicens: Miserere mei fili David filia mea male à dæmonio vexatur.*

Didac. Bezap. l. in Evang. l. 10. c. 3. §. 133.

Ambros. Lamoc. in Dom 2. Quadr. prm. 19.

Chrysost. in c. 2. Io. in Cat. D. Th.

6. Non immerito hic mihi quis objiciat dicendo: quod prohibere, ne negotium committatur alteri, qui illud agat & promoveat, sic idem quod negotium illud constituere in compromissum, cum tamen è contrario perspicuum sit, quod interponere intercessores, imo etiam eosdem multiplicare idem sit, quod negotium illud de quo agitur facilitate, & in viam bonam dirigere cum spe consequendi finem juxta vota & desideria, dicitur enim communiter *Multiplicatis intercessoribus largiaris.* Multæ voces ut scribit Plutarchus in aëra elevatæ, vim habent obtundendi aures integro cuidam avium volantium gregi, eisque præcipitem in terram lapsum procurandi. id quod unidumtaxat voci impossibile esset, ita multos interponere ad negotium aliquod tractandum, illius eventum feliciorem & faciliorem reddit, ut paulatim juxta votum animi sui sortiatur effectum. Unde S. Jacobus nobis suadetur in occurrentibus casibus nostris, præcipue si infirmitates accidant nostrum ad religiosos refugium habeamus: *Infirmatur quis in vobis inquit, inducat presbyteros Ecclesiæ & orent super eum* Jacob. 5. Nunquid etiam S. Paulus ad amicorum suorum preces recurrebat cum diceret *Obsecro vos fratres ut adiuvetis me in orationibus vestris pro me?* Rom. 15. Et quis est qui nesciat quod S. Thomas Doctor Angelicus in addit. ad 3. p. q. 72. a. 2. nos doceat Sanctos invocare tanquam mediatores apud Deū necessarium & utile esse? *Debemus sanctos interpellare ad orandum pro nobis, Sancti enim qui sunt in patria, magis sunt accepti quam in statu viæ.* Unde expresse deducitur, optime fieri, si quis mediatores adhibeat tam apud homines, quam apud Deum, ut postulata pro voto obtinere possit. Quantum ad hoc abest, ut vobis contradicam, dico equidem quod mera vanitas sit mediatores apud Deum requirere, aut sibi procurare, nisi tu quoque precibus tuis curras, caveasque ne vitæ alicujus perditæ dissolutionibus inprædam cedas. Etenim certum est, quod nonnulli inveniantur, qui Dei vel animæ suæ nunquam recordantur, nisi quando virum aliquem spiritualem, aut aliū aliquē religiosum, vel probum Dei servum obviam habentes, ei dicunt: *Pater ora Deum pro me quia valde tua oratione indigeo.* Itane indigeo subsidio alieno? nec sollicitus es, ut juves temetipsum? O merito ridendam stultitiam. Sed quid tandem de te futurum est? *Nulla est negligentia venia, ubinde salute certatur*, inquit Vegetius de re milit. l. 3. c. 5. Porro velle ut religiosus hic vel ille oret pro te idem est, quod desiderare fruitionem fructus laborum quos ille seminavit, & te sementis illius metere velle messem. O quæ felicitas est ista ex parte tui; tu enim ducis in bonis dies tuos, bonas horas tuas in chartis lusoriis, taxillis, & probulis inutiliter transigis, & visus alii orationibus genuflexionibus, & jejuniis sui causa conficiant? *Novi nobiles, & Principes hominum [inquit sacer quidā & famosus scriptor] omnium ac & sidentes in aliorum operationibus, vigiliis & lacrymis, cum nihil ipsi eorum efficerent.* Oppor-

tunè

tunè hîc mihi incidit dissoluti, & vanitatibus mundi totaliter dediti viri ridendum & lepidum factum; hic namque sæpenumerò Conventum quendam Religiosorum magnis honorabat muneribus, optimas illis mittendo provisiones in pane, vino, companatico, & aliis, simulque illos rogando, ut pro ipso preces ad Deum speciales funderent. Boni igitur post libenter à dicto Nobili receptam charitatem nocturno tempore matutino finito, mentem benefactoris devotè in choro adimplerunt, per rigidas disciplinas, & orationes mentales. Sed quisnam erat horum bonorum operum fructus? Boni servi Dei ædificabant quidem, sed benefactor bene fabricata à fundamentis omnia demoliebatur, id est, (ut clarius me intelligatis,) eodem tempore, quo Religiosi opera sua bona perficiebant pro ipso, ipse pessimè & scandalosissimè vivebat, applicando se ludis, crapulis, & turpibus carnis voluptatibus. Absit, ut similes imitemini; quin potius considerate & consectimini Chananæam, quæ alium non requisivit, quàm sui ipsius duntaxat favorem: *Et ecce mulier Chananæa.* Verùm quidem, eam idololatram, & barbaram Gentilem fuisse, mox tamen ut suum agnovit errorem, ut se de gratia desiderata infallibiliter obtinenda securiorem reddet, idololatriam & infidelitatem suam deserit, sicque tanta fide præditam esse declarat, ut ipsimet Salvator noster ei dixerit: *O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* O sapientem mulierem! ô fœminam verè prudentem!

7. Enimverò, ut mulier hæc Evangelica intentum obtineret & evinceret conclusionem, quinam adhibuerit præmissas, attentè velim observetis: *Miserere mei Domine fili David.* Hoc est antecedens: *Filia mea male à Dæmonio vexatur*, hæc est consequentia. O quàm pulchrum & ingeniosum est hoc enthymema! Dicendo etenim *Domine*, Christo velut Deo acclamat: subjungendo autem: *Fili David*, eum ut hominem honorat. Unde Abulensis: *Confitebatur Christum esse Deum & hominem; nam in quantum vocavit eum Dominum, ostendit eum Deum: cum verò Filium David dixit, ostendit esse hominem.* Idque non alio fine, quàm ut finem & intentum suum posset feliciter assequi: (Ut Dominum ad beneficentiam excitet, de industria Filium David nominat, qui ad beneficia conferenda fuerat summè proclivis. Porrò tametsi S. Paulus mulieribus publicè docere prohibeat: *Mulieri docere non permitto*, nemini tamen ingratum sit, aut displiceat, per documenta Chananææ nostræ in prudentia proficere, dum ipsam videmus verbis & factis eum honorare, à quo favorem aut beneficium nititur obtinere. In necessitatibus enim humiliari oportet. Nota est omnibus sequens historia: Nam in terra Chanaan ob nimiam cælorum inclementiam, intolerabilis quædam oborta fuerat annonæ caritas, nullibi panis, aut farina, vel grana pro pecunia comparati poterant, adeò ut non solùm pauperes, sed & divites animo desponderent; universa namque terra omnis erat annonæ inops, & summè egena, adeò ut ipsa granaria veluti jam jam de novo fabricata esse viderentur. Herbarum pascua tam hominibus quàm animalibus communia erant. O quot erant, qui mortem sibi desiderabant, & venabantur, eandem minus malum esse censentes, quàm videre filios suos à famis crudelitate sibi paulatim eripi. Jacob numerosam habebat undecim filiorum familiam, qui quantumvis divinæ attribuisset providentiæ, quia tamen non minus aliis vicinis suis domi suæ summam experiebatur penuriam, & majori præ quovis concive suo gravabatur familiæ numero, domus suæ formidabat interitum. Interea fama ad aures ejus pererebuit, Vice Regem Ægypti ob prævisos calamitosos hosce annos, ad subveniendum vicinarum gentium necessitatibus, ingentem sibi comparasse granorum quantitatem; cunctos ad se filios advocavit, & dixit eis: Universales utique calamitates oculis vestris cernitis, nec est quisquam vestrûm, qui præsentis temporis calamitosas cum intimo sensu non persentiscat necessitates; accingite vos, ut eatis in Ægyptum, cujus Regni Vice-Rex, prouti fide digna relatione percepi, tanta erga communem hujus temporis penuriam compassione afficitur, eaque benevolentia singulos subsidii causa ad se venientes prosequitur, ut neminem dimittat, nisi frumentis bene onustum, dummodo [ut postulat æquitas] prorata frumenti quantitate suam quoque pecuniam adferre non omittat. Accipite igitur, quantum satis est, pecuniarum, abite, & deannonæ sufficientia domui meæ prospicite. Filii Jacob, utpote patri suo obedientes, iter sibi impositum omni possibili studio & sollicitudine acceleraverunt, adeò ut in Regiam Pha-

Abul. dict. q. 63.

In Act. de Abulen. in Matth. 3. q. 63.

ranis confestim appulerint, per viam namque se à fame necessitatis calcaribus valde ad properandum sollicitari senserunt; Enimvero ad vice Regis audientiam introducti, mox ad ejus pedes prostrati, cum genuflexi adorarunt, dicentes: *Servituisumus.* Verum, dicat aliquis, cur non potius se filios Jacob esse dixerunt, viri nimirum è melioribus qui sunt in Chanaan optimi? quod si frumentum domo sibi dari, aut sub credito sibi mutuari petiissent, adhuc aliqua subfuisset ratio, cur se servos & consequenter valde obligatos esse dicerent hoc autem minime prætendebant, utpote qui promptam, optimeque expeditam secum deferebant pecuniam, frumentique pretium in toto rigere persolvere statu tant: Cur igitur ei dicunt *Servi tui sumus* Genes. 42 Quod si grana prompta pecunia empturi Ægyptum ingrediuntur, cur tantas humiliationes & submissiones adhibent? Emptor pecuniam sine mora enumerans nullam prorsus habet submissionis alicujus erga venditorem obligationem: Joannes à S. Geminiano l. 4 c. 38 dicit, Camelum hac esse proprietate naturaliter præditum, quod [Quando oneratur, se inclinans coram hominibus humiliatur, & super genua incurvatur] Unde nonnemo ingeniosum sibi Emblema confinxit, depingendo Camelum actualiter pro accipiendo onere anterioribus pedibus genuflexum & inclinatum, cum hac subjuncta Epigraphe: *Donec accipiat.* Decem itaque filii Jacobi in præsentia Vice-Regis constituti, facti sunt veluti Cameli quidam, quia genuflexi humiliationis actus Vice Regi exhibebant, eumque flexo poplite, inclinato capite, verbo & opere honorabant dicentes: *Servi tui sumus.* Sed quo fine? *Donec acciperent.* Fames illis infesta erat, necessitas eos adstringebat, sacci eorum inanes & vacui erant, grano onerari, & cum gaudio in Chanaan revertidesiderabant. Atq; ideo tot cum submissionis actibus sibi devincire studebant, inquit Oleaster dum ait: *Quoniam videbant se illius ope indigere.*

8 Pientissima peccatrix Magdalena unguentis pretiosis copiosè instructa ad sepulchrum corpus Redemptoris pro temporis & gentis regionis illius consvetudine inunctura concedit; cumque corpus Dominicum in eo non inveniret, furtim inde sublatum esse credens, per Jerosolymitanæ urbis confinia illud summo studio quæsivit. Tandem in virum quendã rudi & lacera veste indutum incidit, quem ex Scipione, quem in humeris gestabat, quilibet hortulanum credidisset, prout ipsa quoque eum vere esse judicaverat: *Existimans quia hortulanus esset;* & ad cujus sese pedes prostr va & soluta coma, lacrymosis ac suspirantibus oculis, verbisque ex gemitu intercisis cum omni fervore & affectu eundem precabatur ut si forte aliquem sibi obvium vidisset, qui corpus Domini è sepulchro ablatum, in humeris suis alio deportasset, id sibi indicare non gravaretur, id quod dicebat subdubitando an non forte ipsemet, cui loquebatur, Dominici fuisset corporis prædator: *Domine si tu sustulisti eum dicito mihi.* Verum enimvero, ô Magdalena, si scirem tibi non futurum molestum, & quod dignari velles tuis dare suspiriis tantillas inducias *id* respondendum mihi, sciscitater utique ex te, an eum quocum jam locuta es, ejusque conditionem cognoscas; Dic ergo mihi sodes, scisne quis & qualisnam ille sit? Ex veste qua indutus est, & ab exercitio quod profitetur, ego illum hominem aliquem vilem, abjectum agricolam, vel hortulanum, aut rusticum aliquem esse existimo: *Existimans quia hortulanus esset.* Quod si igitur id opinaris, cur ei Domini titulum attribuis? Tu quæ nobilis es, opulenta, potentium castellorum Domina hominem colonum & rusticanæ villæ incolam Domini titulo & nobilitanda plebecula ignobili, benigna & facilis, Quod si hortulanum Dominum vocas, viros nobiles quonam titulo compellabis? *Quid audio* [inquit Modernus quidam *Si hortulanum existimat, qua ratione tanquam Dominum consalutat? Hortulani conditio & magnificæ Domini appellatio, quomodo consonant?* Alius quidam scripturæ locus, nunc non multum absimilis, qui in Regum libris repetitur ad præsentis difficultatis propositum elucidandum mire deserviet. Nam dum exercitus Israelis cum Philisthæorum agminibus crudelia inter se prælia agitarent, contigit de quadam hosce victores evadere, illos vero tã ingenti clade affici, ut triginta peditum millia in loco conflictus occubuerint mortui, & inter cæteros nominatim duo filii Heli, Ophni & Phinees, imo ipsammet quoq; amisere arcam dei, quæ in Philisthæorum erat potestatem redacta. Inter multos autem qui timore perculsi, fuga sibi consuluerunt, fuit miles quidam de tribu-

tribu Benjamin, qui venit in Silo; adeò autem miseram sui speciem præ se ferens, ac si è vepreto aliquo à spinis malè dilaceratus erepsisset, aut per manus cruentas transisset latronum, qui in conspectum Heli perductus, eidem dixit: *Ego sum, qui veni de prælio, & ego, qui de acie fugi hodie.* Vix terra arida adeò est aquarum sitibunda, quàm Heli avidè belli, seu habiti utrimque prælii exitum ab hoc milite audire desiderabat. Unde vix eum adesse audierat, cùm ecce subitò, quæ nova adferret, eum interrogabat: *Quid actum est, fili mi?* Cur obsecro Heli virum hunc fili um suum appellat, quem satis apertè militem, eumque gregium esse cognoscebat? aut si eum neutiquam novit, cur verbis adeò benignis eumdem excipit? Etenim fiunt hæc singularis hujus boni senis prudentia; nam bonis eum verbis capiatur, & filii amabili nomine eum appellare voluit, ut exitum belli, statum quoque aut Dei, & filiorum suorum sincerè ei exponeret. Ita S. Gregorius Papa idipsum exponendo dicens: *Eum filium vocat, à quo quid actum fuerit, scire appetit. Honor igitur appellationis non ad amorem refertur, sed ad calliditatem.* O prudentem, lanctèque astutam & providam! ad captandam hortulani benevolentiam, ad hoc, ut hic crederet, an verò ille Corpus Domini sepulcro sustulisset, aut alium id fecisse sciret, cum hoc Domini titulo honorare voluit: *Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi.* Hanc autem vere ejus intentionem fuisse, certum est apud multos Expositores. Beda enim dicit: *Nunc ministratur mulierem, quòd hortulanum diceret Dominum, rogabat & honorabat hominem, à quo beneficium postulabat.* Cardinalis Toletus ait: *Dominum appellat, quia facile eos honoramus, à quibus impetrare aliquid volumus.* Et Glossa ordinaria ait: *Quem putat hortulanum, vocat Dominum, ut honorificaret hominem, à quo rogabat beneficium.*

1 Reg 4.

D Gregor. lib. 3 hom. 25 fol. 257. col. 2. lit. F.

Beda in hunc fol. 206. col. 1. Toletus in hunc fol. 306.

9. In libro Numerorum legitur, nuncios quosdam ad Regem Balac missos esse, qui eidem Balaam itineri se accinxisse, nunciarent, ad visitandum eum. Qua de re Rex certior factus, omnes regiæ suæ aulicos congregari fecit, ut cum illis Balaam obviam procederet, pervenitque usque ad castellum Moabitarum, locum nimirum in ultimis Arnon confinibus situatum: *Egressus est in occursum ejus.* Numerorum 22. Itane? Rex tanto honore vulgarem hominem dignatur! & supra omne debitum personam nauci honorat! Verum quidem est, Magnates decere, quòd inferiores æstiment, & honorent, ne contraveniant legibus; unde Plato Dionysio Syracusano dixisse, vel scripsisse fertur: *Si nostra tibi placent, nos quoque honorare debes. Nunc autem tanquam ab initio tu ducas, ego sequar, honoratus enim à te, & te honorabo, non honoratus autem, conquiescam.* B. potioris § 1. capite de offic. rect. provinc. Plato apud Bart. Cassian. part. 1. consid. 23. num. 1. Hoc inquam verum esse fateor, veruntamen omnis nimietas sive excessus etiam in honoris exhibitione culpandus est. Et quidem non parum admiror tantum ceremoniarum apparatum, quo Balac Rex Balaamum excepisse fertur; scio etenim, quàm ingens sit Principum superbia, quàmque sublimis Regum Majestas; siquidem neminem dignantur alloquio, & vilitatem æstimant non esse superbum. Integro aliquando anno hærebis in curia, donec introducaris ad audientiam, ideòque per memorialia illis loqui oportet; nec sufficit, si fortuna favens te in eorum adducat aspectum sive præsentiam; siquidem elato supercilio è longè te respiciunt, & te fastidientes satis te ab illis nihili fieri demonstrant, & tergum vertunt. Vix sermonem ad illos exorsus es, quin vel per semiverbium tibi respondeant, vel dicendo sufficit, os tibi obstruant, nec ulteriùs loqui permittant. Uno verbo, vilitas apud ipsos æstimatur esse, si nimiam vilibus hominibus dignationem exhibeant. Cur igitur Balac Rex adeò se erga Balaamum urbanum & benevolum exhibet, ut ipsi cum tota regia sua obviam procedat, eumque ad palatium regium in propria persona conducat, velitque, ut pari secum gressu obambulet, ac denique regiis ovium & boum transmissis muneribus honoret? Unde quæso nascitur honor iste, qui Balaamo à Rege quodam exhibetur? In libro 3. Regum 14. factum aliquod huic per omnia simile repetio. Sanctus namque Dei servus Ahias Silonites sommorabatur in Silo, verùm tantâ annorum decrepita ætate oppressus, ut humanis operationibus obeundis inhabilis esset; cadentia namque & fessa corporis sui membra grallis, dum incederet, inniti debebant, jamque amicum oculorum lumen perdiderat, adeò ut nulli alteri rei utilis esset, quàm ut vocibus sana

consilia ederet ; mentè verò Deo serviret : Porrò Rex Jeroboam Reginæ conjugi suæ præcepit, ut acceptis decem panibus, & vase quodam melle referto, incognita dictum Ahiam accederet, & oblatis prædictis muneribus, eundem visitaret, & inopiæ suæ succurreret : *Surge, commuta habitum, ne cognoscaris, quòd sis mulier Ieroboam, & vade in Silo, ubi est Ahias Propheta : Tolle quoque in manu tua decem panes, & vas mellis & vade ad illum* Constat autem, Ahiam apud Jeroboam in exigua æstimatione habitum fuisse, adeoque non exiguus Ahiæ favor fuisset exhibitus, si prædicta dona per aliquem servorum suorum ad eum transmisisset ; at verò, quòd Jeroboam ipsammet Reginam eò usque incommodari voluerit, ut deposito regio decore, regiisque vestibus, in propria persona ad abjectum & decrepitum Ahiam se conferat ; magna res est, maturaque consideratione dignissima ; nec dubito, quin mysterium aliquod in se includat : Ut autem difficultatis hujus caput dissolvere valeatis, sacrum Textum legere oportet ; ibi namque inter alia dicitur: *In illo tempore ægrotavit Abia filius Ieroboam*, hujus ergo causâ ad Ahiam misit, nimirum ut ab ipso, qui Propheta erat, infirmitatis filii sui exitum percipere posset: *Ipse indicabit tibi, quid eventurum sit puero huic.* Quamdiu Jeroboam nullâ premebatur adversitate vel necessitate, pauperis Ahiæ ne quidem semel recordatus fuisset, tametsi præ necessitate eum morte conflictaretur ; at verò quando filius ejus lecto affixus fuit, & Prophetæ operâ indiguit, munerâ ei regia transmisit, eumque personali, licèt incognita Reginæ conjugis suæ visitatione honorare voluit: *Quamdiu enim Ieroboam & ejus uxor prospere regnabant, tangebanturque molestia nulla, eorum mentem nulla Prophetæ recordatio tetigit : Ac cùm ægritudo dilectissimi filii eos invasit, statim Prophetam quærunt, ut aliquod ab ipso levamen consequi valeant.* Hæc pariter, inquit Oleaster, Regis Balac intentio fuit, quando regii decoris & splendoris terminos excessit nimio ceremoniarum apparatu Balaamum recipiendo ; hanc enim ab ipso sibi gratiam præstari desiderabat, ut populo Dei malediceret : *Solent homines, cùm egent operâ alicujus viri, magnum illi conferre honorem.*

Ioan. Sylveira to. 2 lib. 4, cap. 2. qu. 4. fol. 510. col. 2. n. 27

10. Fama sanctitatis Joannis Baptistæ per universam Judæam divulgata erat, adeò ut nec vicus, nec oppidum esset, in quo integra hæsibilia ejus opera non resonarent : vox communis populi passim in omnibus locis integritatem vitæ, & fructum, quem prædicationibus suis pariebat, deprædicabat adeò, ut eum non hominem quendam vulgarem crederent, *sed putarent esse aliquem valde magnum*, inquit Dionys. Carth. ibid. art. 5. fol. 258. col. 1. lit. F. atque hinc est, quòd ut se de ejus qualitatibus certiores redderent, ad eum Legatos Jerosolymis amandarint Sacerdotes & Levitas ; qui cùm ad eum accessissent, eumque vidissent novellum esse Anachoretam, deserti habitatorem, pelle Cameli miserè vestitum, Eliam in terras rediisse credidérunt. Alii verò in Scriptura sacra magis practici, scientes quòd Moyses in Deuteronomio illis Dei loco magnum quendam Prophetam venturum esse promisisset : *Prophetam suscitabit vobis Dominus*, ex iis, quæ in Joanne notabant, indiciis ipsum promissum à Deo Prophetam, facilè existimabant ; unde utroque eum titulo reverenter salutarunt, dicendo : *Elias es tu? Propheta es tu?* *Ac si dicerent*, (juxta expositionem Cardinalis Toleti ibidem in comm. fol. 118.) *tua insignis & insolens virtus, non patitur te communem esse hominem ; adeò, ut si Christus non sis, saltem sis illius præcursor illustris.* Verum enimverò Auditores, existimatisne hosce ad Joannem submissos Legatos honorificis hisce titulis ipsum insignivisse ex zelo, seu recognitione residentis in ipso meriti ? Minimè gentium, quin potius erat quædam, nescio, an dicere debeam, prudentia, vel astutia, seu politica, & Rhetorica Sacerdotum & Levitarum ; ita enim secum discurrebant : Joannes apud Rabbinos nostros in summa habetur æstimatione, quòd enim nos ad eum legationis causâ expediverint, signum est, quòd eum in Synagogæ nostræ caput eligere velint, in quo casu nobis fortasse ægenumerò opus esset ejus favore, si ad aliquam dignitatem evehi cuperemus ; Mactemus igitur eum modò gloriosis Eliæ, vel Prophetæ titulis ; hac enim ratione facilem nobis ad impetrandum desiderata, viam sternemus. Ita exponit Pater Philippus Diez Conc. 2 Dom. 3. Advent fol. 104. col. 1. lit. C *Da nobis quæsumus veritatem, an sis Messias ; nam te magna cum pompa & honore ad Urbem adducemus ; sperabant enim fore, ut eos Rabinos crearet,*

11. Nisi scirem, officinam Dæmonis virtutum moralium omnis generis expertem esse, nec alias in ea merces præter malitiam contineri, dicerem ipsum quoque prudentiâ aliquâ in eo, quod cum Christo nonnunquam haberet commercio, usum fuisse; quia verò hæc ei laus non debetur, dicam ad minus ipsum se extenùs saltem prudentem simulasse, licèt fuerit malitiosus: Audite igitur apparentem, non verò realem inimici infernalem prudentiam. Postquam Dei Filius sedatâ naufragantis tempestate, tranquillitati illud restituisset, & navigio in Gerasenorum regionem extendit, locum nimirum ex opposito Galilææ situatum; vix autem pedem in terram fixerat, cum ecce dæmoniacus quidam coram illo ponderosus, ad ejus se pedes prosternit: *Is ac vidit IESVM, procidit ante eum*; adeoque aliquem quendam exhibuit, qui in quovis alio præsumpsam in ipso æstimari potuisset actus reverentiæ & humilitatis; ac proinde Dionysius Carthusianus ibidem articulo 22. fol. 163. columna 2. litt. G. dicit: *Procidit diabolus ante IESVM, non humilitate, sed necessitate, non amore boni, sed timore gravioris supplicii.* Atque ista voce, in præsentia omnium Christum honorat, ipsum verum Dei Filium acclamando: *Exclamavit voce magna, & dixit: quid mihi & tibi IESV Fili Dei Altissimi?* Imò S. Marcus, quidem dictum recensens, dæmonem adorasse Salvatorem asserit, dicens: *Videns autem IESVM à longe, cucurrit & adoravit eum.* Liceat mihi hîc, ô Auditores, circa factum istud quandam parvam movere difficultatem. Æternus Pater determinat unigenitum Filium suum incarnandum in hunc mundum mittere, omnibusque Angelis subitò creatis eum exhibet, iisque præcipit, ut eum veluti superiorem suum recognoscant & adorent; prout sanctus Paulus idipsum Hebræis in scripta ad eos epistola significavit, dicens: *Et cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei*; quæ verba à S. Anselmo in cap. 1. ad Hebræos, fol. 454. columna 1. litt. B. ita exponuntur: *In qua humanitate eum adorare vionentur Angeli, quia in Divinitate, ut adorent eum, non indigebant admonitione, & quia homo unitus Deo adoratur ab Angelis patet, quia longe melior est ipse, quàm Angeli.* Ac si Pater æternus hoc modo Angelos alloquutus fuisset: Quid videtur vobis, ô cæli cives, & cælestis regiæ meæ aulici? Nunquid filium meum, ubi incarnatus fuerit, adorabitis? Quid? inquit Lucifer cum suis sequacibus: Adorabitis? Ego, cui obsequia & servitutem omnes empyrei cæli habitatores debent, quemque reverenter adorant, me ergà hominem submittere & inclinare debebo? Egone permittam, ut homo gloriari possit, se naturæ meæ excellentiam coram pedibus suis humiliatam vidisse? Nunquam in æternum id fiet, utsum; potiùs cælum ruat; Equa enim in re ego Deo inferior exisso? Vel, quid Deus excellentiæ in se continet, qua me antecellit? *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Tantum abest, ut ego adorem, vel me submittam creaturæ alicui, tantum me inferiori, quantum terra cælo inferior est. O superbia Luciferina! Verùm enimverò, quantum hic ipsum à semetipso differentem & mutatum invenio, quando ipsum ad Incarnati Verbi pedes humiliter prostratum, ipsumque Verbum reverenter adorantem conspicio: *Videns IESVM à longe, cucurrit & adoravit*; imò eum honoravit, expressè ipsum Filium Dei prædicando & confitendo: *Et clamans voce magna dixit, quid mihi & tibi IESV Fili Dei altissimi?* Et tamen certum est, quòd Dæmon *adhæret malo inflexibiliter.* Veruntamen, ô Auditores, cesset omnis admiratio, quia sicut Chananæa laudatur prudentia, quando dixit: *Miserere mei fili David*, quia aspirabat ad hoc, ut Dæmon è filia sua expelleretur: *Filia mea male à Dæmonio vexatur*: Ita in hoc rebelli spiritu admirari oportet ejus astutiam, ejusque observare malitiam; siquidem ideò Christo humiliatur, eumque adorat, & verum Dei Filium esse prædicat, quia duas ab eo obtinere gratias desiderabat, scilicet, ut eum non torqueret, Lucæ 8. *Obsecro te, ne me torquens; ac denique, ne eum condemnaret: Ut in abyssum iret. Tangitur causa* inquit Dionysius Carthusianus in capite octavo Lucæ, fol. 163. columna secunda, littera G.] *cur præfata verba veritatis laudinque Christi dixerit Diabolus, qui mendax est ab initio; formidabat à Christo expelli, atque ab hominum læsione compesci; timuit quoque à Christo in infernum detrudi.* Considerate igitur hoc factum, ô Auditores, & negligendo ver-

Ambros. Cathar. in cap. 3 Geneſ. Iacobus de Valen. in Pſalm. 82. Ioan. Vigus. de inſtit Theolog. c. 3. §. 2 verſ. 15.

Matt. 5.

Hebr. 1.

nas

nas colligite rosam ; præscindite ab opere malitiam , & detestantes astutiam, observate actionem , & Chananææ imitatores estote, quæ sine malitia, & cum non vulgari prudentia, ut scribit Abulensis in cap. decimoquinto Matth. fol. 139. cap. 3. *Cecidit ad pedes ejus in terram prona, vel genibus flexis, quod erat adorare.*

12. Verùm enimverò, quot sunt, qui hujus Evangelicæ mulieris prudentiam posthabentes, diabolicæ malitiæ discipulos se declarant! Verum quidem est, quòd multi adorent Deum, & honorent Sanctos aliquo saltem signo religionis, hoc tamen nunquam faciunt, nisi quando se in necessitate constitutos inveniunt. Si eures celebrari Missam, si gloriam Deo tribuis frequentando Ecclesiam, id totum ideò à te fieri, mihi persuadeo, ut Deus ab immissa tibi tribulatione, te liberet. Quando Deus te visitat, gravem quandam infirmitatem immittendo, quæ te nocte dieque affligat, tunc subitò te Virgini sanctissimæ recommendas, faciendo votum de servando quovis Sabbatho jejunio in pane & aquâ, licèt aliàs in toto vitæ tuæ cursu nunquam jejunaveris, nequidem in vigiliis à sancta Dei Ecclesia præceptis. Quot sunt, qui jejunant duodecimâ Decembris, & die octavâ Februarii, qui utique non jejunarent illis diebus, nisi vehementem paterentur oculorum & dentium dolorem? Quod vel inde patet, quia postquam exciderunt omnes dentes, facti edentuli, nunquam jejunant amplius. Sic quoque videmus, quòd qui ob commissum quoddam delictum in carcere vinctus sedet, si videat causam suam paulatim deteriorem fieri, longiusque produci, nunciat uxori suæ, ut Rosarium, & Officium beatæ Virginis sibi mittat, vitam deinceps suam emendare, & semel ad minus quovis mense confiteri, sibi proponit : Nolo dicere, quòd hæc ineundo consilia malefaciant , sed hoc tantùm conor inferre, quòd ideò solùm Dei recordentur, quia scilicet adversitatibus premuntur , & ideò glorificant eum per opera virtuosa, quia ad id adstringuntur per necessitatem, quam optarent evadere. Moyses Propheta veluti Dei Legatus ad Pharaonem mittitur, ut Dei nomine eidem præcipiat, ut populo suo libertatem restituat, Exodi quinto. *Hæc dicit Dominus Deus Israël, dimitte populum meum, ut sacrificet mihi in deserto.* Quid mihi negotii intercedit cum Deo tuo, respondebat Pharao : nescio Deum tuum, nec ullam ejus habeo cognitionem ; ego, ego arbitrii mei sum Dominus, nec quemquam agnosco, qui aliquam mihi præcipiendi habeat authoritatem: *Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Israël? Nescio Dominum & Israël non dimittam* : O maledicte Atheista! ô Ethnice! ô barbare! At verò paulò pòst Aaron juxta Dei præceptum, fluminum, rivorum & paludum aquas virgâ suâ tangit, & confestim tot ranæ egressæ sunt , ut universam impleverint Ægyptum : Quando Pharao somnum capturus lectum petebat, eundem ranis undique obseptum inveniebat : Quando mensæ accumbebat, mox ranæ in fercula exiliebant, thronus quoque, in quo cum Majestate sedebat, à meris ranis occupatus erat : Quando ambulabat, ad singulos pedum suorum gressus integri levabantur ranarum turbines : quando sedem capiebat, ranæ conglobatæ in eum seingerebant : quando de die à negotiis se subducens somni dulcedine fessa volebat recreare membra, ranæ eidem plusquam musæ importunæ erant. Unde exclamare cogebatur: Eheu, quid est hoc! impossibile est vivere cum istis ranis , unde tanta ranarum prodiit multitudo? Heus Moysen & Aaronem advocate, quos coram se comparentes , blandè allocutus est, dicens : Obsecro, rogate Deum vestrum, ut maledictionem hanc à me dissipet, neque enim amplius vivere possum, promitto vobis in fide Regis, me vos, & populum vestrum liberos protinus dimissurum esse: *Orate Dominum, ut auferat ranas à me & à populo meo, & dimittam populum ut sacrificet Domino.* Antea Pharao Deum non cognoscebat, nunc dicit, *Orate Dominum* : antea inobediens & obstinatus, populum nolebat dimittere, nunc dicit, *Dimittam populum* : antea audire nolebat de sacrificio ab Israëlitis Deo in deserto offerendo, nunc subitò resipiscit, dicendo: *Dimittam, ut sacrificet Domino*: Verùm nolite mirari, ipse namque Deum recognoscit, & tunc tandem æstimat, quando se in necessitate constitutum conspicit. Audite Origenem : (Iste qui modò dicit: Nescio Dominum, postea cum vim senserit verborum, dicturus est, orate pro me Dominum. Et utinam idem quoque inter nos Christianos non contingeret ; posito enim, quòd Pater spiritualis vel prædicator ex par-

parte Dei te exhortetur, tibiique præcipiat deponere odium, ab usuris cessare, cavere malas & suspectas societates, liberare te à servitute peccati; mox me te respondentem audire videor: *Quis est iste Dominus?* volo vivere juxta meum arbitrium; non recognosco alium Dominum, præter propriam voluntatem; sic volo, sic jubeo, quid mihi interest cum Missis, Ecclesiis, devotione, confessionibus? At verò postquam Deus ranas tibi immittit, id est capitis, vel dentium dolorem, ingentem facultatum tuarum jacturam, gravem infirmitatem, vel persecutionem, aut si gravis debitor tuus foro cedat, aut uxor & liberi temporali morte tibi eripiantur, aut grando possessiones tuas devastet, tunc, tunc recurris ad Deum, tunc frequentas Ecclesiam, tunc confiteris, tunc Deum honoras & glorificas, tunc Religiosos requiris, ut tot pro te Missas dicant, Deumque pro te orent; *Orate Dominum, ut auferat ranas à me*; tunc vocantibus murandi vitam, christianè viven-di, ad damnationis tuæ occasiones, Deique offensas nunquam redeundi. At verò sublatis ranis, quid fiet? Pharao est idem, qui antè: *Indoratum est cor Pharaonis, & non dimisit populum*; vix enim ab adversitatum ranis liberatus es, quin voti facti obliviscaris, redeas ad pristinas malas societates, in priores denuò reincidis culpas. Transeunt anni & anni, quibus non confiteris, dorsum cælo vertis, pristinam denuò repetis vitam, ut meritò dete dici possit: *Indoratum est cor Pharaonis* Vidistine aliquando hominem aquæ hauriendæ causa ad fontem euntem. Mox ut quam voluit, aquam à fonte accepit, suumque vasea replevit, dorsum mox fonti obvertens, inde discedit; quamplurimùm à Deo desideratam obtinuisti gratiam, dorsum quoque ipsi obvertis, & ad pristinas denuò consuetudines te recipis. Non sic Chananæa fecit, quæ veluti mulier prudens idololatriam semel derelictam nunquam repetivit, quin potiùs receptam gratiam recognoscens, & facta fidelis, à Christo celebrari meruit hisce verbis: *O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* At verò, ô Auditores, si prudentis est ad impetrandam gratiam quandam per terminos civilitatis cum benefactore procedere, prudenter agere censebor, si qui vos desidero benèficos esse erga pauperes, ad obtinendum intentum, vos charitativos & liberales esse, in veritate dixero, detis igitur eleemosynam, ut per hanc vobis à me datum elogium confirmetur, & pauperes subleventur.

PARS SECUNDA.

13. Mulier Chananæa tres præcipuè actiones prudentes elicuit; nam primò in propria persona Christum accessit; deinde Christum honoravit, Divinitatem & humanitatem ejus confitendo: Denique prudentem se exhibuit, utendo patientia: dum enim instanter orat & exclamat, & Christus ei non respondet: *Non respondit ei verbum*: Nequaquam ob hoc animo despondit, sed patientiâ obarmata: *Adoravit eum, dicens: Domine adjuva me*; & tametsi pariatur repulsam à Christo dicente: *Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus*; ipsa tamen ne quidquam movetur, sed cum non vulgari suavitate humiliter responderet: *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum.* Quid igitur hic dicitis, Auditores? Nunquid mulier hæc prudens censenda erit, quæ inter tot naufragia, quæ illam ad desperationis scopulum allidere, & conquassare debuissent, per anchoram patientiæ securitati suæ adeò studiosè consulere novit? *Mira hujus mulieris patientia prædicatur, quia toties contempta in precibus perseverat*, inquit Maldonatus. Multa elevata valde & sublimia ingenia varia pro bono sive utili, sive honesto, sive delectabili promovendo adinvenerunt exercitia. Apollo enim medicinam invenisse dicitur: Melissus Rex sacrificia: Amphion Muficam: Mercurius Lyram: Sculpturam Dipelus: Cleanthes picturam, Phelon monetas, Chalybes ferrum, Zoroaster artem magicam, Sinones Græcus specula, fœmineæ pulchritudinis fideles Secretarios: Theodorus Samius modum custodiendi gemmas, argentum, & aurum in serratis scriniis sub custodia clavium: Jason artem sulcandi mare navibus: Trugillus modum obeundi civitatem in curribus & rhedis. Verùm inter omnes hasce diversarum artium inventiones, quænam mundo utilior est patientia? Hæc adversus omnia mala verus est Mithridates, quòd Theodosius III. Imperator frequenti experientia edoctus, eidem virtuti privilegium sive elogium dedit amplissimum, hujus tenoris: *Patientia remedium omnium malorum.* Equidem Æsculapius Hipocra-

Maldon. ib. f. 362. num 27.

Theodos. 3. ap Ni-

sol Rens ner. laff 2. Symb. 4. f. 235.

pocrates, Galenus, & alii Physici & Anatomici, varia quidem pro variis malis pellendis adinvenerunt remedia, veruntamen patientia cunctas medendi artes & inventiones antecellit, utpote commune & universale omnibus malis medendis antidotum.

Nicol. Reusn. ibi.

Alia aliorum sunt malorum remedia.
Patientia omnium est malorum remedium.

D. Th. in epist. ad Gall. c. 3. sect. 3 folio 86 c. 2.

Unde S. Thomas de Aquino dicere & monere solebat: quod *in adversis patientia habenda est, qua facit, quod animus propter adversa non moveatur ab amore Dei & rectitudine justitiæ.* Eandem Theriacam S. Ioannes Chrysostomus tanquam efficacissimam approbavit dicens: *Gaude patientia & exulta, quia ubique secura es, & ubique illæsa tentaris proficis, si humiliaris; erigeris, si pugnes, vincis si occideris, coronaris; in servitute libera, in periculo tuta, in custodia lata: te potentes honorant, suscipiunt principes, magnates exquirunt: tibi boni parent, mali invident, cedunt amuli, inimici succumbunt,* Aug. l. 5. de civ. Dei c. 12. Dion. l. 38 D. Th. l. 2. c. 4. de Reg. Romani in cunctis adversitatibus & turbulentiis suis, se tutati sunt per patientiam, quæ deinceps iisdem ad præcellentias & applausus sibi acquirendos efficax extitit medium; de quibus proinde in Scriptura legitur *Potentes viribus, & possederunt omnem locum consilio & patientia.* Scribunt Philosophi lapidem qui Alumen appellatur in pulverem contusum & affusa aqua in modum calcis præparatum hanc habere virtutem, ut si ligna eadem calce obliniantur, eadem ab igne præserventur nec læedi possint. Unde Quintus Claudius Aul. Gel. l. 15. noct. Actic. c. 1. Franc. Lab. t. 3. prop. 12. de patientia referunt, quod cum Sylla Pyræum in terra Attica obsidione cinxisset, cuius præcipua fortitudo in turri quadam lignea consistebat, ut eandem in suam redigere posset potestatem, quaquaversum per totum circuitum ignem satis vehementem accendi fecerit, ut ligna turris igne succensa penitus deflagrarent; verum irritus fuerit ejus conatus, siquidem ligna turris illius ab Archelao Regis Midæ Geometra ex Alumine confecta calce fortiter & solidè oblinita fuerant: [satis diu sunt conati, sed nunquam incendere quiverunt, quia Archilaus omnem materiam oblinierat alumine.] Eodem modo adversus Romanos nullum unquam potuit exercitum prævalere, utpote qui nec ferro superari poterant, nec igne, quia in cunctis fortunis adversis patientiæ tunica accincti & amicti erant [Etenim in lapide isto patientiæ virtus præclarè tatur, ignis quidem est tribulationis symbolum, at ubi quis oblinierit corsum patientia vera, in medio flammarum intactus remanebit.] Etenim mulier Chananæa, velut obsidione quadam ab adversitatibus est cincta, Dæmon enim est in domo, filia ab eodem vexata, ipsa exinde mœsta penitus & desolata quam insuper Christus Dominus verbis satis duris & asperis affligit & mortificat, nec tamen ipsa adhuc manus dat victas, adversitatibus cedens, quin potius per patientiæ alumen mentem suam oblinens, turris quædam facta est prorsus inexpugnabilis: *O Mulier magna est fides tua! Fiat tibi sicut vis*

14. Quis inter tot prudentis hujusce mulieris infortunia & adversitates solidus perseverare potuisset & immobilis? Referunt Nicephorus Callistus. lib. 18. hist. Eccles. cap. 40. Vega in p. 3 pœn con 8. f. 274. quod cum Phocas adversus Mauritium Imperatorem prævaluisset in prælio, eumque una cum liberis & conjuge fuga in suam redegisset potestatem captivum, tandem in conspectu Mauritii primo quidem filios eius postea vero Conjugem ejus Imperatricem, ac demum ipsummet Mauritium impiè trucidari jussisset; ut pro nde de summè admirandum fuerit, qua ratione cor Mauritii suorum tam crudelem necem spectando, adeo constans & imperturbatum permanserit, quod rumpi & frangi præ doloris vehementia meritò debuisset. Nescio an fabula, an vero veritas sit, quod Pausanias, libro 8. Arcadic. folio 516. Plutarchus, & Cardanus referunt, hi nam- Cas quemirabilem quandam Aquæ Stygiæ delectabunt proprietatem, nimirum quod hæc aqua nis virtutem quandam & potentiam habeat adeo in indomitam, quod in quocunque demum vase sive ferreo, sive æneo, sive ex quovis alio Metalligenere confecto consisteret, illud confestim haud secus ac si vitreum aut Crystallinum esset, rumperet, & in mille partes; confringeret; imo omne vas, ex quacunque tandem materia illud sit, fabricatum, rumpere dicitur: quod vero magis mirandum est, est illud

illud, quod insuper addunt, scilicet unicam jumenti ungulam, eidem vasi impositam, aquæ hujus vehementiæ resistere, eamque compescere, ut refert Plutarchus in opusc. de primo frigido. *Inter reliqua omnia una asini ungula flygi aquæ resistit.* Quis autem ignorat, animum patientiæ symbolum esse; unde & Isachar à Jacob appellatus fuit *Asinus fortis, Gen. 49. perferens tolerantiam oneris suffert onus, nec calcitrat in Dominum*, inquit Franciscus Georgius Venetus to 1 sect. 4. fol 58. n. 294. Quid igitur mirum, si Mauritius Imperator tot calamitatum aquas in pectoris sui vase continere potuit, nec tamen cor ejus ruptum fuerit, sed intrepidum & constans permanserit? pectus namque ejus patientia undique communitum erat, quæ omnium, quas adversa fortuna alicui immittere novit, ærumnarum aquis stygiis resistit. Hæc autem illud fuit antidotum, quod ipsum constans & intrepidum conservavit. O quot satyricæ linguæ in Davidis gratiam armatæ erant? quot per æra volitabant murmurationes? quot detractionibus regia ejus fama proscindebatur? quot *Psal. 37.* vicis ejus struebantur insidiæ? *Qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.* Sed quònam ô David in his omnibus animis positus, utebaris præsidio? Audit: *Tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.* Omnia patienter sustinebat, per hanc linguis resistebat malignis, & omnibus continuò eum molestantibus. *Quod refertur ad exteriorem patientiam*, interpretatur Cardinalis Hugo ib. fol. 90. col. 3. num. 15. Ita quoque de Philippo Macedonum Rege loquitur, quòd *omnes fere convitiatores suos vicit patientia.* Et Aristippus verbis contumeliosis à certo quodam æmulo suo molestatus, hoc solum dixisse fertur: *Penes te est maledicere, penes me bene audire.* Plato maledicentibus sibi non aliud respondit, quàm *Perge maledicere, quia benedicere non didicisti.* Quod fere consonat, quod in simili casu Xenophon dixit. *Tu maledicere didicisti, ego didici maledicta contemnere.* In solius namque patientiæ scuto omnia malevolorum fulmina obtunduntur.

15. Et quod malum hac virtute non vincitur, quænam ærumna, quantacunque illa tandem sit, hac armatura non superatur? O quam egregium secretum, dignum profectò quod quilibet addiscat, & quotidie utatur, prout Joseph in Ægypto fecit; de quo Regius Propheta loquens dicebat: *In servum venundatus est Joseph*: sine causa in carcerem conjectus, & ferrea catena vinctus fuit: *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus.* Unde se hoc ferro oneratum esse conspiciens, tantam in sementis sensit perturbationem, ut animam sibi gladio transfixam esse arbitraretur: *Ferrum pertransiit animam ejus.* Sanctus Ambro- *Ambros. Hugo Car. ib. f 254. c 1. n. 18.* sius, & Cardinalis Hugo legunt: *Ferrum per transiit anima ejus.* Videre hic miram diversitatem, antea enim anima transfigebatur à ferro, nunc verò ferrum ab anima Josephi transfixum & penetratum esse dicunt; qua ratione fieri potest, ut anima, quæ spiritualis est, materialis ferri duritiem penetrare possit. Certatim inter se dimicare videbantur Pharaonis ferrum, & anima Joseph; hæc per patientiam, illud per duritiem; tandem verò ferrum devictum cedere debuit victrici patientiæ; per quod nobis insinuatur, nullam inveniri posse difficultatem, aut molestiam, quantumvis duram, quantumvis acerbam, quam patientia temperare aut superare non possit. *Quasi anima Joseph* [inquit S. Ambrosius] *patientia fortior ferro effecta, ipsum pertransierit, & penetraverit ferrum.* Quantumvis igitur Dei Filius petitionem Chananææ respuat, & abjiciat, eique se in contradictorio opponat, nolendo petitam filiæ libertatem à Dæmone indulgere; in fine tamen certum est, quòd victrix & triumphatrix futura sit Chananææ patientia, quæ suave hoc tandem responsum ab ore Christi retulit: *Fiat tibi sicut vis.* Hæc virtus lapis Lydius est, quia qualis quisque sit, an verum probatumque aurum, an verò falsum, certò manifestat & aperit: *Qui non æquanimiter & patienter tolerat adversa, aurum se reprobum esse declarat* (inquit Gregor. Papa. Quisquis autem in adversitatibus suis patientia sese communit, aurum est perfectissimum. Joan cap. 1 refertur, quòd S. Philippus Nathanaëli obviam factus, eidem se Messiam invenisse, dixerit, eumque, ut ad eum videndum se sequeretur, commonuerit: Christus autem Nathanaelem conspiciens, subitò dixit: *Ecce verus Israëlita, in quo dolus non est.* *Joan. 1.* Porro Nathanael Christo victori factus, ad pedes se prosternens, eum adoravit, & verum Dei Filium, & Israelis Regem esse, confessus est, dicens: *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israël.*

D. Greg.

Verùm dic sodes, ô Nathanaël, ex quibus argumentis JESUM Filium Dei & Israëlis Regem esse, conjicis? Tu enim illum hactenus nunquam vidisti, aut cognovisti, nec ulla tibi cum eo interfessit sermonis mutui familiaritas; Negotii, de quo loqueris, pondus & momentum maximum est; unde facilis nimis ad idipsum credendum existis, utpote qui nulla ipsum hactenus vidisti patrantem miracula, informare prius, ejusque vitam & conversationem accuratè consideres. An ignoras, quòd olim è Philosophis nonnemo dicebat: quòd priusquam vir aliquis ad medullam usque cognoscatur, modius salis cum ipso manducando consumendus sit? Quis te, ut eum Filium Dei esse crederes, induxit? Forte Philippi relatione id tibi persuasum fuit, qui dicebat: *Invenimus IESVM Filium Ioseph à Nazareth?* sed ex hisce verbis eum non Dei, sed Josephi Filium essa, agnoscere potuisti. Quot miracula Christus cæsorum Rex patrarit, priusquam in Crucis ligno moreretur, satis est omnibus notum; siquidem scimus, quòd aquam in vinum commutarit, curaverit infirmos, sanarit claudos, restituerit paralyticos, leprosos mundarit, pepulerit dæmones, surdis auditum, sermonem mutis, cœcis visum restituerit, & resuscitarit mortuos, & tamen Hebræi hæc miracula videntes, nunquam induci potuerunt, ut eum Filium Dei esse crederent. At tamen postea, quando in Cruce suspensus hærebat inter opprobria, contemptus, illusus, derelictus, blasphematus, moribundus, inter latrones velut latronum coryphæus crucifixus, ab errore suo nonnulli Hebræi resipuerunt, cœperuntque dicere: *Verè Filius Dei erat iste.* Quodnam est hoc paradoxum? Vident eum patrantem miracula, & artificis filium esse credunt: eundemque postea in mortis angustiis positum contemplantes, Filium Dei esse publicè confitentur? Verum enimverò, nolite id mirari, Auditores, nam ex patientia, quacum acerbissimas pœnas suas sustinebat, velut ex lapide Lydio, eum verum, purum, putum, probatumque aurum, id est, Filium Dei esse cognoverunt: *Centurio patientiâ Christi motus, quam in Cruce habuisse vidit, exclamavit: Verè Filius Dei erat iste!* asserit Tertullianus. Sic quoque cum Nathanaël Philippo respondisset *Nunquid aliquid boni esse potest à Nazareth!* Videretque Christum hanc injuriam non solùm patienter sufferre, verum etiam in sui commendationem hoc elogium adjicere: *Ecce vere Israëlita, in quo dolus non est.* Mox ex Lydio patientiæ suæ lapide commotus, imò coactus fuit dicere: *Rabbi, tu es Filius Dei. Hominem, in quo Nathanaël tantam patientiam agnovit, non purum hominem, sed Filium Dei credit, & fatetur.* Concludamus igitur cum Chrysostomo, & dicamus, quòd *patientia est hominibus causa omnis boni.* Hanc sibi Chananæa usurpavit, eandem vos quoque exercete, & abite in pace cum nostra benedictione.

SERMO IX.

SERMO NONVS.

IN FERIAM SEXTAM DOMINICÆ PRIMÆ QVADRAGESIMÆ.

Erat dies festus Iudæorum, & ascendit IESVS *Ierosolymam, est autem Ierosolymis probatica piscina.* Joan. c. 4.

IAm hyberni rigoris & frigoris vehementia remiserat, quando Hierosolymis debita cum festivitate & pompa Paschalis celebrabatur solemnitas, aut dies agebatur Pentecostes, ut volunt Cyrillus, Theophyl. & Chrysost. Cui solemnitati Verbum quoque Incarnatum, ut ea, quæ in simili solemnitate à singulis exiguntur, æterno Patri exhiberet obsequia, assistere volens, à Judæa recessit, seque ad præfatam Urbem Judææ Metropolim recepit: *Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam.* In quodam horum autem, ubi major convenire solebat populi frequentia, piscina quædã erat, non minus mysteriosa, quàm salutaris & famosa, quæ à quinque earum circumstantibus porticibus cingebatur, quæ certis determinatisq; temporibus, cæcis, paralyticis, claudis, & omnis generis infirmis ad eandem piscinam in incredibili numero concurrentibus, referræ erant: *In his jacebat multitudo languentiũ, cæcorum, claudorum, & aridorum,* Joan. 4. idque nullo alio fine, quàm sanitatis recuperandę causã: *Qui gratia sanitatis recuperandæ illuc se recipiebant,* inquit Tolet. ibi. in com. Persuadebat ibidem patientia unius cuique desiderio, ut moram eò usque ibidẽ traherent, donec Angelus de cælo descendisset, e cujusque adventu moverentur aquæ: *Vt indicaret motus ipse, aquam illam non naturali, sed divina virtute, tanquam Dei instrumentum sanitatem dare,* recipiendo virtutem curativam, cuivis infirmitatum generi subservientem: *Omnis infirmitas corporis, seu membrorum defectus, etiam quibus ars & natura subvenire non poterant, in hac piscina sanabatur,* inquit Tolet. cõformiter ei, quod S. Ioannes scribit: *Sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.* Verum quidem est, aquas illas non semper, sed *ad tempus* quoddam salutiferas fuisse, ut vel inde virtutem illarum minimè naturalem esse cognosceretur: *Vt appareret vim sanandi divinitus illi ad momentum temporis impressum, non naturaliter datam fuisse.* Neque etiam sanitatem omnibus restituebat; quæ causa est, quod non dicat; *Quicunque descendisset,* sed *Qui prius,* id est, qui præ omnibus aliis maximè foret sollicitus, & tardioris moræ major inimicus primus omnium ingrediebatur, is obtinebat sanitatis intentum, qua in re Deus nobis insinuare volebat, *Etiam in percipiendis divinis donis, quæ gratis nobis & sine merito nostro dantur, multùm nostram valere diligentiam.* Vix ad hoc infirmorum hospitale cælestis advenerat medicus, cum ecce oblatus est ei miserabilis quidam Paralyticus, qui neminem, qui sui compassione tangeretur, inveniens 38. annos langvens lecto affixus fuerat, jamque adversante ei fortunâ ad extremæ necessitatis, miseriam erat redactus; unde graviter afflictus & dolens Domino dicebat: *Hominem non habeo.* Ubi Toletus ib. in comm. ait: *Languidis summa paupertas probatur, qui nec pecuniam, qua hominem in adiutorium per breve tempus conduceret, haberet;* at verò ubi hominis deficiebãt subsidia, Dei auxilia superabũdabant; *Quem humani auxilii penuria dum arctat, auxiliatrix divinæ manus accessit.* Verum enimvero ô Auditores, quot hic nobis S. Ioannes in hodierno Evangelio suscitat spirituales ac mysticas materias. Meritò hîc dicere possũ: *Inopẽ me copia fecit.* Subjungendo cum S. Aug. *Quidquid autem*

fol. 422. in comm.

Mald. ib.

Idem ibid.

Did Baëz t 1 in Evang. l. 9. c. 2.

D. Aug.

D. Aug. cap 9. in cap 5.§.10 tract. 17.

nutem non possum, supplebit in vobis ipse, quo adjuvante, facio quod possum. Quapropter ne argumentorum multitudine confundar, ad tria duntaxat, quæ inter alia magis præcipua sunt, me determinate decrevi, tanquam ad præsentis discursus mei futura subjecta, scilicet ad piscinam, ad porticus, & ad aquas. Per piscinam autem cum S. Ambrosio Passionem Christi intelligetis: *Erat hoc piscinæ miraculum figura ad ventus Domini nostri IESV Christi, qui in hunc mundum passurus venit, ut per passionem suam & mortem humanum genus infirmum sanaretur.* Quinque autem porticus, quinque crucifixi Redemptoris nostri vulnera exprimunt:

Vinc. Ferr. ser. 1. post Dom. Quæ ag ser. 2

Quinque porticus significant quinque vulnera principalia, ut ait S. Vincentius Ferrerius; denique in aqua, juxta eundem Patrem, sanguis significatur, à Salvatore nostro in cruce copiosè effusus: *Et sicut illa aqua sanavit, ita Christus nos emundavit per mortem, juxta illud: Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundavit conscientiam nostram.* Cùm igitur boni vestri omnes percupidi sitis, hortor vos, ut quotiescunque vos languidos & paralyticos, id est, quacunque demum adversitate angustiatos deprehenderitis, mysticam hanc ingrediamini piscinam, sacratissimam Redemptoris nostri meditando Passionem: vestrosque oculos in quinque vulnerum Christi crucifixi porticus figatis: denique contemplatione semper viva vos in salutiferum Jesu Christi sanguinem immergatis, ad hoc, ut animæ vestræ liberentur, *à quacunque detineantur infirmitate.* Exordiamur.

2. *Est autem Jerosolymis probatica piscina.* Quælibet potentia, & scientia, nec non quodvis agens, sive naturale illud sit, sive artificiale, determinatum suum objectum habet, ut Philosophi dicere solent, *circa quod*, ad quod velut ad centrum lineæ, ita omnes eorum tendunt operationes. Mercator nihil aliud respicit, quàm lucra; Nauclerus portum, peregrinus patriam, miles famam & existimationem; venatōr feratum prædam, studiosus virtutis perfectionem. Unde si quis me interrogaret, qualenam objectum Christianus, ut Christianus, ob oculos mentis & corporis habere debeat, ad quod cunctas suas actiones & opera referat? respondérem in primis, objectum hoc esse Deum, unum in essentia, & trinum in personis: aut quia objectum istud nimis est amplum & immensum, & consequenter capacitati nostræ, quamdiu in hac vita sumus, improportionatum: *Dei enim natura cùm incorporea sit, simplicissima, & infinita, dum sublunarem hanc regionem incolimus, cogitationibus nostris imperium est*, inquit doctus Mirandulanus; ideo respónderem secundò, modum, objectum istud nostræ cognitioni intellectivæ proportionatum reddendi. hunc esse, si videlicet meditemur Deum in carne passibili, cum humanitate plagis & vulneribus lacerata, deformata flagellis, ferris divulsa, perforata clavis, & sanguine cruenta: *Quapropter recurrendum est ad Christum imaginandum, & hunc potissimum crucifixum, facilius quippe passionem illius meditari poterimus, eandemque animæ proponentes, veluti objectum, circa quod versetur, in bonitatis Dei cognitionem venemus.* Porrò populus Israëliticus à crudelissima Babyloniorum tyrannide angustiatus aliud in suis æruminis non habebat solatium, quam frequentem petræ, seu lapidis cujusdam aspectum, quem annulo suo ferebat inclusum, cui desideratæ patriæ suæ urbis Jerusalem insculpta erat figura seu species; quasi dicere vellent: *Licet exules à patria simus, nunquàm tamen tui Jerusalem nos invadet oblivio.* Cur igitur nobis omnes in hac terrestri Babylonia obvenientes adversitates & ærumnæ non reddentur suaves, si mysticam hanc petram, *Petra autem erat Christus*, oculis nostris continuò obversantem habuerimus, in qua non jam civitas Jerosolymarū, sed amarissima ejus passio, clavis ferreis, & lancea reperitur exsculpta, & ad vivū delineata? Postquam Thebani demodo Spartanos adversarios suos vincendi consuluissent oraculū, hoc ab eodē retulêre responsum, ut scilicet priusquam conflictum seu prælium ordirentur, Aristomenis scutum in trophæum erigerent, quod faciendo, gloriolam ab inimicis reportarunt victoriam. Nos quoque omnem nobis obviam adversitatem facile superabimus, si scutum, seu potiùs vexillum christianæ militiæ, id est, humanitatem Verbi, cicatricibus suis insignitam, ob oculos nostros erigamus. De ape Naturalistæ scribunt, quòd apis, dum ventorum turbines aërem infestant & agitant, ne corpusculum ejus à vento abripiatur, lapillum quendam volando secum portet, quasi dicat: *Labore laborem fero.* Qui se ab humanarum miseriarum ventis disjiciendum & abripiendum esse formidat, securitati suæ optimè consuler, si lapidem illum apprehendat, de quo per Psalmistam dicitur: *Lapidem, quem*

quem reprobarum adsistentes hic fastus est in cebat: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus, inter ubera mea commorabitur.* Quæ passum B. noster

cujus angustiis: sic enim majori cum securitate apis dicere potest: *Sine labore laborem fero.* Sic quoque Grues Taurum montem transvolaturæ, de lapide quodam sibi prospiciunt, quem rostro portantes, os sibi quasi occludunt, ne forte inadvertentes cantu vel garritu suo voces excitent aquilas, tenacibusque & aduncis earum unguibus in prædam cedant: quo salubriter commovemur, quod montes vitæ & mortis, qui à Propheta *Montes religionis* vocantur per transituri, evitare proponimus, & quod à terrenarum adversitatum quis nobis imminet, periculum, nullum fore censemus medium, quam si mysticam crucis pœnam in mente nostra circumferamus. Quæ contra aquæ salsæ amaritudines, experientiæ dulcescunt; unde non nemo pulchro ingenio præditus, ex iis in mari positis similitudinem formavit, idemque animavit per hanc subjectam epigraphen: *Amaritudine dulcescit*, ad eum fere modum quo Elisæus aquam amaris injecto sale fecit dulcescere: quanto igitur suaviores fient nostræ amaritudines, si iis amaritudo Passionis Christi fuerit permixta? S. Bernardus nullam invenit in adversis suis efficacius levamen, quam Christi Passionem: *Confige cruci manus meas & palmam, & totum passionis tuæ conformare ser-* *vum tuum Domine.* S. Bovent. p. 1. c. 1 optasse ita cruce cum crucifixo, & cum eo semper usque ad sepulchrum unitus potuisse, at verò quia ipsum in carne obtinere non poterat, mente illud exequebatur, Dominicam Passionem eidem semper & continuo impressam habendo: *O cur Crucis illius loco non fui, ut Christus fuisset manibus meis & pedibus conclavus? sed si hoc modo facere non possum corpori, saltem bono velle mente.* Deus S. Mariæ Magdalenæ cum ad faciendam pœnitentiam in horridam quandam se speluncam subduxisset, Crucem quandam S. Michaëlis Archangeli ministerio misit, quam ad introitum speluncæ suæ collocavit, ut ei tanto commodius continuo obversari posset, in eaq; ipsi omnia in cruce consummata mysteria distincte repræsentarentur, effertque ipsi inter pœnitentiæ suæ asperitates refrigerio & consolationi, natus ut S. Gregorius in Epist. affirmat: *Nihil adeò grave, quod non æquanimiter toleretur, si Christi passio admemoriam revocetur.* Sponsa Sponsum suum inter dolores fasciculo myrrhæ similem esse di-

Ægidius Colum. in cap 1. Cantic.

Ægidius Columna exponens dicit, *Myrrha est arbor, cujus gutta est amara unde significat Passionem Christi: hæc autem Passio fuit fasciculus myrrha, rursum in eo fuit congregatio myrrhæ, id est amaritudinis propter multas passiones & opprobriaqua sustinuit.* Verùm die sodes, ô sponsa, cur non potius in sinu tuo circumfers fasciculũ florum talium, qui odore, colore, venustateque sua præstantissimi sunt, qui sponsum tuum Nazarenum, id est, floridum repræsentent? Nolo, nolo illos; cordi namque meo amaro, non vero ex delitiis suavi, myrrha, non flores conveniunt. securam enim me hæc myrrha reddit, quod hæc inter amaritudines meas labiis meis futura sit dulcior omni nectare, & ambrosia seu manna suaviorẽ: *Propterea denique*, inquit Bernardus ser. 43. in Cant. *non fascem, sed fasciculum dilectum dicit, quod leve pro amore ipsius ducat, quicquid laboris imminet & doloris.* Demum verò idemmet Bernardus quamvis animam devote exhortatur, ut hanc myrrham in pectore suo portando, Sponsam imitetur, utpote quæ admirabili & gratiosa quadã metamorphosi omnes nostras angustias in gaudium & exultationẽ sit commutatura: *Si apis imitaberis Sponsa prudentiam, atque hunc myrrhæ tam charum fasciculum de principali tui pectoris, nec ad horam patieris avelli, amara illa omnia, quæ pro re pertulit, semper in memoria retinens, & assidua meditatione revolvens.* Idem ibid. Probemus idipsum per inductionẽ ex variis hactenus habitis experientiis

3. Deus Abraham fidelem servum suum, qui sub dulci somno nihil cogitans quiescebat, advocat, eique præcipit ut filium, suum unigenitum in monte quodam sacrificet, dicens: *Tolle filium tuum quem dilexisti Isaac, & offer illum mihi in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi.* Gen. 22. Quemnã existimatis bono huic seniculo ex hoc præcepto inflictum fuisse dolorem, utpote qui nonnisi unicum tantum filium habens, adeò teneretẽ sibi delectum, ut ei esse videretur, sicut unica oculorum suorum pupilla, eundem tamen Deo sacrificare, imo & propriis manibus jugulare juberet? Existimo equidem quodvis in hoc præcepto contentum verbum, peculiarem fecisse gladium, quo cor eius transverberaretur, nec montem conscendendo tot gressus formavit, quot è corde suo mœsto & affli-

afflicto emisit profunda suspiria; credo proinde, quod lacrymis suis copiose rigaverit quos eundo transiit stirpes & lapides; imò dolorem eius adeò excessivum fuisse, quod nullum admittere potuerit solatium. Etenim ô Abraham, qua ratione ad montis usque verticem vivus pertingere poteris quin te mœror animi necet? aut quomodo qui mortuus potiùs, quàm vivus, *imo potius plane mortuus es, cum spiritus vitæ tuæ [sanè iam iam sit moriturus*, domum redibis? quomodo sine Isaac, qui decrepitæ senectutis tuæ baculus est, regere aut gubernare te valebis? Etenim quidnam hoc quod præter omnem opinionem attonitus video? Abrahamne ridet? & cum lætitia & jubilo festinus ad montem procedit? Fortè mœror animi eum mentis suæ impotem fecit? Ne propriis quidem oculis fidem adhiberem: nam *Testis unus, testis nullus*, nisi S. Zeno suo quoque idipsum testimonio confirmaret, dum inquit: Abrahamum Isaac sacrificaturientem

D. Zeno Veron. Serm. de Abraham

siccis semper oculis stetisse, non mœstum, sed lætum atque jucundum: *Ecce sub oculis jacet filius vinculis adstrictus, ubi sunt lacrymæ? Vbi dolor, qui in humanis sensibus versari consuevit? In tantis filiis casibus lætatur & gaudet.* Mira profectò res, quod quando Abrahamus moriturus credebatur præ dolore, exultet præ gaudio, nullum sentiat animi mœrorem, nec gravis ei sit jactura filii, quin potius eundem truci daturus inexplicabilem sentiat consolationē. S. Prosper Aquitanicus rationem adfert dicens: Deum Abrahæ revelasse quod hoc sacrificium filii sui futurum esset figura Passionis & mortis Salvatoris. Vnde egrediendo è civitate, videbatur sibi videre filium Dei ex civitate Jerosolymitana egredientem, respiciendo montem Moria, videbatur sibi videre montem Calvariæ; in Altari quod struxerat, crucem, quam Judæi erecturi erant, respiciebat; manus quidem filio suo alligabat, sed in vestibus illis præsignificabantur funes & vincula Salvatoris: in obediente Isaac, innocentem considerabat crucifixum, quid igitur mirum, si nullum sensit dolorem, qui ob oculos mentis obversantem habebat Christi Jesu Passionem & mortem? Ac proinde de hoc sancto Patriarcha Hebræis dicebat: *Abraham Pater vester exultavit, ut videret diem meum*, Joan. 8 id est, quando stabat sacrificaturus filium, vidit in spiritu passionis & mortis meæ diem; quem autem hæc visio in

D. Prosper

eo effectum habuit: *Gavisus est, quia vidit die*

Passionis filii Dei in suo filio figuratam Idea etenim Passionis, quam sanctus Patriarcha contemplabatur, erat quasi quidam *Lapis Philosophorum*, qui fertum doloris transformabat in aurum lætitiæ & exultationis.

4. Jacob adolescentulus Esau fratris sui persecutionem fugiens, & Mesopotamiam versus se recipiens, noctem quandam in campis transfigere coactus fuit, ubi domum nullam, imò ne vel tuguriolum quoddam circumquaque videns, in quod diverteret capiendæ causa quietis, coactus fuit fessa membra sua nudam super humum sternere, atque sub dio & cælorum inclementia, posito sub capite saxo præduro, cervicalis loco, somnum capere; In profundiori autem somno constitutus, videre sibi videbatur scalam quandam adeò sublimem, ut à terra in cælum usque pertingeret: *Vidit in somnis scalam stantem super terram & cacumen illius tangens cælum.* Genes. 28 at vero quid scala hæc Iacobo referebat? S. Zeno idipsum dicat: *Scala* inquit, *proprio nomine crux vocatur, quia per ipsam IESVS Christus ministeria universa conficiens, & concludens salutem Adamo reportavit, & iter ad cælum omnibus se sequentibus patefecit.* Verum, inquies, quo fine afflictio afflicto additur, crucis figura ei demonstrando, quæ esse debebat doloris patibulum? Cur non potius Iacob defatigato consolationis causæ cælum apertum, & patula Paradisi gloria exhibetur? Nequaquam id fieri expediebat, nihil etenim in hunc finem efficacius ipsa Salvatoris nostri cruce & passione, ideoque Deus ad consolandum afflictum, & desolatum peregrinum, nullum censuit esse efficacius medium, quam sit imago crucis, in qua omnes contemplari posset dolores, quos futurus Messias in ea passurus erat, hæc sola efficax erat ad eum in ærumnis, quas patiebatur, consolandum & restaurandum, quod in præsenti quoque casu satis manifestè liquet. Cur enim tertæ & lapidis capiti subtrati non sentit duritiem, Cur eum sub dio dormientem aëris inclementia non offendit, Quomodo animo tranquillo dormire potuit, qui iracundi fratris sui Esau vestigia tantopere formidabat? Membra habet languida, nec tamen ingemiscit aut lamentatur, habet ossa ex fatigatione quasi confracta, nec tamen dolorem sentit; imò à somno expergefactus dicit: *Non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli.* Genes. 28. quasi dicatet-

voluisse

voluisset, sub hujus scalæ umbra cum tanta animi tranquillitate & soporis suavitate dormivi, ut videatur mihi me in domo DEI, seu in paradiso quietem cepisse. Vides igitur, quomodo figura crucis, quæ instrumentum fuit passionis Christi, hujus servo Dei omnem amaritudinem in suavitatem, in commoditatem omnem passionem, omnemque ærumnam in gaudium commutarit: *hac igitur tam prona quam sereno perfert animo? Roboratur crucis aspectu, in hanc enim simul ac convertit oculos, momentaneum ac leve indicaverit cuique tribulationis pondus.*

3. Electus Dei populus per territorium Edom peregrinabatur, & ad mare Rubrum accedens, in campo quodam deserto & solitario, omnisque humanæ sustentationi necessariæ usuræ experte substitit: dumque se famis necessitate premi sentiret, nec quicquam subsidiorum in hac urgenti necessitate invenire sperare posset, simul congregati Heb. 11. bui Moysen adire, hancque ei necessitatem vobis asperis exprobrare decreverunt, prout ipsa ab eis factum est, dum ajunt: *Cur eduxisti nos de Ægypto, ut moreremur in solitudine?* Quasi diceret, itane, O Moyses, nos tractas? ergone in hanc solitudinem nos eduxisti ut in captæ lassitudine & fame moriamur? Ignoscat id tibi Deus. Heu quam bene nobis erat in Ægypto, tu nos inde tuis promissionibus vanis seduxisti, & illusisti, mereris inde acerbam hujus tuæ temeritatis vindictam: tibi est illa quæ Ducem decet providentia, in procurandis iis quæ suis sunt militibus necessaria? Nos in exequendis præceptis tuis promptissimè tibi paremus, tu autem in ministrandis nobis vitæ subsidiis negligentissimus esse probaris: si quis hic vel oculum ipsum pro pane comparando pendere vellet, amicam quidem illius pro eo habere posset, liquis pro una aquæ stilla, integram sanguinis libram vellet prodigere, vacuus cogeretur abire. Nihil hic ad manducandum ministratur aliud, quam manna, quam præ nausea vix videre sustinemus, ex itineris pro lixitate fracta sunt corporis membra, adeo ut nisi aliquo subsidio restaurentur deperditæ vires, deficere cogamur, quod ne fiat, aliquid statuemus, quod valde displiciebit, cave ne expectaris: *Et tadere capit populum itineris ac laboris, locutusque contra Deum & Moysen nit, cur eduxisti nos de Ægypto ut moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra iam nauseat super cibo isto levissimo.* Itane [Dicit Deus] siccine Moyses servus meus tractatur? adeò modicus ei respectus defertur? tanta cum temeritate adversus eum proceditur? *Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes*, qui ab oculis flammas, ab ore venenum evomentes, corpora invadebant Israelitarum, circumvolvebantur pedibus, brachiis collo, lumbis, eosque venenosis dentibus mordentes plagas illis mortales infigebant, adeo ut atro livore tincti, velut mortui in terram prociderent. Divina autem clementia, Moysis servi sui precibus permota, subitò suggessit remedium, quo à serpentibus læsi suæ restitui possent saluti: *Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, vivet.* Dictum factum, Et ecce salvi facti sunt omnes. Verùm, inquies, ergone possibile est quod serpens aliquis in ligno quodam elevatus tanta sit præditus virtute? Eja igitur literæ superficiem tollamus, & apprehendamus substantiam medullæ: Tertullianus etenim lignum crucem, serpentem vero in eo suspensum, Christum crucifixum figurasse dicit, quem à serpentibus intoxicati solummodo alpicientes curabantur; ad significandum, quod crucifixum ob oculos positum habere, considerando quanta pro nobis passus sit, quot in sua sacratissima humanitate vulnera habuerit, quam copiosum sanguinem effuderit, verissimum infirmitatibus nostris tam corporalibus quam spiritualibus pellendis adferat medicamentum; adeoque dum in hanc mysticam sanguinis & passionis Christi piscinam ingredimur, liberemur, à quacunque detinemur infirmitate. Audite hoc Tertullianum propriis suis verbis pronuntiantem, dum ait: Effigies ænei serpentis suspensi figuram designavit dominicæ crucis, quæ à serpentibus id est ab Angelis diaboli nos erat liberatura] Sed clarius quidam moderatus, ita explicat: Clarè indicat crucifixi meditationem, ac dolorem ejus recogitationem nostrorum esse medelam criminum, nostrorumque morborum, imo omnium fontem bonorum.

Ibid.

Tertul. de idolol. c. 5.

Laur. de Aponte in Sap. Salomon hom. 72. c. 10. num 8.

Idemmet populus Israeliticus integro triduo ardentem sustinuerat sitim, omnique adhibita industria scaturientem fontem aliquem vel noviter è terra elicere, aut jam manantem invenire contendebat, sed irrito pror-

prorsus effectu, tandem in Mara perveniens, aquam ibidem reperit tantopere desideratam: unde populus ingenti cum ardore ad fontem manantem sitibundus cucurrit, quilibet enim aridas suas reficere fauces desiderabat, nonnulli manibus crateris loco, alii vero galea capitis utebantur, alii verò prono corpore, aperto ore fonti incumbebant, singuli singulos sodales præ sitis impatientia moliebantur antevertere; verum ô infelicitas inexspectata, nam aquas inveniunt adeo amaras, ut se fel bibisse arbitrarentur, unde omnes delusi & confusi ab aquis recesserunt, nil adeo cupientes quam ut os suum ejusque amaritudinem eluere possent, nec tamen unde id facerent habere poterant: *Nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amara*, unde eidem loco, amaritudinis nomen imposuerunt: *unde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara*, id est *amaritudinem*. Cœpit itaque populus cum Moyse non sine cholera loqui dicendo: *Quid bibimus?* Ipse autem ad Dominum confugiens hoc tulit responsum, nimirum ut ostensum sibi à Deo lignum acciperet & aquis immitteret, sic enim futurum, ut subjectò dulcesceret. *Quo extendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt.* Verum inquies, quodnam est lignum istud hac virtute præditum? Quales sunt hæ aquæ amaræ? Etenim si hujus mundi ærumnas & calamitates in dulcedinem transformare volumus, quid faciendum esse censes, Immittendum est iis lignum crucis, non tanquam nudum lignum, sed ut quoddam Christi Iesu passionem referens instrumentum. In hoc enim, velut in theatro quodam, dolorosa repræsentantur spectacula, ibi humanitas quædam videtur lacerata flagellis, spinis confixa, perforata clavis, lancea disrupta & propriò sanguine à vertice capitis ad plantam pedis usque cruentata ô utinam in hoc lignum nostras defigeremus cogitationes, haud dubie omnis infirmitatis vel alterius tribulationis aqua quantumvis illa amara esset, indulcoraretur: *Amaritudine dulcescunt.* Est hic conceptus Cardinalis Ioan. Vitalis dicentis: *A ligno indulcorata fit aqua quia nulla est tribulatio, quæ apposito ligno crucis per memoriam & delectationem non dulcescat.*

Exod. 15.

Io. Cardin. Vitalis, verbo Crux.

7. Zelosissimus Carmeli Patriarcha & Propheta Elias, ut divino promptus pareret imperio, relicto torrente Carith, ubi aliquanto tempore à corvis pastus fuerat, in Sarephtam Sidonorum abivit; ubi Deus mulieri cuidam viduæ præceperat, ut victus annonam ei subministraret. Porrò S. Propheta in cœlestis præcepti observantia, more sibi consueto, exactissimis se exhibuit: Subito enim recessit, & Sarephtam versus profectus est; Cumque vix ad urbis portas pertigisset, egredientem vidit mulierem quandam, quæ nonnulla lignorum fragmenta legens, humillis fortunæ suæ conditionem sat testabatur, hanc igitur Elias accessit, ab eaque paululum aquæ ex charitate sibi dari petit: *Da mihi paululum aquæ in vase, ut bibam*, & mox subjungit, ut tantillum quoquepanis sibi subministret, quantum extremæ sustentationi suæ pro illo die sufficeret: *Affer buccellam panis in manu tua*, illa autem se excusabat dicendo, ingentis paupertate premi, adeoque nullum sibi præsto esse panis subsidium: *Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem*: & sub to subjungit: *En colligo duo ligna*: Quznam est hæc consequentia, quia non habeo panem, ideo colligo duo ligna? Current tantum duorum lignorum meminit & non plurium? Existimo mulierem hanc à Deo monitam, dum filiam angustiatâ esse vidit, eidem duo ligna in crucis formam disposita exhibuisse, ut ipse iis visis, tanquam Propheta mox assequeretur mysterium, videlicet, ligna hæc quandam esse crucis figuram, in qua venturus Messias post amaram passionem moriturus esset; huncque aspectum magno ei futurum esse solatio & refrigerio, in quacunque esset ærumna aut miseria: quasi vellet inferre, inquit Rupertus Abbas Tuitiensis: *En colligo duo ligna, & meam consolationem amplectens, crucis ligna, ut comedamus & non moriamur.* Quod si autem tanta energia figuræ inerat, quid deinceps de figurato dicemus.

8. Sacri Scriptores causam investigant, cur filius Dei in ultima vitæ suæ periodo sanctissimum Sacramentum sub specie panis & vini instituere voluerit. Et quidem non immerito alicui videri posset, quod cum hoc Sacramentum præ omnibus aliis rarissimum sit & nè bilissimũ, in aliaquoque nobilioris & præstantioris materia instituti debuerit. Respondet autem S. Thomas id factum esse, quia Panis & vinum *magis confortant hominem*: vel *Panis & vinum quibus communius homines reficiuntur, sic assumuntur in hoc sacramento ad usum spiritualis manducationis.* Sunt & aliæ ab eodem & aliis

assit adductæ rationes, quas brevitatis causa pretereo. Verum obsecro vos, dicite mihi, quidnam sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum nobis repræsentat? Passionem Redemptoris. Unde Angelicus Doctor ait: *O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis ejus.* Idque ita à Christo institutum esse credo, ut per hoc nobis indicaret, quod Passionem suam in hoc Sacramento contemplari, idem sit, quod pro ærumnis nostris sufferendis aliquam confortationem, & refocillationem accipere, ad eum modum, quo homo spiritus animales sibi per potum & vinum revivisere, membraque languida restaurati sentit: vinum enim vim habet *Lætificandi*, panis autem *cor hominis confirmandi* vim obtinet. Unde Franconi in Missis dicit: *Recte in panis ac vini specie celebrandum instituit mysterium passionis suæ, quia humanæ naturæ debilitate lætificat, & omnem ipsius doloris memoriam absorbet.* Agedum igitur, ô anima tribulata, quod si mentem tuam ab ærumnis diversari sentias, quid facias? Ecclesiam ingredere, & Passionem Jesu Christi quæ in sanctissimo Sacramento nobis omnibus consideranda ob oculos ponitur, fervidè considera & expende, & mox tribulationum tuarum pondus tibi alleviari, itemque supportabile & suave fieri senties. Quod si ad humilis fortunæ conditionem deprimis, cur animo linqueris? Mentem tuam in Domini Passionem firmiter figito, quia in augustissimo Sacramento sub Candidissimorum accidentium specie absconditur, & martyria afflictionesque tuas haud secus crudelissime expetentis, atque prodeunte aurora disparent tenebræ, & diluculum illucescere incipit matutinum. Unde Beatus Laurentius: *Passio passione vincitur, & cruciatus cruciatibus superantur, dolorem servi, dolorem Dominus.*

9. Nonnunquam intra memetipsum meditando confidero, qua ratione fieri possit, quod lapides natura sua asperi & duri Sancto Stephano suaves visi sint & dulces: Et valde hac de re dubitarem, nisi Ecclesiam hujusce veritatis scirem esse veridicam testem, dum ait: *Lapides torrentis illi dulces fuerunt.* Sed quomodo fuere *dulces*, si fuerunt lapides? Forsitan ideo quia pro eo tempore, quo innocuo sanguini mari navigabat, ad imitationem nauclerі ad cœli portum oculum habebat defixum? ut proinde Lactantius Firmianus scriptum reliquerit: *Eadem ratione hanc vitæ viam quærere oportet, qua in alto iter navibus quæritur.* Et ut Poeta quidam egregiè cecinit:

Lact. Firm. l. 6. Institut.

Æquora qui fragili sulcat male fida carina
Quid, cur sum ut teneat, nocte silente facit?
Per vigilat, cælum tendit sua lumina, sidus
Spectat & in boreo juge quod axe micat.
Qui quis iter vitæ sequeris vitaque perennis,
Ne tua sine terræ lumina fixa cave.
Semper ad ætherias sublimis vertice sedes
Conspice sic tutum latus habebis iter.

Iac. Bil. l. 1. Anthol. 5 f. 7.

10. Porro Sanctus Stephanus oculos suos à cœlo nunquam divertit, prouti ipsemet idem fatetur dicens: *video cælos apertos.* Beda autem hunc dulcem lapidum saporem non Cœlorum aspectui, sed visioni filii Dei attribuit; Nam Stephanus paulò post ait: *Et Iesum stantem à dextris virtutis Dei.* Sed quomodo aut in quonam corporis situ illum stare vidit? Brachiis in Crucifixi formam expansis, prouti in monte Calvariæ in Cruce pependit, quinque ei Sacratissimæ humanitatis suæ vulnera pariter commonstrando. Visio vere beata, visio confortatrix hæc dici meretur, utpote quæ ipsos quoque lapides indulcorare valet, & mira quadam suavitate imbuere ipsa etiam tormenta novit: *Ad confortandum ergo Beati Martyris patientiam, cælestis regni janua panditur, & ne innoxius homo lapidatus titubet in terra, Deus homo Crucifixus apparet coronatus in cælis.*

Beda in c. 7 Act. Apost.

11. Incarnatus Deus noster, qui ad subveniendum necessitatibus nostris adeo semper benignus fuit & pius, clementer nos exhortatur, ut in omnibus ærumnis nostris tutum & securum ad ipsum habeamus confugium, sibi namque cordi futurum, ut do modo efficaciter nos consolandi sollicitus sit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Verum ô Domine Calamitatum humanarum tantus est tamque ingens numerus, ut nec lingua easte-cenſere, nec calamo illas describere valeam, & tu nihilominus omnes illas mitigandi atque tollendi vim curativam te habere confidis? *Sunt enim hominum mala innumera quibus tor-*

Matt. 11.

Paul. de Fal. in c. 11 Matth. fol. 475.

torquentur, quomodo tu illis omnibus medeberis? inquit Paulus de Palatio. Itane? Ergone Deus universale quoddam habet antidotum, quod universis malis nostris adhibet, & lenitivum quoddam cunctorum dolorum nostrorum curativum? Nunquid audis Christum id ipsum tibi summa cum benevolentia offerentem? *Tollite jugum meum super vos*; Et quidem licet Rabanus per hoc jugum Evangelium intelligat: *Iugum Christi est Evangelium quod Iudæos & gentes in unitate conjungit, & facit:* nihilominus Ludolphus Carthusianus dicit, quod Christus per jugum illud Crucem suam intelligat: *Iugum Crucis seu mortificationis.* Quasi veller dicere: Quoriescunque vos à mundanis adversitatibus augustiatos esse videbitis: *Tollite jugum meum*; apprehendite Crucem meam, eamque semper ob oculos vestros tenere. Quod si vos videritis derelictos ab amicis & parentibus, memores estote, quod & ego in hac cruce, tot inter dolores constitutus, dixerim: *Deus Deus meus ut quid dereliquisti me?* Si dura vos affligat paupertas, considerate qualiter in hac Cruce plane nudus pendeam: *Diviserunt sibi vestimenta mea.* Quod si nonnunquam febribus vexati, ad impatientiam redigimini, nec possitis eos, qui in cunctis corporis partibus vos torquent, sustinere dolores, recogitate quod ego in hac cruce summa cum patientia senserim & tolerarim spinas, verticem & frontem meam crudelissimè transfigentes, clavos manus & pedes meos perforantes, adeo ut nulla fuerit pars corporis mei, quæ à tormentis immunis remanserit, & lacerata non fuerit: *Aplanta pedis, usque ad verticem capitis in me non erat sanitas.* Si fortasse per necessitatem omnibus sitis fortunæ bonis nudati, adeo ut ne vel unicum aquæ haustum habere valeatis: Ego in hac cruce præ siti moriens (licet aliis moribundis aliqua indulgeri & ministrari soleat refocillatio) ne vel unicam aquæ stillam impetrare potui, imo ut me vehementius torquerent aceti & fellis amaritudine, palatum meum vehementius amaricarunt: *Dederunt vinum bibere felle mixtum*: Si ab aliis verbis injuriosis proscindimini, in memoriam vobis revocate, qualiter ego ab Hebræis illusus, contumeliis & blasphemiis graviter impetitus fuerim: *Prætereuntes blasphemabant dicentes: vah qui destruis templum Dei*: & tamen absque ulla mei commotione aut animi indignatione, licet hanc adversus ipsos juste potuissem concipere, æternum Patrem meum, ut illis noxam hanc dignaretur ignoscere, instantissime sum deprecatus: *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Agedum igitur: *Tollite jugum meum.* Menti vestræ ea imprimatis tormenta, quæ in hac Cruce pro vobis sustinui, sic enim omnia reddentur amabilia & levia, & in hunc modum: *Ego reficiam vos, & invenietis requiem animabus vestris*; Omnis amaritudo vobis in dulcedinem commutabitur, & omnis mœror in gaudium. Hæc eadem Christi promissio etiam confirmatur per sequentem D. Gregorii Papæ doctrinam, dicentis: *Si Passionem Domini ad memoriam revocemus, nihil est tam durum & amarum, quod non æquo animo toleremus.*

12. Quando Hebræi sanitatem alicui infirmo à cælesti medico obtinere volebant, eundem non prius quam sol occubuisset coram eo adducere solebant: *Cum Sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum.* Sed cur ad Solis occasum usque expectabant? cur non potius occumbentem solem præveniebant ut infirmos suos adducerent? opportunius namque tempus matutinum diluculum vel ortus Solis videri potuisset: Scio equidem quòd Origenes respondeat: *Ideo quidem circa Solis occasum id fieri, elapsa die illos educebant, quia verecundabantur, vel timebant Pharisæos, vel quia de die intenti erant circa alia, vel quia putabant non licere curare in Sabbatho.* At vero Guilielmus Parisiensis mysticè hunc passum exponens, per occumbentem Solem Christum inter tormenta moribundum & exspirantem intelligit, per infirmos autem omnes illos, qui variis afflicti sunt ærumnis mundanis, à quibus liberari desiderant; hi enim convertuntur ad Solem ad mortis occasum transeuntem, & inter tenebras sese occultantem, quando *Tenebræ factæ sunt super universam terram*; hunc inquam cum attentione respiciunt, & tanquam aquilæ generosæ suum in eundem figunt obtutum, non jam in curru à Phaetonte vectum & flammas inter rutilantem, sed in Crucis suspensum, in Passionis mari submersum, & proprio purpurascentem sanguine; Et quidem opinione mea optimo idipsum consilio faciunt, eo ipso enim quo infirmos suos ad Jesum

Rab ap. D Tho in Cat ibid. fol. 49 c. 4. l. C. Ludolph. Cart p. 1. c. 58 f. 227 col. 2. l. l.

Marc. 15.

Ioan. 19.

Esa. 1.

ibid.

Matth. 27.

sum Crucifixum convertunt, securos illos esse jubeo, liberandos eos esse, *à quacunque desperantur infirmitate*. Aut si securitatem à meillis datam insufficientem esse existimant insufficientiam meam præcitatus supplebit Patriarcha, qui ait: *Solis occasu recte designat Christi Passionem & mortem, in qua curavit multos ab aegritudine infirmitatis*. Et quidem quamnam existimatis causam fuisse quod verbum incarnatum suis dixerit Apostolis, antiquos Patriarchas, Prophetas, veluti Danielem, Jeremiam, Zachariam & alios adeo fuisse atrocibus tormentis subjectos, ut ipsorum martyria cum Prophetarum passione & morte comparata consolationes potius & gaudia quam martyria vocati meruerint: *Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiistis*, quasi diceret: vos dilecti discipuli facillimo prætio cœlum vobis comparastis & porro comparare pergitis, sine tormentis nimirum & sine doloribus, haud secus illud habetis ac si liberali vobis dono datum fuisset, antiqui Prophetæ autem illud ipsum gravi sumptu, id est sanguinis sui moneta sibi comparare debuerunt. Ad me quod attinet, libenter insufficientiam fateor, quod scilicet Christum hoc loco loquentem minimè intelligam. Quis enim Sanctis Apostolis plus passus est carceres, persecutiones, ignes, præcipitia, excoriationes, gladios, equuleos, Cruces? ecquid autem requirebatur amplius? qua igitur ratione dici potest quod non de ipsis, sed de antiquis Dei servis vere & melius dici possit, quod transierint *per ignem & aquam*? Imò plane contrarium dicendum esse videtur, siquidem plus passus est unicus earum Apostolus, quàm omnes antiquæ legis martyres. Unde opportune me replicare posse arbitror cum Doctore quodam moderno Carmelitano, quod *Nulla lingua dicere sufficit persecutiones tot exilia, tot flagella, tantum famis, tantum sitis, tot vota, flammas, nuces & tormentorum genera, quæ Apostoli concularunt; nil enim majus Patres antiqui potuerunt perferre*. Quo igitur eum fundamento Salvator noster illos non laborasse, aut quicquam passos fuisse dicit? *Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiistis*. Veruntamen dum verba & mentem Salvatoris accuratius considero, veritatem illorum nimis fundatam esse comperio, vere enim Apostoli in Martyriis suis non tam passi quam gavisi & lætati fuere. Imò ô Apostoli, gavisi, estis in passionibus vestris, quia quando carnifices parabant tormenta & supplicia, vos confestim Passionem & mortem Magistri vestri ob oculos mentis velut limpidissimum speculum ponebatis, illamque speciatim per singulas occurrentes circumstantias meditando considerabatis. Tu idipsum omnium aliorum nomine fatere, ô Andrea; si tibi Crucem subire amarum & pœnosum fuisset, illam utique tanto cum gaudio & exultatione non salutasses, nec ad supplicium properasses cum tanto cordis tui jubilo, *secùrus & gaudens*; illam namque Crucem aspiciendo, illos mente tua concipiebas dolores, quos Magister tuus in ea sustinuit, ideo de illa dicebas *de membris Domini suscepisti decorem, &c.* atque ideo facta est tibi suavis & dulcis, desiderabilis item & delectabilis. *O bona crux diu desiderata, suscipe discipulum ejus*. Quid igitur mirum quod filius Dei suis dixerit Apostolis: *Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiistis*. Agedum igitur, ô Auditores, vestri quoque labores suaves fient & leves, si ob oculos vestros semper statueritis à Christo in passione sua perpessos dolores, quo solatio præteritorum sæculorum Patriarchæ & Prophetæ frui minimè poterant. Vnde idem Carmelitanus qui supra ait: *Patriarchæ pertulerunt persecutiones sine exemplo Christi, pariter cum eis dolores mortis sustinentis, & ideo eorum pressura gravissima fuerunt: At Apostoli suos cruciatus sunt amplexi Christo comite, & simulista patiente, hac proinde valde suavissimi & perjucundi fuerunt.*

Sylveira ubi sup. fol 193. c. 1 num. 291.

13. Quærunt circa hodierni Evangelii textum sacri expositores, unde virtus illa quam aqua piscinæ ad consolandos & curandos infirmos ab infirmitatibus suis habebat, processerit? Naturalis etenim esse non poterat, tunc enim eandem qualitatem quovis tempore habitura fuisset. Ludolphus Carthusianus, qui quosdam alios idem secum opinantes recenset, dicit, aquas illas fuisse reliquias illarum aquarum, quibus victimæ immolandæ lavabantur? at vero ut optime Toletus arguit, ex quo ipsæmet victimæ: *Non habebant talem virtutem, nec aqua in templo, in qua lavabantur*. Multi cum Petro à Natalibus affirmant, in fundo piscinæ illius fuisse lignum illud, quo Hebræi usi sunt pro Cruce Christi fabricanda, & ab hoc ligno originem suam traxisse hanc aquarum virtutem, quam habebant ad curandos infirmos. Et quidem tametsi

Ludolph. Car. p. 1. c. 77. fol. 18. col. 1. Tolet. ibi. fol. 425. ad not. 4. Pet. de Natal in Invent. S. Crucis.

Ludolph. ubi sup. Dio Cart. n. 5. Io. c. 13 f. 176 colo2.

Cardinalis Toletus hanc rationem non approbat, ego tamen eadem utor, eo vel maximè, quod illam quoque supradictus Ludolphus Carthusianus, utpote amicus Dionysii ejusdem instituti Professoris sustinuit, dum ait: *sed cur Dominus tantam reverentiam & virtutem contulit huic aquæ? Ad hoc aliqui dicunt, quod propter Lignum Dominicæ Crucis quod in ea, natasse, & circa Passionem enatasse affirmant.* Neminem autem adeo imperitum & stolidum futurum esse persuadeo, qui lignum istud hanc aquis virtutem communicasse credat, in quantū lignum erat, sed potius in quantum erat tale lignum, quod paulò post velut præcipuum Passionis Christi instrumentum servire debebat. Quod si igitur nudum aliquod Passionis Christi futuro tempore adhibendum instrumentum per virtutem aquis collatam, omnes infirmorum corpora affligentes dolores pellere poterat, quanto magis ipsimet Salvatoris nostri Passioni prærogativa hæc attribuenda erit? Quisquis enim in hanc mysticam piscinam cordis sui cogitationes firmaverit, nullam deinceps percepturus erit infirmitatem, quæ eum molesteт, vel quæ eum affligat, adversitatem; *Motus ergo aquæ Passionem Domini, quâ morâ turbatâque Iudæorum gente facta est, insinuat; & quia per eandem Passionem redempti sunt credentes à maledicto legis, quasi descendentes in aquam piscinæ, turbata sanabantur, qui eatenus jacuerunt in porticibus ægroti*, inquit Beda.

Beda in c. 5. Io. f. 42. cap. 1.

14. Quid pluta? Passio Christi in tribus nos beatos efficit, hac nimirum ratione. Nos etenim ad Dei cognitionem elevat, eo saltem modo cujus tanquam viatores capaces sumus, & sicuti Beatiin cœlo, vel ex eo quod Deum videant, nullam percipiunt pœnam aut dolorem, licet in flammis constituti essent, aut actuali afficerentur martyrio. quia ibi *Non erit amplius neque clamor, neque dolor*, ita quoque idem de iis verificatur, qui dum in hoc mundo augustiantur, Christi cruentam & amaræ Passioni subjectam humanitatem pro objecto habent. Pro cujus faciliori intelligentia, quandam vobis adducere cogor doctrinam Theologicam, hanc nimirum quam Theologi unanimiter tradunt, quod scilicet intellectus creatus ex semetipso & naturæ suæ solis viribus insufficiens sit ad videndum Deum per essentiam, sed hoc sine lumine gloriæ indigeat, quo elevetur & confortetur ad Deum

Apoc. 7.

clarè & quidditativè videndum; Porro nobis qui, quoadusque in hac vita sumus, sedemus in tenebris, & inter mortis umbras habitamus, impossibile est quod videre Deum possimus, ob ingentem distantiam, quæ est inter nostram potentiam intellectivam & objectum beatificum, quod est Deus: atque ideo quamdiu viatores sumus ad hoc ut eum in hoc mundo videre valeamus, eo modo quo id nobis possibile est, lumine quodam opus habemus, quod intellectum nostrum objecto divino proportionatum reddat; hoc autem lumen à Christi Jesu crucifixi Passione accipimus, adeo ut mihi cum quodam Moderno dicere liceat: *Hic noster Christus crucifixus est nostri lumen gloriæ, hac sanctissima de illo meditatio prius nos corroborat, confortat & sublevat.* Punctū istud vel ut antecedens quoddā pnus probemus, actum demum aptam inde ad nostrum propositum deducemus consequentiam. Prætereo autem in præsentiarum id quod S. Pater noster Augustin. asserit, scilicet Passionem Redemptoris compendium quoddam esse Divinitatis: *Beatus ac beneficus Deus particeps humanitatis nostræ, compendium præbuit percipiendæ Divinitatis suæ*, adeo ut in Passione Christi velut in compendiosum videamus Divinitatem, Hoc inquam prætereo, & adsequentem historiam me reflecto. Etenim Salvator noster in monte Thabor à tribus discipulis Petro, Jacobo, & Joanne associatus erat, nec non à duobus veteris Testamenti illustribus viris Moyse nimirum & Elia qui ut ait Damascen. *tanquam famuli assistunt Domino in gloria.* Veruenimvero attentos vos hoc loco esse volo ad considerandum mirum quoddam quod Apostolis accidit Parodoxum; De iis namque S. Lucas attestatur, quod cum oculos suos apertos tenere non valerent ut pote quos somno gravatos habebant, tandem eosdem claudentes paulatim obdormierint. *Petrus vero & qui cum illo erant gravati erant somno* Porro Dionysius Carthusian, somnum istum valde miratur dicens: *Mirum quod tam cito obdormierūt.* Et merito quidem, quia si Chrysostomo credimus non erant tibi tempore noctis: *Neque enim tempus nocturnum erat*, potius ut ita dicā, toto vitæ suæ tempore ipsis dormiendum erat, ut in hac occasione tanti videndi spectaculi vigiles esse potuissent. Quid enim diceretis de eo qui à Principe aliquo in suam Gazam ad thesaurum suum ei exhibendum introductus,

stus, eo tempore quo præstantissimæ ejus excellentiæ gravabant eorum infirmitatem. Et S. Ambrosius idem opinatur, dum ait: *Prænuntiat enim incomprehensibilis splendor divinitatis nostri corporis sensus: Nam si solis radium è regione oculorum contuentium corporea nequit aciem sustinere, quomodo Dei gloria humanorum sensuum corruptela membrorum.* Verum inquies, nunquidnam Moyses & Elias ibidem aderant? quomodo igitur id solis Apostolis non vero illis dicitur? Neque enim illos in spiritu tantum, sed in forma corporea & visibili iisdem comparuisse existimo: Nunquid gloriosius verbi æque improportionatum objectum erat Moysi & Eliæ, sicut Apostolis erat? Unde igitur hæc inter illos nascitur dissensio? Observastine aliquando qua de re Moyses & Elias cum Christo fuerint colloqui? *Loquebantur de excessu, quem completurus erat in Jerusalem*: Id est, ut explicat Sanctus Cyrillus: *Dicebant excessum, videlicet illustriorem passionem complendam in venerabili Cruce.* Unde facet Evangelista non referet discipulos horum discursuum fuisse conscios, sed solos Eliam & Moysem: *Et ecce duo viri loquebantur cum illo.* Dum igitur hi de Christi Passione sermocinando eandem quoque meditati fuerint, consequenter eisdem servivit loco luminis gloriæ, ad hoc ut divinitatis radiosa vultu Filii Dei emicantes facie ad faciem valerent aspicere: Apostoli autem qui non noverant loquentes *de excessu*, id est *de Passione*, nullam de eadem quicquam cogitandi vel meditandi habuere occasionem. Unde hoc lumine carentes suum in divinitatis splendores obtutum figere non potuerunt, atque ideo *gravati erant somno.* Demum verum conceptum hunc Modernus quidem concludit dicens [Hinc isti radii eis causa illustrationis, perspicacitatis, ac amplioris majestatis fuere, at Petrum qui nihil de Passione, nihil de Cruce cogitabat, quia ad divinitatem assurgebat, non per Christi sanguinem, non per crucifixi meditationem, illi radii divini, illi summi fulgores, illum potius hebetabant quam acuebant.

15. Quamnam ex stimatis causam fuisse, O Auditores, quod Hebræi Salvatorem tanquam Deum nunquam cognoverint ad eum modum quo illum Christianus cognovit? Cum tamen illis potius accidere debuisset contrarium, utpote qui tot viderant ab eo patrari miracula, eaque omnia in beneficium & favorem ipsorum: Pro hujusce difficultatis intelligentia, necessum erit, ut illas quinque vulnerum Christi, quinque porticus nonnihil penitus ingrediamur. Porrò Sanctus Hieronymus Christum librum quendam fuisse dicit, qui in veteri testamento scribebatur sine punctis, vocalium in loco servientibus, atque ideo est, quod librum hunc in veteri lege difficulter potuerint capere, nisi fortè Magdalena aliqua, vel aliquis Nicodemus, & pauci alii: at verò postquam Dei filius est crucifixus, & liber hic punctuatus esse cernitur, per clavos, per lanceam, & per spinas, facillimè ab omnibus capitur & intelligitur: puncta enim, id est, vulnera per clavos & lanceam humanitati Christi inflicta, velut lumen quoddam beatificum serviunt ad videndum & cognoscendum illum esse verum Deum. Nunquid autis Centurionem dicentem. *Vere Filius Dei erat iste.* Nunquid auscultaris latronem qui ait: *Nos quidem digna factis recipimus; hic autem quid mali fecit? Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.* Et consequenter quilibet Christianus qui hunc librum legit punctis sacratissimorum vulnerum insignitum & distinctum adrecondisimorum mysteriorum magni Dei assecutionem pertingit: *Difficillime hujusmodi liber sine punctis intelligebatur; in crucem vero actus Christus Dominus noster eique ibidem additis lanceæ, clavorum & spinarum punctis, liber clarè descriptus, & facillimè intelligi in novo extat nostro testamento.*

6. Discipuli Christi quoad Sacrosanctam ejus Resurrectionem variis inter se opinionibus disfidebant, quia tamesi omnes & singuli illum firmiter crederent, & constanter confiterentur, dicentes: *Vidimus Dominum*: Thomas tamen quoad hoc punctum protestabatur se adeo facilem non esse in adhibenda fide iis quæ percepisset autibus, nisi ipsum suis quoque oculis perspexisset; quasi dice-

D Hier. ap Oct. vianum Spatarium pag. 2. concl 53. Dom. Pass. fol. 160. col. 1. ll. 6.

Marc. 15.

Luc. 23.

Octav. spatar. ib.

Ioan. 20.

dicere vellet, frustrà id mihi persuadere conando laboratis, quia firmiter decretum est mihi, quod rem adeo difficilem ad credendum nisi videro *non credam*. O bone Thoma, videris mihi quoque cum Apostolis in monte Thabor oculos habere infidelitatis somno valde gravatos, quantum video, tu librum vulnerum vocalibus punctuatum nondum vidisti aut legisti: Confestim verò ut manum suam vulneribus sacratissimis immisit: *Infer digitum tuum huc, mitte manum tuam in latus meum, &c.* evanuerunt tenebræ ab oculis ejus, & divinitatis mysteria perspicue intellexit, & à beneficio quod ab hisce vulneribus accepit, lumine illustratus recognovit humanitatem dicens: *Dominus meus*, non tamen sine Divinitate, & ideo addidit, *& Deus meus*, atque è vestigiis passionis quæ in Christi apparebant humanitate, ulterius ad contemplationem penetravit divinæ essentiæ, eo modo quo oculus vel intellectus viatoris ejus capax esse noscitur: *Dominus meus & Deus meus*. Audite quanta cum claritate & emphasi ea quæ hactenus diximus, Eusebius exponat; dum ait: *Necessarium enim erat, ut manifestarum præsens expressio cicatricum crucifixi corporis faceret fidem: quia splendor nova lucis pristinam obduxerat veritatem & agnitionem quodammodo claritas obscuraverat; visis ergo cicatricibus respondit Thomas dicens: Dominus meus & Deus meus: Novo genere vestigia vulnerum divinitati præbent testimonium.* Vulnera hæc sunt quinque illæ porticus ad salutem quorumlibet infirmorum apertæ & patulæ. Unde bene Poeta cecinit.

Euseb. de Pasch. Hom. 9.

Pharmaca sunt potius, quàm vulnera, vulnera Christi.
Curat enim plagis vulnera nostra suis.

Lib. 3. 94.

17. Verùm enimvero unde nascitur quòd nos neque ex vulneribus, neque ex passione Domini aliquam in nos dimanare experiamur utilitatem? Ex solo defectu sufficientis considerationis. Non quidem nego, quod in oratione mentali ad vulnera & Passionem Christi nos sæpe numero reflectamus, sed an id fiat *per modum transeuntis*, vel *per modum permanentis*, nescio; hoc tamen scio, quod dum ad pia illa objecta vix te applicuisti, mox cogitationibus tuis ad alia divertas: Nondum per considerationem super uno vulnere te sistere incepisti, quin mens tua statim extravagetur ad alia negotia: Tu in nullo ab Hebræis differs, qui crucifixum per modum transeuntis respiciebant. *Prætereuntes*, ideoque illum etiam blasphemiis convitiabantur: *Prætereuntes blasphemabant*: Centurio autem qui *per modum permanentis* illum contemplabatur: *Centurio autem qui ex adverso stat*, cognitionem veri Dei & salutem animæ inde est assecutus *Vere hic homo filius Dei erat.* Abbas Stephanus continuo fixum in eum tenebat oculum, & immobilem cogitatum suum: *Die noctuque nihil aliud aspicio, nisi Dominum Iesum Christum in cruce pendentem.* S. Pater noster Augustinus qui crucifixum *per modum permanentis* meditabatur, expressè protestatus est dicens: *In omnibus adversitatibus non inveni tam efficax remedium, quam vulnera Christi in quibus dormio securus & requiesco intrepidus.* S. Bernardus ab amato Crucifixo suo cogitationes nunquam deflectebat, atque ideo ab eius vulneribus dulcedinem eliciebat inexplicabilem, adeo ut ex nullo objecto majorem se consolationem fateretur accipere quam ac illis *Per hæc rimari licet mihi sugere mel de petra, oleumque de saxo purissimo; id est: gustare & videre, quoniam suavis est Dominus.* Sancta Catharina Senensis in dæmonum infestis insultibus, nullam habebat securius refugium, quam plagas & vulnera crucifixi: *Fiducialiter*, dicebat, *latitabo in plagis Domini mei Iesu Christi.* Nebrulea animantia interirent tempore diluvii universalis, præcepit Deus Noe ut introduceretur in aream: quod si nos, qui Deum offendendo, ipsismet iumus bestiis deteriores, velimus, ut in immissis nobis à divina justitia supplicio rum diluviis, ab iisdem maneamus secuti, ad mysticam recurramus crucifixæ humanitatis aream, ibi namque in vulnere lateris portam inveniemus apertam; atque ideo ut S. Pater noster Augustinus accurat simè ponderat, S. Ioannes Evang. nondicit: *Lancea latus eius percussit, sed aperuit: ut illis, id est, peccatoribus quodammodo vita ostium panderetur.* Hæ sunt civitates refugii in quibus cõtumaces à divina justitia salvũ inveniunt conductum dummodo mente sua in una earum commorentur *Iustum refugium vulnera Salvatoris*, dicebat Augustinus. Quænam ulspiam in mundo amaritudo reperiri poterit, quæ Sacrosanctis hisce vulneribus immissa non dulcescat: *Omne amarum intinge latus meum & eris tibi dulce* monebat Christus apud Laurentium Iustinianum. Unde Beatus Eleazarus voluntati suæ nul-

nullam indulgebat aliam habitationem, quam quinque horum vulnerum porticus; cui proinde in remotis regionibus absenti cum à dilecta conjuge, quæ sine ejus præsentia vivere non poterat, ut quantocius reverteretur, per literas nuntiatum esset, ipse literis ad eam missis quantocius inter cætera hunc in modum respondit: *sanus sum corpore & sospes, quod si videres me cupis, quære in vulnere lateris, Christi inhabita, ibi potes me invenire, frustrà alibi quæsiveris.* Ecquando unquam Beata nostra Clara demonte Falco per tantillum temporis à meditatione Passionis Christi aliena erat? ut vel quæ non contenta illam semper sibi ob oculos habere propositam, eam insuper unà cum omnibus ab Passionem Domini concurrenti humillimenta cordi suo habebat impressam & inlustriam, prout in ejus corde in hodiernum usque diem non sine stupore videre licet. Verumenimvero ex quo de Passione & vulneribus salvatoris nostri loquimur, per eadem vulnera & sactatissimam Redemptoris nostri passionem vos obtestor, ut tot miserabilibus pauperibus languentibus, & præ necessitate tantum non pereuntibus compati dignemini, cum enim neminem habeant, qui eis subveniat, merito dicere possunt: *Hominem non habemus, subvenite igitur nis per Eleemosynam, copiosam enim a Deo mercedem indè sunt reportabitis.*

PARS SECUNDA.

10. Hactenus de Piscina, & de Porticibus, illuc, de Passione & sacris Christi vulneribus locuti sumus; superest ut de cruentis Piscinæ aquis loquamur, in quibus nobis repræsentatur sanguis pro nostra redemptione effusus qui peccatorum animabus non minus, imò incomparabiliter magis fuit & est salutaris, quam olim cæcis, claudis, Paralyticis & cæteris aquæ piscinæ probaticæ. Cœlius Rhodiginus refert firmam fuisse apud antiquos opinionem, quod si infirmus biberet de sanguine manante ex vulnere quodam hominis ad mortem usque ab adversario suo vulnerati, sanguis talis pro morbi sui curatione opportunum futurum esset remedium: *In arena pugilatorum nocentium sanguinem recentem de patibulo decurrentem avida siti solitum hauriri, quo se comitialis morbo remedio quæsivisse opinarentur.* Sive ipsum fabulosum sit, sive verum, hoc saltem certissimum est atque verissimum, quod sanguis Redemptoris applicatus, salutaris & medicinalis sit cuicunque demum infirmitati; unde si mæstitia cor tuum opprimit, adeo ut ne transeunter quidem ulla in vultu tuo lætitia comparere possit, respice roseum hunc & rubicundum sanguinem; Nam si Hannibal Carthaginensis fossam quandam humano sanguine plenam videns, eandem cũ delectatione aspexisse & dixisse fertur: *O pulchrũ spectaculum!* O quanto majorem in cordibus nostris lætitiam causabimus, si mente nos contemplati fuerimus sanguinem illum pretiosissimum pro nobis in cruce effusum; ac proinde respice illum, illum penitius & intimius considera, sic enim experieris: quòd gaudio & lætitia plenus continere te non poteris, quin exclames *O pulchrum spectaculum.* *Aresi. loc. 23. n. 12.*

19. Quantum visi igitur infirmi, qui in piscinæ aquis abluti, spiritus vitales revivicari, & consolidari membra sua ex improviso percipiebant, summo cum gaudio & lætitia cordis ab eadem piscina recedebant, utpote ab omni, qua detinebantur infirmitate liberati, majorem tamen gaudendi causam habent, qui e piscina cruoris Jesu CHRISTI ritè abluti egrediuntur, quia prodigia longè magis stupenda ab hoc, de quo loquimur, sacrosancto sanguine patrata fuisse inveniuntur, præcipue quod attinet animas desperatas ad spem salutis æternæ revocandi effectum. Berithi, quæ est civitas Phœniciæ, Anno 765. sequens accidit prodigium: Hebræi namque imaginem quandam Christi in celatura quadam expressam, in domo cujusdam Judæi invenientes, Christum in eadem imagine crucifixerunt, omnesque quas antiqui Judæi Redemptori nostro intulerant injurias, renovarunt. Dum autem lancea latus ejus vulnerarent, confestim egressus est sanguis & aqua, quod videntes, ampullam quandam ex eodem cruore impleverunt, experiri volentes, an patrata à Christo miracula vera essent, an apparentia tantum. Quid fit? multos itaque infirmos in Synagogam suam adduxerunt, eosque hoc sanguine ungentes, mox ut tetigerunt, ab omni infirmitate dimiserunt liberos. Quibus miraculis compuncti: Theodotum Berithensem Episcopum adierunt, & data illi præfata imagine, indeque elicito sanguine, postquam totum eventum ei retulissent, sacrum ab eo baptisma receperunt. *In Martyrol. die Novemb. Et Theo. Caccinus in hist.*

Consil. Nicen. fol. 108 & 109.

20. Affirmant Chymici, quod si quis sanguinem humanum juvenis sani optimæque complexionis, nati in conjunctione Mercurii cum sole, sub signo geminorum, vel Virginis, quod mensibus Majo & Augusto quovis anno evenire solet, prout ex Ephemeridibus videre licet, habere possit, illum prius ab omni serositate, quam foras emittit, dispoliet, misceatque cum certa quantitate vini adusti, bene sublimati, hocque mixtum in balneo tepido positum pro meliori digestione relinquat, per quatuor, aut sex dies, ut Spiritus vini adusti bene tingatur; & sanguis dissolvatur, indeque acceptum in vase quodam alembico bene instructo ponatur, & secundum regulas artis distillerur, indeque elicitum salem, quem vocant volatilem, accipiat, & à fæcibus relictis pariter per vinum adustum dilutis, per viam sublimationis eliceat salem fixum, per multas solutiones & congelationes: hosque duos sales simul junctos per octo dies ad lentissimum ignem circulariter moveat, omnemque aquositatem [quæ magnam habet pro oculorum defectibus virtutem] abinde separet, quod reliquum est in fundo vasis, pro summo sanguinis arcano, velut quintam essentiam vel balsamum, quod cuiusvis alterius balsami virtutem superat, reservet; hoc enim ad stuporem usque utile est adversus infirmitates: est enim potens contra pestem præservativum, tollit omnem lepram, curat paralysin, podagram, hecticos, phthisicos, in summa, nullum reperitur in humano corpore infirmitas ad quam dicta medicina sanandam non pertingat: Imò nonnulli dicunt, quod pari passu ambulet quo ad virtutem cum spiritu vitali fixo, è centro terræ elicito, quod omnes antiqui Philosophi unicum & verum vitæ nostræ tutamen esse asserunt. Veruntamen an prædicta à chymicis asserta in praxi vera esse comperiantur, an vero non idipsum iisdem defendendum libens relinquo. Certissimam tamen & indubitatam veritatem esse scio, quod sanguis humanitatis Christi omnium infirmitatum remedium sit opportunum, verèque curativum. Et quidem non solum earum quæ corpus, sed etiam illarum quæ animam afficiunt. Unde S. Cypriani doctrinam in memoriam revocate, qui ait: *Vulneri sanè tam putrido & antiquarum cicatricum faterino inveniebatur medicamentum conveniens, nisi unguento sanguinis huius plagæ vetus linitetur.*

Apud Petr. le Fabrum in thesaur. Chimic. c. 8. fol. 23. 24. & 25.

D. Cypr. de pass. Christi fol. 476. c. 1.

21. Fabulam esse existimo, qua balneum quoddam ejus virtutis esse dicitur, ut quicunque se lavandi causa ingreditur, deposita canitie in juventutem usque renoveretur. Hoc enim si verum esset, nullus inveniretur, qui omnes suas divitias bene collocatas, omnemque laborem bene adhibitum esse non crederet, ad hoc ut idipsum in propria sua persona experiri posset. Verum quidquid de hujus veritate sit, simplex tamen realis, & pura veritas est, quod balneum sanguinis Christi, sive mystica lactatissimæ humanitatis ejus piscina, efficacissima sit ad renovandas animas nostras à canitie peccati ad juvenilem gratiæ ætatem, & tamen pauci inveniuntur, qui magnum id faciant. Refert Sidonius certum quendam Regem omnes suos vendidisse thesauros ad unguentum quoddam conficiendum, ea virtute præditum, ut mortui eo inuncti ad vitam redirent: accidisse autem, quod Princeps quidam de magnis prædicti Regis thesauris certior factus, eundem Regem convenerit ad impetrandam thesauri illius videndi gratiam, qui cum in gazam regiam sive erarium eius esset introductus, in eoque nil præter vasculum aliquod reperiret, attonitus stetit, cumque ei diceretur, in eo vase unguentum quoddam contineri ratæ adeo virtutis, mirari desiit, & vas illud præ omnibus totius mundi thesauris permaximi æstimavit; verè enim verò mendacia & fabulas fabulosis & mendacibus relinquamus, tanquam veri Christiani veritatis nos amicos esse probemus; etenim ipsamet solis claritate clarius & certius est, incarnati Dei sanguinem hanc in se continere virtutem, ut mortuos ad vitam resuscitare valeat. O quam pretiosus liquor? Optimè igitur Christus docebat, quòd, quicunque hoc electuarium animæ suæ applicaturus esset; hunc in se percepturus esset effectu *Joan.* Nunquid enim ipsum docentem auditis? *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam.*

22. Abradace in prælio occiso, conjux ejus, quæ viscerosissimè eum amabat, nomine Panthea pectus suum mortali vulnere confecit: è quo tandem deficiens, & supra sponsum suum concidens, proprium sanguinem super ejusdem vulnera abunde effudit, pervadens *Plut.* sibi futurum esse, ut sanguine suo vitam sponso *ser. a* restitueret; *Forsan amore suasa, quod sanguine* *mu.* *proprio illum vivificatura esset.* At vero hæc est *pla.*

prærogativa quædam soli sanguini Redemptoris nostri reservata, hic enim non uni duntaxat, sed universim omnibus, dum in aspero vitæ ligno penderet, proprio suo sanguine vitam restituit: *Animarum nostrarum sponsus voluit sanguinem suum in cruce fundere, ut prosanguine nostra curaret vulnera, & naturam in peccatis mortuam vivificaret.* Spartani ad prælium procedentes, coccineis sive rubicundis induebantur vestibus, quasi color ille coccineus & cruentus inimicis incuteret terrorem suis vero animositatem & audacitatem ingeret. Sanguis Mori elephantis exhibitus animosos & fortes illos efficit, ut refert Plinius, ac proinde Machabæis, quando elephantes ad prælium animosos & fortes seu feroces reddebant, in conspectu ejus feræ alicui collum denudabant, ut manantes sanguinis rivulos videntes, ignaviæ fœnum rumperent, & pertosi ac intrepidi evaderent; Antiochus quoque commissurus prælium cum Juda Machabæo triginta duos elephantes in aciem constituit, *quibus ostendit sanguinem uvæ & morum ad cuendos eos in prælium.* Verùm eheu quanto majoris virtutis est sanguis Domini nostri ad reddendum nos animosos & intrepidos adversus inferni inimicos! Tametsi enim ipse languidis & paralyticis intra quinque piscinæ porticus constitutis debiliores essemus, nihilominus hic sanguis vigorem, & animos nobis integerrime restitueret. Refert Vincentius Bellovacensis Sanctum Edmundum Cantuariensem, dæmonem aliquando adjurasse eique in virtute sanguinis Christi præcepisse ut fateretur quidnam esset quod vel maximè formidaret, & quo mediante facillimè superari posset: *Adjuro te per aspersionem sanguinis* Iesu Christi, *ut dicas, in quo facilius te vincere possum,* Cui dæmon respondit: in eo quod nominasti, id est, in sanguine, in cujus virtute me adjurasti. *Livan in 3 Reg. 6.*

23. Lapides è quibus fabrica templi Salomonici erecta fuit, ferrum nullum tetigit, sed sanguine vermis cujusdam, qui samir dicitur, divisi & expoliti fuere, de quo Petrus Galatinus asserit, eum virtutem suam perdidisse, mox ut natus est Christus, cuius sanguis majori est virtute, præditus, siquidem potens est ad rumpendum corda, ipsis quoque lapidibus duriora, prout scribit Balthasar Arias sermone de circumc. fol. 123. Tandem verò discursum hunc sequenti historia terminemus, Thomiris Scytharum Regina *Aurum liquefactum in os gutturque Crœsi Romani infundens, etiam maledictis ei insultavit dicendo: Aurum fuisti, aurum bibe.* Id quod Cyro Persarum Regi eadem Regina quoque fecisse scribitur, dum enim caput ei amputasset, idem in vas quoddam sanguine plenum projecit, dicens: *Sanguinem sitisti, sanguinem bibe:* Idem quoque tibi ô Roma dicere possum *non insultando, sed inculcando: Sanguinem* Christi *sitisti, sanguinem bibe* & abi in pace. *Pet. Galati. Balthas. Arasser. de circumc. fol. 113. Abraham Bzovius in ser. 6. post I. Dom. Quadr. fol. 67.*

SERMO X.

IN DOMINICAM II. QVADRAGESIMÆ.

Assumpsit IESVS Petrum, Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum, & transfiguratus est ante eos.
Matth. 17.

1. TERRA tot egregiorum partuum fœcundissima parens, de nulla è sinu suo enatarum rerum adeò gloriatur, quemadmodum de montibus. Negari equidem non potest, eam in edendis & educandis partibus suis satis se partialem exhibuisse, siquidem dum velut immitis noverca nonnullis nutrimentum suum extrema cum tenacitate & parsimonia ministrat, eosdem potius abortus quam partus videri fecit, dum eosdem pœfecta quadam statura privavit, qui proinde paululum in altum evecti, veluti pygmæi sub infelici humilis fortunæ clima-te strati jacent: Aliis vero è contra velut spectabilissima mater alimenta vitalia tam prodiga manu subministravit, ut in Gigantes evaluerint ad sublimissimas usque totius mundi altitudines sese subvehendo & erigendo: natura quoque velut sapiens & prodiga magistra doctis suis instinctibus eos ad prodigiosos quosdam producendos effectus erudivit, ut veluti Colossi prodigiorum omnibus sint stupori & admirationi: Inter hos Æthnæ Scriptorum excitavit calamos ad implenda speciminibus suis copiosa volumina, eo quod in ejus vertice simul pacifice & in summa tranquillitate flammæ pariter & nives consideant: *Mixtos nivibus ignes profert*: ut scribunt Solinus, Pindarus, Macrobius & Gellius. Olympus quoque in Thessalia celebratissimus est, cujus Peneus fluvius reverenter osculatur, & alluendo lambit pedem, eumque totus mundus contemplatur attonitus & stupefactus, diciturque Olympus quasi *Hololampas, hoc est, totus lucens, quia solem clarum habet, nullisque unquam nubibus offuscatur*, scribit Cassanæus. Unde Boreas, licet impetuosissimus sit, se nec pennas, si velit, nec vires habere fatetur sufficientes, quibus ad ejus pertingere celsitudinem possit, sed factum suum tumidum demittens, reverenter eum salutat, & humiliter volando transit. Non minorem è cælo experta est Bœotia, propter Parnassum suum Apollini consecratum, hic enim nobilis quidam est deliciarum nidus, Musarum schola, Areopagus virtuosorum, Sitenum Lyceum, templum oraculorum, Altare in quo Apollini & Baccho offerebantur victimæ: *Apollini & libero Patri in eodem monte res divina celebratur*, ut refert Macrobius; Et quantum hic mons à natura magnificatus est solo terreno, collibus, arboribus, tantum Poëtæ eundem ingenio extulere & calamis: cingit eum Caliphus fluvius, eumque fœcundat: & Castalius fons millenis liquefacti veluti argenti rivulis eundem irrigat. Silentio hic præteribo Erimanthum montem, in quo Hercules aprum terribilem, agrorum vastatorem cepit, & captum Eurystheo Regi dono transmisit. Prætermitto montes Apenninos, qui Hispaniam à Gallis intersecant & dividunt, quique monstrosissimis Feris sua cedunt latibula; Neque hic adducere volo Aganippen, Caucasum, Typhæum & alios, sed solum vos mecum attentos esse desidero, & contemplandum Evangelicum Thaboris montem, ob prodigia in eo facta, sanctitatem quoque & excellentiam suam celebratissimum.

Solinus Pind. in Pyth. Epod. 1. Macrob. in Sat. lib. 5 cap. 17. fol. 357. Aul. Gell. lib. 17. c. 10. fol. 469. Stephan. Aquæus Bituric. com. in l. 4 Prim. cap. 8 n. l 58.

2. Habet

2. Habet hic mons suam in Provincia Galilææ residentiam, & quatuor milliaribus à Nazareth distat, suamque jurisdictionem ad usque cælestium sphærarum extendit confinia, à quibus velut montium Rex fabricato è stellis diademate in suo redimitur vertice : In medio sinu suo non Vulcani officinam includit, sed in mineralium seu fodinarum suarum gazario & Gaza aurum delitescit & argentum : formidabiles non expandit voragines, ut in camporum perniciem accensos evomat ignis globos, aut nigros fumi turbines, sed florum in eo passim suavissimam spirant odoris fragantiam. Nunquam eam densa caligo obumbrat, sed apertam semper serenamque fronten omnibus exhibet. Exsurgens quoque aurorem veneratur & recognoscit, per exhibitum ei matutini candoris sui argentum, & qua primus est cui rotulentarum margaritarum suarum pendat tributum. Omnes honore eum stupefacti respiciunt ob benignum & Jovialem ejus aspectum. Ætheris paterregius velut in Heliotropium transformatus eum respicere non desinit, quamvis in peregrinis suis itineribus semper occupatus; suavissimos ibi auræ Zephyros spirat, versique juvenilis jucunditas suam eo manifestasse videtur residentiam ; arbores mentem hunc circumjungentes magna ibi libertate fruuntur, utpote quæ in eo ab indissemi Aquilonis insultibus securæ consistunt : In hujus montis amœnitate flores imperturbabile & jucundissimum ver quoddam invenunt. Verum enim verò, quos hodie à regia incarnati verbi Majestate recipit favores eum super quemvis aliorum montium famosum reddunt & protsus eximium. Nequeeam super viride florensque terræ montis hujus aulæum pedem suum gradiendo movet, quin flores mox in eodem loco germinare faciat millenos & millenos. In eodem Consistorium quoddam solemnissimum instituitur, In quo maximi momenti tractantur negotia: *Loquebantur de excessu.* Eidemque assistere vult tres charissimos, sibique conjunctissimos quos habet Discipulos, Petrum scilicet, Jacobum, & Joannem: *Assumpsit Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus* Comparent ibidem duo veteris legis illustrissimi viri : Moyses integerrimus mansuetudinis amicus, & Elias zelo erga impios in Dei contemptum proclivesi ardentissimus : *Et apparuerunt illis Moyses & Elias loquentes cum* JESU. Gloria quæ in Redemptoris nostri anima abscondita latebat, persplendoris sui redundantiam in vultu ejus luminosa proditur & manifestatur : *Resplenduit facies ejus sicut Sol.* Ipsæque vestes atræ esse videbantur, incomparatione ad candorem illum, in quem se vestium colores transformarant : *Vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix.* Atque ideo, ô quam est hic temperatum clima, exclamat Petrus! ô quam felix habitatio! Veram hoc in loco invenio gloriam, incomprehensibili quadam hic beatitudine frui mihi videor. Hic locus novus quidam mihi apparet esse Paradisus, in quo omne gaudium & lætitiæ veluti simul conglobata existunt : *Bonum est nos hic esse.* Cor meum gaudium istud non capit, sed ob ejus excessum extra se rapi & totaliter deficere videtur : ô fortunatum me! si hic mihi perpetuo commorari liceret : *Faciamus hic tria tabernacula.*

Unde S. Remigius ait : *Visa Domini Majestate adeò delectatus est, ut cuncta temporalia oblivioni traderet, & ibi in perpetuum vellet manere;* idque duas potissimum ob causas ; Primò *ratione visionis,* quia videbat filium Dei. Unde Beda : *Petrus glorificatam Christi humanitatem contemplatus tãto afficitur gaudio, ut nullatenus, ab ejus intuitu vellet secerni, atque ideo dixit : Bonum est hic esse.* Per hoc nobis insinuans, quam sit ingens gaudium ejus qui suas ad contemplandum Dominum defigit cogitationes. Secundò *ratione fruitionis,* quia per cordis jubilum, quo in Thabor afficiebatur, dulciter se in suavem mentis extasin rapi sentiebat: *Ex nimio fervore Petrus videns gloriam, ita affectus erat, ut nunquam voluisset separari,* inquit Doctor Angelicus ; atq; ideo hoc Domino proponit consilium: *Faciamus hic tria tabernacula.* Per hoc enim persuadere nobis voluit, quam desiderabilis & immensa sit gloria, quam Beati ab objecto beatifico, quod Deus est perticipant.

D Remig. in Cat D. Thom. ibi. dem fol. 169 col 2. Beda ibid.

D. Thom.

3. Fatendum est, quod si ipsemet cum S. Petro in monte Thabor præsens fuissem, dixissem utique cum eodem : *Bonum est nos hic esse.* Quod si Dei Filius ex mera pietate sua hanc mihi dignatus fuisset indulgere gratiam, ut ejus transfiguratum gloriosum & resplendentem vultum contemplari & conspicere potuissem, jam utique ultimum mundo vale dixissem, nec ullum me mundi vel cujuscunque tandem rei creatæ videndæ aut habendæ stimularet desiderium ; & conversus ad eos,

qui hac tristi mundi hujus valle ad veram possidendam remanserat, eisdem dicturus fuissem, per me eis licitum esse, ut sine ullo invidiæ livore, bonorum illorum, quæ Deus prodiga illis manu dispensasset, possessores imperturbati remanerent, utpote qui meam fortunam cum sua pro totius mundi pretio commutare nequaquam vellem. Mira enim iis accidisse leguntur, qui primis Christi temporibus Christi humanitatem oculis corporeis & fidei lumine perspexerunt. Porrò Salvator in Castellum Bethaniæ haud procul ab Hierosolymis distans ingreditur, ubi obviam sibi Martham habuit, se invitantem, ut domi suæ manere & commorari dignaretur: *Intravit IESVS in quoddam Castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.* Etenim scire hic desidero, quonam illud Ly *suam*, referri debeat; scio quidem quod respondituri sitis, referendum esse ad Martham; at vero si ita est, injuria quædam Mariæ Magdalenæ sorori suæ fieri videtur, utpote quæ non minus quàm Martha loci illius Domina extitit. Cur igitur sacer Evangelista domus hujus, & quicquid in ea est divitiarum dominium soli Marthæ attribuit, cùm circa illud suum quoque Magdalena interesse habeat; neque enim credo hanc à genitoribus exhæredatam, ejusque sororem Martham totius paternæ maternæque hæreditatis solam factam esse hæredem & Dominam. Videtur igitur Evangelista ad hoc, ut Magdalenæ prætensioni nullum inferret præjudicium, dicere potius debuisse: *Martha excepit illum in suam & sororis suæ domum*, eo vel maxime, quia ambæ conjunctim Christum in habitationem suam receperunt, ambæque ei quas unquam excogitare potuerunt benevolentiæ & hospitalitatis exhibuere amplissimos apparatus: Quid huic difficultati respondendum est, nescirem utique, nisi Evangelista de Magdalena subjungeret, dicens: *Optimam partem elegit sibi Maria, quæ non auferetur ab ea in æternum.* Quid? Ergòne duæ hæ sorores suas inter se facultates ex æquo partitæ sunt, ideoque Magdalenæ melior pars obtigit, quàm sit domus illa, cujus Martha appellatur Domina? Etenim hunc esse genuinum Scripturæ sensum, minimè credo; ac proinde à Zachæo illo, qui in Evangelio dives & princeps Publicanorum appellatur, quoad hoc informationem aliquam velim capiamus. In hujus namque domum ver-

Luc. 10.

Ibidem.

bum incarnatum etiam ingreditur, & ipse *excepit illum gaudens*, postquam enim cum accumbere fecisset, summâ quâ potuit cum urbanitate & civilitate eum tractavit, sollicitè semper cogitans, quomodo hunc à Christo domui suæ, quam in diversorium suum elegerat, exhibitum honorem, actione vel obsequio aliquo Salvatori nostro pergrato & accepto compensare posset: ac proinde ô Domine (ita loqui incipiebat) cœlo mihi propitio & bene favente, tot mea interveniente industria accumulavi mihi divitias, ut meritò aemini divitiis in hisce confinibus cedere ab omnibus censear, prouti & domus mea elegantia, nitor, commoditas, supellectilis varius apparatus satis demonstrant, ex his enim facilis esse potest conjunctura de reliquo. Verum quidem est, quòd in negotiis meis multas commiserim furti, variæ fraudis & doli imperfectiones gravésque errores; neque pauperes gloriari potuerunt se vel minimum hactenus à me accepisse subsidium; veruntamen ex nunc decretum mihi est, quod omnibus me facultatibus exuere, earúmque medietatem eum pauperibus dividere velim: *Dimidium bonorum meorum do pauperibus*; Et quisquis ex parte mea aliquo affectus est damno, quadruplum id ipsum ei restituendum esse volo: *Et si quid aliquem defraudavi reddo quadruplum.* Verum ô Zachæe, ut verum liberè fatear, videtur mihi quod magno te committas periculo; si enim benè recogites, de omnibus bonis tuis denudabis, & deinceps mendicus eris, sine facultatibus, sine pane, ab omnibus amicis tuis spretus & derelictus. Laudo equidem propositum, quod habes, dandi facultatum tuarum partem pauperibus, est enim hic actus quidam eximius charitatis; ficuti & bonorum alienorum restitutio, hoc enim justitiæ debitum à te expostulat; at vero omnibus se exuere, nulla re sibi reservata, illud magnum est, & exemplo caret. Quinam ad facultates comparandas, requirantur labores, ut probè satis nosti, ac proinde omnibus multâ cum industriâ & curâ congregatis subitò se denudare, maturam prærequirit deliberationem; Dicito enim, quid facies, ut tuis possis quotidianis necessitatibus mederi? non est quod quicquam ab amicis vel parentibus subsidii exspectes, hi enim te nudum ne quidem videre, nedum sublevare dignabuntur. Ipsum quoque Theodoretus optime advertit

tit, dum alter si subtilius indagare velimus, nihil de proprio reſtabat facultatibus, data enim mediocriter bonorum pauperibus, ex dimidio redibat ſibi quadruplo, nec ſolùm hoc promittebat, ſed faciebat ut enim nic dabo mediocritatem, & reſtituam quadruplum, ſed do & reddo. Verùm enimverò, ô Auditores, ſcitis ne quid nobis Zachæus ſit reſponſurus, hoc videlicet, quod immodicè & incredibili teneatur filium Dei videre deſiderio: *Quærebat videre* IESVM, ac proinde aſcendit in arborem Sycomorum; *ut videret eum.* Cùm igitur Jesus domi ſuæ commoraretur, & hoſpitem habens, ſuo videret ſatisfactum eſſe deſiderio, quod habebat Divinam Chriſti vultum contemplandi, quaſi intuitivè videbatur dicere; videre Jesum, videre Deum & Creatorem eſt maximum omnium bonorum, quæ in hac vita poſſumus poſſidere; hæc ſunt meæ divitiæ meæ, quas cùm pro voto & deſiderio meo ſim aſſecutus, alia hujus modi bona deinceps nihili facio, nihil curo. Itaque pauperes, adeſte hic omnes, & veſtra, veritatis omnium facultatum mearum medium; vos autem, qui per me in negotiationibus mundi damna paſſi eſtis, accipite reliquum: habunde namque, inquit Titus Boſtrenſis, ſibi ſatisfactum eſſe cenſuit, vel ex eo tantum quod Filium Dei videre meruerit: *Hic ipſum vitam deſideravit.* Hic quoque erat cognatus ſancti Lucæ de Maria Magdalena. Ipſa namque contemplationi Creatoris ſui intenta erat, hæc erat, quæ ipſam contingebat pars & portio optima: *Optimam partem elegit*, id eſt inquit Dionyſius Carthuſianus: *Mentis quietam contemplativam duco vitam, & ipſum incommutabile bonum quærere ac habere ambio*, quaſi dicat: Quævis alia bona terrena ſoror mea Martha, tibi ea cedo, & renuntio, ſit illa bonorum mobilium & immobilium, imò & ipſius mei domus paternæ unica hæres & Domina, ego eligam in Salvatoris mei contemplatione, omne bonum meum collocatum & repoſitum habeo. *Hanc dignioſimam partem* [ſubdit idem Dionyſius] *elegit Maria, terrenis contemptis.* Et meritò, ingnit Ambroſius, nam *Cui Deus portio eſt, nihil debet curare niſi Deum.* Atque ideo prudenter ſanctus Lucas ſcribit, quod Magdalena quævis alia bona nihil æſtimans, illud quod inter omnia bona ſoptimum erat, ſibi retinebat, ſcilicet contemplationem & viſionem ſui Redemptoris, atque ideo omnium aliarum facultatum poſſeſſionem & dominium ſponte ceſſerat Marthæ ſorori ſuæ ceſſerat: *Excepit illum Martha in domum ſuam.* In Geneſi Thamar ex duobus gemellis gravidam fuiſſe lego, qui appropinquante partûs tempore certatim inter ſe de majoratu & primogenitura videbantur contendere, uter ſcilicet primus ex utero materno in hunc mundum naſciturus eſſet. Unus illorum dum vim fratri faciens, cum prævenire non poſſet, prominendo ex utero per caput, fecit ſaltem quod potuit, & brachium foras protendit, quod obſtetrix animadvertens, apprehenſam ligulam coccineam ad pulſum manus ei circumligavit: *In ipſa effuſione infantium, unus protulit manum, in qua obſtetrix ligavit coccinum dicens: Iſte egredietur prior.* Ut hic fuit, qui poſtea Zamar appellatus fuit, qui manum ſibi alligatam ſentiens, ſubitò eandem retraxit cedens campum alteri, cui Phares nomen impoſitum fuit, quod ante ipſum naſceretur. Verumtamen difficultas quædam hic mihi ſubnaſcitur. Zara omnem quidem adhibuit conatum & diligentiam, ut primus naſceretur, ſibique adſciſceret majoratum & primogenituram, & tamen quando jam ſuum quaſi obtinuerat intentum, ſe denuò intra matris uterum viſcerum latebras ſubducit, liberum fratri tranſitum ſive exitum indulgens, & primogeniti dignitatem & prærogativam, quæ eo tempore maximi erat ponderis & momenti, nequicquam curat; ac proinde quin huic coccino prægrande aliquod innexum ſit myſterium, nullatenus dubito. Audiamus itaque hac de re loquentem ſanctum Ambroſium: *Quid ſibi vult*, inquit, *quod coccum in manu eius ligavit, niſi quia typus eius erat, qui crucis indicio ſua & ſanguinis fuſione actum illuſtravit humanum?* Ligaculum igitur hoc coccineum, Filium Dei ſignificat incarnandum. Sed quid inde? quomodo ligula hæc ejus impedire poterat nativitatem? aut qua ratione excellentiis ſuis ullatenus potuit præjudicare? Enimverò neſcio an aliquando modum obſervaveritis, quo ſanctus Evangeliſta Matthæus de genealogia loquitur Salvatoris? Trina enim vice in eodem mentionem facit Davidis, cùm hac tamen differentia, quod ſecunda & tertia vice ipſum glorioſo Regis titulo honoret: *Ieſſe autem genuit David Regem*, & poſtea iterum ſubdit: *David autem Rex genuit Salomonem.* Prima autem vice de eodem haud ſecus ac de privato quodam & ſimplici viro loqui-

Gen. 38.

Ambroſ. lib 3. in cap. 3 Luc. fol. 436. col 3. lit H.

Matth. 1.

tus,

tur, sine coronæ, sine sceptri, sine dignitatis & sine Regni ulla mentione: *Liber generationis Iesu Christi filii David.* Dicat hic aliquis, eum sit una prorsus & eadem Davidis persona, cur igitur S. Matthæus tam differenter de eodem hoc viro loquitur? Cur prima vice de eo loquens, omni eum dignitate exuit, non verò secunda & tertia? Ad hujus quæstionis intelligentiam, recurrendum est necessariò ad id, quod S. Joannes in Apocalypsi refert; scilicet quod viginti quatuor Seniores, qui in cœlesti Paradiso coram Divinæ majestatis altissimo throno circumstabant, sublatas è vertice capitis sui coronas, in terram ad pedes sedentis, in throno dimiserint: *Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & mittebant coronas suas ante thronum.* Doctor quidam modernus, rationem hujus adduxit dicens: *Viginti quatuor seniores, tanquam à throno remoti residebant in sedibus suis, & tunc coronis capita sua condecorabant: at cum appropinquarent ad Dei sedem, ante illam coronas suas mittebant.* Quasi ex eo, quod supremæ Majestati divinæ vicini esset & digni facti, qui eam viderent & contemplarentur, veluti dignitatem regiam nihil curantes, sublata è capitibus diademata in terram deposuerint: *In hoc sibi complacentes, quod Dei throno assisterent, & ideo omnia alia ornamenta à se dimittebant ac abjiciebant.* Quid mirum igitur, si David prima vice qua à S. Matthæo in Genealogia Christi nominatur, videatur expers omnis coronæ in capite: *Liber generationis Iesu Christi filii David?* Ibi namq; Christo vicinus adstat eumque oculo prophetico videre & contemplari potuit? quam pretiosa hæc corona est, quale regnum? quæ dignitas & excellentia? Pluris meritò æstimandum est, quod quis Salvatori nostro vicinus sit atque in ejus vultum corda nostra beatificantem, vel unicum duntaxat oculi sui obturum figere possit, quam quod omnia sceptra, omnia diademata, omnia regna possideat. *Non scribitur hic David Rex* [inquit supradictus interpres] *sed infra in alio remotiori loco: Adorat hic juxta Christum Dominū, tanquam eius magnus & familiaris amicus, & ideo hic regalis corona deprimitur.* Porro Zara manum retrahit, nec quicquam primus in lucem prodire ambit, majoratum, primogenituram, & hæreditatem paternam amittere pro nihilo ducit, ac si diceret: Præcedas me, ô mi frater, nihil tibi contradico, esto nascendo primus, omnem enim præeminentiam libenter tibi cedo; proinde quidquid libet accipito, nam & ego sortem sum præclaram nactus, quæ in hoc coccino consistit, quo manum meam video alligatam, hac sorte plenissime contentus plane acquiesco, quotiescunque enim coccineum hoc ligaculum aspicio, verbum incarnatum in apprehensione mea video, & quid ulterà desiderare potero? hæ sunt meæ divitiæ, hi thesauri mei, & omne bonum meum. Ad idem propositum ingeniosus quidam scriptor Zaram hunc in modum loquentem introducit: *Quanam deinceps à me major gloria, authoritas amplior, aut copiosiores divitiæ desiderari queant? Per Christum quem per coccinum manui alligatum habeo, omnia possideo, & ideo hujus solius tametsi in figurali repræsentatione mihi exhibito, contentissimus acquiesco.* Unde conjicere licet, quid Zara dicturus aut facturus fuisset, si Filium Dei non in figura, sed in propria specie & persona vidisset.

Apoc. 4.

Sylveira . . lib. 1. c. 2. q. 17. n. 51. fol. 53. c. 1.

Idemibi.

4. Venerabilis ille Seniculus sanctus Simeon, è viginti quatuor senioribus Judææ & Jerusalem unus erat, qui cum ei sacra illa ercitia, quæ ad sacerdotem spectabant, incumberent, Spiritus sancti speciali instinctu, sive ducatu ad templum processit, ubi postquam oratione prolixius facta surrexit, ad limen portæ tres personas templum ingredientes conspicit, nimirum Mariam, & Josephum puerulum Iesum secum adducentes, quem in sacras Simeonis manus dulciter collocantes, tanto cor eius gaudio imp'everunt, ut nullum unquam in mundo majus habere potuerit: unde præ lætitiæ ingentis excessu, huncin modum eum locutum fuisse existimo. Vere puerulus hic ridens quædam aurora est, quæ diem mihi adduxit consolationis plenissimum. Hic verus & unicus Sol meus est, qui omnes à corde meo mœstitiæ tenebras dissipat; Abhinc nubila & decrepita ætas mea virere, virescere, & florere denuo incipit, quia vultum quendam comparentem video, & jucundissimum verè cum adducentem: Genæ tuæ purpureæ [ô divine puisio] animatus quidem mihi esse videntur amoris hortulus; os rutum Conchām mihi refert, in qua simul videre & admirari licet margaritas & coralia: Duo oculi isti sunt duæ benignissimæ stellæ, quæ futuram Hebræo & gentili augurentur felicitatem; ad te, ô dulcissime puerule, velut ad proprium centrum, omnes cogitationum

mearum

metarum lineæ terminatæ respiciunt. O quam felicia sunt istæc brachia mea, in quæ unicum thesaurum suum Paradisus deposuit; & tu, ô dextera mea, quando unquam meruisti sieri tam septeni Cœli Zodiacus? ô fortunatæ oculorum meorum pupillæ, in pacifico quodam somno nunc occludamini si quidem hoc objectum quoddam vidistis, quod est inter optima meitus, & maximis majus, Deum nimirum mortali humanitate nostra indutum. Huc adsis ô mors, nec venire differas. Libens enim vitam meam in tuas nunc manus deponam: *Nunc dimittis servum tuum Domine secundum verbum tuum in pace.* Verum ô Venerande senior, cur mortem desideras qui tam brachia tua vitam defers? qua ratione simpotest ut in ipso Orientis diluculo simul videant occasus? Ergone desideras ut consolationum tuarum dulcedo & suavitas bolo tam fastidioso & nauseabunda cicuta amaritudo mortem ultimum terribilium esse ipsorum? Patres expositores multas circa hanc passum adferunt resolutiones, videlicet Eusebius, Cyprianus, Haymon, Toletus, Origenes, Ildephonsus, Gildaricus Abbas; Bonaventura, Simon Cassianus & alii, quos brevitatis causa pertranseo, siquidem per totum quendam scripturalem passum, & ab Autore. Operis imperfecti optime ponderatum, perfectam difficultatis hujus decisionem non habituros esse spero. In Evangelio itaque legitur, Josephum ad declinandam impiissimi Herodis crudelitatem monitum fuisse, ut una cum puerulo Jesu & Maria conjuge fuga fugiat in Ægyptum: *Surge & accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum.* Multæ utique Provinciæ erant in quibus recens natus infantulus æque bene salvari potuit, quoigitur fine in Ægyptum regione? scilicet adeò longinquam & a Judæa procul remotam, & abidololatris ac juratis inimicis suis habitatam illi fugiendum erat? Pro hujusce quæstionis intelligentia necessario in memoriam revocandæ sunt omnes adversitates, omniaque flagella, quibus Ægyptus tempore Pharaonis & Moysis percussa fuit: aqua enim in sanguinem conversa est, muscæ tantam copiam circumvolitabant, ut totum fere ætherem adimplerint; Tenebræ adeo densæ & spissæ invaluerant, ut homines licet vicinissent se mutuo discernere aut dignoscere non possent: Locustæ omnes herbas, fruges, & fructus depascebant: tanarum integri exercitus passim non sine ingenti nausea super lectos, mensas, perque omnia conclavia repectos, mensas, perque omnia conclavia repebant, imò à terra saliendo hominum sesq; vultibus ingerebant. Quapropter divina pietas decrevit, ut unigenitus filius hujus in Ægyptum sese reciperet, ut per suam præsentiam Ægypto per vindicem Moysis manum *Imperf.* irrogata mala repararet: *Recordatus Dominus hom. 2.* *quanta mala fecerit super AEgyptum, mittit filium suum in eam, ut decem plagas una visitatione sanaret.* *Albert.* Et Albertus Magnus subjungit: *Mibi.* *Multis plagis plagaverat Dominus AEgyptum, ingreditur ergo, ut tot plagas una sua præsentia visitatione sanaret* Unicus duntaxat oculorum obtutus, quem Ægyptii in Incarnati verbi faciem figebant ad omnes amaritudines præteritas indulcorandas abundè sufficiens erat. Simeon quoque eo tempore, quo puerulum Jesum brachiis suis stringebat, & contemplabatur, mori exoptabat, eo quod securam se & opportunam moriendi occasionem invenisse arbitraretur, moriendi scilicet cum dulcedine, amaramque mortem in extremam suavitatem trasformandi; eo ipso enim quo divinam cœlestemque hujus dulcissimi pueruli faciem intuebatur, nullos poterat sentire dolores, sed potius inexplicabili gaudio replebatur, tantaque à beata illa visione in eius animam gaudii suavitas redundabat, ut si tunc fuisset mortuus, quadam fuisset, nescio qua, beatitudinis & gloriæ specie perfruitus. Itane ô Simeon? hæccine causa fuit, cur ex hac vita Jesum brachiis stringens migrare desideratis? Imò verò respondet: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum*; atque ideo dixit: *Nunc*, id est, in hoc momento, quo Jesum intuor & amplector, ex hac vita migrare desidero, sic enim securus essem, quod mors mea suavissimus quidam futurus esset transitus, unde & hoc verbum *dimitte*, utitur, non vero dicit *moriar*: *Nunc dimittis servum tuum Domine.* Aud te S. Ambrosium dicentem: *Qui vult dimitti, accipiat in manibus verbum Dei, contempletur velut quibusdam fidei suæ brachiis: Tunc dimittetur, ut non videat mortem, qui viderit vitam.* *D. Amb. hic.*

5. Incesserat Nabuchodonosor, quondam, nescio quænam, stultitia, qua se tanquam Deum adorari volebat, quo sine voluit ut omnes Regni sui primates ad Jitui, tubæque sonum primi essent, qui coram superbissima

terram prostrati, divinis eandem prosequerentur honoribus, eumque omnes primores pariter cum plebe sese ad Regis & Domini sui nutribus obtemperandum promptissimos obtulissent, tres quidam generosi juvenes. Sidrach, Misach, & Abdenago, absolute & aperta voce coram omnibus protestati sunt, quod nunquam in æternum alium agnituri
Dan 5. Deum essent, præterquam Deum vivum & verum, qui fecit cælum & terram: *viri ipsi contempserunt*, Regi audacter in faciem dicendo: *Statuam auream, quam erexisti, non adoramus.* Rex autem furore correptus, mox fornacem quandam vehementer accendi, eosque in eam conjici præcepit, ut vel hac ratione experirentur an Deus quem adorabant, ejus esset potentiæ, ut ab hoc illos incendio posset eripere: *Et miserunt in medium fornacis ignis ardentis.* Quid fit? num forte juvenes istos magnos ibi dolores perpessos esse, aut flammarum vehementia in cineres redactos fuisse existimatis? minime gentium, quin potius exultabant & tripudiabant, sacros ibidem cantando & componendo hymnos & cantica, ad majorem magni Dei sui honorem & gloriam: *Ambulabant in medio flammæ laudantes Deum & benedicentes Domino.* Ignis namque amissa, qua pollebat, activitate sua, ardentes flammas quibus æstuabat in auram suavem & lenem commutavit, adeo ut fornax, quæ vivus quidam esse putabatur Infernus, ipsis facta sit deliciosissimus quidam paradisus. O mirum prodigium? Magna equidem curiositate & desiderio teneor, facti hujus causam intelligendi. Scio quidem quod unico verbo vos ab hac quæstione expedire valeatis, dicendo, factum id esse, quia ita placuit Deo, verum superficialis hæc responsio minime mihi satisfacit: atque ideo ut prodigii hujus causa tanto melius penetrare valeamus, à pueris fornacis Babylonicæ, ad latronem in monte Calvariæ multos inter dolores exspirantem transitum obsecro instituamus; huic enim vere contrito Christus Crucifixus Paradisum promisit dicens: *Hodie*
Luc. 23. *mecum eris in Paradiso.* Discurramus quæso nonnihil super facti hujus contingentiam: scio equidem quod Dionysius Carthusianus
Dio. Cart. ibi art. 29. fol. 244. E. per Paradisum expoant & intelligat æternam beatitudinem, dicendo: *Id est, in affluentia beatitudinis vera.* Hoc tamen sua quoque difficultate non caret, nam si confestim ut mortuus est cum Christo ad Limbum se receperit, qua ratione facta ei à Salvatore promissio, & quod Carthusianus asserit, verificari poterit, scilicet quod aditurus esset fruitionem æternæ beatitudinis? Verum quidem quod animæ limbi non fuerint tormentis subjectæ, verum tamen etiam non fuerunt glorificatæ: certum quidem est limbum non fuisse infernum, neque tamen etiam Paradisus erat. Quod si Salvator dixisset: *Mecum eris in Paradiso*, & non addidisset quando, affirmando determinate *Hodie*: jam forte dies ille intelligi potuisset, quo Christus triumphabundus & gloriosus abivit ex hoc mundo in cælum: at vero illud Ly *hodie*, fastidium generat, qualiter scilicet sit intelligendum. Enimvero idemmet Dionysius Carthusianus difficultatis propositæ nodum dissolvit, dicendo; animam latronis una cum Christo eadem die simul ad limbum concessuram fuisse, atque ex hoc quod Christo vicina & proxima futura erat, simul quoque eadem potiundum fuisse beatitudine, aci realiter in Paradiso fuisset. Imo idem jam citatus Doctor subjungit, omnes quoque animas illas, quæ in illis tenebris languebant, ad divinæ hujus & gloriosæ animæ Christi adventum beatificatas fuisse, *Cum Christus in limbum Patrum descendisset, mox animas ibi reperias beatificavit, dando eis præmium essentiale, videlicet beatificam fruitionem divinæ essentiæ, cujus beatitudinis gloriæ iam nomine Paradisi exprimitur:* & postea de latrone pariter subjungit: *Latronis autem istius anima à corpore separata statim ad limbum descendit, beatitudinemque adepta est.* Jam igitur hac doctrina suppositâ ad fornacem Babylonicam triumpuerorum revertamur. Vultisne igitur causam scire, cur flammæ in suaves auras fuerint conversæ, & hosce tres juvenes, veluti tres mysticas Salamandras, non dolore, sed ingenti consolatione affecerint? Legite contextum scripturæ, & rationem ejus utique intelligetis, etenim in medio illorum unus erat, qui vultum similem filio Dei referebat: *Et species quarti similis Filio*
Dei: Hujus igitur divinæ speciei sive suavissimi vultus aspectus efficiebat, quo minus flammarum ardores sentirent, siquidem ad præsentiam filii Dei ipsemet Infernus in Paradisum fuit commutatus: *Et quid suavitatis non fieret fornax pueris?* Concludit quidam modernus *qui secum Christum habebant: Sane ubi*

Chri-

Christus est, vel in mediis tormentis & periculis, ibi refugium, & suavitas, & malorum medela.

6. Fatcor itaque perlibenter sponsam millenas habuisse causas speciem & pulchritudinem dilecti sui mille laudum præconiis extollendi & celebrandi, siquidem hæc talis sit, quæ spectantium illam animos rapiat, & humanas beatificet voluntates, easque ad suum amadum urgeat & moveat: Dicat igitur millies. *Dilectus meus totus desiderabilis.* Quis enim est, qui licet talpæ oculos habeat, eum tamen pro hebetudinis suæ modulo aspiciens, ad eum pariter desiderandum non moveatur? Quis est qui vultum hunc veluti divinum quoddam speculum inspiciens, fateri non cogatur se in eo veram quandam vidisse speciem Paradisi? Quis est qui ad imitationem ipsa, alas considerationis in hoc viridario Nazarethano enato flore firmans non capiatur se quandam Paradisi libare dulcedinem? Quis denique est, qui corporis & fidei oculos conjungens, eosque huic divino objecto infigens in uno eodemque tempore spiritum suum non sentiat immensa beatitudinis replet? Bene igitur Gregorius Nyssenus ait, *quam beata sunt illa membra, per quæ totum id, quod desiderium sit, quæque absolutam in omni sui perfectionem efficiunt amabilem quandam & omnibus temperatam venustatem.* Vel cum Sancto Gregorio Papa dicere possumus, sponsam dilecto sponso suo hoc elogium dare quod sit totus sit desiderabilis, vel conformiter ad literam Hebræam: *Totus quantus sit desiderabilis* quia quisquis illum aspicit, nunquam eum contemplando satiatur, imo desiderium eum millies & infinities revidendi semper magis magisque accenditur, ad eum modum quo beati in cœlo videndo illum eo fruuntur eumque amant, & amando, fruendo, ac videndo sine nausea aut satietate Deum itetum sine fine videre, frui, amare, desiderant. Talis erat Redemptoris nostri facies quoad illos, qui pietatis & fidei oculis illum conspiciebant: *Totus desiderabilis, Totus desideria. Totus ergo desiderabilis existit, quia per hoc quod de eo bona omnia avara sancta audit, magis ac magis semper eum videre concupiscit;* Optime S. Petrus in monte Thabor cognovit, quantæ sit beatitudinis Dei filium videre, in cujus vultu radii resplendebant gloriæ, ideo enim rotundo ore & apertæ nullum in mundo majus gaudium reperiri est fassus, dicens: *Bonum est nos hic esse.* Scio equidem Philippiden postquam valore & perspicaciate ingenii sui varios superasset Poëtas, præ lætitia subito mortuum concidisse: Chilonem quoque lacedæmonium animam suam exhalasse ex jubilo, quem ex audito de filio suo faustissimo nuntio conceperat. Denique Diagoram Rhodium subito exspirasse, quia tres filios suos ob reportatas de inimicis suis glorioſas victorias, simul uno die coronari conspexit: Verum majori cum fortuna & felicitate in monte Thabor vivere vel mori elegit, videndo & fruendo Domini sui glorioſam faciem atque virtutem: *Bonum est nos hic esse*, ubi & quo in loco? *Videlicet in monte*, explicat Dionysius Carthusianus; Quid autem in hoc monte facturi estis? *ut videamus Christum in tanta majestate & gloria.*

Aul. Gellius.
Io. Ravis Aul. Gell. in noct. Att lib 3. Et Cicero l 1. quæst, Tusc. Dio. Car. ibi art. 31. fol. 56 co. 2.

7. Enimvero, Auditores, gloria qua Sanctus Petrus vultum Salvatoris in monte Thabor conspiciens fruebatur: *Erat gloria per modum transeuntis*, ut docet Doctor Angelicus, Quid igitur dicturus aut facturus fuisset, si illam vidisset *per modum qualitatis immanentis, & afficientis istud corpus*? Claritas quidem illa quam Sanctus Petrus in monte vidit, erat quidem claritas gloriæ essentialiter, nec de hoc ullum dubium est, non tamen erat talis quoad modum. Fuit gloriæ claritas essentialiter, licet non secundum modum, quod idem est atque ut diximus non per modum passionis transeuntis: Illa à Theologis naturalis dicitur hæc vero miraculosa, juxta expositionem Cajetani. Quid igitur fiet (ô animæ devotæ) quando [divina id nobis concedente clementia] in Paradiso simul cum Petro aliisque beatis essentialem contemplaturi erimus gloriam, etiam *quoad modum essendi*? Unde S. Remigius à fortiori arguendo dicit: *Si autem tunc Petrus sic accensus est, quanta erit suavitas & dulcedo videre Regem in decore suo, & interesse choris Angelorum, & omnium Sanctorum?* Tunc utique majori jure dicere poterimus: *Bonum est nos hic esse* Animus quidem mihi esset vobis ad minus per modum transeuntis explicare, quam sit gloria illa ingens & excessiva, quæ à vi-

l H. D. Tho. 3. p q 45 ar. 2 fol. 214. n, 10 Cajet ibi.

D Remig. in cat D. Th ibi. fol 69. co. 1 H.

à visione beatifica, & ab objecto glorificante in beatorum animas redundat, veruntamen nequaquam mihi fidere ausim, siquidem S. Paulum, tametsi is eam gloriam oculis suis
2. Cor. 12. conspexerit, quando *Raptus fuit usque ad tertium cœlum*, & licet prædicator fuerit totius mundi longè celeberrimus & famosissimus, dicentem tamen audio: quod de ea *Non licet homini loqui*. Equis enim omnem de ea propè dignitate illius differendi animum non abjiciat, dum magni illius Pontificis S. Gregorii attestationem audit, dicentis, nullam reperiri linguam quæ illam sufficienter explicare, nec intellectum qui eandem capere possit:
D. Greg. *Qua autem lingua dicere, aut quis intellectus capere sufficit illa superna civitatis quanta sint gaudia?* Nihilominus ne illam penitus pertransisse videar, aliquas saltem illius circumstantias è sacris scriptoribus excerptas in medium adducam & exponam. S. Augustinus ingenii sui permicissimis alis supra stellas evolans, illamque beatorum patriam accuratè observans, eam tanta gloriæ abundantia plenam atque refertam esse dicit, ut si his in terris coadunarentur simul omnia gaudia, felicitates, prosperitates & beatitudines cujuscunque tandem generis, quascunque sibi homo imaginari posset, dareturque hominibus facultas hisce gaudiis simul coadunatis per innumeram quandam annorum seriem pacificè & imperturbabiliter perfruendi, omnia hæc felicitatis & beatitudinis simul coadunata genera comparari tamen minime possint cum unico duntaxat die gaudii illius excessivi, quod Beati possident & percipiunt in patria. Unde ingeniosus quidam Emblematis loco quandam Tabulam Geographicam seu Mappam mundi declinari curavit, cum hac idio matre Hispanico concepta Epigraphe: *Todo es nada*, id est totus mundus cum sua fœlicitate & prosperitate quam in ea excogitare possumus, nihil est aliud, quam fumus & vanitas:
D. Aug. 3. de lib. arbit. ad fin. *Tanta jucunditas lucis æternæ, ut etiamsi non liceat amplius in ea manere, quam unius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni hujus vitæ pleni delitiis, & circumstantia temporalium bonorum recte meritoque contemnerentur.* Sanctus Vincentius Ferrerius in ea est opinione, quod si aliquis hic in terris patereturquicquid omnes Martyres persecutionum, nuditatis, famis, sitis, Carcerum, flagellorum, sanguinis effusionum, crudelissimæ mortis, simul passi sunt, imò si toties per manum Carnificis morereturquot sunt Martyres, imo eisdem pœnis quas iidem Martyres sustinuerunt, hæ tamen passiones omnes non sufficerent ad hoc ut illa sempiterna felicitate vel ad horam frui mereretur: *Nullum genus pœnarum Martyrum esset justum pretium pro una sola hora essendi in paradiso: Ideo Apostolus qui illam vidit: dicebat non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.*

8. Boëtius beatitudinem æternam descripturus aliud de ea dicere nescivit, quam ut brevi verborum compendio diceret: *Est status omnium bonorum aggregatione perfectus.* ô quæ felicitas! Esse in passione alicujus boni sine timore amissibilitatis aut privabilitatis, & quidem boni alicujus immensi, quod in se continet omne bonum imaginabile, & extra quod bonum nullum invenitur bonum aliud quod vere bonum dici possit. Intellectus noster, qui quodvis objectum desiderabile appetere potest, sive illud sit possibile sive impossibile, ad hoc tamen bonum desiderandum attingere non potest, licet sibimetipsi summam vim faciat, ad desiderandum majus bonum illo quo gaudet, quia transcendit capacitatem & desiderium omnis creati intellectus, & hoc vult dicere Boëtis dum ait: *Est status omnium bonorum aggregatione perfectus.* Etenim quodnam extra Deum inveniri potest bonum, quod non perfectius in ipso Deo reperiatur? Quænam omnibus rebus terrenis diffuse imperfecta sunt bona, quæ omnia simul in Deo compendiata non reperiantur? Tibi ô intellectus humane, largus datur campus quidvis desiderandi & petendi, nec tamen tantum unquam petere aut desiderare bonum poteris, quanto tibi in Deo frui licebit. Imo modicæ cuipiam stillæ illius gloriæ cœlestis capiendæ cor nostrum vas nimis angustum erit, cum tamen totus mundus ad implendum desiderium voluntatis nostræ nequaquam sufficiat. Unde Alexander Dario dixisse fertur: *Totus mundus parvus est Alexandro.* Unde & inconsolabiliter piorasse tributis, quando plures inveniri mundos intellexit, quasi se unius possessorem esse non contentus, demon-

monstraret adhuc in corde suo pro aliis mundis capiendis locum superesse & spatium : Verumtamen vel unica beatitudinis stilla cordi Alexandri infusa (si tamem ejus capax esse potuisset) superabundãs & supereffluens fuisset. Num forte me hyperbolem quandam vobis recenlete existimatis? Audite Richardum de S victore idipsum clarè nimis affirmantem, dum ait: *Audaster affirmo quod sola una hujus stilla posset, quod totus mundus non potest, cui quidem copia mundi non sufficit, una hujus dulcedinis gutta plene inebriat.*

9. Invitatorium illud quo Salvator quamvisimam, quæ Deo in hac vita fideliter servit, ad ingressum beatitudinis invitat, scilicet: *Euge serve bone, & fidelis intra in gaudium Domini tui.* Cajetanus docte, ut solet, ponderat, præque verò modum loquendi observat, neque enim Christus dicit: *Gaudium intra in, sed tu intra in gaudium.* Qui loquendi modus vere improprius videtur, nullus etee nim intrat in lætitiam, imò è contra, lætitia nulla nostra subintrat. Ac proinde Redemptor noster Apostolis suis ait: *Hæc locutus sum vobis ut gaudium meum in vobis sit.* Sanctus Paulus quoque Romanos per Epistolam quãdam salutans, eisdem à cælo gaudium apprecatur & pacem, dicens: *Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace.* Cur igitur & quomodo Salvator fideli servo suo dicit: *Intra in gaudium?* Ecce tibi mysterium: gaudia etenim Paradisi tam sunt ingentia, ut cordium nostrorum capacitatem longe excedant. Quid igitur faciendum est? Intrent corda nostra ingaudia, id est, Beati in illius felicitatis pelagus submergantur: & recipiantur: *Intra in gaudium Domini tui. Tam magnum est gaudium parvæ talesis ut non possit concludi in homine, & ideo homo intrat in gaudium illud incomprehensibile,* ait Cajetanus. Eccur existimatis Sponsam cæstem, postquam dilecto Deo suo conjungi ardenter desiderasset, jamque petitam gratiam obtinuisset, confestim supplicasse, ut velociter ab ea fugiendo discederet? *Fuge, fuge, Dilecte mi.* Sponsa etenim in hoc casu se more mulierum valde variabilem esse vere demonstrat, dum unam eandemque rem nunc desiderat mox recusat. Quid inquis, ô Sponsa quid desideras? Num ut Sponsus tuus à te fugiat? Ecquodnam unquam ab eo recepisti fastidium? Quodnam unquam majus bonum possidere vales eo quod renuis? Num forte te eo indignam esse agnoscis? Minime ista Sponsam movent, quin potius consolationes, quas à Deo Sponso suo recipiebat, adeò ingentes erant ut cordis sui capacitatem longe excederent, quasi diceret: Satis est Domine, satis est, majorem consolationem anima mea non capit, discede à me, quia moreor præ dulcedine, gaudium cordi meo infusum supereffluit, Ita hunc passum exponit Philo Carpathius, dum ait: *Incapax dulcedinis, ut fugiat petit* Unde S Paulus gloriam pondus appellat. *Æternũ gloriæ pondus operatur in calis.* Verum, inquies, quomodo beatitudo, in qua omnes imaginabiles consolationes unitæ reperiuntur, pondus appellari potest, cùm pondus importet gravedinem & molestiam? Cajetanus respondet, S Paulum gloriam appellasse pondus, ut eam tanto clarius explicare posset: *Metaphora ponderis coactus est Paulus uti.* Verum inquies, nimis improportionata, imò exorbitans hæc Metaphora mihi esse videtur; siquidem pondus, ut ex Scriptura Sacra deducitur, nihil aliud quam longum quendam miseriarum catalogum significat, atque ideo extremæ Saulis calamitates, pondus appellatæ sunt? *Totum pondus prælii versum est in Saul.* Sic etiã ærumnæ patientis Jobi, quæ pares sibi non habebant *pondus* appellantur: *Semper enim quasi super me tumentes fluctus timui Deum & pondus ejus ferre non potui*; atque ideo metaphoram hanc contrarium potius sensum significare existimo: Falleris si id existimas, imò beatitudinis immensitas convenientiori quam ponderis metaphora explicari non potest, Audite expositionem Doctoris cujusdam moderni, qui ait: *Tanta quidem sunt cælestia gaudia, ut ea Paulus vocet æternæ gloriæ pondus, tanti enim ponderis & momẽti voluptas illa est, ut mentes ipsa, nisi ad id divino numine fuissent adjutæ, ea nullo modo ferre possent.* Hic quoque Sponsæ sensus erat, quando dilecto suo, ut à se fugeret, persuadebat; tanti enim ponderis, id est, supereffluentis plenitudinis gaudi incapax erat: *Incapax dulcedinis, ut fugiat, petit.*

10. S. Antoninus de Religioso quodam Ordinis S. Basilii, qui optimus Dei servus erat, refert, hunc valde cupidum fuisse, ut Deus illi vel minimum illius gloriæ radium patefaceret, quam in monte Thabor suis manifestarat Apostolis, atque in eundem finem frequentes ferventesque, ad Deum preces effudit, qui proinde ut est in adimplendo suorum

Philo Carpathius. Corinth. 4

Cajetan. ibidem.

1. Reg. 31.

Iob 31.

Thom de Trusillo part. 1. ser. 6. post Cinerconc 2 fol. 165. lit. D.

D. Anton. apud Thomam de Trusil. p. 2. Sabb. post Domin. 1. Quadrages. conc. 2 fol.

381. col. 2. lit. C.

devotorum desiderio promptissimus, Angelum quendam ei submisit, qui ei preces suas exauditas esse revelaret, juberetque, ut in montem quendam concederet, & orationibus vacaret, ibi namque ἀπεο votorum compotem futurum: accepta porrò ab Angelo jussa prompte excutus est, dumque in monte genuflexus cælestes favores exspectaret, pulcherrima quædam avicula in proximæ arboris ramum volando se collocavit, quæ ut erat plumarum variis coloribus depictarum varietate adeò eleganter decorata, ut potius in Paradisi aviario quam in Sylvis nostratibus nata videretur, tanta cum suavitate cantillare cæpit, ut nulla humana facundia cantum hunc pro dignitate sua describere potuisset, adeò ut Angelus potius plumis vestitus, quam avis terrena videretur, de cujus cantus dulcedine aliud in præsenti dicendum non occurrit, quam quod religiosus præfatus ob incomparabilem cantus suavitatem & melodiam in ecstasin raptus fuerit, & multis annis continuo permanserit immobilis, omni sensuum usu in eo suspenso. Tandem vero virales recolligendo spiritus, sibiipsi restitutus, pro recepto favore gratias egit, atque summa consolatione repletus è monte recedens ad monasterium rediit. Quid fit? Neminem eorum monachorum quos reliquerat, invenit, sed omnes fratres coætaneos mortuos, aliosque in eorum locum paulatim secutos deprehendit, qui, sicut ipsi peregrini esse videbantur, ita quoque & ipse omnibus erat ignotus; quamobrem obstupefactus quod intra mediæ horæ spatium (tantum enim temporis in monte se hæsisse existimabat) tam repentina omnium Religiosorum fieri potuisset mutatio. Monachi autem coætaneorum suorum nomina in pervolutatis monasterii annalibus requirentes, deprehenderunt ipsum in monte continuo commoratum fuisse 160. annis. Quod si itaque simplex aliquis aviculæ cantus tantam in se energiam continet, à fortiori vobis arguere licet, quid futurum sit de nobis in Paradiso, quando cælestium Angelorum musicæ & perpetuæ Dei contemplationi interesse licebit: *Considera igitur etiam atque etiam qualis futura sit illa cælestis & Angelica melodia, cum hæc avicula tam dulciter resonaret melos.*

Idem ibid.

11. Scio equidem omnibus notam esse illam S. Pat. N. Augustini ponderationem, nec tamen ob id eam pertransire volo. E profunda namque inferni abysso vox quædam resonat Stentoria, quæ fortiter exclamat, & gi fallor, vox illa, vox divitis Epulonis esse videtur; qui atrocissimarum flammarum eum devorantium effectus sentiens, è cælis (licet in vanũ) subsidium sibi immitti postulat, dicens: Eheu, ô Pater Abraham, eam quæ, dum in vivis esses, egenis exhibuisti liberalitatem, erga me quoque exhibe misericordiam. Nullum in hisce flammis majus tormentum sentio, quam incredibilem ejus quam patior sitis ardorem, ac proinde unicam duntaxat stillam à te exposco, mitte igitur Lazarum, ut extremitatem digiti aquæ intinget, linguamque meam unica inde decidua illa refrigeret: *Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intinget extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Ergòne, ô infelix Epulo unicam aquæ guttulam ad infernum quendam extinguendum sufficere censes? Cur nõ potius flumina, imò maria postulas? Quâ tibi reconciliationem unica aquæ gutta reconciliare potuit? Existimavi hactenus semper, inferni incendia inextinguibilia esse, quod si autem per unicam aquæ guttam extingui possint, dicendum deinceps videtur illa incendia admodum debilia & flammas levissimas esse: at vero quomodo id verum esse potest quando ipsummet inferni nomen eosdem atrocissimas esse convincat? Verum sistite nonnihil Auditores, hanc enim difficultatem per id quod Sibyllæ Cumanæ accidisse legitur liquidam esse demonstrabo. Hæc namque venerandæ fœmina dum ex infirmitatis vehementia ad mortem agonem usque redacta esset, ardeau quodam in ipsa agonia tenebatur patriam suam revidendi desiderio, at vero cum id ei tum ob nimiam distantiam, tum ob morbi vehementiam minime permitteretur, ideoque magnam in animo suo pateretur afflictionem, accidit, quod ex improviso litteram quandam è patria ad se scriptam acciperet, in qua etiam nonnihil de pulvere terræ hærebat, ex eo quem scriptor, ne verbi Epistolæ, litteram claudendo, deleret, in eandem injecerat, quem ipsa videns, tanto perfusa est gaudio, ut velut in ecstasim rapta, & in deliquium animi lapsa mortua sit protinus: eodem prorsus modo sibi Epulo imaginabatur. Unam duntaxat aquæ guttulam è cælesti pa-

tria

tria adsemissam, non minus illum in tormentis consolaturam esse, ac modicum illud tertiæ missis litteris adhærens confortavit Sibyllã, suæque mortis amaritudinem indulcoravit: [inquit Sanctus Pater Augustinus] *quoad si una tantum gutta cælestis beatitudinis in damnatorum pœnas defluxerit, tanta dulcedine repleret eorum pœnas, ut nullum dolorem aut tormentum damnati paterentur.* Ecquid amplius de hac beata gloria, quæ si Divinæ pietati ita placuerit) in Paradiso beatificabimur? Tunc utique cum sancto Petro & nos exclamare poterimus: *Bonum est nos hic esse.*

11. Verum quis scit an illa simus felicitate digni futuri? Dicite sodes, Cur inter omnes Apostolos solum Petrus, Iacobus, & Ioannes cum Christo in Thaboris monte fuerunt? Respondeo fortè cum Chrysostomo: *Quia a cæteris erant* Vel cum Rabano: *Quia multi sanctiores erant, pauci vero electi* Aut cum Dionysio Carthusiano: *Tanquam familiares & charissimi.* Verum enimverò Ambrosius Episcopus Innocentis responsionem quandam adducit quæ velut in viva carne nos tangit, dicit enim: *His tribus manifestavit hac, quia sanctiores erant & alios excellebant. Petrus in fervore fidei, Ioannes in prærogativa Virginitatis, Iacobus futurus Martyr primus.* Imprimis igitur quædam non vulgaris sanctitas requiritur, atque ideo nos, qui ipsissima malitia sumus quo modo nos illius gloriæ participes esse præsumere poterimus? Quodnam in mundo peccatum reperitur, cui ad ipsos usque oculos non simus immersi? Plateæ sanguine fumant per nostras hostilitates effuso, Latrocinia quovis die magis magisque augentur, adeò etiam ut pro illis patrandis nullus etiam sit sacrorum locorum respectus, quot falsitates, quot perjuria, quot denique blasphemiæ pro unius drachmæ interesse evomuntur? Perspicuè illam Oseæ prophetiam hodie verificari video: *Maledictum & mendacium, homicidium & furtum & adulterium inundaverunt & sanguis sanguinem tetigit.* Præterea Petrus ad montem gloriæ vocatus fuit ob fidei fervorem; omnem autem fervorem nostrum negotiationibus & lucro impendimus, sine ullo animæ, conscientiæ, vel timoris Domini respectu; si decies sumus, & barbarorum actiones exercemus, nomen quidem habemus Christiani, at vita nostra talis est, quæ ut ita dicam gentilem dedeceret; quot Hebræi, quot Mahumetani melius suam, licet falsam legem observant, quam Christianus suam eamque bonam, veram, & sanctam impleat? Hoc quidem punctum apertius tangere erubesco, at verò non obid celanda est veritas, adeò ut illa Christi verba usurpans interrogare vos possim: *Vbi est fides vestra?* Quod si Deus nobis daturus esset gloriam suam juxta modum, quo fidem erga divina tractavimus; nobisque diceret, prout olim cœcis illis dicebat: *Secundum fidem vestram fiat vobis* jam utique desperati essemus, nec quidquam spei superesset. Deinde Ioannes dignus reputatus est, qui in monte Thabor illius fieret particeps beatitudinis ob rationem Virginitatis: Quod si autem à beatitudine excludi debet quisquis virgo non est, aut ad minus quisquis non est castus, pessimum utique causæ nostræ superest judicium. Tu quidem ô homo sensualis, tibi imaginaris & proponis corvi vitam, quoad usque sanus & robustus es, agere, postea verò voluptatum satur ad arcam Paradisi redire, & tamen ita stultus es, ut non videas te nauseabundum esse oculis hominum, nedum Dei. Num fortè tibi imaginaris quod per dies noctesque in prostibulis transactas illud tibi comparaturus sis meritum, quo te gloriæ percipiendæ habilem efficias, nimis excessiva est illa tua præsumptio, qua confidis post mortem, & vitam in lecto sensualiter transactam, cælum tibi in retributionem deberi, Vobis D. Petrus, Ivobis inquam, illam scribit Epistolam in qua ob oculos vobis ponit exitum, quem tandem vestræ habituræ sunt dissolutiones, dum ait: *Hi vero velut irrationabilia pecora in corruptione sua peribunt, in convivijs suis luxuriantes oculos habentes adulterij.* Denique Sanctus Iacobus ad hujus gloriæ fruitionem præ cæteris electus fuit, quia inter omnes Apostolos primus futurus erat, qui suum erat effusurus sanguinem: *Primus Martyr erat futurus.* Et tu cælum per vitæ commoditates assequi speras? In gravi errore constitutus es, si te duobus Paradisis gavisurum esse credis, uno quidem in hac, altero verò in altera vita, *unde dos*, id est, alterutrum ex duobus, scilicet Paradisum habebimus, dicebat quondam bonus ille Christianus. Quantum video nihil tibi adeò adversatur,

Luc. 8.

Matth. 9.

2. Pet. 2.

uta

aut in fastidio est quam pati. Si paupertas te molestet, difficulter eandem sustines, si febris te divexet patientiæ naufragium pateris, si dolor aliquis capitis vel dentium te affligat, adversus cælum murmurando erigeris. Erubesce, piger, & Christianæ fortitudinis exemplum vel à pagani & infidelis Regis exemplo edisce. De Alexandro Magno namque refertur, quod dum Tyri civitatem obsideret, ut illam expugnando in suam potestatem redigeret, semetipsum cruento prælio ingerere graviterque in eodem vulnerari, quod ei ab Astrologo suo prædictum fuerit, nihili duxit: & nos ab acquirenda nobis civitate Paradisi deterremur, vel ex eo solum quia à musca morderi, vel à cimicibus, pungi formidamus? Audite igitur qualem nobis sanctus Bernardus quo ad assecutionem vitæ æternæ spem faciat, dum ait: *Fratres in hunc mundum quasi in campum certaminis positi sumus, & qui hic dolores aut plagas, aut tribulationes non susceperit, in futuro inglorius apparebit.* O quot sunt hodie qui quidem uno mense paupertatem perlibenter sustinerent, dummodo eis promittere quis posset, quod ad mortem usque deinceps futuri essent divites! Quot sunt qui ultro citroque unius septimanæ famem sustinerent, dummodo reliquo vitæ tempore conviviis & commessationibus semper assistere possent! Quot sunt qui libenter & hilari vultu semel aut iterum febris alicujus ardores sustinerent, dummodo securi deinceps essent, quod diuturna vita in bona perfectaque sanitate perfrui valerent! Deus nobis omnium bonorum promittit æternitatem, quam etiam sperare non dubitamus. verum in hac vita vel unico tantum momento pati difficile & arduum nobis videtur. Quisquis autem idipsum recusat: *In futuro inglorius erit.* In æternum cælesti beatitudine privatus atque ad quandam pœnarum æternitatem condemnatus erit. Nihil mihi ulterius dicendum restat, neque tamen quis parum me dixisse existimet, dummodo quod dictum est cordi vestro impressum firmiter hæreat.

Aresflect. 44. num. 322.

D. Bern.

[*.*]

PARS SECUNDA.

13. *Visionem quam vidistis nemini dixerit.* Unigenitus Dei filius Alexandrum imitatus fuisse videtur, qui Ephestionem eorum secretorum quæ sibi ab Olympia matre sua in familiari quadam Epistola transscripta fuerant, conscium quidem esse patiebatur: *Sed ea lecta annulum ipse digito detraxit, & ori illius sigillum veluti reticentiæ symbolum impressit.* Redemptor etenim noster suam quoque gloriam velut arcanum quoddam secretum discipulis manifestavit, & confestim labiis ipsorum sigillum impressit, silentium eis imponendo, & per hoc pariter insinuavit, negotia quæ magni sunt ponderis & momenti semper in secreto & sub arctissimo silentio obtegenda esse. Vnde Ovidius:

Eximia est virtus præstare silentia rebus. Ov.
At contra gravis est culpa tacenda loqui

Vegetius hoc suis monitum reliquit. *Quid Vegetius fieri debeat, tractato cum multis, quid vero facturus sis cum paucissimis ac fidelissimis, vel potius ipse tecum.* Observabant hanc Politicâ duo ab Principes, pater & filius: ille enim nunquam faciebat, quod dicebat, hic verò quæ faciebat nunquam dicebat. Et merito, nam in communi Proverbio dici solet secretum revelatum, negotium tragicum & infaustum. Aliud sed valde simile documentum Vegetius tradit militibus præcipuè in bello observandum, dum ait! *Oportet Ducem consilia sua nemini revelare, ne forte hostis fugiat aut fulciatur.* Et Blondus Flavius pariter dicebat: *Quæ alicuius mo-menti intentaturus, nemini communicabis.* Metellus Macedonius interrogatus, quamnam in certa quadam difficultate resolutionem factu-rus esset, respondit, ut scribit Plutarchus: *Tunicam meam exuerem, si eam consilium meum scire existimarem.* Conradus III. Imperator illa Senecæ sententia uti solebat: *Pauca cum aliis, tecum multa.* Sapientissimus Euripides interrogatus, cur quem ore suo spirabat, halitus adeò fœteret, respondit: *Multa secreta in ore meo computruerunt.* Cùm Anaxarchus Philosophus à Nicocreonte Cypri Tyranno torqueretur eo fine ut secretum aliquod revelaret, ut immunis fieret ab omni secreti prodendi periculo, potius linguam sibi dentibus amputare seu demordere voluit. Olim quoque apud Ægyptios lege sancitum erat quod

quod. *Ita qui secreta hostibus revelassent, linguam lex jubebat abscindi.* Ut Joannes Eubanus scribit, Aristoteles [utrefert Strobæus] interrogatus quisnam maximus prudentiæ actus esset, respondit: *Tacere quæ dicenda non sunt.* Dionysius Rex Syracusanus mortis pœna plecti jussit quendam Epheborum suorum, cui nomen Brias erat, eo quod Platoni petenti quid Rex faceret, Regem in suo conclavi solum esse, respondent. Harpocrates Apollo Patrassi Principi dixit, homini opus esse oculis ad videndum, judicio sano ad discernendū, & ore ad tacendum. Unum ex utilioribus monitis quæ Salomon post se scripta reliquit, hoc est, quo ait: *Secretum tuum socero ne reveles?* quem alius quidam summo cum judicii fructu dixit:

*Sermō alterius sit
Cui fidi, suo secreto à chinol sa : id est.
Alterius rirum se facit
Qui suum secretum suum pandit ei qui illud nesci.*

Samson magno suo damno scilicet oculorum suorum jactura idipsum dedicit, quando secretum suum Dalilæ traditrici revelavit, in quorum videlicet sua consisteret virtus. Unde Modernus quidam ait: *Samsoni septiformem capillum & ab eo inexpugnabilem virtutem, magis ingenio, quam forfices Dalila abscinderunt.* Antonio optimo præditus ingenio dicere solebat: Pectus esse carbonem accensum, quam verbum secretum in ore suo deferre; quod quidem si de mulieribus intelligatur haud gravate admitero; quod vero ad viros attinet alia debet eorum esse conditio: illis namque facilius (si prudentes sint & viriliter sapiant) dentes è loculis, quam ex ore verbum aliquod secretum elicies. Mutius scævola manum suam potius passus est igne consumi, quam quod Regi Porsennæ senatus Romani secreta revelaret: *Maluit manum suam dexteram igne comburi, quam secretum revelare.* Pulchra quoque fuit Papyrii inventio, quando à matre sua importune, ut quæ in senatu agebantur, sibi revelaret, sollicitatus, respondit *Pro bono Reipublicæ* propositum esse, utrum magis expediret Mulierem pluribus viris nubere, an verò virum plures fœminas in conjugium admittere.

14. Nec minor erat in Saule adhuc adolescente sagacitas. Cis pater ejus asinas è pascuis ubi cum cæteris pascebantur, amiserat: *Perierant asinæ Cis patris Saul*, qui proinde Saulem filium suum cum alio quodam ejus coætaneo dimisit, ut eadem jumenta adhibita omni possibili diligentia requirerent, qui postquam totum montem Ephraim obiissent, tandem in planitiem Salisa se contulerunt, nec quicquam deprehenderunt. Saul itaque se omnem operam perdere videns, posthabita omni ulteriori requisitione domum reverti statuerat, cum ecce obviam ei factus Samuel Propheta, jussit ne ulterius asinas inquirendo sese fatigarent, aut sibi ipsis molesti essent, eo quod ab aliis inventæ fuissent: *De Asinis quas nudius tertius perdidisti, ne solicitus sis quia inventæ sunt.* Demum verò Saulem per manum apprehendens ad partem seorsum duxit; Deique illi de se concepta judicia & dispositiones revelavit, nimirum quod Deus illum primum Israelis Regem destinasset, quem proinde pro more inungens electi populi Dei Regem constituit, & declaravit: *Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius*, ac tandem ambobus benignè & opipare habitis domos suas repetendi facultatem dedit. Quo cum reversus esset Saul, Patruus ejus interrogavit eos dicens: *Quo abiistis?* Qui responderunt: Asinas quæsivimus, eas autem non invenientes, ad Samuelem reversi sumus. Mox Patruus subjunxit. *Indica mihi, quid dixerit tibi Samuel.* Enimverò ô Auditores hic vos attentos esse desidero, ad considerandam quam Saul Patruo suo reddidit responsionem; Dicit igitur: *Indicavit nobis, quia inventa essent asinæ* Et postea subdit Sacer Textus *De sermone autem regni non indicavit ei, quem locutus fuerat ei Samuel* Observandae est hic Saulis prudētia, qui nihil eorū quæ circa Regis electionem acciderant revelavit, sed in summo secreto & silentio servavit. Verùm O Saul cur illa silentio obtegis? Cur patruum tuum Abenarum hac consolatione & lætitia destituis? quo fine rem illam celas ei, cui illam scire convenit? Si enim nullus eam, ad quam Deus te subvexit, conditionem novit, quomodo te velut Regem venerari & proclamare poterunt? Nimirum prudens hic juvenis sapienter valde consideravit, quod Regia dignitas, magnæ sit considerationis, ideoque sub alto silentio custodiri & reservari debeat. Ita Josephus Hebræus dum ait: *Postquam autem demum rediit*

1 *Reg* 10.

Ioseph li. 6 de Antiquit.

Saul pereunte ante cognato suo Abenaro, quomodo successisset peregrinatio, nihil celavit, de regno tamen tacuit, quamvis enim & amicus esset, & cognatus, tutius & consultius arbitratus est silentium servare.

13. Vltimo tandem loco eandem secreti custodiam ab exemplo Salvatoris nostri vos edoceri cupio. Quando juvenculam illam à mortuis suscitare voluit; de qua S. Lucas loquitur, dicit sacer textus: *Non permisit intrare secum quenquam nisi Petrum, Iacobum & Ioannem.* Cur obsecro hos præsentes esse voluit, & non alios? Theophylactus respondet: *Nolebat enim hoc miraculum ante tempus revelari multis?* atque ideo hos tres secum vocavit, *ut discipulos præcipuos & taciturnos.* Et S. Thomas subjungit: *potentes occultare secretum;* Quasi de aliis hanc suspicionem habuisset, illos ipsum fuisse revelaturos. *Assumpsit hos velut magis taciturnos & silere valentes*, inquit Theophylactus. Atque ob eandem rationem illos in montem Thabor adducit; quia cum ibi de negotiis seriis gravibus agendi & tractandi fuerit, siquidem *loquebantur de excessu quem completurus erat in Ierusalem*, ideo omnia sub secreto servari voluit, dicens: *Nemini dixeritis visionem*, atque ideo convenientissimum esse judicavit, plures secum non assumere quam tres: *Luc. 15* *Theophyl.* *D. Thom. in Cat. ibi.*

Sæpe nominatos, Petrum, Iacobum, & Ioannem. Demum verò per sequentem historiam præsentem discursum statui concludere: Dejulio namque Plutarchus scribit, eum secretum aliquod Augustum concernens conjugi suæ credidisse, quæ mille annos esse credebat, donec sequentis diei diluculum illo cesseret, ut idem secretum aliis mulieribus communicare posset? Hac autem Fulvii infidelitate ad aures Imperatoris delata, confestim Fulvium gratia sua exclusum, ab aula sua pariter dimisit. Cumque eam ob rem graves cum conjuge sua controversias redactus fuisset, ipsa ei respondit; si nolebas hoc ab omnibus passim sciri, mihi quoque ante non debebat revelari.

SERMO XI.

IN FERIAM II. DOMINICÆ II. QVADRAGESIMÆ.

Ego vado & quæretis me, & in peccato vestro moriemini:
Ioan. cap. 8.

IDEM ille Deus [ô Roma] qui dum propter culparum nostrarum gravitatem iratus, pœnarum rigores clementiæ; træno semper retardat, hodierna tamen die videns, quod dum Hebræis fidem Evangelicam persuadere conatur, & ad hoc ut ipsum tanquam verum Messiam agnoscere valeant, sua operatur coram ipsis miracula, in vanum laborando operam suam perdat, sapienti consilio eosdem deserere decrevit, solum pariter & regionem mutando: *Ego vado*, et quidem licet illum postea sequaturos esse dicat, id tamen non facient, gradiendo post illum gressibus pietatis, ut generalem ab ipso impetrare possint errorum commissorum remissionem, sed perfidiæ passibus illum ad mortem usque persequendo: *Quærens non pro desiderio, sed odio*; inquit Sanctus Augustinus. In ipso autem momento quo ab iis abiturus erat, turbata facie ad eosdem conversus, solitæ felicitatis comminando infaustam

damnationem eis serio prædicit, idque tremendis hisce, licet pauculis verbis: *In peccato vestro moriemini*, quæ, ut Euthymio videtur, *continuæ causalitatem*; quasi dicere vellet, peccatum est causa efficiens, unde omnes miseriæ vestræ unicam suam ducunt originem, & ideo *In peccato vestro moriemini*, id est, propter peccatum vestrum moriemini. Ex mente vero Sancti Augustini *In, dicit concomitantiam*, id est inseparabilem quandam peccati & animæ connexionem usque ad mortem. Porro utraque expositio veritissima & optima est, quia sunt nonnulli qui moriuntur in peccato *causaliter & non concomitanter*, quia ex quo cœli terræque leges offenderint & violaverint per inanum divinæ justitiæ vita animæ exutæ, & propter peccatum mortuntur, non ratione moriuntur in peccato, quia cum post peccatum commissum priusquam moriantur benignæ pœnitentiam. & veram in se efficax contritionem, moriuntur quidem propter peccatum, sed non cum peccato, sed in gratia Dei. Alii vero moriuntur in peccato concomitanter & non causaliter, & hi sunt ultores illi homines, qui *ab ipsa morte præoccupati*, ut ait Origenes, ultimam vitæ suæ horam claudunt, idque cum voluntario ipsi malo tenaciter adhærente, sive cum inveterati actionum peccaminosarum complexu, ad alteram vitam impœnitentes & obstinati transeuntes: Multi denique moriuntur in peccato *simul & semel causaliter & concomitanter*, id est propter peccatum & cum peccato, quales fuere sceleratus populus Pentapolitanus, vel etiam ii qui actualiter cum mulieribus Moabitarum peccantes à Phinees occisi fuerunt: Pharao itidem, Balthasar, Ablalon, Judas, & alii, de quibus cum S. Gregorio dici potest: *Horum unam fuisse pœnam quæ incipit in hoc sæculo per mortem temporalem & continuatur in altero per æternam*. Porro nemini dubium est, quin tam is moriatur, qui propter peccatum moritur, quam is qui moritur cum peccato, attamen mori cum peccato incomparabiliter majus malum est, quam mori propter peccatum, sed sine peccato, hic enim unica duntaxat morte moritur, corporali videlicet, cæterum quoad animam manet in gratia Dei, & salutem æternam obtinet, quam ei alias peccatum sustulisset, si cum peccato mortuus fuisset; qui autem cum peccato moritur, licet propter peccatum non moriatur, duplici tamen morte moritur, corporis scilicet & animæ, & cum majori damno & jactura moritur, quam si propter peccatum moreretur, quia moritur constitutus extra gratiam Dei, tanquam inimicus Dei, Deo privatus & à Deo ad mortem quandam æternam, quæ irreparabilem posthac trahit perditionem, condemnatus; de qua morte Beda loquebatur, dum ait: *Tota infelicitas ipsa est non peccatum habere, sed in peccatis mori hoc est, quod debet fugere Christianus*. Hæc quoque est mors illa, quam Christus Redemptor noster in hodierno Evangelio perfidis Hebræis vaticinatus est, dicens: *In peccato vestro moriemini*: quod in ipsis *utroque modo* verificatur; primo quidem *causaliter*, cum peccatum ipsorum origo sit totius ruinæ iisdem quondam ab Isaia Prophera vaticinatæ, dum ait: *Numerabo vos in gladio, omnes cadetis, quia vocavi & non respondistis, locutus sum, & non audistis*. Unde Carthusianus ait: *Propter peccata vestra perfidiæ & persecutionis in me occidemini à Romanis, quemadmodum factum est tempore Titi & Vespasiani*. Secundo verificatur *concomitanter, nempe cum vestro peccato, nulla obtenta remissione aut venia moriemini*; ut explicat S. Pat. N. Augustinus. Peccatum enim quocum in vita confœderati fuerunt, ad mortem usque imo post mortem illos comitabitur. Unde optima mihi suggeritur occasio persuadendi vobis, ut peccatum fugiatis, non propter damnum, quod in hac vita vobis conciliare potest, quod respectivè modicum malum censendum erit, sed quia vivendo in peccato *concomitanter tanquam obdurati in malo*, adeo vobis difficile erit ab eodem vos peccato eximere & liberare, ut quasi, ut ita dicam impossibile esse videatur, ut proinde vos cum peccato mori, & æternæ mortis condemnari oporteat: *In peccato vestro moriemini*. An hæc vobis promissa materia futura sit utilis, vos tanquam æqui arbitri judicabitis, ut tamen utilis vobis fiat cum attentione pariter & devotione eandem sollicitè auscultetis

Beda in cap. 8. Ioan. fol. 80. col. 1.

Isa. 65.

Dio. Carth.

D. August.

Dio. Carth. ibi.

D. Tho. in 1. dist. 43, q. 1. art. 3. f. 144. col. 3. l. H.

2. *In peccato vestro moriemini* Quisquis in peccato vivit, *& firmiter adhæret ejus delectationi indebitæ, & deformitati actus cũ proposito seu pertinacia*

vinacia non pœnitendi, idem ut docet Doctor Angelicus, dicendus est in malo obstinatus, & committit quandam peccati speciem, quæ à Theologis appellatur, peccatum *in Spiritum Sanctum*, & est irremissibile, non quod remitti non possit, quantum est ex parte DEI; sed quia *non habet de se aptitudinem ad hoc quod remissibile sit.* Enimvero difficultas quædam hic mihi subnascitur circa doctrinam Magistri sententiarum qui scribit in libro secundo, quod mali & reprobi adeo sint in malitia sua obdurati *ut fieri boni, & surgere ad bonum non valeant*: Cum tamen econtra in dist. 45. doceat, quod *de quacunque pessimo in hac vita constituto non est desperandum*: juxta doctrinam Concilii Tridentini, quod determinat, quod quilibet peccator *potest à peccato resurgere.* Quo modo autem hæ duæ propositiones, quæ sibi mutuo esse videntur adversæ conciliari poterunt? maxime si hunc in modum formemus argumentum: In tantum salus alicujus peccatoris non censetur desperata, *in quantum potest resurgere:* Ergo si talis peccator resurgere nequeat, quomodo de ejus salute non poterit desperari? Multæ quidem ad hoc adduci poterunt responsiones Primo, quod in primo loco de Angelis rebellibus loquatur, qui bonum oderunt & amant malum; & in hoc habent *cor induratum quasi lapis*: In secundo loco autem agit de hominibus, in quantum sunt viatores, qui licet ad malum declinent, ab eo tamen pœnitendo revocare se possant. Vel tametsi in utroque loco de homine loquatur, intelligendus tamen erit, quod *non potest resurgere viribus propriis, & sine gratia Dei*: quando autem affirmat quod possit resurgere, semper ab eo præsupponitur auxilium, quod à gratia cœlesti recipitur. Alii respondent, quod peccator obstinatus *in sensu composito non potest resurgere*, bene tamen, si consideretur *in sensu diviso.* Veruntamen audite quam docte hanc difficultatem, & quidē adpræsens propositum meum aptissime resolvat Gregorius de Valentia dum ait: *Peccatum obstinationis non dicitur irremissibile propterea, quod nullo modo remitti possit*: notate quod sequitur: *sed quia difficillimè & raro remittitur*; difficulter & raro admodum peccator obstinatus damnationem evadit, nam ex frequentatione actuū peccaminosorum paulatim generatur habitus ad malum unde nascitur peccandi facilitas, & inde resurgendi aut respiscendi difficultas, sicque in obstinationis scopulum impingere debet. Unde Durandus à Sancto Portiano dicit: *Obstinatio est obduratio mentis in malitia, & non dicitur irremissibile, ita quod nullo modo remittatur, sed quia vix & raro dimittitur.* id est, in fine vitæ, non quod Deus ad remittendum offensam promptus non sit, cum sacra nos Theologia doceat, quod *Facienti quod in se est, DEVS non denegat gratiam.* Sed quia peccator, qui ad ultimum usque fuit obstinatus, summa cum difficultate pœnitebit, & convertetur; rari enim inveniuntur, qui peccatum in morte detestentur, siquidem illud in voluntate & anima sua secum gerunt, velut accidens quoddam inseparabile in toto cursu vitæ. Et hæc est prophetia illa funesta quam Salvator noster hodie Pharisæis intentat, dum ait: *In peccato vestro morieminicomitanter.*

Idem ibid. a 3. f 145. col 2 l B.

Pet. Lomb. in 2. dist. 7 l B f 149.

Idem dist 43 l C f. 238 Conc. Trid sess 7. can. 29.

Mag. sent. lib. 2. dist. 43 f. 237. co. 2 l. B. in fine.

Greg. de Valen. in 22. D. Tho disp. 1 q. 14. pu. 3 fo. 451. co. 2, C.

3. In communi Proverbio dici solet quod hominis mors vitæ correspondeat. *Qualis vita mors est ita.* Etenim S. Matthæus multa in morte Salvatoris prodigia visa esse refert; siquidem ruptum est templi velum: *Velum templi scissum est*, terra commota est & tremuit: *petræ motæ est: Petræ scissæ sunt, monumenta aperta sunt*, multaque Sanctorum corpora, quæ in terræ visceribus jacebant sepulta, resuscitata fuerunt: *Et multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.* Quam sunt hæc admiranda prodigia atque naturæ portenta! Quod si Pater æternus aliquod iræ suæ specimen edere voluit adversum Hebræos, cur non effecit ut vel per continuatas pluvias nova inundarent diluvia, uti Noe tempore factum est: aut cur terram non stravit carbonibus accensis & luculenti ignis ardentibus flammis, prout Eliæ fecisse novimus, aut veluti urbibus infidelibus Lothi tempore accidit? aut si eos non mori sed converti volebat, cur non potius in montem Calvariæ unum vel plures Angelos submisit, qui eis commissum declararent errorem, eosque ad opportunam illius causa pœnitentiam, vitæ conversionem & fidem exhortarentur? Nequaquam ita fieri amabat, quinimo congruentius erat, ut vela dirumperentur, finderentur petræ monumenta aperirentur & mortui resurgerent, & merito: Nam JESUS *qualis fuit in vita talis processus ostenditur in morte, in vita scripturarum vela-*

Domin 3. Advent. fol 45. ibid fol 351. col.1 lit.D.

Sueton. Tranq. Ioan à S. Geminian tom.5.cap. 45.fol.192 col.4.

D.Bern. lib.1 de Consid fol. 274.cap. 4 lit L.

Diodo. Sic.lib 17. Poll.cap.5. Strabo lib. 15.

vulnum explicabat terrenis animis, Saxea ejus dicta peccatorum percutiebat, monumenta aperiebat, vitam defunctis præstabat: Nonne id prorsus fit, vitam defunctis præstabat: Nonne id prorsus fit, dum templi velum scinditur, rumpuntur Saxa, & vita defunctis communicatur? inquit Doctor quidam Modernus. Cornelius à Lapide de certo quodam politico, sed hæretico Principe refert, quod dum rogaretur utra ex ambabus Catholica nimirum fide & secta Calviniſtica ad conſequendum animæ ſalutem ſecurior videretur, argutè reſpondérit: *Se malle vivere cum Calviniſtis, ſed mori cum Catholicis, quod vita illorum libertate voluptuoſior, illorum mors latior ſit & ſecurior.* At verò poteratne Princeps hic majori cum prudentia loqui? Non erat reſponſum dignum. Siquidem quæſi impoſſibile eſt, quod quis hæreticè vivat, & catholicè moriatur, Calviniſtæ vitam agat, & Chriſtiana morte vitâ claudat: *Bona enim mors mala vita pendet* [inquit Cornelius] *& impoſſibile eſt, quod qui hæreticè aut male vivit, bene & feliciter moriatur.* Regula enim eſt univerſalis, multiplici experientia comprobata, quod ut ſcribit Adelolinus: *Non poteſt bene mori qui male vixerit*; unde & Abbas Berengoſius ait: *Miror ſi unquam quod mala morte obiit, qui ſemper male vixit.* Reſetenim monſtroſa eſſet, quam alteri id de vi diſſe aſſerenti vix credere poſſem, dari ſcilicet lupos caudam agninam habentes, ſive quodidem eſt, quod aliquis vivat ut lupus vorax, vitæque ſuæ finem claudat ut manſuetus agnus: *Sicut monſtroſum eſt quod lupus caudam ovis haberet; ita monſtroſum videtur, quod vita malabona ſine claudatur*, inquit Ludolphus Carthuſianus. Si vivas inſtar beſtiæ, rem certè horribiliorem faciès, ſi Chriſtiani hominis inſtar moriaris: difficillimum enim dicam impoſſibile eſt, ut quis obſtinati peccatoris vitam agat, & mortem habeat hominis alicujus veræ pœnitentis. Vnde Poëta hanc difficultatem tanquam egregiè cecinit:

Hoc magis eſt aliquis putei delapſus ad ima,
Hoc illo putei ſtrictius eſſe putat;
Hoc etiam, quo quis graviora in crimina præceps
Labitur, hoc minus eſt exitus huic facilis.

Similes ſunt obſtinati foliis in Silarum Lucaniæ fluvium cadentibus, ſi Plinio credimus, vel illi Germaniæ fluvio, in quem, ut Albertus Magnus refert, *quidquid projicitur durescit in lapidem*; Vel etiam gemmæ illi natura ſua adeò frigidæ, ut projecta in ignem, non ſolum non comburatur, ſed ne incaleſcat quidem, quin potus frigiditatem ſuam conſtanter conſerveret. Flammæ quibus Caligulæ cadaver incinerandum erat, cor ejus comburere, non valuerunt, eò quod veneno imbutum eſſet. Crocodilus pellem, ſivè ſquamas adeò duras habere ſcribitur, *ut quamvis fortes lapidum ictus in tergo recipiat, nihil curet*: Verumenimverò quid Crocodili durities, vel cordis Heliogabili inalterabilitas cum obſtinati peccatoris pertinaciâ commune habet, utpote quæ omnem duritiem ſuperat? Cedat igitur gemmæ illius inalterabile frigus; cedant etiam virtute fluminis Silari in lapides converſa folia Pertinacis animi frigori, nec non lapideo & obſtinato cordi. Nam, ut ſanctus Bernardus ait: *Cor durum ipſum eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus? minis non cedit, flagellis induratur, ingratum eſt ad beneficia, infidum ad conſilia, ſævum ad iudicia, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad divina.*

5. Opportunè hic in mentem mihi venit canis ille Indicus Alexandro Magno dono datus, qui adeò erat ferox & truculentus, ut cujuſvis quantumvis ferocis Moloſſi; vel indomabilis cujuſdam & fortis tauri congreſſum & luctam dedignatus, ad evidentius animoſitatis & fortitudinis ſuæ ſpecimen cum ſolis leonibus certamen inire ſolebat. Hic igitur in facie & præſentia omnium circumaſtantium ſpectatorum in Amphitheatrum ingreſſus, omnes magno auſu gravique inceſſu præteribat, & quia inimicorum, quibuſcum ſibi congrediendum erat, neminem adhuc præſentem conſpiciebat, veluti adverſarii moram & otium ſuum pertæſus, & ſomnolentus in arenam ſeſe proſtravit. Interea verò taurus quidam indomitus & ferociens in arenam immiſſus eſt, qui ſuperba fronte ſuis hunc canem auſibus in duellum provocabat, ciuſque furorem ſuis videbatur mugitibus velle accendere, ſuoque ore ſanguinem ſpumante cruentum præominabatur ineundi certaminis exitum: Denique armis ſuis quæ in ſemiciculi, vel mediæ lunæ ſpecie in capitis ſui vertice ferebat univerſam competitorum ſuorum turbam in fugam nitebatur conjicere: At verò canis Alexandri haud ſecus ac ſi injuriоſum & probroſum ſibi eſſe arbitraretur, cum tam imbelli adverſario concertare, ne unico

obtutu quidem eum dignabatur aspicere: Postea verò leonem quendam ex formidabilioribus, quos unquam Africæ remotissimæ sylvæ produxerat, in arenam ingredientem conspiciens, intrepidus erigebatur, & veluti si quædam vehementis furoris in ejus pectore accensa fuisset fornax, densam fumi è naribus suis emittebat nebulam, aëremque quodammodo obfuscantem, suisque latratibus leonis ferociam excitando, eum provocabat ad pugnam. Et ut primis eum insultibus lacesseret, guttur mox invasit inimici, adeò ut ferocissimus hic ferarum Rex staret immobilis & attonitus ob stuporem quo corripiebatur videns hujus subditi audaciam seu potius temeritatem, qui potius pavidus & tremebundus ejus advolvi pedibus, suamque testari subjectionem debebat: Interim verò canis Leonem latratibus, insidiis, & continuis insultibus suis adeò tenebat occupatum, ut vix ullum ei defensionis locum relinqueret, ac tandem mirantibus omnibus eundem prosterneret, & porrò occidisset, nisi quispiam à Sopithe, qui canem Alexandro donaverat, cum gladio missus crus dextrum canis abscidisset, ob quam mutilationem canis nunquam aut latratum, aut clamorem quempiam edidit, tantundem frendens dentibus carnificinam illam sustinuit, donec exanimatus super leonem expirasset, ut referunt Diodorus Siculus, Strabo & Pollux. Porrò peccator Alexandri canenon minus ferox, in hujus vitæ arena cum formidabilissimis peccatorum mortalium leonibus continuò dimicat, iisque voluntate & operibus tenaciter innectitur; Deus quidem ad eum ab hoc impio prælio divertendum, nunc per Patrum Spiritualium voces monet, nunc per Prædicatorum minas reprehendit, nunc denique per immissas adversitates graviter vulnerat, & tamen peccator in malo habituaturus pertinaciter peccata prosequendo progreditur, ita ut de eo verbis Augustini merito dicatur: *Nec verbis flectitur, nec verberibus emendatur*? Dumque ad mortem usque sic obstinatus permanet, difficillimum est, ne dicam impossibile, ut tandem per pœnitentiam in fine respiscat. Unde Gregorius Papa dicit: *Visitata culpa obligat mentem ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem, conatur & labitur, quia ubi diu sponte perstitit, ibi & cum voluerit contra cadit.*

D. Augustin.

D Gregor. in Evang. hom. 31. fol. 151. col. 3. lit. H.

6. In Scriptura Sacra tres mortui à Salvatore resuscitati inveniuntur, primò scilicet filia Archisynagogi dicentis: *Filia mea modo defuncta est.* Secundus fuit juvenis Naimiticus à matre sua inconsolabiliter deploratus: *Et ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ.* Tertius denique Lazarus fuit, frater scilicet Marthæ & Magdalenæ, de quo Dominus ait: *Lazarus mortuus est eamus, ut à somno excitemus eum.* Observandus autem est modus quo Dominus tres illos suscitavit: Sic enim videbitis quam differenter se circa singulos suscitandos habuerit: De puella quidem dicitur tam non mortuam esse, sed somno sopitam: *Non est mortua puella, sed dormit*; per hoc nimirum insinuare volens, eam tam facilè ad vitam revocari posse, quam facilè est dormientem à somno suscitare. Quod verò ad Naimiticum juvenem attinet, illi manum suam adhibet feretrum tangendo: *Tetigit loculum*; eumque hac voce interpellat: *Adolescens, dico tibi surge*: At vero ut Lazarus ab eo resuscitetur, audite, obsecro, quas Ioannes notavit circumstantias: *Infremuit spiritu*: *Impetum quendam indignabundum emisit*, inquit Dionysius Carthusianus; Et S. Cyrillus Alexandrinus: *Infremuit quasi minas satanæ & mortis intentans, quæ & ipsum Lazarum straverat.* Postea verò turbatur, & ob amici jacturam contristatur: *Turbavit semetipsum* Turbationi lacrymas adjungit: *Et lacrymatus est.* Deinde oculos in cælum elevat, & actis Patri æterno gratiis, se pro mortui resurrectione Patrem suum antecedenter rogasse demonstrat: *Elevatis sursum oculis dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audisti me.* Postremò denique è sinu pectoris sui vocem quandam non vulgatem, sed valde vehementem emisit, dilectum Lazarum per eandem ad hujus vitæ auram denuò revocando: *Voce magna clamavit, Lazare veni foras.* Verum dicite, sodes, ô Auditores: Nunquid Christus hunc defectum unico duntaxat verbo, imò unica cogitatione resuscitare poterat? Quis dubitat? Ipse etenim Deus est, nec ulla inveniri creatura potest, quæ divinæ voluntatis suæ imperio resistere possit: Cur igitur tot adhibet ceremonia, tot signa indignationis & turbationis, tot preces & planctus, denique vocem adeò vehementem. Alii duo, non minus quàm Lazarus, mortui erant, & tamen illos sine hoc ceremoniarum apparatu resuscitavit. Hanc difficultatem suo tempore movit Ludolphus de Saxonia, dicens:

cens: *Dominus puellam de facili coram paucis suscitavit, dicens: Surge; Iuvenem coram pluribus, & quasi difficilius, tangens feretrum & dicens: Adolescens tibi dico surge. Lazarum difficillimè, quia cum lacrymis, cum fremitu, cum conturbatione, cum magna voce dicens: Lazare veni foras.* Scio equidem nullam Deo opponi posse resistentiam, eumque nullam in operandis experiri difficultatem, at verò in iis quæ dicit aut facit, semper loquitur & aut operatur juxta nostram capacitatem; Etenim certum est, tres hosce mortuos figuram esse peccatoris peccatis intricati. Duo autem primi, puella nimirum & adolescens, quia exiguo tempore mortui fuerant, eos significant peccatores, qui modico tempore in peccato hæserunt: Quod autem adeo facili negotio eosdem resuscitavit, nobis apertè significat, eos quoque aperto facillimè resurgere; At verò Lazarum quatriduanum peccatorem quendam inveterato multis annis culpis suis insordescentem, qui profectò ad gratiam difficilè potest resurgere. Aut dicere possumus puellam jam jam, sivè paulò ante mortuam fuisse: *Modo defuncta est*, ac proinde *non est mortua, sed dormit*; ut insinuetur, adeò facilè esse peccatorem paulò ante per peccatum mortuum resurgere, quam facilè est dormientem resuscitare. Filius autem viduæ, licet non jam jam mortuus fuerit, non tamen ab ejus morte multum temporis intercessit, feretro jacebat impositus, jamque ad tumulum deferebatur sepiendus, ac proinde ut peccator aliquis hucusque similis resurgat, id nec tantam facilitatem, nec magnam difficultatem in se continet: *Tetigit loculum, & tibi dico surge.* At verò ut Lazarus resurgat, tot, tantaque concurrunt difficultates, ut eas ipse quoque Dei Filius experiri videatur; nam *quatriduanus* erat, jamque *in sepulchro* lapide firmiter obstructo *putescebat*: ut per hoc ingens nobis insinuetur difficultas, quæ est in conversione peccatoris quatriduani & fœtentis, qui multis annis per consuetudinem mortuus & sepultus fuit, atque duro obstinationis lapidi succumbit. Consentiunt huic meo conceptui Theophylus Antiochenus, Eusebius Emissenus, Cyrillus & Beda dicentes: *Per hos tres mortuos, tria mortis genera significantur. Moritur enim homo prava & illicita agendo, moritur in malis operando, moritur in peccatis perseverando.* Unde sicut Martha [ut refert Cyrillus] *quasi diffidens, veluti impossibile credens, posse fratrem resuscitari ob dierum diuturnitatem, dicit: Domine iam fœtet, quatriduanus est*: Ita Beda subjungit, peccatorem quatriduanum, id est, obstinatum converti, si non est impossibile, ad minus tamen adeò esse difficile, ut ipsemet Dei filius ad magnam hanc difficultatem exprimendam. *Voce magna clamarit, fremuerit lacrymatus, quia difficile surgit, quem moles mala consuetudinis premit.*

Emiss ser. de Lazar. fol. 6 post 4 Dom, quoad D. Cyrill ibi. lib. 7 c. 21. fol. 382. col. 1. I. G. Beda ibi. f. 107 c. 2. Fran. Georg. Ven. t. 4. n. 208 f. 249 co. 2.

7. Judas Iscariotes inter obscuræ noctis solitarias umbras tenebris & horroribus cinctus abibat in remotioribus Ierosolymæ confinibus veram lucem quæsiturus, & quidem idipsum non parum admiror. Siquidem traditorille velut avis nocturna jucundam lucem potius fugere debebat, quam inquirere. Ecquis enim nescit hanc ipsis etiam tenebris odio & abominationi esse? Et tamen Iudas & grex congregatæ cum ipso fœcis hominum, culpæ caligine obtenebratus, ipsum in horto Gethsemani sollicitè requisierunt, & porro invenerunt. Verum audite quid iis acciderit; postquam enim in conspectum Christi venerunt, interrogavit eos Dominus, quonam per avia & devia, & quidem hora illa insolita & tenebrosa gressus suos dirigerent, dicens: *Quem quaritis*, cui respondentes, se non alio fine in solitudinem illam concessisse, quam ut *Iesum Nazarenum* invenire possint. Quibus Dominus subjunxit eum, quem quæritis, ob oculos positum videtis. *Ego sum*. Et confestim ut duo illa verba auribus eorum insonuerunt, milites haud secus ac si furibundo aquilone, vel imperuoso fulmine fuissent percussi, vel ut totidē arboris rami in terram fuēre prostrati: *Abierunt retrorsum & ceciderunt in terram.* Enimverò ut hujus turbæ prodigiosum lapsum præsenti proposito adaptem, audite id, quod in Actis Apostolorum de Saulo conscribitur. Is etenim Principibus Synagogæ se obtulit, quod tanquam juratus Christianissimi inimicus in acie gladii suæ adversum Christianos generositatis specimina monstrare paratus esset, dummodo per instrumenta publica sufficiens ei ad id authoritas tribueretur? hac namque recepta abierum se esse in Damascum, nec inde reversurum, nisi integros fidelium greges catenis vinctos, & innexos secum adduceret: *Accepit Epistolas in Damascum, ut si quos invenisset huius viæ viros, ac mulieres, vinctos produceret in*

Ioan. 18.

Actor. 9.

Ieru-

Ierusalem. Permisso igitur singulari plurimorum militum delectu, Damascum versus contendit, quo in itinere Salvator ipsemet obviam ei procedens, & ad portas cælorum se videndum exhibens, ingentem splendorum exercitum in eum emisit, a quibus circumdatus, & pressus, insuper violentiam vocis Christi audivit, quæ adeò eum perterrefecit, ut omni defensionis remedio destitutus, atque in terram prostratus victas dederit manus: *Et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris?* Ecce igitur hic ex unâ parte Saulum in terram collapsum; Ecce item ex altera parte pro horto Gethsemani prostratos milites; nunc igitur inter hos & illum congruam comparationem instituamus. Idemmet Christus, qui Hebræis apparuit in horto Gethsemani, apparuit & Saulo in cælis: eandemmet vocem quam unus audivit, alii quoque auscultarunt: imò eandemmet verba Christus ad Saulum pronuntiat: *Ego sum IESVS* & ad milites: *Ego sum*, procidit in terram Saulus, in terram pariter procidunt turbæ: hucusque pari passu utrimque procedditur, nunc eam, quæ inter ipsos intercedit, inæqualitatem audire: Saulus convertitur, suamque ferociam & iræ furorem deponit: atque ex Saulo in Paulum, ex lupo in agnum fœliciter convertitur, factusque jam mansuetus ad consectandos Domini sui nutus promptissimum sese offert, dicens: *Domine quid me vis facere?* Non jam deinceps persecutor permansit, sed potius generosissimus factus est totius Christianismi defensor, *Vide quam cito declinata persecutio est*, inquit Cajetanus: Hebræi autem è terra surrexere magis audaces & temerarii; quia non solum non deseruerunt odium & iniquitatem, verum majoribus eandem adauxerunt incrementis, quia surgentes longè, visi sunt esse crudeliores & obstinatiores, quam ante fuerant. At verò inquies: undenam hæc procedit diversitas? Filius quippe Dei eadem adhibet media, iisque eadem prorsus impertitus est auxilia, & tamen non obstante hac identitate non consequitur utrimque eadem conversio: quòd proinde Chrysostomus; non parum miratur, dicens: *Verobique vincula, utrobique persecutio, simile utrobique virtutis Christi indicium similiaque remedia, at non similis correctio*; Verum ecce tibi rationem, nimirum: *Ægri multum inter se dissabant*, in hoc itaque consistebat disparitas, quod scilicet Saulus hoc Christianos persequendi munus non diu administrarit, sed id faciendi authoritatem paucis ante diebus acceperit, atque ideo subitò conversus est, priusquam erigeretur è terra; Hebræi autem triginta tribus continuis annis struxerunt insidias, & dolos machinati sunt ut unigenitum Dei Filium persequerentur, atq; ideo cum in malo lapideam sibi acciverint duritiem, adeò facti sunt pertinaces & obstinati: *Non enim* [inquit Dionysius Carthusianus] *propriamque infirmitatem experti sunt, quoniam obstinaverant.* Unde de Gebræis dici potest, quod Hannibal de Marcello quondam dicebat, rem & præsium sibi esse cum adversario quodam adeò obstinato, ut nec victus cederet, nec victor quiesceret, *Sibi rem esse cum hoste dicebat, qui nec vinci, nec victor nosset quiescere*, inquit Plutarchus.

Cajetan. ibid. fol. 479.

Chrysost. hom. de Conver. S. Pauli

8. Inter alios præclaros titulos & gloriosa nomina, quibus Christus Apostolos insignivit, unum, & quidem præ cæteris magis mysticum est, quo illos Sal appellat: *Vos estis Sal terræ*; quasi diceret: Vos ô dilecti & fideles Apostoli mei per omnes mundi partes abituri estis ad prædicandum Evangelium, gentesque peccatrices convertendas, quo quidem officio, ut benè & fructuosè fungamini, operæ pretium erit, ut fideles sitis Salis imitatores; verùm ô Domine nisi te magis explicaveris. Apostoli, id quod eisà te dicitur, nequaquam intelligent: quod si enim per divini verbi sementem fructificare debeant colligendo, & convertendo animas, opinione meâ convenientius illos terræ comparasses, dicendo: *Vos estis terra.* Præterea ex quo Evangelium tuum per totum mundum portaturi erant mentesque eorum, qui ignorantiæ tenebris sepulti jacebant, per Doctrinam Apostolicam illuminaturi quodnam illis convenientius exemplar & prototypon ob oculos ponipotuisset quam Solis? Veruntamen quia Salis tantæ est utilitatis victui humano, ut Paulus Manutius in suis Adagiis dicere non dubitarit: *Sale nil utilius:* unde sanctus Hieronymus inquit: *Sal appellantur Apostoli, quia per illos universum hominum genus conditur.* Aut dicere possumus, Christum per hanc Salis analogiam Apostolos monere voluisse, ut deinceps prudentiam sollicitè observarent, utpote quæ à sancto Paulo in Sale repræsentatur, dum ait: *Omnis sermo vester Sale conditus sit, O Colossenses.*

vel

Vel etiam, ut interpretatur Chromantius, *Sal Domine, dum veneris in regnum tuum*, benigno vultu ad eum conversus, Paradisum ei liberaliter obtulit, dicens: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* Porrò quod filius Dei huic latroni Paradisum promittat, nequicquam admiror, scio etenim quam ingens sit eius misericordia & liberalitas; At verò hoc solum cogitationes meas nonnihil suspendit, quod audiam eum huic promissioni hanc particulam *Amen* adnectere, cùm tamen eâdem dictione ab hac Christi Periodo sublata sensus illius nequaquam imperfectus foret, nec minus exprimeret, quam hanc particula hâc adjuncta exprimat; poterat igitur eandem omittendo dicere: *Dico tibi hodie mecum eris in paradiso*: Enimverò hanc difficultatem probius intelligemus, si reflexionem quandam fecerimus super nonnullis scripturæ passibus, in quibus Salvator noster eundem stylum modumque loquendi usurpat. In ultima cæna constitutus, Sancto Petro revelavit, quod in ea nocte ab ipso negandus esset, qui difficulter sibi persuadens, futurum ut errorem adeo notabilem committeret, audacter potius carceri & morti obeundæ se obtulit, dicens: *Tecum paratus sum in carcerem, & in mortem ire. Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo*; Magister autem cœlestis ut eum ad hanc difficultatem credendi superandam disponeret, in confirmationem verbi sui addit *Amen*, dicendo: *Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.* Idemmet Christus cum Nicodemo prolixius disserens, eundemmet modum animam suam salvandi edocere volens, cùm prævideret Nicodemum difficulter creditum, quod homo senex in uterum maternum redire, & renasci posset: unde & dixit: *Quomodo potest homo nasci cum sit senex? nunquid potest in ventrem matris sua iterato ire & renasci?* Cœlestis Evangelicæ doctrinæ Magister, ut ei ad hanc difficultatem intelligendam lumen subministraret, hisce eum terminis erudivit: *Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* Similiter ad Hebræorum turbam & discipulos suos prædicationis verba faciens protestatus est, quod nisi manducarent carnem suam, suumque sanguinem biberent, vitam spiritualem habituri non essent; simulque præcognoscens rem hanc difficilis fidei fore in mentibus auditorum, qui

Luc. 22. Matt. 26.

Ioan. 3.

Ioan. 6.

Vel etiam, ut interpretatur Sal Domine. dum veneris in regnum tuum, benigno vultu ad eum conversus, Paradisum ei liberaliter obtulit, dicens: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* Porrò quod filius Dei huic latroni Paradisum promittat, nequicquam admiror, scio etenim quam ingens sit eius misericordia & liberalitas; At verò hoc solum cogitationes meas nonnihil suspendit, quod audiam eum huic promissioni hanc particulam *Amen* adnectere, cùm tamen eâdem dictione ab hac Christi Periodo sublata sensus illius nequaquam imperfectus foret, nec minus exprimeret, quam hanc particula hâc adjuncta exprimat; poterat igitur eandem omittendo dicere: *Dico tibi hodie mecum eris in paradiso*: Enimverò hanc difficultatem probius intelligemus, si reflexionem quandam fecerimus super nonnullis scripturæ passibus, in quibus Salvator noster eundem stylum modumque loquendi usurpat. In ultima cæna constitutus, Sancto Petro revelavit, quod in ea nocte ab ipso negandus esset, qui difficulter sibi persuadens, futurum ut errorem adeo notabilem committeret, audacter potius carceri & morti obeundæ se obtulit, dicens: *Tecum paratus sum in carcerem, & in mortem ire. Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo*; Magister autem cœlestis ut eum ad hanc difficultatem credendi superandam disponeret, in confirmationem verbi sui addit *Amen*, dicendo: *Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.* Idemmet Christus cum Nicodemo prolixius disserens, eundemmet modum animam suam salvandi edocere volens, cùm prævideret Nicodemum difficulter creditum, quod homo senex in uterum maternum redire, & renasci posset: unde & dixit: *Quomodo potest homo nasci cum sit senex? nunquid potest in ventrem matris sua iterato ire & renasci?* Cœlestis Evangelicæ doctrinæ Magister, ut ei ad hanc difficultatem intelligendam lumen subministraret, hisce eum terminis erudivit: *Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.* Similiter ad Hebræorum turbam & discipulos suos prædicationis verba faciens protestatus est, quod nisi manducarent carnem suam, suumque sanguinem biberent, vitam spiritualem habituri non essent; simulque præcognoscens rem hanc difficilis fidei fore in mentibus auditorum, qui

Luc. 22. Matt. 26. Ioan. 3. Ioan. 6.

etiam, ut interpretatur Chromantius, *Sal* mperatur *in carne qualibet, corruptelam non* dmittit, *fætores aufert, sordes expurgat, ver*mes non *finit generari.* Fortè juxta observationem Sancti Paciani eos salis naturam imitari voluit *Vt impraliato sit severitas cum clementia;* vel cum Dionysio Carthusiano, *Vt præserventur a putredine vitiorum*; Enimverò tot tanquæ sunt salis qualitates, ut eas recensendo justo prolixior futurus essem, ideoque omnibus salis prætermissis ad unam duntaxat, quam Sanctus Ioannes Chrysostomus observat, verbis mecum cogitationes deflectite: Quod enim sexcentum aliquod bonum habeatis, illud à putrefactione præservat aut si non nihil putrefieri cœpisset, id est, esse *in fieri putredinis*: Sal ea est virtute prædituus ut illud ulteriori putrefactione defendat & conservet: at verò si totum marcidum fuerit, *ita sit esse* corruptum, vana est illius cura, neque tanta est salis virtus, aut energia, ut in pristinum statum illud restituat: post hunc esse Chrysostomi sensum ex sequentibus ipsissimis ejus verbis edisce, dicit enim: *Vos estis sal terræ; quid? Ipsine putrefacta* nducati *sunt, nequaquam, neque enim fieri potest, ita quidam corrupta sunt, salis perfricatione reparentur.* Nisi peccator adhuc putrefactus sit, aut culpatum vermibus scateat; facilè est eidem mederi; at verò si sit *in facto esse putrefactionis*, Sal doctrinæ Evangelicæ verbi Dei non sufficit, sed & alia præter sacramenta adhiberi debent: quia non talium restitutio tam est difficilis, oportet ut ipsemet Dei filius Christus, per suam omnipotentiam ad eius conversionem concurrat: *Liberare quippe a vinculo peccatorum, Christi virtus est*, ait Chrysostomus. *At vero si anima, sint jam putrida, ac corrupta peccatis inveteratis & præcedentibus, has generare, eisque medelam dare extraordinariam manum hominis, & ad unam potestatem Dei spectat*, ait quidam modernus Carmelitanus,

9. Nescio an aliquando modum observaverit, quo Homo verbum, in crucis aspero ligno hu pensus latroni Paradisum promisit: postquam enim moribundum hunc peccatorem in pantibus labiis, & corde dolore transfixo obtot iniquitates contra Dei majestatem commissas se tam lamentaliter hisce vocibus se recommendantem audivit: *Memento mei*

proinde admirati dicebant: *Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum?* At demum collatis inter se capitibus musitabant, dicentes: *Durus hic sermo & quis potest eum audire?* Id est ut explicat Toletus: *Credibilis non est, nec ad intelligendum idoneus, nec ad audiendum suavis.* Dionysius Carthusianus ait: *Ad intelligendum difficilis & rationi, vel veritati contrarius est hic sermo*, dicebant Hebræi. Et S. Ioannes Chrysostomus *difficilis intellectu, & quem capere non posset eorum imbecillitas*; Atque ideo Salvator ad hanc ipsorum difficultatem superandam verum illis proponit hisce verbis: *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis*, &c. Porrò Latro intrà semetipsum hunc in modum ratiocinabatur, & dicebat: Ego qui toto vitæ meæ cursu in malo habituarus fui & sceleribus deditus, nullum unquam contritionis actum eilcui: qua igitur ratione nunc in fine vitæ constitutus salvabor? difficillimum id mihi videtur. Vixit pertinax, vereor ne mori cogarob se natus, animam meam peccatis constrinxi, nec vincula hæc unquam solvere curavi, ut autem hæ catenæ in hac ultima periodo disrumpantur, res admodum ardua erit: Veruntamen quid tentasse nocet? Si intentum non assequar saltem me mihimetipsi defuisse lamentari non potero? si pulsanti aperiatur, & res pro voto succedat, ingentem superabo difficultatem: scio etenim quod infinita sit divina pietas, quæ à culparum mearum multitudine se vinci non sinat; tentabo igitur, an procellosum hoc mare trajicere, & montem hunc arduum complanare possim: *Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.* Cui Christus Crucifixus respondit: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso*, quasi diceret: Difficile quidem est salvari eum, qui usque ad extremum vitæ suæ obstinatus permansit: ferrum enim in aurum difficulter transformatur, vita lupi, non terminatur in morte agni. Quisquis actiones reproborum committendo in malo pertinax persistit, mirum erit si in fine vitæ respiscat, ut ad bonum se applicans pœnitendo moriatur: Veruntamen macte sis animo, ad te enim quod attinet, tecum in hac lege dispensatur; & quidem ad tollendam omnem formidinem, & ut te portum salutis assecuturum esse certus esse valeas securus esto omnes, à te periculosissimæ scillæ & charibdis difficultates superatas esse; id quod tibi non solum promitto, sed pro majori securitate jurisjurandi additamento confirmo: *Amen*, bono igitur animo esto, & spera, quia *Amen dico tibi, Hodie mecum eris in Paradiso.* Estque hæc observatio Dilaci Stellæ dicentis: ibidem folio quadringentesimo primo columna tertia, *Hujus promissioni assertionem suam adjunxit dicens: Amen dico tibi, quia grandi peccatori & tam vili personæ difficile videbatur dari regnum*: Absit igitur ut ad habitum acquisitum usque in malo perseveretis, vobisque deinde per diabolica figmenta futurum esse persuaderi sinatis, inventuros vos in puncto mortis conversationis mitam facilitatem, ex dictis namque perspicuè satis colligere potestis futurum omninò contrarium. *Et in peccato vestro moriemini.*

Tolet ibi. in com fol. 617. Dionysius. Cart ibi. art. 19 fol 288. co 2 Chrysost ibi hom 46 f 175.

10. De quodam hortum quendam animi causa ingrediens, in quo singulari cum majestate Flora & Pomona residebant, eundem obibam oculos pascens explantarum pulchritudine; & tam naturæ, quam artis elegantia mirè exhilarabat; neque enim arbor aliqua erat, quæ ad sui aspectum me non alliceret, neo virgultum, quin mille coloribus conspicuum pomposè se extenderet, & oculos ad se raperet. Tandem verò ad quædam cedrorum frondium suarum virorem dilatantium peristromata conversus vidi: quod ex ramo vitis quædam cedro innixa. & ex hac uvæ bortus ex maximis non minimus suspensus penderet vitreæ cuidam ampullæ mirificè inclusus: Ego, qui artis hortulanæ experientiam nullam habeo, steti attonitus, quia os vasis strictum, & collum eius satis subtile & angustum erat erat, fructus autem in vase reclusus adeo magnus, ut corpus vasis omnino adæquaret Intra memetipsum hoc considerans varias formavi chimæras, quonam hortulanus artis magisterio usus fuisset, ut fructum hunc tantæ magnitudinis per viam adeo angustam transire faceret Tandem nullum hujus artis vestigium inveniens continere me non potui, quin curiositate permotus ex hortulano scisciatus sim, quonam id modo obtineret. Qui

mox

mor respondit, se uvam hanc dum parva esset & florem suum vix abiolvisset, huic amplius incluisse, quæ quotidie magis magisque adaucta adhuc tandem magnitudinem perveniisset. Moxhortulano respondi, quid faciendo uvam ab ampulla eximeret, respondit, id à principio, quando vua parvula erat, facillimum fuisse, nunc autem, postquam temporis diuturnitate in hanc usque quantitatem excrevit, impossibile, nedum difficile esse eam inde sine vasis perfractione eximere. O ingeniosam & pulchram inventionem, meoque proposito accommodatissimam! Si quando enim fructus aliquis peccati venenosus corda vestra subingreditur, *in principio* quidem facile erit, si eum evellere valueritis, inde eximere, inde extrahere; at vim radices egerit, si invetteverit, magno non difficultate ab illo vel in fine vitæ liberari, nec aliud reperiri potest medium [nisi Deus extraordinariæ cujuldamgratiæ auxilium succurrat] nisi ut mors superveniens costa vestra disrumpat & confringat: *In pectore vestro morientis.* Respicite sudam ab arbore suspensum, cumque existimate amarum quendam esse, intra se acerbum nimis & venenosum peccati fructum, quem in corde suo circumtulerat, continentem; quisnam Salvator noster non molitus est vas, ut illum ab ejus anima eradicaret, dulciter illum monuit, graviter eum reprehendit, dira et comminatus est, sed casso semper & irrito effectu: hic namque maledictus ille peccati fructus temporis diuturnitate eousque excrevit, ut tandem opus fuerit vas ipsum confringi, quando *Suspensus crepuit medius & fusa sunt omnia viscera eius.* Aptè huic proposito illa Isidori doctrina accommodari poterit dicentis: *Difficile est peccati consuetudinem vincere: pravus usus vix aboletur, nisi dira consuetudo vitium in naturam convertit. Animus sceleribus astrictus, vix ab eis divelli potest.* Sanctus Augustinus peccatorem obstinatum infirmo lethargo laboranti compara, hunc enim excitare, quantum, quamque diu libuerit, si tamen excitari poterit, semper enim expergefactus ad somnum redibit: vellicate aures, trahite illum per capillos, caput eius movete, alapis cædite faciem eius, semper illum in dormiendo obstinatum invenietis, imò priusquam expergiscatur propriæ mortis sententiæ subscribet: *Hic ita obstinatus est ad dormiendum, ut mori malit quam evigilare: ille adeo est ad peccandum obstirmatus, ut mortem malit incurrere, quam à peccato abstinere.* Amittat licet reputationem & famam in malam fortunam ejus vertantur facultates, de incurabilibus infirmitatibus pereitetur, reprehendatur ab amicis, à religiosis admoneatur, dira ipsi quis commineetur humanæ & divinæ justitiæ supplicia, castigetur à Deo, mortem sibi imminentem & ob oculos positam prospiciat, vana sunt omnia, qui *a mortem mavult subire, quam suos appetitus non explere.*

Augustl. lib 50. hom. 11.

Mendoza t 2. l. Reg. c 8. n 22 fol. 646 col. 2. l. D.

II. Quando mysticus justitiæ Sol in aspero crucis ligno, patibulo illo dolorosissimo ad mortis occasum vergebat, Hebræi in monte Calvariæ præsentes experiri volentes, si vere filius Dei esset, suadebant ei ut de cruce descenderet, sic enim se credituros, eique fideles futuros esse, eum veluti Messiam & Israelis Regem acceptando: *Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei*, scribit Sanctus Matthæus; Et sanctus Marcus pariter, dum ait: *Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus.* O amantissime Salvator eo potissimum fine in hunc mundum venisti, & in hac hora amarissimæ mortis agoniam, & tot alia dirissima supplicia sustines, ut animarum tibi lucrum comparares. tot operatus es prodigiosa miracula, ut mundus, quisnam verè sis, cognosceret, essentque convicti omnes increduli: in hac hora unicum duntaxat miraculum faciendo, de cruce nimirum descendendo, tuum plenariè obtinebis intentum. Hebræus namque firmo fidoque verbo tibi promisit facturum se tibi publicum homagium, teque velut Israelis Regem acclamaturum esse. Quod si igitur in eorum petitionem condescenderis, magnam inde tibi paries existimationem: & si autem non descenderis, Hebræus temerario ausu in incredulitate & malitia sua magis confirmabitur. Quid igitur facies? Num forte anceps & dubius hærebis? Nequaquam, imò resolutissimè statuit eorū se petitioni minimè

Matt. 27.

Marc. 15.

satisfacere velle. Etenim O Auditores, ut verum fatear, valde admiror, quod cum animarum salutem tantâ cum sollicitudine perurserit, hanc Judæorum ultroneam præsentationem neglexerit. Præter missa igitur quâvis aliâ responsione, eam quam Maldonatus assignat, libenter amplector, qui opinatur, quod tametsi Christus miraculum feciſſet descendendo de Cruce, ipsos tamen adeo futuros fuisse obstinatos, ut nequaquam crediturí fuíssent; O Deum immortalem! Ergone possibile est, quodquis videns Christum Crucifixum manus pedesque clavis eximere, atque de cruce descendere, ad credendum tamen induci non possit? Quænam est hæc pertinacia *Christus non ignorabat eorum animos, forte ut visis etiam miraculis non crederent*, inquit Maldonatus Et S Hieronymus huic passui eandem adhibet solutionem dicens: *Fraudulenta est promissio, cùm addit: Et credimus ei: Quid enim plus de cruce adhuc viventem descendere, an de sepulcho mortuum resurgere? Resurrexit & non credidistis; ergo etiamsi de Cruce descenderet, non credieretis* Sunt hi pessimæ pertinaciæ pessimi fructus, videre scilicet effectus, & tamẽ eorum causam negare, ob oculos habere actiones, & causam illarum efficientem non credere. Veruntamen quantò plus ipsi pertinaciter negando obstinati fuerint, tantò ego ad confirmandam illorum perfidam obstinationem ero constantior.

Maldon in c. 4. Luc. fol. 81. C Hieron. in c. 27. Matt ap. D. Tho in cat f. 109. col. 3.

12. Moyses ex capitaneo prædicator effectus est, & merito, quia cùm in utraque professione expertissimus fuerit, de eo in veritate dici potuit: *In utroque Cæsar.* Hic igitur milites suos reprehendendo, divinæ benignitatis recepta beneficia eis exprobavit dicens: *Vos vidistis universa, quæ fecit Dominus in terra Ægypti coram vobis* Quasi diceret: vos divinæ providentiæ effectus, quos in Ægypto in vestrum commodum est operata, negare non potestis; etenim propriis eosdem vidistis oculis, ideoque vobis ipsis tot signorum, quæ Deus hac virga mediante in exterminium tyrannicæ impietatis Pharaonis, & in vestram magnam utilitatem est operatus, oculares testes esse potestis: *Vidistis signa illa portentaque ingentia:* Et tamen (non sine meo rubore & vestra confusione id vobis exprobrare debeo) non habuistis intellectum ad cognoscendum, nec oculos ad videndum, quæ inter vos Deus operatus est signa. *Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes & aures quæ possint audire,* inviti ad credendum fuistis usque *in præsentem diem.* verum enim verò fatebitur paulisper, mihi nam que est animus vos confundere & videre, num possibile sit, ut vestram superare duritiam possim. Nunquid firma adhuc memoria tenetis, quod quando anhela sitiaquam desiderabatis, hac eadem virga durum percutiendo silicem ex ejus frigido sinu dulcis aquæ rivos scaturire fecerim? At verò ô Moysespopulus tuus dormitat, nec te amplius auscultare sustinet, melius proinde erit ut discursum tuũ finias, ego interea ad hos qui libenter me in silentio auscultant, sermonem meum prosequar. Redeo igitur ad vos ô Auditores, volque attentos esse cupio ad observandum nonnullas prodigiosæ virgæ Moysis mirabiles conditiones. *Tulit virgam, quæ erat in conspectu Domini sicut præceperat ei.* affirmant multi Rabini, quod eo tempore, quo Moyses petram virga percussit, flores etiamnum & fructus pependerint ex ea, quos paulò ante tametsi sicca & arida præter naturæ ordinem germinaverat; ita enim loquitur scriptura: *Invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Hac igitur Rabinorum opinione suppositâ, difficultas quædam hic mihi subnascitur, cur Moyses ad eliciendam è silice aquam, virgam adhibere voluerit, adhuc floridam & fructibus onustam? Nimirum, ut videntes Deum effecisse ut virga quædam arida, sicca, & ab arbore præcisa floreret, & fructus produceret, tanto facilius crederent cum efficere posse, ut aqua ex duro silice scaturiens prorumperet: verum ô miram pertinaciam! Miraculum quidem virgæ viderunt, & tamen adeo fuere obstinati, ut aliud aquæ è petra eliciendæ miraculum credere prorsus noluerint, ac proinde Moyses graviter iratus eos reprehendit tanquam incredulos & rebelles. *Audite rebelles & incredeli: Num de petra hac vobis aquam poterimus elicere?* Estque hæc observatio P. Franciſci Mendozæ, qui adversus populi illius perfidiam ita scribit: *Sed quid Hebræi sua perfidiâm pertinaciter adhærebãt, ut de priore miraculo certi, de posteriore dubitarẽt Quæ major esse poterit in perfidiâ obstinatio: Præsens miraculum experti futurum ut impossibile judicabant* Verum nunc

Deut. 24.

ad

ad montem Calvariæ revertamur. Quot miracula Dei filius operatus est, priusquam clavis cruci affigeretur? Viderant illa, nec tamen crediderant, idem prorsus facturi, si de Cruce descendisset: *Visis etiam miraculis non credebant, & si de cruce descenderet, non credidissent.* Proprietas nimirum singularissima obstinati cordis.

13. Deus noster, cujus sapientia est infinita, quique intellectu suo intelligit & comprehendit omne ens intelligibile, sive illud difficile sit, sive facile, sive elatum, sive obscurum, sive necessarium, vel contingens, sive præsens, aut præteritum, sive futurum sit, nihil est difficile; & tamen intelligere nequit, (loquor juxta nostram capacitatem) qua ratione possibile in malo obstinatus esse possit? Ergò impossibile est, inquit præ admiratione attonitus eos Jeremiæ] quod si quis in foveam scorpionum aliquod cadat, inde non queat reflexere? vel quod is qui diabolo instigante, & per humana fragilitate dorsum mihi dederit, atque à me summo bono suo exegerit, statum suum non recognoscat, nunquæ errorem emendans tandem corde contritus ad creatorem suum sese convertat? Videt quod mundus blanditiis eos decipiat, & tamen dæmonem eos fallacium voluptatum vitio decipientem confidentes sequuntur. *Hæc dicit Dominus, nunquid qui cadit, non resurget. Et qui aversus est, non revertetur? Quare aversus est populus iste aversione contentiosa? Obstinuerunt mendacium & noluerunt reverti.* Profunde verissimum est, quod instar dæmonis à malo semel electo esse videantur inflexibiles, & *nolint reverti.* Imò dæmone pejores & inflexibiliores sunt. Pellebat Christus dæmones è corporibus humanis: qui egrediendo ipsi acclamabant, eumque confitebantur esse verum Dei Filium: *Exibant dæmonia à multis clamantia & dicentia, quia tu es Filius Dei.* Hebræus autem eadem in re dæmone longè inflexibilior & obstinatior erat. Unde sanctus Ambrosius admirans exclamat: *Populus negat, quem dæmones confitentur. O pejor Magistro discipulorum hæreditas.* Enim verò quod hic de Hebræo dicitur, de Christiano dici cristinate debetis, licet in diverso peccatorum genere. Verum nondum me sufficienter explicavi, audite quid longe majus Jeroboam Rex idola quædam in templo Altari superimposuerat, quibus ipsemet Sacerdotis officio functus incensa offerebat: honorem Deo debitum impiè eidem adimebat, & tribuebat idolis, ac denique sacris se ingerebat officiis conditioni suæ minimè convenientibus: Deus igitur Prophetam quendam ad eum ablegat, ut in Bethel se recipiens temeritatem ejus acriter reprehendat, qui Rege coram Altari consistente cum thuribulo, ad eum venit & elata voce exclamavit: *Altare, altare,* Rex autem conversus, & graviter Prophetæ indignatus, dexterâ ministris suis, ut eum in carcerem mitterent, annuit: *Et exaruit manus ejus*: quam arefactam ad se denuò retrahere minimè potuit: eodemque tempore Altare confractum corruit. Circa hunc Scripturæ locum duæ institui possunt considerationes; prima est, quod Propheta se timidum & inertem demonstrare videatur; cùm enim ab ipso Jeroboam reprehendendus esset, ipse ad Altare se convertit, quod omnis expers est culpæ, & verbis suis idipsum confingit in partes. Secunda, Rex videt duo in conspectu suo patrari prodigia, unum circa dexteram suam, quæ subitò arefiebat, alterum circa Altare, quod verbis findebatur, nec tamen ab errore movetur, nec noxias sibi mutat cogitationes: Videt insuper dexteram sibi cælitus interventu precum Prophetæ restitui, nec tamen emendatur, imò ut Modernus quidam refert, *Obstinatior quàm antea semper usque ad mortem in peccatis permansit.* Valde etenim hic obstupesco, dū lapides minus corde hujus Regis duros esse conspicio, illi enim rumpuntur, hoc autem induratur: lapides Altaris instar cordium mollescunt; cor verò Jeroboam velut lapis indurescit. Cæterum quod ad primum punctum attinet, quod scilicet Propheta lapides, non verò Regem allocutus fuerit, prudenter in hoc se gessit: utpote qui prævidebat, quod verba ad ipsum permovendum pronuntiata, vento infallibiliter tradenda essent, utpote qui *Ipsis lapidibus durior, ipsis marmoribus pertinacior, erat.* Quantū verò ad secundum eadem prorsus militat ratio, scilicet, quia obstinatus erat: nam per miracula reddebatur perversior, per prodigia pertinacior, adeò ut in malo ipsis esset lapidibus durior: *Erat lapide ipso insensibilior,* inquit Chrysostomus. Hæc enim est omnium obstinatorum propria indoles, quod per beneficia indurescant, Deus

Laurent. de Aventa? in sapient. Salom. cap. 19. num. 1. hom. 109. fol. 965. num. ibid. col. 2. lit. D

Idem ibid.

Chrysost. hom. 3. in

quidem omnis generis stratagemata exhibet quæ invenire potest misericordia pariter & justitia ejus & per vicissitudinem nunc pietate utitur, nunc rigore, sed irrito prorsus effectu: quid enim juvat quod in incude divinæ providentiæ specimina excudantur præmiorum gloriæ ad obstinatum alliciendum, si is illa constanter respuat? aut quid proderit ostendere ei infernum apertum ad videndum sibi præparata supplicia, si ea nequicquam formidet? O malitia inaudita! Talibus nec promissiones prosunt, nec minæ eos terrent, nec beneficia, nec supplicia quicquam efficiunt; unde Chrysostomus oculis inconsolabiliter lachrymantibus dolet, dum ait: *Doleo, & lugeo, quia video in vobis tantam virtutis rarietatem, malitiam autem quotidie in valescere. Neque moratur gehenna timor nostrum in mala cursum, neque regni desiderium adhortans sufficit ut in via virtutis ambulemus.* Unde obstarus stultum illum amantem imitari videtur, qui magnitudinem affectus, quo alterum prosequebatur, exprimere volens, Emblematis loco in chartâ quadam depinxit ramum fœniculi & viperam, nulla eidem adjuncta epigraphe, eò quod emblema ob sui ingenium per semetipsum loqui videretur, & dicere: Duo hæc corpora emblema hoc componentia simul conjungite, & per easdem literas & syllabas dicite *fino ch'io vipera*, quæ syllabæ in duas dictiones collectæ significant, italice *fino ehio*, quod latinè est *fœniculus*, & vipera, quasi italicè diceret: Nunquam te amare cessabo, sive ob distantiam situs, sive ob fortunæ adversitatem, quin potius te amabo, id est, donec per mortem desiero. Eja ô peccator dic sodes, quamdiu in peccato, quod animæ tuæ damnationem accersit, subsistes? Quando tandem permoveberis ad instituendum quoddam conscientiæ examen in ordine ad veram confessionem faciendam: nunquid te morti proximum esse vides? quæ, quando, ubi & quomodo te invasura sit, ignoras. Et tamen citius tibi fortassè eveniet, quàm imaginari possis, atque ideo quamdiu in sceleribus tuis pertinax eris? Eheu! infœlix homo. Videor mihi te respondentem audire fino ch'io vipera, id est, donec moriar. Ergone bonum aliquod æternum perdere nihil curabis? Ergo non terreberis considerando, quod ad pœnas infernales sis damnandus? Nec apprehendes malum omnium malorum maximum scilicet, quod in continua Dei ira & indignatione vivas? Nihili hæc omnia facio, sic esse volo: quid mihi cum Deo intercedit, quid mea interest de paradiso, vel de inferno curare? O Scelerate! Ergone huc usque rua pervenit perfidia, ut hæc omnia nihili facias? Sile O bestia: os illud inferni occlude O Sacrilege Atheista. Si mori vis obstinatus in culpa, eveniet tibi haud dubiè, quod Christus, qui ipsissima infallibilis veritas est, tibi in hodierno Evangelio auguratur, imò comminatur dicendo: *In peccato vestro moriemini* Porro quis quis obstinatus est, non solum non removetur à malo, quin etiam non movetur ad bonum Vos igitur curate, ut operei pso vos tales non esse probetis, debitam erga pauperes misericordiam exhibendo.

Idem hom 24. in Gen.

PARS SECUNDA.

14. *Quò ego vado, vos non potestis venire.* Multæ huic passui à Sacris Scriptoribus adhibentur expositiones. Origenes ita interpretatur: Origen. in Catena D. Thom. ibi fo 174. l. D. *Cum aliquis in suo peccato moritur: quò vadit IESVS, non potest ire, nullus enim mortuus potest sequi IESVM.* Cardinalis Toletus ait ibidem in com. fol. 743 *Longè dissimilis est terminus meus ad quem vado, ab eo qui vos expectat.* Dionisius Carthusianus sic dicit ibidem articulo 22. fol. 299. l D *Peccata enim vestra seperant inter DEVM & vos, & ipsa prohibent bonum à vobis* Sanctus Joannes Chrysostomus sic explicat: in cap. 8. Joannis homilia 52. fol. 199, *Non posse, hoc in loco, non velle est. Quare autem non potestis? Quia desiderio patris vestri vultis facere* Denique Sanctus Cyrillus hanc adhibet paraphrasin: Ibidem lib. 5. cap. 22. f. 285. l. D. *Ad vitam enim propero sempiternam, vos autem ad æternum mortis horrorem, quæ blatam vitam vestrâ pervicaciâ rejiciatis* Alias adducere possem responsiones quas tamen brevitatis causa prætereo, & unicam tantum adducam, quæ in loco quodam Evangelii Sancti Matthæi continetur, quam velim cum patientia & attentione auscultetis. Ingemitus Dei Filius in vertice montis cujusdam velut è pulpito magno cum fervore prædicaverat, fini-

dicito autem sermone unà eum auscultanti-
bus eum turbis descendebat, cumque vix in
vallis planitiem venisset, leprosus quidam co-
ram eo adducitur, de quo Matthæus scribit:
Ecce leprosus veniens adorabat eum dicens: Do-
mine si vis potes me mundare. Enimverò si
hic leprosus adeo vehementer à lepra curari de
siderabat, prout facilè cuivis est credere: cur
expectat donec Christus descendat, & non po-
tius, ut facere eum conveniebat, montem as-
cendendo Christo obviam processit? Sanctus
Joannes Chrysostomus dignam hujus quæstio-
nis affert resolutionem: *Quia lepra eras gra-
vium, & peccatorum bajulans pondus, sursum
ascendere non valebat.* Quasi dicoret, ideo ei
solum videbatur esse ad montis usque
verticem ascendere, quia grave peccati pon-
dus, quod in lepra figuratur, secum por-
tabat. Et ob eandem rationem Redemptor
noster Hebræis dicebat: *Quo ego vado, vos non
potestis venire.* q. d. Post mortem vestris ma-
nibus paulò post inferendam ad Cœlum
ibo: vos autem, qui peccato aggravati estis,
eò me minimè poteritis: *sursum ascendere
non valebitis*: Quia peccatum est onus gravis-
simum.

11. Universus angelorum exercitus in con-
spectu divinæ majestatis congregatus fuit: *Ve-
nerunt Filii Dei, ut assisterent coram Domino;*
venit temerarius & præsumptuosus sathanas
more solito se immiscuit: *Adfuit inter
eos etiam satan*; Et tametsi in angulo
quidam malitia plenus absconditus lateret,
Dominum confestim illum vidit, & ad se
accersitum interrogavit, quo ex loco veniret:
Circuivi terram? Ipse autem quantumvis audax
& temerarius, attamen coram tribunali sum-
mi Dei constitutum se videns, tremebundus
respondit: *Circuivi terram, & perambulavi
eam*, animum ut cunctos hominum gressus &
actus considerarem. Observate hic, obsecro,
modum loquendi satanæ; dicit enim: *Peram-
bulavi*, quod propriè significat, cautim, pau-
latim, & gradatim ire: *Segnem, & non celo-
rem motum significat.* Itane: dæmon adeo in
progrediendo est tardus? Ita non, inquam,
qui velocior est avibus & ventis, qui in uno
ictu oculi ab oriente in occasum transferre se
potest, quia corpus non habet, nec medium
quod illi resistat. Quænam est hujus tardi-
tatis causa? Num forte credimus eum adeo
lentè processisse ob gravitatem? videamus, nū
aliquam ex Sancti Pauli doctrina hujus ha-
bere valeamus rationem. Hic enim Apo-
stolus in epistola quam ad Hebræos exa-
ravit, exhortatur eosdem, ut ab omni pec-
catorum genere abstineant, hisce verbis: *Ideo-* *Hebr. 12.*
*que, & nos tantam habentes impositam nubem
testium, deponentes omne pondus, & circumstans
nos peccatum.* Et paulò post subjungit: *Per
patientiam curramus ad propositum nobis certa-
men.* Quasi dicere vellet: Si veloc ter curre-
re volumus, necessum est ab omni ut nos pec-
cati pondere exoneremus. Unde Cajetanus
Ibidem folio 404. capite primo. *Deponenda
sunt primum pondera, quoniam impedirent cursū.*
Advertendum est autem, quod peccatum om-
ne pondus appellet, quasi quidquid ponderis
in universo mundo reperitur, in solo peccato
contineatur, illudque in se habeat omnium
ponderum onera: Divus Thomas ap. Labat.
tertio verb. peccatum prop. secunda. *Peccatum
meritò appellatur omne pondus* [inquit Angeli-
cus Doctor] *quasi nullum aliud pondus ponde-
ris nomine dignum sit.* Quid mirum igitur,
si dæmon non instar venti perniciter volet, sed
gradatim, & sensim ambulet? Ipse etenim
gravissimum peccati sui pondus ubique cir-
cumfert. Unde Gregorius: *Cum se peram-* *Greg. in c.*
bulasse insinuat, quanto peccati pondere in imis *2. Iob li. 2.*
prematur, demonstrat. *c. 4 f 5. co.*
4. l M.

16. Sancto Joanni Evangelistæ horror il-
le & tremor revelatus fuit, quam impii habi-
turi sunt in die judicii, dum se in conspe-
ctu cœlestis Judicis graviter eis indignantis
positos esse videbunt; hic namque tam ingens
futurus est, ut immensos montes, &
gravissima petrarum pondera rogaturi sint ut
ut super eos collapsa illos contegant: Apoc.
6. *Dicunt montibus & petris, cadite super nos,* *D. Tho. in*
& abscondite nos à facie sedentis super thronum. *c. 6 Apoc.*
Scio equidem quod Sanctus Thomas Doctor *fol. 172.*
Angelicus per hosce montes & petras An-
gelos intelligat, qui sunt *per gloriam excelsi*,
& petra per internam constantiam dicuntur,
illos namque impii invocabunt, sperantes
se in communibus afflictionibus à pietate ipso-
rum aliquod recepturos esse subsidium. Sed
hic

hîc sensus mysticus est; literaliter hunc passum exponamus: Quâigitur ratione possibile erit, quod peccatores petras & montes sibi incumbentes sustinere possint? Num fortè Cyclopes sunt vel Atlantes? Non est hæc illius Ratio. sed pondus peccati, quod hactenus portarunt, adeo grave est, ut patræ paleæ, montes plumæ respectu illorum esse videantur. Deus justus Judex adversus maledicas linguas filiorum Eliab. Dathan, & Abiron gravissimè indignatus est, sed audite mirum quo illos mulctavit, supplicium: hi namque simul cum familia suain foribus tabernaculi sui consistebant; cum ecce terra ex improviso sub pedibus eorum dehiscens eos absorpsit demergendos in abyssum: *Derupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum devoravit eos cum tabernaculis suis, & universa substantia eorum.* Postea verò sacer rextus subjungit: *Descenderunt vivi in infernum.* Etenim quod deorsum & in profundum præcipitati sint, nil mirum esse videtur; at verò valde mirandum est, quod in profundum abysi sinum vivi pervenerint: norum est enim, quod si quis ex altissima turri decidat, priusquam in terram veniat, in aëre suffocaus moriatur, & hi ex altitudine quadam adeo magna, quanta est distantia à superficie usque ad centrum terræ, delabuntur, nec tamen moriuntur; Quin potius in profundo inferni etiamnum vivi reperiuntur? *Descenderunt vivi in infernum* Manifestum est quod *omne grave tendit deorsum*, & quanto gravitas major est tanto cursus aut lapsus velocior est & rapidior; pondus autem peccati adeo grave erat, ut tanta cum velocitate in profundum deciderint, ut ne quidem mors ad vitam iis auferendam eos assequi potuerit? ac proinde *descenderunt vivi in infernum.* Undefaciè à posteriori arguere licet ingentem peccat gravitatem. Undenon immeritò Salvator peccatoribus infidelitate aggravatis dicebat: *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Veram è profundo inferni ad sublimia cœli non elevemus.

Num.16.

17. Lucifer horrendo superbiæ peccato se contaminar, fitque suo Principi, qui eum creaverat, refractarius & rebellis dicens: *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti similis ero altissimo.* Sed quanam pœna Deus in hunc intolerabilem sathanæ fastum animadvertit? Princeps actus est in infernum: *Verumtamen in infernum detraheris in profundum laci* Veruntamen non immeritò quærat aliquis: Cur Deus Luciferum non punierit in cœlis, sed in infernum puniendum detraxerit. Legum decreta statuunt, ut delinquens in loco commissi delicti puniatur: justum itaque erat, ut quia cœlo deliquerat, in cœlo puniretur, maximè cum sicut fieri potest, ut anima paradiso fruatur in inferno, ita quoque fieri potuisset, ut Lucifer infernum haberet in Cœlis: Cur igitur in abyssum præcipitatus à Deo fuit? Do. ctè ad id respondet Ribera, Luciferum pro peccatum suum onus quoddam adeo grave habuisse, ut nec Cœsum illud sustinere potuerit, quantumvis sit incorruptibilis & inalterabilis temperamenti. *Solidissimum est Cælum & quasi arefusum sed ita peccato Angelorum gravatum est, ut ferre nequiverit: Simulque ut peccaverunt, quasi magno pondere addito, in Tartarum se rapti sunt.* Jonas Dei transgredimur præceptum, dum in Niniven pœnitentiam prædicaturus abire tenuit: Navim ingreditur, & in Tharsis fugam inire molitur, gradis quædam exoritur in mari tempestas, ita ut navis, qua Jonas vehebatur, in continuo esset naufragii periculo: nauclerì quidem omnes è navi merces ad illam allevandam ejiciunt, veruntamen navis semper magis magisque pondere aggravari videbatur, adeò ut post amissam mercimoniorum suorum substantiam navis securitati nihilominus consulere non possent, Tandem verò experientia docuit [si Chrysostomo credimus] periculum hoc suam à peccato Jonæ trahere originem: hoc enim adeò ingenti pondere navim premebat, ut ligna eius quantumvis solida & fortia illud sustinere non valentia necessariò cedere, & omnes navi rectos in mare submergere cogerentur; *Nauta nondum agnita causa naufragii, navim aliquantulum rerum ejectitiæ sublevare arbitrabantur, & nihilominus navigium turbatur: apud se quippe sarcinam periculoplenam retinebat, & magis magisque Propheta corpore gravabatur, non corporis pondere, sed peccati: nihil enim aquè grave & onerosum inveniet quam peccatum.* Et quam existimatis causam fuisse, cur navis Apostolorũ, in qua ipsemet Dei filius erat, in continuo periculo fuerit, ne operiretur fluctibus navim fusque deque vertere molientibus? Fortè quis cum Paschasio respondebit, tẽ-

Isa.14.

pestatem hanc opus diabolicum fuisse; *Fortasse*

tassi dominus concitaverunt ventos adversus eos, & moverunt fluctus, ne transmitterent freto ad suos, ut vincerent Judæi. Aut inquit S. Pater, dici possit, tempestatem hanc non fuisse turbationem maris, sed potius signum lætitiæ, qua aquæ gestiebant, eò quod dorso suo suum Factorem portarent: *Legi quendam Doctorem dixisse, quod mare exiliens præ gaudio sui adventum Creatoris ferre quiverit, & hinc esse non quod tempestate furerit aurarum, sed lætitia motus.* Vel cum Theophylacto, quod mare fluctuaverit ob terrorem, quo fuit correptum: *Vbi primum mare agnovit se Dominum recepisse se sentiens insignem ad sustinendam tantam majestatem, statim ut turbus contremiscit: aquarum voragines ut videlicet ad cursu fugiunt: ima maris commoventur, & pisces magno terrore corripiuntur.* Quicquid de hisce exposit. onibus, quas plurimi probo, multos tamen esse scio, qui navis tempestatem à gravedine peccati Judæ profluentem derivant. *Adeo grave & ponderosum est peccatum, ut fides quæ potest montes transferre, hic onus animi Judæ nequitiam non sufficiat ad cōmovendam navem quin ad imaperat, & alternantium undarum vultus profundum attingat.* S. Petrus cum tanta levitate mari inambulabat quasi terra arboris decidens folium fuisset; mox tamen levis diffidentiæ cogitatio corripuit, timoreque submergeretur, suiq; Magistri auxilium clamitandum non sufficeret, adeo se aggravatum sensit, ut nisi Christus ei auxiliatus fuisset, in profundum maris utique fuisset, descendisset. *Petrus qui ante levis, pendulo gressu calcabat undas, postquam infidelitate aggravatus, mergebatur à fluctibus, manu Domini sublevatur.* Ægyptii persequebantur Hebræos, ad mare rubrum usque venientes fœlicèr illud, pedibus quoties transierunt; Ægyptii autem Hebræorum semitas consectari volentes à congregatis aquarum procellis omnes submersi fuere. Verum observandus est delicatus loquendimodus sacræ scripturæ, dicit enim sacer textus: *Descenderunt in profundum quasi lapis, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.* Postquam verò mortui fuere Ægyptii, Israelitæ terrorum ad littus redeuntes viderunt cadavera super aquas natantia ab undisad littoris margines esse proiecta: *Viderunt AEgyptios mortuos super littus maris.* Mirares! vivi merguntur in profundum, mortui verò inde emergentes aquarum superficiei innatant. Di-

cite, sodes utrius pondus majus sit, vivi an mortui? sine dubio, vel æqualiter ponderabunt, aut mortuus vivum in pondere excedit; Et nihilominus omnino hic videtur contrarium; non tamen id mirum est, quia vivi ob noxii erant ponderi peccati; ac proinde *descenderunt quasi lapis & quasi plumbum*: at verò quando Israelitæ *Viderunt AEgyptios super littus maris*, jam à pondere peccati exonerati erant. Est hic conceptus Sancti Hieronymi dicentis: *AEgyptii mortui solis armis graves erant, vivi autem erant peccatores graves, peccatorum autem pondera multò graviora sunt, quam pondera armorum.* *D Hieron.*

18. David omnes creaturas ad laudandum Deum, agendasque ob recepta beneficia gratias interpellat, Angelos, Solem, Lunam, Stellas, aquas, dracones, abyssos, ignem, grandines, nives, montes, colles, arbores, pecora, serpentes, Reges, Invenes, Virgines, & terram; in omnitamen creaturarum serie non invenio, quod ad laudandum Deum invitentur peccatores: Nunquid & hi creaturæ Dei existunt? Nunquid obstricti sunt Deo, ut pro acceptis beneficiis gratias agant? Sed quid profuisset, illis si unàcum cæteris fuissent invitati, quando peccator ut peccator se movere non potest; *Quid enim mirabile est*, inquit Chrysostomus, *si bestiæ, pecora, serpentes, & volucres pennatæ ad laudandum Deum sunt convocatæ? solus peccator non vocatur, quia propter gravitatem peccati in profundo inferni residet.* Bene igitur Salvator dicebat: *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Ipse enim in cælos abibat, hi verò ob peccatorum suorum ponderositatem trahuntur in infernum. Quod si igitur peccatis in anima vestra locum cesseritis, eundem in vobis operabitur effectum: nam *tale ubicunque ponatur semper erit tale.* Si vixeritis in peccato, *in peccato vestro moriemini*: Siquidem mala vita mater est pessimæ mortis. Credetis ipsum ubi aliquando experti fueritis, nec superierit medendi locus vel tempus. Quod à vobis avertat clemens Deus. *Psal 148.* *Chrysost.*

***

SERMO XII.

IN FERIAM III.

DOMINICÆ II.

QVADRAGESIMÆ.

Super Cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisæi.
Matth 26.

METAPHYSICI cujusdam difficultatis ad ipsorum jurisdictionem spectantis anatomiam quandam omni cum solicitudine instituunt, ut in eius viscеribus invenire possint, quam scire desiderant, veritatem, omnem namque adhibent diligentiam, ut cuivis ambiguæ menti clarum & perspicuum fiat, cuinam debeatur entis perfectioris præeminentia, an concreto, an verò abstracto; ab hoc autem certamine excluduntur ea, quæ realiter cum Deo identificata in immenso divinæ essentiæ theatro relucent. Unde in Theologicatum academiarum tribunalibus per authenticam SS. Patrum, melliflui Bernardi & Magni Dionysii Areopagitæ, nec non omnium aliorum Scholasticorum: hæc stabilita fuit decisio, quod singula per se in imperfectionis æquilibrio posita paria sint, nec omnia simul perfectiora sint quam unum solum, nec unum solum minus omnibus aliis sit perfectum unde sequitur quod *Bonus in divinis non est aliud à bonitate, neque sapiens à sapientia*, ut idem sit dicere; Deus *est sapiens, & bonus*, ac si diceretur Deus *est sapientia, & bonitas*. At verò, si entia cœlestium sphærarum convexum non transcendentia, sed intra esse naturalis concavum vel circumferentiam comprehensa in æstimationis lancem ponantur, sine ulla intellectus discrepantia assignari inter illa potest perfectionis superioritas. Siquidem à sapientibus sententia in præjudicium concreti deciditur, ita ut causa sua cadat ex hoc solo fundamento, quia *communicat in materia*, à qua haud secus ac gemma in lutum lapsa vilescere censetur; alteri verò scilicet abstracto Metaphysici per favorabilem sententiam subveniunt ei tanquam perfectiori applaudentes; eò vel maximè, *quia abstrahit à materia sensibili*. Quis enim nescit, tantò aurum esse syncerius, quantò à terra magis est expurgatum: argentum esse pretiosius purificatum à scoriæ fæcibus: odores sublimiores à materiali florum grossitie sublimatos? siquidem etiam alchimicis per sublimationem matalla deprehenduntur. Cùm igitur abstractio à materia augeat valorem entis, & unio ejusdem cum eadem argumentum sit majoris vilitatis: quomodo Sacerdos Evangelicus esse poterit perfectus, si veluti ens *quoddam concretum* semper sit permixtus cum sæculo, involutus rebus parentum & cognatorum, & negotiis terrenis totaliter occupatus? utique talis nequicquam dissimilis erit scribis & Pharisæis, qui *non fleterunt, sed sederunt super cathedram Moysis, veluti terrena mole gravati*, ut explicat Doctus Pomferradiensis; At verò si ad modum *entis abstracti* alienus fuerit ab omni affectu sæculi, & à parentibus divulsus, juxta mona-

D. Bernard Dio Carth.

monitum erudit: Elcobar *Renuntiando sæculo, Christo omnibus secularibus, stabit*, eumque proinde secum esse jubeo, quod per gradus virtutum & meriti tandem ad summum Ecclesiasticæ perfectionis verticem sit ascensurus. Ac proinde Salvator in hodierno Evangelio Sacerdotes exhortatur, ut sint abstracti & remoti sæculo, nec jam amplius patrum aliquem in terris recognoscant, multò minus alios patentes & cognatos: *Nolite vocare vobis patrem super terram.* Punctum istud maximæ est accessitatis & consequentiæ in Sacerdote, ac proinde firmiter ab eodem observandum: sic enim in eo dignitatis suæ excellentia multò clarius elucebit, & sæculum illi, cui quanto gradu debetur, honorem promptius exhibebit, in hoc igitur argumento præsentem versabit discursus: Vos interim ô Reverendi Sacerdotes ab omni mundano objectionis vestræ distorquete, mentisque vestræ abstractam ad meæ malæ contemplationis concretum debita cum attentione applicate.

1. *Nolite vobis vocare patrem super terram.* Non Deus, qui parentes adeo serio honorari præcepit, nunc omnino contrarium mandare videtur, præcipuè Sacerdotibus, dum impossibile, ne eos recognoscant; sed possemne hic facere absque aliqua ingratitudinis nota? Sanctus Paulus Apostolus ad Hebræos istiusmodi Sanctus Paulus Apostolus ad Hebræos istidem irreprehensibilem Magni sacerdotis Melchisedech vitam imitandam proponit, dicens: Scitote eum fuisse sine patre & sine matre, & sine genealogia, cujus dies non habuêre principium, nec vita finem. *Melchisedech sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens assimilatus est filio* DEI. Multa hic in vento difficultima puncta ponderatione dignissima. Primum est, quòd dicatur Melchisedech non habuisse patrem, nec matrem, nec genealogiam, id quod de nemine verificatur, præterquam de Adamo & Eva, quorum unus ex terra formatus fuit, alia vero ex costâ Adami. Nec dici potest Melchisedechum suum esse à semetipso habuisse, quia solus DEUS est à se. Ad hæc nemo generat, vel producit seipsum, omnis autem res generata a suo generante & producente necessariò distinguitur. Præterea si fuit Filius, necessariò dicendum est, quod patrem & matrem habuerit, ad quos dicat relationem: *Relativa* autem ut docet Philosophus, *Sunt simul natura, tempore & cognitione.* Secundò insinuat Apostolus, quod ex quo non habuit principium, nec finem, nec genealogiam, nec genitores, DEI Filio similis fuerit: *Assimulatus est filio DEI*, id quod etiam Melchisedecho minime convenire videtur: Si enim Christum præcisè ut Filium DEI consideremus, & quo ad generationem æternam, sic genitus est a patre sine matre *Ex utero ante luciferum genui te*, ut homo autem ex matre natcitur sine patre. Obstupesco igitur, & causam imaginari mihi non possum, cur Sanctus Paulus hæc verba è calamo suo emanare permiserit dicendo, Melchisadechum fuisse filio DEI similem, ut pace qui non habuit patrem in terra, nec matrem in cælo: cum tamen ex scripturis authenticis deducatur, patrem ejus Heraclem; matrem vero Asteriam fuisse; Prætereo hic expositionem Sacrosancti Ambrosii, Anselmi. Theophylacti, Cajetani, & aliorum & ut aliquam proposito meo opportunam hujusce difficultatis explicationem habere possim, aliam vobis adducam difficultatem ex Evangelio Sancti Joannis deductam.

Aristot.

Psal. 109

Epiph. hæres 55. Ambrsbi. f. 83, co. 3. D. Anjel. f. 80. ibi. Theoph. 397, c. 2. Cajet. ibi. f. 388. c. 3.

3. Hic igitur Sacer Evangelista refert, quod dum in nuptiis in Cana Galilææ vinum defecisset, ne ex hoc defectu nuptiis illis aliquod irrogaretur confusionis incommodum, MARIA Virgo filium suum JESUM, ut huic defectui prospiceret, rogavit, dicens: *Fili vinum non habent.* Dominus autem auditis, MARIÆ Matris suæ precibus eidem respondit: *Quid mihi & tibi est mulier?* vel ut legit Sanctus Gregorius: *Quid mihi tecum est mulier?* q. d. Quid mihi tecum ô mulier intercedit negotii? Verùm ô Domine quis hunc tuum respondendi modum non obstupescat: Nunquid hæc est Mater tua, quæ te peperit? Proprio igitur matris nomine illam appellato, non verò mulierem dicito, quod nomen instabilitatem significat. Difficultas hæc vel ex eo magis augetur, quod Christus in cruce pendens, suamque matrem afflictam & desolatam videns, ejus dolores mitigaturus dilectum suum Joannem ei in filium consignavit.

Ioan. 2.

Gregor.

Ioan.19. narit, dicens: *Mulier ecce filius tuus*, ubi iterum matrem mulieris nomine compellat? cujus causa difficulter intelligitur. An non ô mi Redemptor vides te per hoc Catholicæ fidei nostræ inimicis occasionem dare te reprehendendi, quasi debitum Matri honorem abnueris, aut eam in matrem non agnoveris, ac proinde Valentiniani & Manichæi non erubuerunt asserere, ut referunt Origenes, Dionysius Carthusianus, & S. Pater Augustinus, quod Christus non fuerit verus filius MARIÆ, sed corpus potius phantasticum assumpserit. Adhuc fortius stringo argumentum, siquidem in multis aliis casibus MARIA dicta est Mater JESU Christi: *Cum esset desponsata Mater* IESV. De magis refert S. Matthæus, *Matth.1. Matth 2.* quod *invenerunt puerem cum* MARIA *Matre ejus*; Et in nuptiis supra citatis S. Joannes Matris titulum MARIÆ sæpius tribuit: *Et erat Mater* JESV ibi? *Dicit Mater* IESV *ad eum, Dicit Mater ejus ministris.* Agedum igitur: Cur Christus in hisce duobus tantum casibus nuptiarum, & Crucis, eam non appellat proprio nomine Matris? Nolo vos ô Auditores diutius tenere suspensos; audite igitur resolutionem. Sanctus Irenæus dicit, Christum *D. Iren l. 3. c. 18.* in nuptiis se habuisse per modum Sacerdotis, si non transsubstantiando, ad minus saltem mutando aquam in vinum, id quod figura quædam fuit Sanctissimi Sacramenti altaris. Similiter in Cruce *gerebat vicem Sacerdotis*, offerendo sui ipsius sacrificium æterno Patri pro peccatis totius mundi. Ac proinde demonstrare voluit, quod Sacerdos esse debeat *ens aliquod abstractum* à materia, id est, separatum ab omni affectu sæculi, consanguinitatis, denique ipsorummet parentum, debeatque esse totaliter spiritualizatus & sublimatus in DEUM: *Sylveira t 2 li. 4. c. 1. ol. 18.* *Omnem hic carnis propensionem voluit dissimulare, docens nos, quod in muneru nostri operibus, Ecclesiasticisque ministeriis, omnis affectus carnis sit excludendus: consequenter ergo Virginem, non Matrem, sed Mulierem appellat, nã carnis affectum nomen Matris indicabat, quem nomen Mulieris occultabat: in DEI enim negotiis omnis carnalis propinquitas, etiam nomine tenus amputanda*, ait quidam Modernus. Non est credibile Melchisedechum nõ habuisse patrem, nec matrem, nec genealogiam, sed quia Sacerdos erat, ut perfectus esset, vel *ens quoddam abstractum* à patre, matre, & parentibus se exhibere debebat, haud secus ac si illos non haberet, vel nunquam habuisset, ut non tam ipsorum, quam solius DEI servitio dedicatus esse videretur, *ut videretur absque illis fuisse tanquam è coelo delapsus*, inquit Pater Joannes Antonius de Abula. Ejusdem quoque opinionis fuit Pater Sylveira Carmelitanus, dicens: *Quia tunc nullius consanguinitatis affectus in eo introspiciebatur.*

4. Præceptum illud quo DEUS Abrahamum, ut e patrio solo suo discedens parentes, paternamque domum deseret, obstrinxit, semper velut mysteriis refertissimum suspexit: Dicit enim *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui*, atque ut eum ad id præstandum promptiorem redderet, insuper promisit, quod introductus eum esset, in terram alienam quidem & peregrinam, fructiferam tamen optimam, omnique bono refertam? *& veni in terram quam monstrabo tibi.* Enim vero causam transitus hujus ex una regione in aliam scire percuperem: Num forte ideo è patria sua migrare debuit, quia scilicet aliqua inter ipsum & parentes ejus intercessit discordia? an vero delicti alicujus reus extitit, cujus causa à patria exulare ipsi necesse fuit? Sanctus Ambrosius emigrationis hujus causam retigisse videtur, cùm ait: *Abraha dictum est, Exi de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui: sed forte dicas. Levita non erat*, quorum licet stirps Sacerdotalis est. Id quidem verum esse fateor, sed tamen *habebat in lumbis suum Levim*, ut scribit Apostolus ad Hebræos. Verum enim vero adhuc quænam fuerit intentio DEI præcipientis Abrahæ, ut supra dictum est, eò quod in lumbis suis Levitarum stirpem contineret, penetrare non valeo, nisi forte ex politicâ Aristotelis deducatur, quod filii patri similes nascantur, ordinariè enim ita solet fieri. *Filii imitantur parentes ut plurimum & parentes transfundunt in filios proprietates, & passiones, mores, ingenia, vitia, & virtutes: nam ex iracundi, parentibus iracundi filii, & ex mansuetis mansueti, ex ingeniosis ingeniosi, ex rusticis rustici, ex eloquentibus eloquentes nascuntur*, inquit Beatus noster Archiepiscopus Valentinus. Ecce tibi nunc manifestam

festatam Dei nostri intentionem. Vult enim Abraham patriam, parentes & domum paternam deserere, ut filii sui, & è lumbis suis descendentes Levitæ, & sacerdotes assuescant affectum suum abstrahere & separare à sæculo, parentibus & domo paternâ, si in perfectionis statu vivere, Deoque grati esse velint: *Exeundum est de terra nostra* [inquit Rabanus Maurus Archiepiscopus Moguntinus] *id est, de facultatibus mundi hujus, opibus terrenis, & de cognatione nostra, id est, de conversatione, moribus, vitiisque prioribus, quæ nobis à nostra nativitate cohærentia, velut affinitate quadam & consanguinitate conjuncta sunt, sive domo patris nostri, id est, omni memoria mundi, ut ei renuntiantes possimus in populos Dei dilatari, & terram viventium repromissionis, cum tempus advenerit introire.*

Rabanus lib. 2. in Gen. fol. 141.

3. Nescio an aliquando observaveritis, qualiter Scriptura Sacra de sancto Petro in aliquibus locis diversimode loquatur: nonnunquam eum vocat fratrem sancti Andreæ sic quando piscabantur *Vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus*; Et sanctus Matthæus omnium Apostolorum nomina recensens hunc ordinem observat: *Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc, Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater ejus* Eodem modo loquitur etiam S. Joannes, cùm ait: *Erat Andreas frater Simonis Petri.* Quando Christus ingens illud patravit miraculũ, quinque panibus & duobus piscibus pascendo quinque millia hominum, Evangelista sanctum Andream loquentem introducit tanquam fratrem Simonis Petri: *Dicit ei unus ex discipulis Andreas frater Simonis Petri.* At verò deinceps in Actis Apostolorum, & in aliis locis post mortem & resurrectionem Christi nunquam invenio sanctum Petrum in societate sancti Andreæ nominari, tanquam fratrem ejus, unde sanctus Lucas referens qualiter cœnaculum ingressi fuerint pro electione alterius Apostoli in locum Judæ succedentis, dicit: *Ascenderunt ubi manebant Petrus, & Joannes &c.* Et paulò pòst: *Exsurgens Petrus in medio fratrum, id est, Discipulorum*, ut interpretatur Cajetanus; id quod etiam ex pluribus aliis locis Scripturæ deduci potest. Verum quamnam dicemus hujusce dispensationis causam esse: Nunquid erat idemmet Andreas, & idemmet Petrus? aut fortè fraternitati mutuæ renuntiarunt? Etenim de Abbate Joachim lego, cum dum se à germano suo fratris nomine compellari audiret, idipsum acerbè tulisse dicendo. Quis frater? quis frater? Jam triginta anni præterierunt, à quibus Sacerdotio initatus sum, nescio fraternitatem aut parentelam me habere cum ullo. Pari quoque ratione quotiescunque Simoni Petro adjungitur Andreas tanquam frater ejus, signum est, quod Scriptura de eo loquatur pro eo tempore, quo sacerdos nondum erat, quia in ultima cœna pridem sacerdotio initati sunt: *Apostolos in ultima cœna sacerdotes Christus creavit*: At verò post cœnam, mortem & resurrectionem Christi sanctus Petrus tanquam sacerdos Andream fratrem suum cognoscere noluit, licet & ipse sacerdos esset, quasi diceret: Deinceps ô Andrea nulla inter nos fraternitatis necessitudo esse debet, sumus etenim Sacerdotes, qui fratres suos nesciunt. Idipsum exist. mo sanctum Ambrosium dicere voluisse, cùm ait. *Ut Sacerdotes placeant Deo relinquant fratres & parentes, & omnem cognationem, ut adhæreant uni Deo.*

Matth. 4.

Matth. 10.

Joan. 1.

Joan. 6.

Actor. 1.

Cajetan. ibid. fol. 141. col. 4.

Nunnius tom. 2 lib. 4. de Reipubl. stat. fol. 31.

S. Ambrosius.

6. Sæpius intra memetipsum sollicitus fui investigandi causam, cur Sacerdotes in multis Scripturæ locis Angeli nomine insigniantur? Sic enim Propheta Malachias ait: *Angelus Domini exercituum est.* Circa quæ verba sanctus Hieronymus dicit: *Angelus Sacerdos Dei verissimè dicitur.* Christus etiam sancto Joanni Baptistæ Angeli titulum attribuit apud Malachiam, dicens: *Ecce ego mitto Angelum meum:* quia nimirum è stirpe Sacerdotali descendebat. In Apocalypsi septem stellæ, quas Deus in dextra habebat, septem designabant Sacerdotes vel Episcopos: *Septem stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiarum.* Sãctus Paulus quoque *præcepit in Ecclesiis velari capita mulierum propter Angelos, id est, propter Sacerdotes divina voluntatis nuncios,* inquit sanctus Anselmus Et ad Galatas scribens, dicit: *Licet Angelus de cælo Evangelizet vobis* Ubi ly *de cælo*, superfluere videtur, omnes enim Angeli *de cælo* addatur ad differentiam Angelorum in terra, id est, Sacerdotum. At verò inquies: Qua ratione Sacerdotibus *esse Angelicum* convenire potest, cùm hoc sit spirituale, illi vero corporei & materiales? Responderi quidem poterit cum Beda, quod sacerdos dicatur Angelus, *non natura, sed officio*; vel cum Cyrillo: *obsanctita-*

Malach. 7

Hieron. in ca. 2. Malach. nu. 7.

Malach. 2.

Apoc. 1.

1. Cor. 11.

S. Anselm. ibid fol. 164 col. 2. lit. C.

Galat 1.

Mendoza in Virid. liv. 3 problem. 5 fol 51 n 38.

Beda.

Cyrill.

litatem & puritatem ; aut cum Ambrosio, *ut veluti Angeli venerentur* : sive cum S. Thoma: *ratione scientiæ in cognoscendo* Alii tamen dicunt, quod Sacerdos *sit Angelus, non per entitatem, sed per proprietatem*. Quod si autem scire vultis: in quonam consistat hæc proprietas, recurrendum est ad Metaphysicos & Theologos: hi enim vobis dicent angelos esse *abstractos à materia sensibili*, & Sacerdoti convenit esse alienum & segregatum à sæculo, & à parentibus, & in Deum omnino sublimatum & elevatum consistere : imo juxta doctrinam Cyrilli Alexandrini debet esse ens quoddam spirituale totum, & à propria quoque corporeitate abstractum, haud secus ac si esse illius omnino angelicum esset, nihilque humani haberet admixtum: *non erit homo Sacerdos, sed tanquam Angelus* DEI, *in Angelorum ordinem transeat, & jam non erit homo.*

D. Cyrill. Alex in cap. 6. Levit. n. 17.

7. Conformiter ad ea quæ diximus, audiatis velim delicatissimam Beati Petri Damiani Cardinalis speculationem : etenim Sacerdos ad altare celebrans, ad populum aliquoties conversus salutando eidem apprecatur Domini assistentiam, dicendo, *Dominus vobiscum*. Minister assistens gratias Sacerdoti reddens, eundem nomine omnium circumstantium resalutat dicendo : *Et cum spiritu tuo*. Quæ quidem Ministri responsio cum Sacerdotis propositione minimè correspondere videtur : Cum enim Sacerdos dicat : *Dominus vobiscum*, ei merito respondendum esset: *Et etiam tecum*, nam hæc responsio : *Et cum spiritu tuo*, aptè quadraret, si Sacerdos diceret: *Dominus cum spiritu vestro*, Imò verò quantopere digna est Sacerdotis propositio, tantopere mystica est ministri responsio : Ecclesia namque præsupponit, quod Sacerdos sit ens adeo abstractum à materia, ut in eo esse humanum locum non habeat, uno verbo : Quod sit abstractus à semetipso, & ad esse quoddam spirituale reductus, ac proinde dicit: *Et cum spiritu tuo*. En ipsissima Petri Cardinalis Damiani verba : *Sic ille ostendit quomodo in Sacerdote nihil veluti corporis aut carnis debeat reperiri, sed totus in ordinem spiritus transire, & à spiritu denominari, & in carne præter carnem vivere.* Hinc est, quod Deus in Levitico præceperit, Sacerdotem adeo omni perfectione debere esse insignitum, ut in eo ne vel ullus notetur defectus, nasus ejus nec magnitudine, nec parvitate excedat : ne sit cæcus, claudus, gibbosus, lippus, nec pede manetus, nec manu distortus, aut quoad sanitatis statum malè complexionatus : *Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hostiam Domino.* Unde Sanctus Pater Augustinus attestatur : Summos Sacerdotes ex speciali Dei privilegio nunquam fuisse infirmatos, sed inalterabilem semper conservasse sanitatem. Quis autem est, qui nesciat, hasce indispositiones seu infirmitates causari ab abundantiâ vel defectu materiæ, vel ab intemperie humorum peccantium, vel à qualitatibus malignis, quæ omnia effectus sunt ab esse corporeo suam trahentes originem ? Similiter hæ infirmitates eò quod sint naturales, & *præter intentionem habentis*, non sunt demeritoriæ, ac proinde potuisset Deus easdem tolerare, siquidem Deo nullæ aliæ actiones præjudicant præterquam illæ, quæ sunt deformes ex parte voluntatis. Ad me quod attinet, existimo Deum hosce defectus, qui se *tenent ex parte materiæ & corporeitatis* à Sacerdote arcere voluisse, ut per hoc simul inferret, eum certo quodam loquendi modo esse debere vel ut *ens quoddam abstractum* plus de spirituali quam de corporeo participans. Hue utique S. Paulinus respexit, quando mox ut ordinatus fuit Sacerdos, Severo hujus tenoris literas scripsit: *Jam penetralibus Dei summi receptum me video & infertum communicare cœlestia & Deo propiùs admotum in spiritu Christi, & splendere versari: vix adhuc intellectum sacra moliu capio mea, & altis augustiis, & onus muneris mei, conscius infirmitatis horresco.*

B. Pet. Damian. lib. Dem. vobis 3 t. 3 Bibl.

8. De Bucephalo ferocissimo & generosissimo Alexandri equo, quo famosiorem mundus non habuit legitur, quod quando phaleris & ornamentis suis amictus erat, tanta cum prosopopœja se se habuerit, ut à nemine se se gubernari permiserit, nec aliis vulgaribus equis potuerit permiscerì, sed procul ab omnibus consistens, à nullo, præterquam ab Alexandro contrectari aut gubernari se permiserit. Sacerdos Ecclesiasticus gradus ornamentis indutus, Bucephali imitator fieri non erubescat, conditionis suæ dignitatem & existimationem sollicite sustineat, nec sæculi negotiis se se immiscear, quin potius procul à parentibus, omnibusque terrenis rebus positus cum nemine præter quam cum solo Deo agat. Idipsum quoque nobis Sanctus Paulus com-

commendat dicens: *Nemo militans Deo se implicet negotiis secularibus.* Unde Cajetanus ait: *Præcipit Paulus, ut Christi milites proportionaliter se totos dedant militiæ Evangelicæ, alieni ab omni sollicitudine temporalium, etiam propriæ vitæ, famæ, &c.* Erat porro Christus in hoc mundo & sæculo, & nihilominus vivebat, ac si à sæculo omnino fuisset alienus, imò apertè satis declarabat, se non esse de hoc mundo, nec quicquam sibi negotii cùm sæculo, aut cum parentibus commercii: *Ego non sum de hoc mundo, id est, ad secularium hominum Societatem non pertineo, nec aliquid mundanæ vanitatis, aut pravitatis in me habeo*, inquit Dionysius Carthusianus.

9. Volebat Deus in veteri lege, ut sacerdos Hebræorum veste quadam indueretur, coloris Hyacinthini, qui est color cœlestis, ut Sacerdotis indicaret, eum cœlestem potius quàm unum esse debere: Bene *Sacerdotis vestis Hyacinthina est, quia tota vita Sacerdotis debet esse cœlestis, & nullum ei terrenis affectibus debet habere commercium, cælitum nitorem Dei Sacerdos debet, ut vestis sua magisterio discat, quia iam quidem non in terra, sed in Cælo debet habere conversationem.*

10. Et quidem quidnam sacerdos boni ullum in hoc potest, quod sæculo continuò penitus non reperiatur? S. Ioannes de æterno nobis loquens hanc nos docet Theologiam: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*; postea verò de verbo incarnato sermonem instituens subjungit: *Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius.* Enimverò consideratione dignissimum est, quod Evangelista de verbo ante incarnationem differens nullam faciat gloriæ mentionem, sed hanc ei attribuat, jam incarnato; num fortè antequam incarnaretur, quando verbum erat apud Deum gloriosum non erat? haud dubiè neque hoc aliqua indigebat probatione aut relatione, quod enim verbum abstractum à materia sensibili, quæ est nostra humanitas, gloriosum fuerit, veluti certissimum supponunt, atque ideo nihil de eo dicit, neque præsto sunt testimonia, ad idem probandum: ut verò postquam verbum, ut ita dicam, factum est concretum, & cum humanitatis nostræ sensibili materia unitum, videri saltem simplicibus poterat difficile esse, ut in hoc statu suam conservaret gloriam: unde opus erat testimonio Ioannis, idipsum asserentis de visu, & dicentis: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius.* Id quod hucusque diximus, doctrina est Cardinalis Toleti & S. Cyrilli Alexandrini: *Ne quis*, inquit Cyrillus, *putaret verbum aliquid detrimenti inde passum, aut dignitatem suam minus retinuisse adiunxit: vidimus gloriam eius, ut sit sensus: quamvis verbum caro factum est, non tamen ab infirmitate carnis superatum est, nec de antiqua maiestate ac omnipotentia decidit.* Ex quo antecedente hanc deduco consequentiam, nimirum difficile esse, ut Sacerdos suam conservet gloriam, & dignitatem simul cum perfectione vitæ & sit quasi *ens concretum* inviscératum peraffectum læculoaut rebus mundanis: tam suis quam parentum suorum.

Toletus in c. 1. Ioan. adnot. 4. f. 86 l. B

Cyril. l. 1. c. 17 f. 52. l. B.

11. In electione Sacerdotis superioribus sæculis veteris legis facienda, Deus Moysi præcipiebat, ut duodecim acciperet virgas, sivè bacillos, duodecim tribubus correspondentes, easque mitteret in sanctuarium, censeretque legitimè electum illum, cujus virga per se inventa fuisset fœcunda germinando flores & producendo fructus: *Quem ex his elegero, germinabit virga eius.* Hæc autem virtus in sola Aaronis virga deprehensa fuit: quia dum Moyses die sequenti virgas lustraturus sanctuarium ingrederetur, Aaronis virgam omnino floridam & fructiferam deprehendit: *Sequenti die ingressus invenit germinasse virgam Aaron in domo levi. & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas efformati sunt.* Et quænam sunt hæc mysteria? Cur Deus voluit ut virga quædam à propria arbore & stipite recisa germinet & fructificet? Existimo Deum per hoc innuere voluisse, quod si Sacerdos electus flotere in perfectione, & in sanctitate fructificare velit, necessum sit, ut sit recisus, id est, per affectum ab arbore, è qua natus est, nec non à parentum suorum stipite abstractus, separatus & alienus sit; bene idipsum monet Eusebius Cæsariensis, dum ait: *Sacerdotes in hac mortali vita seiuncti, ipsum duntaxat corpus in terra gerentes cogitatione & animo in Cælo degentes, quasi quidem Calites pro universo hominum genere Deo sacrati* Et tamen certum est quod sacerdos ut plurimum plus sæculum, quam Deum spiret, plus pro domo sua, quam pro Ecclesia laboret, propter negotia parentum, officia Ecclesiastica negligat & contemnat; nullũ in civitate tractatur

Num. 17.

Euseb. Cæsarl. l. de monit. Evang. c. 9.

nego-

negotium, cui ipse manus non ingerat sive sint matrimonia, sive conjugia, sive lucra, sive cujuslibet generis contractus; imò si sæculares è familia sua sacerdotem vel Religiosum quendam habeant, illum velut fulcrum domus suæ, & necessitatum suarum subsidiatorem adhibere contendunt, sæpeque ex Ecclesiæ patrimonio ipsorum familiam gubernant; labores Religiosi suis volunt servire complacentiis, licet illicitis, sæcularis gignit filios, & vult ut Religiosus eos vestiendi & gubernandi molestiam in se suscipiat: sæcularis matrimonio jungit filias suas, & Religiosus urgetur ad procurandam eis dotem: sæcularis multa ludendo & comessando sibi debita acquirit, & Religiosum ad solvenda illa sollicitat: sæcularis delicta committit & mulctæ pecuniariæ condemnatur, moxque Religiosi bursa requiritur: sæcularis domi otiatur hyeme ad ignem æstate per recreationem & lusus, omnemque domus suæ curam Religioso committit. Mira res! Homo fit religiosus & Sacerdos ut Deo serviat, se privat facultate ducendi uxorem & habendi filios, & postea stulte scit propter nepotes. Ex quo omnes Deo consecrati sunt, filiorum quoque beneficio sunt privati, at diabolus filiorum loco nepotes substituit: unde versus non illepidus optimè cadit.

Cùm genitor rerum privasset semine clerum,
Ad Sathanæ votum successit turba nepotum.

O dignitas Sacerdotalis plus nimio contempta! ô excellentia Ecclesiastici gradus inter omnes dignissimi à talibus prorsus conculcata; quid nobis cum sæculo commercii intercedit, quod tandem infensissimum nostrum esse hostem experimur? Per ingressum religionis & vota solemnia sæculo & rebus sæcularibus renuntiavimus, & tamen postea magis iisdem implicamur, quam si sæculares essemus facientes ex sacerdotio negotium, & ex clericatu marcatum: unde nascitur, quod suum apud sæculares perdant respectum, utpote qui illos videre non possunt, nisi dum necessitate premuntur. In Scriptura sacra Christus una cum Petro sæpius in urbe Capharnaum fuisse legitur, veruntamen unica duntaxat vice socrus suæ domum ingressus esse ab eadem perhibetur, cum tamen domus illa domus paterna fuerit, vel saltem ab ipso patensuis renuntiata, quando ad Christi discipulam se recepit, dicens: *Ecce nos reliquimus omnia*, at vero quando socrum suam Matth. visitavit? nunquid hoc sæpius audistis, quando *Socrus Simeonis tenebatur magnis febribus*: Luc. Sed cur præcisè in hoc casu, & non ante, nec pòst illam convenit? Dicam id vobis: Petrus Ecclesiasticus erat, atque ideo Petre subsiste foris, è domo maneto, neque enim Sacerdotes volumus aut religiosos: at verò quando *tenebatur magnis febribus*, quando accidit aliqua necessitas, cui mederi non possunt, fores & porta patent, & nisi per se veniat, invitari & advocari illum curant: si autem aliqua in domo fuerit lætitia, aut de prosperitate gaudium nulla Religiosi fit mentio, Sacerdos nihili æstimatur: at si è lacuna caneet quidam excerpendus sit, aut è foramine lacertus, nulla manus se prodit præterquam Ecclesiastici; neque idipsum dicerem nisi ad propositum Simonis ita loqueretur scriptor quidam modernus Carmelitanus; *Petrus Ecclesiasticus erat*, inquit *& nunquam recipitur in domum sua affinis, nisi quando ipsa ægritudine, febrique vexatur.* Sed cur ita? notate responsionem: Neque enim quam huic proposito accommodatiorem adduci posse existimo: *Quia* inquit, *valde conjunctum est, ut Ecclesiastici & Religiosi non inveniant aditum, nec ostium apertum, nisi quando ipsi laboribus ac ærumnis urgentur: quando enim perjucundè & fœliciter degunt, Religiosorum minimè recordantur, at in suis adversitatibus maximè ad eos confugiunt.*

12. Quamnam existimatis causam esse, quod Deus Sacerdotes hæreditatem à suis parentibus eis relictam adire vetuerit? *Non habebunt Sacerdotes hæreditatem*: Ne videlicet gratitudinis titulo adhibendum affectum reciprocum per illam suis obligarentur parentibus. Et tamen immoderatus sæpe est Ecclesiasticorum Sacerdotum erga parentes & nepotes suos affectus, ut sese totaliter in eorum unicum commodum eviscerent, bimetipsis subtrahendo ut illis dare possint: Vix aliquam sibi recreationem quantumvis modestam & honoratam indulgent, ut nepotes ad despectum sui patrui habeant unde tripudient, ludant, & prostibula frequentent. Hi tales quidem sunt Sacerdotes, Deus autem illos inter suos Sacerdotes minimè connumerat. Id quod ex eo mihi persuadeo, quod in Daniele legitur. Ibi namque tres pueri Sidrach, Misach & Abdenago ad Deum omnipotentem laudandum & bene-

benedicendum omnes creaturas (speciatim in viros) Cumque inter cæteras, Sacerdotes quoque ad dignam illam virtuosamque actionem invitare vellent, dicebant: *Benedicite Sacerdotes Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula* Dan. 3. Cur obiecto Prestigio *Sacerdotes Domini* appellant? Nunquid sufficiebat dicere: *Sacerdotes*, non addita hac voce *Domini*. Satis enim liquidum erat, quod Sacerdotes idolorum suos erant adoraturi & laudaturi Deos, non verò Deum Israelis: sicuti etiam alia ex parte certum est, quod pueri pietatis, veri Dei Sacerdotes ad Dei laudes decantandas invitare contenderant, quid igitur opus erat dicere: *Sacerdotes Domini*? Hugo Cardinalis respondet, duo inveniri Sacerdotum Dei genera; Aliqui enim sunt Sacerdotes Dei, quod nomen pariter, & quoad rem sive factum ipsum; Et hi sunt, qui alieni à sæculo à vanitatibus abstracti aliud nihil sibi ob oculos positum habeant, quam Dei servitium: a quo vero sunt Sacerdotes quoad nomen tantum sunt quidem, qui à vero Deo segregati affectu suis pannibus vilescentissimè adhæreant, nec eum Deum recognoscunt, præterquam nescio quos, quos velut Idola adorant. *Qui vult Sacrificium benedicit Deum suum.* Nos ete nim Christi Sacerdotes sumus, eumque imitabimur; is itaque dicit: *Ego non sum de hoc mundo.* Joan. 8. id est, ut exponit Carthusianus ibi art. 22. *Ad sæcularium hominum conversationem non pertineo*: Hujus autem temporis Sacerdotibus dici potest: *Vos de mundo hoc estis, id est, de numero hominum mundanorum & de generatione malorum, & pertinentes ad cor ipsius Diaboli.* Scio quidem hanc reprehensionem Actibus & Pharisæis à Christo datam fuisse at verò nunc non minori jure applicari potest nonnullis, ne dicam majori Sacerdotum nostrorum parti. Nequivit olim Deus æquanimiter sustinere, quod duo Aaronis filii Nadab scilicet & abiu, apprehensum ignem alienum, id est, hominis sæculatis, Thuribulis suis imponerent, sibique offerrent, quinimò gravissimè illis iratus ignem cœlitus immisit, & in cineres usque redegit: *Offerentes coram Domino ignem alienum, egressus ignis à Domino devoravit.* Cogitate igitur quid de iis Sacerdotibus futurum sit, qui à Dei servitio declinantes, sæculo se totos & totaliter impendunt, dignitatem gradumque Ecclesiasticum penitus contemnentes aut nihili æstimantes.

13. Idque inde vel maximè procedere existimo, quia qualis & quanta status sui dignitas sit, minimè cognoscunt, ac proinde hanc illis ad memoriam revocare statui, ut illam deinceps melius considerantes, majori in pretio & æstimatione habere possint. Porrò de Octaviano Augusto, quod dum ætatem adhuc puerilem ageret Aquila quædam in manus ejus panem subtraxerit; inde mox augures futuram ejus vaticinati sunt felicitatem, Majestatem & excellentiam, scilicet eum futurum esse totius mundi Monarcham, ut referunt Dionorus lib. 45. Xiphilinus in Octa. & Pierius Valerianus lib. 19. Sed quæ comparatio esse potest inter panem ex Aquilæ rostro delapsum & panem Eucharisticum? hic enim non cecidit fortuito & merè per accidens, sed ex divinæ voluntatis dispositione Sacerdotis manibus est consignatus; Hinc igitur vobis eius excellentiam conjecturandam reliquo utique si id ipsum graviter satis ponderetis, cum Isidoro Pelusiota lib. 1. epist. 227. confiteri cogemini; & dicere: *Sacramentorum perceptio nobis coniunctionem cum Deo conciliat, nosque regni ipsius consortes & participes reddit.* Porro scriptores sacri causam tollicitè inquisitunt, cur Spiritus sanctus Christi Jesu mortem, & totius mundi redemptionem vaticinari volens Caiphæ ore uti voluerit, dicentis: *expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo & non tota gens pereat* Ioan. 13. Hæc etenim sunt verba Prophetica. Verum ut Cardinalis Toletus ibi in com. notat: *Non ab illomet profecta sunt, sed à Spiritu sancto, qui per os eius prophetavit, quod futurum erat nempe mortem Christi utilem futuram & expedientem saluti hominum.* Vehementer etenim miror, quod ad prophetiam tanti momenti & ponderis pronuntiandam, instrumentum elegerit adeo improportionatum, adeoq; perversam lingvam. Num fortè Jerosolymis nulli præsto sunt homines probi & boni? aut Spiritus sanctus fortasse eum scelleratum hominem esse ignorabat? Minimè gentium id ei ignotum erat, & tamen Caiphan ad hoc elegit, non quidem propter personam, sed propter dignitatem, quam sustinebat: *Erat pontifex anni illius id est*, inquit Carthusianus ibi art. 19 *Summo sacerdotio fungens pro illo anno*, Tametsi igitur persona Caiphæ pessima & indigni-

dignissima esset, Deus tamen sacerdotium quo decoratus erat permaximi æstimavit, atque ideo Deus Prophetiam adeo sublimis mysterii nulli alteri quam Sacerdoti convenire censuit: [Cur Dominus per eum Prophetasse sit dignatus, causam affert: Erat Pontifex anni illius, quamvis enim homo iniquus & scelestus, tamen dignatus sancta erat. Toletus ubi supra [Et sanctus Joannes Chrysostomus hom. 3. in epist. ad Coloss. ait: *Nemo ergo dicat esse me tenuem, & humilem, & nulla ratione dignum; Et Caiphas cum esset occisor Christi, & indignus, prophetavit propter Sacerdotii dignitatem.*

14. Porrò si alteri dicere licuit: *Ex ungue leonem*: & Timanthes gigantem depingens ingentem eius magnitudinem in modico spatio delineavit: Mihi quoque ô Reverendi Sacerdotes licitum erit, eius quam obtinetis dignitatis excellentiam ex digitis vestris arguere atque conjicere. Thomas etenim Cantipratensis rem quendam summè admirabilem de Conrado Abbate Villariensi recenset, nimirum quod eum viderit nocte quadam in suo conclavi sine lumine studentem & scribentem, consecratos verò illius tanquam veri Sacerdotis digitos fuisse splendore lucis conspicuos, ut ei ad totum conclave illuminandum aptissimè inservierint, haud secus ac si totidem candelæ in eodem accensæ fuissent: (De hoc viro excellentissimo quiddam probatissima veritate cognovi, quod digiti manuum eius quos in consecratione corporis Christi extendebat, ad studium & inspectionem literarum vel librorum nocte instar candelarum in tenebris relucebant.] Et quidem ex quo de Sacerdotum digitis hoc in loco sermo incidit, me quoque legisse opportunè occurrit, quo sanctus Marcus Evangelista jam existens Sacerdos, dum augustam Sacerdotii dignitatem consideraret, eoque se prorsus indignum censeret, hoc ut se ad illius quotidianum exercitium inhabilem redderet excogitarit medium, nimirum ut dexteræ manus suæ pollicem sibimetipsi amputaret quod & fecit qui tamen deinceps à sancto Petro Magistro suo, cui eius probitas perspicue nota erat, postquam eius humilitatem considerasset, fusis ad Deum precibus perfectè eidem restitutus fuit. Unde facilè conjicere possumus, quantæ apud Sacrum Evangelistam æstimationis fuerit, se ad sublimem sacerdotii gradum fuisse evectum. Et tamen magnificus hic ordo Sacerdotalis per commercia sæcularia tam facilè contemnitur & prophanatur,

Thomas Cantipr. lib 1. c. n. 3. ap. Aloys. Nevar in Agro Euchar. n. 9. 12. cap. 105.

15. Notate obsecro modum quo sanctus Paulus loquitur dum suam ad Corinthios Epistolam exarat: Scitote, inquit quod *Deus nos Apostolos*, velut veros Iesu Christi servos *novissimos ostendit, tanquam morti destinatos quia spectaculum facti sumus mundo & Angelis, & hominibus; usque in hanc horam & esurimus & sitimus, & nudi sumus & colaphis cædimur, & nullibi stabiles sumus*, 2. Corinth. 4. adeo ut nos de loco in locum fugiendo circumvagari oporteat, & tamen hæc omnia propter amorem Dei libenter sustinemus. Tandem verò subjungit: *Blasphemamur & obsecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema usque adhuc.* Enimverò ô Paule enumeratæ quas pateris ærumnæ valdè mihi displicent, verum consolare & posito omni animi mœrore gaude potius, quia tanto excellentius tibi Deus daturus est meritum: neque enim alia consolatione tibi subvenire, aut te erigere possum, quod si ego ex parte ma ingens, cui succumbis ærumnarum pondus, aliqua saltem ratione alleviare possem, libentissimè equidem idipsum facerem: Verumtamen compatere & ignosce curiositati meæ. Scire etenim à te velim cur Corinthiis dicas, vel scribas, quod variasab inimicis tuis patearis blasphemias: *Blasphemamur*; Ratio autem quæ ad hanc difficultatem tibi proponendam me movet, est, quia Theologi blasphemiam definientes dicunt, quod sit *falsa locutio adversus Deum prolata*: quod si tu; ô Paule, Deus esses, facilè tibi credere possem asserenti, quod blasphemias patiaris, at verò cum perspicuum sit hominem te esse, vix id asserens fidem invenies. Nec est quod mihi respondeas: quod per *blasphemamur*, eadem quod *maledicimur* intelligi velis, quia jā superius dixeras *maledicimus & benedicimus*, ideoque incongrue accideret eiusdem repetitio Quod si igitur blasphemia est offensa per verba soli Deo facta, qua ratione scribere poteris: *Blasphemamur*? Agnosco quidem perlibenter indignum me esse, qui ab ipsomet sancto Paulo huiusce difficultatis resolutionem accipiam, ac pro-

inde

inde proprio me Matre ab illa brevitet expediam : Existimo igitur sanctum Paulum in Epistola locutum fuisse non veluti sæculari, sed tanquam Sacerdotem & virum religiosum Deo consecratum, & ad minus imperitiæ indicare voluisse, se inter suos habuisse, nescio quid divini, ut proinde quasi idem fuerit maledicere Sacerdoti, ac ipsum met Deum blasphemis impetere, ideoque apud omnes, ut major Sacerdotali dignitati authoritas & respectus accederet, eum qui Sacerdoti injurius est, eumque verbis contumeliosis offendit, Deum ipsum offendere censeri : [Noverat ita Deum velle ab omnibus Sacerdotem timeri, veluti Deum, & illatas Sacerdoti injurias, quasi ipsi Deo illatas censeri, ideo dicit se blasphemari, ut non hominem, sed Deum in homine Sacerdote vel religioso offensum existimarent.

16. Præstolamini paulisper, forte enim hodie opportunas sanctorum Patrum adhibiturus sum doctrinas, quibus Sacerdotalis gradus dignitatem vehementer extollat. Et quidem inprimis Sanctus Bernardus epist. ad fratres de monte Dei. Sacerdotalisque eis dicebat : *Altissima est professio vestra, cœlos transit, par Angelis est, Angelicæ puritati, aliorum est servire Deo, vestrum autem adhærere Deo.* Et alibi subjungit: *Nunc hæc religio est sancta, pura, immaculata, nec homo vivit purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius, innovatur frequentius, quiescit securius, moritur fidentius, purgatur citius, præmiatur copiosius?* Idem hom. Simile est, de stat. relig.

17. Sanctus Johannes Chrysostomus lib. 2. de dign. Sacerd. sacerdoti sublimitatem ita depingit: *Sacerdotis aspice dignitatem, agitur enim de, ad officia cœlestibus negotiis continetur: non enim homo, non Angelus, non Archangelus, non aliqua alia creatura, non virtus, sed ipse Spiritus sanctus hoc munus instituit, atque adhuc manentes in carne ministerio præstitit fungi Angelorum.*

18. Sanctus Ambrosius de dignit. Sacerdot. cap. 2. Sacerdotes ita alloquitur: *Audite me beatissimi Patres* [mitum cum quâ reverentiâ sermonem ad eos dirigat] *& si dignum ductus, sacratissimi fratres audite me stirps Levitica germen sacerdotale, propago sanctificat. Duces & Rectores gregis Christi,* Paulo post sacerdotii sublimitatem cum aliis dignitatibus conferens eam esse dicit velut aurum respectu plumbi: *Honor igitur & sublimitas sacerdotalis, si Regum fulgori comparas, & Principum diademati, longè erit inferius quàm si plumbi matallum ad auri fulgorem comparas.*

19. Sanctus Augustinus minimè se continere poterat, quin obstupefactus exclamarit: *O veneranda Sacerdotum dignitas, super hoc tam insigne privilegium stupet cœlum, miratur terra, veretur homo, horret infernus, contremiscit diabolus, & veneratur quam plurimum angelicam celsitudinem.* Denique Sacerdotem officium sum exercentem considerans dicit: Angelos creaturas adeo nobiles ei velut servos assistere, dum *Sacerdos hoc admirabile Sacramentum conficit, Angelus conficienti tanquam famulus assistit, & obsequitur,* Imo idemmet Pater Sacerdotem omnibus rebus creatis superiorem, & soli Deo inferiorem esse pronunciat : *Si altitudinem cœli contemplaris, altior es: si pulchritudinem solis, luna, stellarum, pulchrior es, si discretionem angelorum discretior es: si omnium dominorum sublimitatem, sublimior es, & solo creatore tuo inferior.* Idem Ap. Cass. in cat glor. mund. p. 4. con. 5.

20. Et S. Gregorius Papa super illa Prophetæ verba : *Ego dixi Dii estis, & filii excelsi omnes,* ser. beus : Per hos Deos, Sacerdotes intelligit, quasi eorum dignitas adeo celsa sit & sublimis, ut quasi divinum quid participate videatur : *Sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis, & officii dignitatem Deitatis nomine nuncupantur.*

21. Quid plura ? Sacerdotes sanctæ Ecclesiæ bases sunt & fundamenta, Columnæ Christianæ religionis, populorum Doctores, Medici animarum, Patres gentium, Candelabra totius universi lucidissima, lapides sanctuarii, militiæ Christianæ Duces, mundi Principes, Angeli terrestres, triumphantis Jerosolymæ fores, cœlestis curiæ cubiculatii, ephebi supremi Monarchæ, Cives, Cœlorum, gratiarum paradisi dispensatores, secretarii Dei, creatorem inter & creaturas mediatores, in causis salutis nostræ divinæ justitiæ Commissarii & Judices, instrumenta divinæ omnipotentiæ, Dei Coadjutores, divinæ voluntatis interpretes, oracula Spiritus sancti, & Vicarii Christi.

22. Verum enim vero ut veritatem fatear, pauci admodum sunt, quorum actiones & opera statui sublimitati correspondeant; dignitati gradus non consonat sanctitas vi-

tæ. S. Thomas 3. p. q. 22. art. 1. docet, Sacerdoti proprium esse, quod Deum inter & populum mediator existat, inquantum populi preces & postulationes Deo offert, & eidem sacra dispensat, ac proinde *Sacerdos* appellatur, id est, *sacra dans*: Satisfacit etiam aliquo modo pro ejusdem populi peccatis, teste S. Paulo ad Hebræos cap. 5. dum ait: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia propeccatis.* Et in hoc præcipuè mediatoris officium consistit: nam *mediatoris officium est conjungere, & unire eos, inter quos est mediator: nam extrema uniuntur in medio*; quod si autem medium bonitati proportionatum non sit, quomodo unire potest? Si autem non unit, qua ratione mediator esse valebit? Et concludendo *a primo ad ultimum*, nomine duntaxat, non vero re, & factoipso Sacerdos erit, de quo proinde meritò dici poterit: *Dicit, & non facit.* O quantum ejus actiones ab eo, quo sustinet, officio differunt! Etenim si bene eum consideres, inconstantiæ potius speculum esse censebis, quam sanctitatis ideam: nunc eum intueris ad altare gradientem, ut de populorum salute cum Deo negotietur, mox eundem è domo quâdam egredi videbis, ubi cum summo honestatis præjudicio, de animæ suæ damnatione statuit, & tractavit: nunc eum in Ecclesia exemplarem vides, mox scandalosum in plateis: per mediam horam vestibus se sacerdotalibus obarmat, ut prælietur adversus dæmonem, quod verò reliquum est diei & noctis, militiæ dæmonis tribuit, ut per culpas dimicet contra cœlum. Rogat divinam majestatem, ut juxta eandorem vestis, spiritus quoque ei largiatur puritatem, cum tamen in interiori corvo sit nigrior, probrosis actionibus contaminando conscientiam, suamque animam deturpando. Lumbos suos sacro illo succingit cingulo, quo castitas repræsentatur, supplicans ut in se ardores extinguantur concupiscentiæ, cùm tamen eosdem per sensualitatis incentiva magis magisque foveat quotidiè: odor famæ suæ illum ubique gratum facere deberet & acceptum, vt verò inhonestatis suæ fœtor per universam civitatem eum potius reddit abominandum. Videte manus Sacerdotis nunc in altaribus tractantes calices, mox aleas jacentes in tabulis lusoriis:

D. Tho. ubi supr. in corp.

nunc sacra folia vertentem missalis, paulò post miscentem & distribuentem charras lusorias ludentibus: in Ecclesia stolam, ara Ecclesiam ensem defert, in locum coronæ, quam ad imitationem Petri in vertice ipsum habere conveniret, comam defert dissolutorem, quam si miles esset: in ærâ loquor, ô Auditores, & cum debito bonorum respectu, nec credo hic tales inveniri, quos in præsentiarum depingo. Veruntamen si fortè nonnemo adesset, qui in aliquâ, si non in omnibus recensitarum partium defecisset, cum per omnia sacra obtestor, ut tandem aliquando resipiscat, nec permittat, ut tam inæstimabilis valoris gemma in tali subjecto deliteat, quod hæc aut sterquilinio parum absimile esse videtur. Præterite tamen nequeo, quin historiam quandam vobis referam, quæ forte majori parti nostrum, mihi verò præcipuè, qui præ cæteris defectuosissimus & dissolutissimus esse noscor, optimè convenit. Interrogatus etenim fuit Pontifex quidam, an sacerdotibus hujus temporis celebrare liceat in calicibus ligneis, ut Sacerdotes nostri prætéritorum sæculorum facere consueverant: Cui sanctus Pontifex magnâ cum prudentia respondit: olim Sacerdotes aurei sacrificabant in calicibus ligneis, nunc Sacerdotes lignei in aureis calicibus Deo sacrificant. Fazit Deus, ne id in nobis veritatem inveniat: quod si tamen lignei fuerimus, utpotead inferni ignem concipiendum valde apti & dispositi sumus. Porro Deus nos non ligneos, sed aureos esse vult, sed ex auro puro, puto & perfecto, quoad fieri potest; nunquid Deum idipsum expresse præcipientem auditis, dum ait: *Sancti estote, quia ego sanctus sum*; quibus verbis aliud significare non volebat, ut exponit Origenes, quam si diceret: *Sicut ego segregatus sum & longe separatus: Sicut ex omnes creaturas, atque ab universis quæ à me facta sunt, segregor; ita & vos segregate estote ab omnibus, qui non sunt sancti, nec Deo dicati: Segregatis autem sitis non locis sed affectibus, non regionibus, sed conversationibus.* Quisquis Deo consecratur, solius Dei esse debet; quisquis cultui dedicatur Ecclesiastico, à mundi negotiis abstinere debet; & tametsi in mundo conflictari, vivere tamen in eo debet, ac si extra mundum constitutus esset, & licet in terris viveat, ejus tamen cogitationes & affectus esse

& con-

& conversari debent in cœlis : *Quicunque se conversaverit Deo, merito extra terram, extra mundum videbitur; super terram ambulantes conversationem in cœlis habeamus.* O fœlices nos, si honori filiarum nostrum conservavenimus, si honori & reputationi gradus nostri consuluerimus; at verò si contrarium faciemus, nil mirum, si sæculum à nobis scandalizatum nos contemnat, nostraque facta, indeque ortam infamiam in publicum divulget, nosque velut gentem inutilem & supervacaneam æstimet, quilibet manum suam in sinum suum mittat. Et si debeo in loquendo transiliero justo honoris Dei, veluæque æstimationis zelo ipsum adscribe. Ignoscite mihi, si quid dixi; si verò ne culpas vestras tetigisse experiamini, vos emendate & resipiscite, mihique ut paululum quæso indulgeme.

PARS SECUNDA.

18 *Quæcunque dixerint vobis servate, & facite.* Scripto quod Deus præcipit, ut debita Sacerdotibus, dum aliquid præcipiunt, præstetur obedientia, mandare pariter videtur, ut velut superiores in honore & veneratione habeantur. Refert Josephus Hebræus, quod Alexander M. una cum exercitu suo furore minus & fastu tumidus Jerosolymas veniret, Jaddo Pontifex habitu Sacerdo

Joseph. lib. 11. Antiq. cap. 8.

tali indutus eum convenerit, & ut furorem sponte, rogaverit, quem ut Magnus ille Rex conspexit, posito fastu & furore mitigatoque equo suo descendens, ad Sacerdotis pedes accedit, ut eos illi honores deferret, quos ab omnibus dignitati debere cognoscebat, neque ausus fuit cuipiam vel minimum damnum inferre; Etsi enim Ethnicus erat, qui nullam veræ Religionis notitiam habebat. De Constantino imperatore quoque legitur, quod dum pro nonnullis difficultatibus veram Dei cultum spectantibus decidendis, concilium quoddam Sacerdotum in Ecclesia congregasset, tantam iisdem sacerdotibus exhibuerit reverentiam, ut omnibus dignioribus locum cesserit, imo ne quidem dignum se esse judicaverit, qui unà cum ipsis consideret, sed ultimum sibi locum eligens seorsim secesserit, nec non determinationes à sacerdotibus factas & approbatas eodem prorsus loco & pretio, quam si à Deo conditæ fuissent, habuerit. Imò quod dum contra certos Sacerdos sibi deferrentur calumniantes literæ, in eos nequaquam animadverterit, sed potius easdem literas coram omnibus simul congregatis in ignem conjecerit, in hæc verba prorumpens, ut refert historia Scholastica : *Vos causas vestras judicate & disponite, quia non est dignum, quod nos judicemus Deos.* Quod si igitur augustissimi, quos unquam mundus hubuit, Monarchæ similibus honoribus Sacerdotes sunt prosecuti : qua ratione fæx hominum vilissimorum in tantam se rapi temeritatem sinere potest, ut murmurationibus, contumeliis & injuriis dignitatem Sacerdotalem lacessere & vili pendere ausit?

24. Neminus à Christo Domino nostro Rege gloriæ, cœlique & terræ Imperatore honorati fuere : Maria etenim & Joseph expletis diebus purgationis puerulum Jesum in templum deportarunt, veterisque Sacerdotis Simeonis hominis justi & timorati, & Spiritu S. pleni manibus imposuerunt, qui incredibili cum consolatione & lætitiâ eum recipiens Deum rogavit, ut sempiterno somno oculos suos deinceps occluderet, ne quicquam mortale amplius videre possent. Porro sanctus hic vir postquam mira de hoc sacrosancto puerulo vaticinatus esset, eum postea manibus Mariæ Matris suæ consignans unà cum patre suo putativo, suaque Genitrice benedixit : *Et Benedixit illis Simeon.* Verum siste nonnihil ô Venerande Minister, an nescis Benedictionem impertiri ad eum, qui major est & dignior, solum pertinere? *Major officio benedictionem largitur* : videris in Scripturis non adeo versatus, secus enim recordareris Deum benedicendi authoritatem soli Moysi, & Aaroni contulisse, ut pote primis gentis suæ capitibus : *Locutus est Dominus ad Moysen & Aaron dicens: Sic benedicetis filiis Israel.* Cum igitur hunc puerum velut verum Messiam, verumque vivi Dei Filium, ac proinde te longè majorem agnoscas, & confitearis, utique tanquam inferior eum, qui te major est, benedicere non debebas, quin potius eum rogare, ut is, utpote te longè major, te benediceret. Verum videor mihi te respondentem audire, quod scilicet non benedixeris Christum infantulum, sed Josephum & Mariam : ad hoc tamen replico, hos quoque in sanctitate te longè fuisse majores & digniores, Respondet igitur hic Glossa : ipsos Sacerdotii dignitatem, quâ Simeon præminebat, te-

Dio. Cart. in cap. 2. Luc. art. 7.

spexisse, ob eamque sancto huic seniculo hûc detulisse honorem: *Quamvis essent maiores Simeone in sanctitate, ille tamen erat maior, quantum ad Sacerdotis officium, ad quem spectabat benedicere populum.*

Gloss.

25. Et quid autem de respectu & reverentia ab ipsomet Deo Sacerdotibus exhibita dicemus? Aaron & Maria linguas suas continere non poterant, quin Moysi obloquerentur *Locuta est Maria & Aaron contra Moysen*: Numerorum 12. Moyses autem utpote benignus admodum eorum calumnias nequicquam curavit, Deus autem easdem dissimulare non potuit, prout audieris: duos etenim hosce murmurationes accersit, eisque quam evomuerant calumniam, acerrimè exprobravit, dicens: Adeste murmuratores, hicine est respectus, quem Moysi defertis? an nescitis ipsum mihi longè charissimum esse, quocum proinde familiariter & apertè, non verò per cyphras & ænigmata loquor, si eum tanquam fratrem vestrum honorare abnuitis, ad minus saltem majorem mei respectum habere debebatis: *Quare ergò non timuistis detrahere servo meo Moysi?* Servo objamomorem Domini sui honor suus ex æquo debetur, id quod vobis sufficere debebat, erraſtis, nec impunè id fecerit is, hisque dictis Deus ab iis iratus discedens Mariam graviter castigat, immittendo ei carnes suas devorantem pessimam lepram: *Ecce iam medium carnis devoratum est lepra*: nec tamen lego Deum castigasse Aaronem, nec parum, nec multum. Cur ita? Nunquid ambo concorditer murmurarunt? omninò, cur igitur sola Maria & non Aaron supplicio subjicitur? non iniquam contra Deum lamentandi occasionem hæc mulier habuisse videtur, quod scilicet in hoc facto se partialem exhibuerit, eiusque justitia punitiva justam & æquam non servet bilancem; quodque eius ensis ex una tantum parte limatus & acutus esse videatur: Quid ad hanc difficultatem ô Roma respondebimus? Num fortè soror Moysis ideo hanc pœnam sola promeruit, quia prima causa extitit murmurandi, suumque fratrem Aaronem ad murmurandum excitavit, qui nisi illa incepisset, cœptam murmurationem non fuisset prosecutus, nec lapsus in errorem fuisset; Respondeat quivis quod sibi libet, mihi Theodoreti, & Abulensis resolutio præ cæteris placet, dicentium, Deum Aaroni parcere, eumque honorare voluisse, quia sacerdos erat: Quia *Aaron erat Sacerdos, eique prae dignitatem officii, quo fungebatur, reverentia debebatur.* Unde colligitur, quantum interis viæ hominum à viis Dei differant; scitisne aut contra talem liberè murmuretur? Quia religiosus est, non est nobis metuendum ab ipso aliquod malum; vel noxius vindictæ aculeus, sine ullo respectu quod placet, dicere possumus, Cur autem linguam circa talem vel talem personam laxate non præsumis? Caveo hoc facere, etenim sæcularis est, cautè cum ipso agendum est, ut debitus ei honor deferatur, ne sinistra ab eo nobis eveniant.

26. David Propheta filii Dei in Cœlos ingressum, nec non quo in eodem receptus fuit honorem prophetico Spiritu prævidens ait, *Dixit Dominus Domino meo.* Quæ verba sanctus Athanasius ibid. ita exponit: *Æterna dispositione ordinavit Dominus Pater Deus Domino meo Christo filio suo*: Et quid autem ei dixit? *Sede à dextris meis*, idque Pater æternus fecit ad filium suum magnificè honorandum: *Sede à dextris meis*, inquit Hugo, *ecce magna laus & honor.* Et Doctus Casseneus p. 9. cons. 41. subjungit: *Qui sedet ad dexteram manum superioris dicitur magis honorari sedente ad sinistram.* Sed unde æternus Pater motus est ad tantum filio suo exhibendum honorem? Fortè id fecit, quia unigenitus erat, vel quia Deus erat; vel quia homo. Operæ pretium erit Davidis relationi quoadhoc insistere, qui aliam rationem non adducit quam quod esset Sacerdos: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Verum dicat aliquis, post Patrem Christo neminem in Cœlis dignorem fuisse, ac proinde mirum non est quod hoc fuerit honore à Deo affectus, qui omni jure eidem debebatur. Sed id rationem nostram non enervat: Agedum de aliis Sacerdotibus deinceps loquamur, inveniemus etenim Deum tantum ad honorem Sacerdotum vata patrasse miracula.

27. Scitisne causam cur Beda à sancta Matre Ecclesia Venerabilis titulo honoretur? *Sermo Venerabilis Bedæ. Homilia Venerabilis Bedæ.* Priusquam ex propria mente respondeam, id quod alii respondere solent, in medium adducere non omittam. Dicunt igitur nonnulli, quod cum sanctus hic Sacerdos mortuus fuisset, Clericus quidam ei devotus versum quendam lapidi sepulchrali, quo sancti hu-

hujus ossa tegebantur, insculpi voluit, versum autem, quem hoc modo inceperat: *Hac sunt in fossa*, sic terminare volens, *Beda sancti ossa* vidit eundem velut incompletum claudicare; & tametsi tota nocte de verbo complendo versui apto & congruo cogitasset, nullum tamen adinvenire potuit; diluculo verò sequenti ad sepulcrum concedens versum omninò perfectum, & manu angelica lapidi insculptum invenit in hac forma.

Hæc sunt in fossa Bedæ Venerabilis ossa.

28. At verò Guilelmus Durantus libro 7. cap. 40. f. 303. col. 1. n. in Rat. div. offic. aliam pulchram rationem adducit videlicet, quòd hic servus Dei anno Dei sexcentesimo septuagesimosexto in Anglia ad decrepitam usque ætatem vivens cum cœcus factus esset, confiteri corpere non potuerit, sed utiliter in vinea Domini laboraturus se manu duci fecerit in villas, & oppida regionis illius, ibique cum multo populorum fructu verbum Dei prædicarit. Acciderit autem quod ii, à quibus manu ducebatur, dum sanctus vir Dei in quadam constitutus esset, ubi ingens multitudo, illudere ei volentes, eum, ut prædicaret, monuerint ob congregationem eorum in loco numerosissimum populum ejus sermonem summo cum desiderio, & attentione audire desiderantem: Bonus igitur senex summo cum fervore prædicare cœpit, & cum non minori ad finem usque prosequitur; cumque sermonem suum tandem hisce verbis concluderet: *Per omnia sæcula sæculorum*, Deus ut hunc Sacerdotem, eo in loco illustrem honoraret, & illarum reverentiæ præjudicium resarciret, miraculum ingens eum loco patravit, ut omnes lapides responderent: *Amen Venerabilis Pater.* Huius rei memoriam sancta Mater Ecclesia in hunc usque diem conservat Venerabilis titulum eidem attribuens, ut hac ratione toti mundo innotescat, dignum esse, ut Sacerdotes honorentur, non irridentur: *Incipit ille prædicare ferventer, & eum in fine concluſisset: per omnia sæcula sæculorum, mox omnes lapides alta voce clamasse dicuntur, Amen venerabilis Pater. Et ideo venerabilis Pater appellatur.*

29. Verum enim verò quantum Sacerdotes honorantur à Deo, tantundem contemnuntur à sæculo, Dicite sodes, ô sæculares: quidnam vobis Religiosi adscisciunt incommodi; Quid dicam incommodi? imò quàm non vobis utilitatem Religiosi adferunt? Quis animarum vestrarum curam habet? Sacerdotes. Quis verbum Dei vobis subministrat? Sacerdotes. Quis in occurrentibus vobis necessitatibus Deum pro vobis requirit? Sacerdotes, Quis vestras confessiones auscultat, vosque à peccatorum catenis exsolvit? Sacerdotes. Quo mediatore in Dei gratiam restituimini? mediantibus Sacerdotibus, Quis in sacra Religione vos exerceat recitando officium, & Missas celebrando? Sacerdotes. Quis sacra Eucharistia vos pascit & alit? Quis sanctissima vobis Sacramenta, administrat? Quis infimos vestros consolationis causa visitat? Quis Deo vos recommendat, & in transitu vestro ad bene moriendum vos excitat? Quis cadaveribus vestris sepulturas adhibet? Quis per viam suffragiorum apud Deum intercedit, ut ab illo à purgatorii pœnis liberati gloriam ingredi possitis paradisi? Sacerdotes. At verò ô Auditores, si tanta bona ab iis recipitis: cur tot tantaque mala iis rependitis? O quam mala recompensatio est eius, qui utilitati procuratæ per illarum damnum correspondet. Cõfundamini considerando honorem à Phrygibus deferri Sacerdotibus solitum, qui etiam post mortem Sacerdotes velut res privilegiatas reverebantur, curantes, ut illorum sepulchra decem cubitis elevata sæcularium sepulchra transcenderent: *Phryges non defodiunt mortuos Sacerdotes, sed supra lapides decem cubitarum erectos, eos statuunt.* *Io. Stobæus ser. 277.*

30. Silete ô Auditores, siquidem intelligere vos videor, nam objectionem quandam adversus jam dicta vos replicare intenditis, nimirum, mirum non esse, si Sacerdotes à vobis non honorentur, siquidem de eorum numero sunt, de quibus dicitur in Evangelio, quod *dicunt & non faciunt.* Ad quod respondeo, me id totum libenter concedere, scilicet quod dicant, & non faciant: sic namque bene faciunt, *dicunt*, non furandum esse, *& non faciunt*, id est, non furantur. *Dicunt* nemi-nem occidendum esse, *& non faciunt*, id est non occidunt; *dicunt*, non esse blasphemandum, & *non faciunt*, id est, non blasphemant. Verum utique replicabitis, in Evangelio consequenter dici: *secundum vero opera eorum nolite facere*, optimè dicit: nam sacerdotes pro celebranda Missa altare accedunt, id quod ad vo-

vos sæculares minimè spectat, ac proinde *secundum opera eorum nolite facere*. Sacerdotes ingrediuntur confessionalia, ut auscultetis peccatis vestris sacramentalem vobis impertiantur absolutionem: vos autem sæculares *secundum opera eorum nolite facere*, Sacerdotes Sacramenta administrant, vos autem sæculares *secundum opera eorum nolite facere.*

31. Verum dato etiam quod malè faciant, quid id vestra refert, dummodo vos benè doceant. Quid Eliæ referebat, quod Deus illi victum per corvum, qui morticinis pascebatur submitteret? Ipse suam necessitatem considerabat, & panes ac carnes utiles ei erant. Samson sitiens parum curavit quod aqua emanaret è maxilla asini, nec quod mel repertum fuisset, in ore mortui & fœtidi leonis; ipsemet Christus etiam Iudæ pedes suos lavit, & tamen sciebat, & nos scimus qualis esset. Videbitis in altari quodam sacerdotem bonum, & in alio malum & tamen Deus non minus de cœlo descendit, ad prolationem verborum sacramentalium ab uno, quam ab altero factam. Quis pejor Malcho exstitit, & tamen Christus Petrum reprehendit, quod illum ferro offendisset, eo quod minister ille servus erat Sacerdotis scelerati, qualis Caiphas erat: *Percussit Pontificis servum.* Ad hæc si dicunt benè & malè faciunt, desere quod faciunt, & aggredere id quod dicunt. Ex aurifodinis apprehenditur aurum & terra dimittitur, inquit Chrysostomus: *Sicut aurum de terra eligitur, & terra relinquitur: Sic & Auditores doctrinam accipiant, & mores relinquant.* Præterea die mihi sodes: Credisne etiam reperiri Sacerdotes bonos? Imò verò. Ergo melius est, inquit Chrysostomus, quod propter reverentiam boni malos quoque honorent, quàm quod per malorum occasionem ipsos quoque aspernentur bonos. *Sicut* enim *Sacerdotes melius iudicant propter bonos malos docere, quam propter malos bonos negligere. Sic & subditi propter bonos Sacerdotes etiam malos honorent, ne propter malos boni etiam contemnantur.*

32. S. Thomas [& hic finis præsentis discursus] docet, quod in Prælato dicere quoque possumus, in Sacerdote duo debeant considerari, *scilicet persona propria, & dignitas secundum quam est persona quædam publica*, si malus est, non dignus est honore propter respectum personæ, & ratio est, *quia cum honor sit reverentia alicui exhibita in testimonium virtutis*, falsum quis attestaretur, si quis ejus personam tanquam personam honoraret: at verò in quantum est persona publica, non semetipsum repræsentat, *sed personam alterius, scilicet Christi.* Vides igitur errorem quem commitis non dando sacerdoti honorem debitum: quia licet in ipso non sit omnis perfectio, tu tamen eius dignitatem sacram contemnendo, ipsummet Christum in esse repræsentativo contemnis. Porrò restringamus paucis verbis, ea quæ hactenus fusius diximus: Esto Sacerdos ens aliquod abstractum, id est alienum ab omni affectu sæculi, æstimato tuam dignitatem considerando quem repræsentes. Vos quoque Sacerdotes exemplariores estote quam fueritis, & quotquot adestis sæculares, majori sacerdotes honore prosequamini; quam feceritis, & Deus vos benedicat.

***

* * *
* *

SER-

an. 18.

Chrys. in cat D. Th. c. 23 f. 87. col. 4 l. C.

SERMO XIII.

IN FERIAM QUARTAM DOMINICÆ II. QUADRAGESIMÆ.

Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Matth. cap. 20.

CHRISTUS Dominus in urbem Ierosolymorum abiens illusiones, flagella, crucifixionem, & probrosam mortem à Patre suo æterno, à Juda, & ab Hebræis sibi præparata discipulis revelavit, dicens: *Ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum*; idque primum à Patre, *qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*: Deinde à Juda, quia is *quærebat opportunitatem, ut eum morti traderet*; tandem Judæis: quia ut inquit Pilatus: *Gens vestra & principes tui tradiderunt te mihi*: cum hâc tam differentia, ut observat Innocentius Papa, *quod Pater tradidit illum ex dono, Judas pro munere, Judæi in sacrificium*. Dum itineris molestias per hosce discursus transigerent, accessit Maria Salome conjux Zebedæi, duobus stipatus filiis, quos atque ac semetipsam amabat, nimium Jacobo & Joanne: *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, mota ex affectu materno*; inquit Abulensis. *Accessit*, inquam, *adorans & petens* cupida impetrare à Christo gratias, quæ in commodum & honorificentiam filiorum suorum redundare videbantur. *Antequam petens aliquid ab eo, adoravit eum*, inquit Tostatus, id est, *exhibuit ceremoniam adorationis, inclinans caput & genua flectens*. Et Dionysius Carthusianus subjungit: *Quod non statim expressit, sed adorando insinuavit se aliquid desiderare*, pro more hominum politicorum, qui obsequiorum munere gratias sibi comparant: quia *naturaliter quilibet homo obsequiis flectitur & suadetur, honor namque magnum obsequium est ad concedendum quod petit ipse honor exhibitus*. Scribit idem-

met. Et hac politica in præsenti Evangelio usa fuit sapiens Salome: *Et ita mulier caute egit prius adorans, deinde petens, ut adoratio conferret aliquid ad exaudicionem petitionis*. Actus hos honorificentiæ velut dispositiones ad captandam Salvatoris benevolentiam præmisit ad hoc, ut liberaliter & benevolè in desideriorum suorum adimpletionem condescenderet, ac tandem supplicam hisce verbis proposuit: *Dic*; id est, *Fac tuum enim dixisse fecisse est*, exponit Dionysius Carthusianus ib. a. 33. f. 65. l. D. *ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dextram & alius ad sinistram tuam in regno tuo, id est, sac tibi collaterales, & singulariter assidentes*: At vero loco gratiosi responsi rigidam quandam obtinuit repulsam à Christo dicente: *Nescitis quid petatis*. Verum inquies: Cum Rex Cœlorum adeo semper in concedendo munificus fuerit, ut sponte propriâ petita offerret, & nonnunquam alterius postulationem præveniret: quomodo nunc hanc tam civiliter propositam supplicationem recusat? Et tamen si S. Ambrosio credimus hæc Evangelica mulier, *non pecuniæ est avida, sed gratiæ*; imo quod plus est, Author operis imperfecti asserit, quod *Nihil temporale, nihil carnale, nihil otiosum, sed solam spiritualem perfectionem postulabat*. Num forte credendum erit ipsam postulasse ex motu passionis cujusdam indiscretæ? Nequaquam, inquit S. Hieronym. quia *petit pietatis affectu*? aut habuit forte inordinatum aliquem respectum? multò minus, quin potius amantissimæ genitricis exequitur officium: *Matrem considerate, matrem cogitate*, ait Ambros. Num vero nimium audax & præsumptuosa fuit prætensiones suas

D. Amb. ibi.

Auctor. imperfecti.

D. Hier. ib. ap. Mala.

D. Amb.

suas Salvatori proponendo? Minimè, imo vero Chrysost. eam celebrat tanquam humilem, reverentem & modestam: *Reverentiâ exhibitâ petit, ut quod petierit, sibi detur.* Et quidem tametsi nonnemo mulierem hanc alicujus vellet culpæ arguere, attamen Chrysost. idem defendendæ mulieris hujus in se patrocinium suscipit dicens: *Sexus excusat errorem.* Et tamen mater pariter & filii veluti inconsiderati & imprudentes reprehenduntur: *Nescitis quid petatis*, quasi Dominus diceret, vanitas est si quis petat quod placet, quando id quod placet pariter offendit. Officia sunt onera, quæ opprimunt potius, quam erigunt; nam quisquis ad gubernandum assumptus est, nullum ei sedendi tempus superest: atque ideo inter pericula navigat, qui ad dignitatum portum aspirat: procurando honotes turbationes quæritis, & quicquid præjudicio vobis esse poterit; ac proinde in vestras præsentes condescendere petitiones, idem est, quod defatigationes per novos pensare labores, & dexteram pariter ac sinistram quam petitis vobis indulgere, est idem quod plumbum vobis auri loco porrigere. *Nescitis quid petatis.* Matt. 20. Omnes hæ rationes passæ repulsæ tanquam probæ admitti possunt, veruntamen scriptores sacri alias longe convenientiores in medium adducunt, quarum tres pro præsentis discursus argumentis commodè mihi deservire poterunt. Prima est, ideo petitionem eorum hisce verbis rejectam esse. *Nescitis quid petatis*, quia *per saltum* ad illas dignitates ascendere, & in uno eodemque die à reti ad sceptra evehi volebant, ac proinde *Nescitis quid petatis*; per quod nobis simul innuitur ad sedes dignitatum & præeminentiarum *gradatim* ascendendum esse. Secunda est, quia suo piscatoris statu acquiescere, & eo contenti esse debebant, attendendo ad proprium exercitium, non vero procurare ut sedeant tanquam principes collaterales Regis cœlestis, in Thronis dignitatum, atque ideo optimè in illos quadrat hæc repulsa: *Nescitis quid petatis.* Tertia est quia sedere volebant juxta Regem in eadem sublimitate: *Unus ad dexteram, & alius ad sinistram*; ideoque minimè obtinuerunt: *Nescitis quid petatis*; ut idipsum nobis instructionis loco deserviat, ne cum Deo nimis familiariter sicut frater cum fratre, sed cum metu, tremore, & reverentia ac humilitate debita agamus & conversemur. Ego interea hanc mulierem Evangelicam imitabor postulando à Domino gratiæ suæ auxilium & spiritum, à vobis autem silentium & attentionem:

Chrysib. in cat. D. Th.

Idem ib. in cat. D. Th.

2. *Dic ut sedeant hi duo filii mei, &c.* Volebat hæc mater ut filii sui à navibus ad Thronos, à retibus ad coronas, à piscibus ad principatus, à mari ad regna, ab uno extremo ad alterum sine medio transitum instituerent: *Paucis ante diebus & retia & piscandi officium, quo vitam sustentabant, deseruerant, & jam principatus & primas sedes in temporali regno ambibant.* Lud. Granat. ap. Tho. de Trusil ser. 4. post 2. Dom. Quadr. Verum salrus hi admodum sunt periculosi & lethiferi, si quis nimirum uno pede in miseriarum profunditate constitutus alterum subito ad regnorum sublimia contendat extollere: *Finem obtinere volebant ante principium medium.* Qui motus naturæ cursui valde insunt abominabiles, utpote quæ per quotidianam experientiam nobis demonstrat, quod ab æstate ad hyemem autumno mediante transeat, nec non ab hyeme ad æstatem mediante vere: exercitia quæ sanitati conservandæ serviunt lento debent gressu inchoari, ac tum demum sensim ac paulatim sollicitari, donec perveniatur ad præfixum sibi terminum: *Remisse & ac leviter unusquisque exerceri incipiat, deinceps ejus intentionem augeat paulatim, usquequo ad terminum, qui sibi conveniens videbitur, perveniat.* Ut monebat Mercurialis; qui autem secus faceret, per ipsam experientiam comperturus esset, quantum sanitati suæ præjudicaret, uti affirmavit Galenus, ap. eun. ibid. dum ait: *Nam subito ab intensis exercitationibus incipere, non solum imbecillibus, sed etiam robustis corporibus summè perniciosum est.* Pari quoque ratione *honores* juxta leges *gradatim sunt conferendi*; maximè vero honores & dignitates præcipuæ & quæ magnum in se pondus & momentum continent, hæ enim alicui dispensari nequeunt, nisi prius in minoribus probe fuerit exercitatus: L. ut gradatim ff de mun. & hon. *Non majorem honorem, nisi prius minorem susceperit, gerere potest.* De gradu enim ad gradus necessario ascendendum est, ab infimis ad majores, à majoribus verò ad supremos. *Per gradus enim est ad ordines ascendendum:* Milites postquam sub Martis insignibus conscripti militaribus se Sacramentis obstrixerunt, sensim & paulatim ad arma tractandi modum instrui debent, & primo quidem docentur modum gradiendi & passus formandi, postea instruuntur ad cursum, ac demum & saltum, & sic consequenter ad alia

alia exercitia militaria descenditur : *Exercendi sunt scholastici ad incedendum gradatim & passim, & ad cursum, & saltum.* Ut docet Ægidius Colonn. p. 1. l. 3. de Reg. princ. cap. 6 in Politica. Tacitus qui Principum scrutatus est actiones, dicit Tiberio, utpote qui à gentis Augusti plurimum differebat, nunquam operæ pretium visum fuisse populum lusibus, jocis, & dissolutionibus consuetum allectum, ab isdem subito ad modum gravitatis vivendi honestum, modestum, & regularem traducere, ad eum ferè modum quo impossibile est, ut equus aliquis præcipitanter & pernicissimè currens, frænum stringendo & remordendo in unico momento sistatur : *Populum per tot annos molliter habitum nondum audebat ad duriora vertere.* Agrippina ut se à culpa publicè perditum Neronem filium suum immerito defenderet omnique culpa carentem ostenderet, omnem curam & sollicitudinem filium in eo adhibuit, ut ostenderet Neronem ad imperium nequaquam *per saltum* ascendisse, utpote cui dignitates summa cum industria procurasse, ut scilicet prius Consulatum Romanum adiret, ut per hunc viam sibi facilem ad Imperium sterneret. Ruffus multo tempore militiâ meruit tanquam miles, postea ut Centurio, tandem vero velut castrorum præfectus. *Dein manipularis, dein centurio, mox castrorum præfectus* scribit de eo Tacitus. Tametsi Idem l. 2. cap. 3. Deus ad officia, gradus, & honores juxta suum beneplacitum dispensandos plenariam habeat authoritatem, hunc tamen respectum servare etiam cum suis nepotibus observavit, ut eos semper gradatim & non aliter ascendere faceret. Cum Marchio Vasti Regni Neapolitani in bello generalis Dux esset, vehementer indoluit, quod Neapolitanos ad arma tractandis quam ad prensandas militares dignitates inducere non posset, utpote qui prius Consules quam milites, prius Generales, quam Capitanei esse desiderent. Eheu! quot inveniuntur, qui curtum ante boves collocant, qui fructus ante flores desiderant, qui prius finem rei assequi volunt, quàm illius exorsi fuerint principium, aut qui prius per fortunam magni fieri ambiunt, quam ad minora pervenerint. *A minimis incipienda est virtus*, ait S. Chrysostomus. Chrys. hom. 26.

3. Impius ille nequam spiritus, excommunicatus, rebellis & superbus Lucifer, jactantia, ambitione, & fastu tumidus, adeo fuit præsumptuosus & temerarius, ut cum ipsomet Deo concertare, eidemque nec quicquam cedere, sed ei per omnia par & similis esse, ne dicam superiorem se illo existimare non dubitarit. Fidem huic rei plenissimam facit Isa. Propheta dum ait : *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis : Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo :* at vero hic ejus temerarius ausus subitò castigatus fuit, siquidem in ipsam usque inferni abyssum præceps actus est, sine ulla spe inde unquam in æternum egrediendi, aut Dei gratiam recuperandi. Et ecce eum ad extremum usque exterminium contritum & eversum. Unde S. Joannes : *Et projectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus ; Propter superbiam cujus meritò cecidit,* inquit Doctor Angelicus ibidem. Enimverò hanc in Dæmonem fulminatam esse sententiam, ut scilicet in perpetuum à cœlo exulet, & à præsentia Dei sit in æternum exclusus, nec non ad inextinguibiles gehennæ flammas sit condemnatus, nihil in se raritatis continet, siquidem hæ pœnæ millenis ei titulis debentur, ut per illas nimium elatus ejus deprimatur fastus. Hoc solum in ejus supplicio plurimum obstupesco, quod lapsus & ruina ejus sit irremediabilis, & peccatum irremissibile ; cum tamen homini peccanti Deus facillimè condonet ; imò homine in profundum miseriarum præcipitato, & in servitutem Dæmonis redacto, Deus ipsemet incarnatur, ut cum proprii sanguinis sui moneta eundem redimat, & tamen Angelo creaturæ tam nobili & pretiosæ nullum prorsus supersit remedium ? Respondet Magister sententiarum, quod Angelica natura quoniam non tota perierat, sed ex parte perstiterat, non est redempta. Ægidius & alii dicunt, peccatum hominis excusabile fuisse, non vero Angeli : *Ignorantia vel nescientia facit ad excusationem peccati, & quia cognitio Angeli superexcedit cognitionem hominis, consequens est, quod peccatum Diaboli propter luciditatem sui intellectus semper excesserit peccatum hominis.* Pro cujus difficultatis intelligentia, præsupponenda prius est notitia temporis, quo Lucifer peccarit. Aliqui eum malum à Deo creatum esse dixerunt ; hæc autem est opinio damnata & erronea ; *Nullus enim effectus consequitur ab agente, nisi secundum conditionem agentis,* inquit S. Thomas in 2. dist. 3. q. 1. a. 1. unde cum Deus omnia eo fine creaverit, ut iis bonitatem suam communicaret : *Impossibile est quod ab ipso fiat aliquid,*

Isa. 14.

Apoc. 12.

Mag. sent. l. 2. dist. 21 f. 80. l. F. Ægid. in 3. dist. 1. p. 2. q. 1. a. 2. in resp. ad 2. l. D.

quid, nisi secundum quod sua bonitatis particeps est. Hoc autem bonum est, non vero malum. Alii vero ipsum in primo creationis suæ instanti peccasse dicunt, & sine mora corruisse : pro cujus opinionis confirmatione illa Christi verba adducunt : *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit.* Hæc autem opinio omnino est à doctrina sancti Thomæ aliena, siquidem voluntas ex sua natura fertur ad bonum vel verum, vel apparens; si est verum, idipsum desiderando non peccat, bene tamen si est apparens. Unde sanctus Pater Augustinus docet, neminem bonum verisimile judicare posse, nisi bonum verum prius cognoscat, ergo cognitio boni veri cognitionem boni verisimilis præcedere debet; adeoque dicere oportet Angelum in primo suæ creationis instanti bonum verum cognovisse, & postea in secundo instanti appetivisse id, quod verisimile est, & hoc fuit peccatum. Atque ideo dicere quod Angelus in primo instanti peccavit, idem est, ac asserere, quod prius habuerit cognitionem boni verisimilis, quam notitiam veri, quod est verum cognitionis ordinem invertere, ac proinde Doctor Angelicus D. Thomas ubi supra columna 2. littera C. concludit. *Cum impossibile sit intellectui creato simul plura intelligere, non potuit primo instanti creationis appetitus Angeli esse malus.* Opinio igitur probabilior est, quod inter creationem & peccatum interpositum fuerit spatium aliquod, nescio quod vel quale: *Aliquam fuisse moram ajunt inter creationem & lapsum,* inquit Magister sententiarum. Quid igitur mirum, si hic virulentus Draco è Cœlo pulsus, & erroris sui gravitas irremediabilis æstimata fuerit? In hac enim mora vel instanti, subito post suam creationem ad sublimissimam Cœlorum altitudinem ascendere decrevit: nondum, ut ita dicam, esse habebat Angelicum, cum ecce jam prætendere contendebat divinum: nondum in curia cœlesti servire cœperat, cum ecce jam in eminentissimo throno considere, & tanquam Dominus cunctis imperare ambiebat : vix esse creaturæ receperat, quando jam aspirabat ad esse creatoris; hi autem sunt saltus nimis præcipites & repentini, id quod sanctus Cyrillus Alexandrinus egregiè eidem improperat, dicens: *Paululum te à divinæ præstantiæ celsitudine abesse putasti, cœlumque forte ipsum te fore pervium expectasti, tuum solium supremo throno adæquavisti, Deo æqualem te esse & supra creaturam stolide existimasti, & ultra nubes scandere, & in ipsis stellis consistere credidisti.*

Joan. 8.

S. Aug. l. 3. con. Academ.

Pet. Lomb. l. 2. dist. 3. f. 143. l. F.

Cyril. Alex. in Isaiam l. 2. c. 2. fol. 267. l. C.

4. Prudentissimus Deus Divini honoris zelosissimum servum suum Eliam Propheram Carmeli Patriarcham, è mundanarum miseriarum valle eripere, atque ad cœlestem beatitudinem transferre decreverat; qui proinde poliquam flumen Jordanis siccis pedibus pertransisset, Elisæo discipulo suo imminentem sum discessum apertè revelavit, eum patiter invitando, ut priusquam ab oculis illius eriperetur, aliquam ab eo pro sua consolatione gratiam sibi collibitam exposceret; cumque per viam incedentes varios inter se sermones miscerent, ecce ex improviso currus quidam igneus, quem duo flammivomi & velocissimi equi post se trahebant, apparuit, & coram Elia substitit, qui socio suo summa cum benevolentia ultimum vale dicens, igneum hunc currum ingressus est: *Cumque pergerent & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diviserunt utrumque.* Quarto Regum secundo. Sistit hic Abulensis, potius ut motum, quo Propheta abreptus est à sodali suo, quam extravagantem machinæ illius, in qua abreptus est formam & figuram consideret, & observat, equos illos tametsi ignei fuerint, non subitò in aëra sublevatos, & ad stellas usque delatos esse, sed potius aliquamdiu super faciem terræ processisse, postea vero currum & equos in nubem quandam fuisse conversos, à qua deinceps auræ in nubeculam spirantis beneficio ad Cœli altitudinem usque sublimatus fuit, ad eum ferè modum, quo ventus propitius vela nonnunquam ingravidans, naviculam ad portum usque feliciter perducit. Ecce ipsissima doctissimi Abulensis verba: (Elias verè raptus in cœlum in turbine, apparuit tamen in principio currus igneus, & equi ignei, & currus trahebatur ab equis super terram, & istud duravit aliquantulum: postea autem mutata fuit habitudo illa currus, in aliam formam, scilicet, quod facta est quædam nubes concava grossa, in qua sederet Elias, & tunc incepit ventus fortis impellere nubem.) Unde perspicue deducitur, quod priusquam Elias nubem ingrederetur, & in ea in cœlum usque sublimaretur, prius in curru super terram properante vectus fuerit. Id quod etiam Petrus de Avendagno serm. 2. in Dom. infra Octavam Epiphaniæ, hispanicè conscripto ve-

Ad-

lus

lat ipsissimis verbis confirmat. Per hoc autem Spiritus Sanctus significare voluisse videtur, quod (sicut currus Eliæ non subitò à terra sublatus, sursumque actus fuit, sed trahebatur ab equis, superque terram, & illud duravit aliquantulum, ita in qui in alium dignitatis & honorum ascendit, nullatenus præpropere festinare debeat, sed prius (super terram inambulet,) id est, prius in officiis humilioribus exerceri, & postea sensim & paulatim, excitatus à vento fortunæ & favorum, vel meriti de gradu in gradum, de terra ad aëra, ab aëre ad stellas cæli usque sublevari debeat. O quot sunt, qui priusquam in curia Principis alicujus serviendo aliquos in terra gressus faciant, in vitium evolare cupierint super quosvis alios ad sublimissimos evecti honores! Erit aliquis, qui tam pessimè suum Romæ vix figere cœpit, ad sublimia dignitatum culmina sese evehi cupiet, à fabulosis stellis, ambiet alius pileo citius quam calero tribui, in Vaticano appellere priusquam egressus fuerit Portã Populi, imò ut alma Urbs dignitatibus & honoribus gravida subitò ei influat, parturire miracula. Non sic itur ad astra; quæ prius tempora temporibus temperanda sint, & observandus est author naturæ, qui primò ponit materiam, & postea formam introducit.

5. Subquam tres Magi sive Reges Orientis monitis fuere, Hierosolymis, vel in alio quantùm circumvicino, natum esse Judæorum Regem, omnium Regum totius universi unicè maximum, ad eum sese recipere decreverunt, ut eum ut verum Dominum suum agnoscentes debitis quoque illum prosequerentur honoribus, tum illi pretiosissima dona offerendo, quæ in omnibus thesauris suis regis invenire possent; Quapropter omnibus equis, camelis, dromedariis, jumentis in ordinem ritè dispositis, hujusque jumentis ac sarcinis bene ordinatis, nonnullorumque aulicorum comitatu in procinctu stantibus, diluculo sequenti, exoriente aurora itineri se accinxerunt; & ecce protinus stella quædam, veluti viæ ductrix eis apparuit, quæ ut de via illos omninò redderet securos, toto illos itinere præcedebat: *Et ecce stella quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos*, Lucæ 2. ubi meritò quæritur, cur Deus non miserit illis Angelum potius, quàm stellam; hic etiam illis viam quam sectari debebant securius ostendere potuisset, quam stella: Similiter hic indutus humana corporea cum illis discurrens aliqualem eos de nati novi Regis gloriæ conditionibus & qualitatibus informationem dare potuisset? Scio equidem quod ad Pastores Bethlehemiticos Angelus quidam missus fuerit, qui glorioso illis Salvatoris natales insinuaret: Zachariæ similiter Angelus apparuit, qui Elisabethæ conjugis suæ patrum ei significavit: Denique Josepho quoque Angelus sub missus fuit, qui ad hoc ut puer JESUS ab impii Herodis tyrannicis manibus liberaretur, fugam ei in Ægyptum instituendam persuaderet; & sic consequenter in variis occurrentibus casibus Deus semper Angelos ad monendos vel terrendos homines adhibuisse perhibetur: cur igitur ad hosce tres coronatos vertices stellam misit? Respondebit quidem S. Gregor. hom. de Christi Nativ. id factum esse: *Ut qui in stellarum observatione versabantur ex stellis Christum agnoscerent.* At verò nunquid id melius Angelo referente cognoscere potuissent? Optarem utique ut hæc resplendens stella tantum mihi lumen impertiret, ut ad depellendam hujusce difficultatis caliginem sufficiens essem; at verò quia illud à stellis impetrare non possum, idipsum mihi procurabo per cœcum. Etenim postquam Christus appropinquasset portis Bethzaidæ adductus fuit coram eò cœcus, pro quo multis eum precibus sunt obtestati, ut lucem sibi reddere dignaretur: *Adducunt ei cœcum & rogabant eum ut illum tangeret*: Marc 8. Dominus autem apprehensa ejus manu subduxit eum foràs, & salivæ suæ remedium oculis ejus impositum applicuit, ac tandem interrogavit: *Si quid videret*, qui respondit: Videor mihi è longinquo aliquid sese movens videre, at verò discernere nequeo an arbores sint, an verò homines ambulantes: *Video homines veluti arbores ambulantes*, Matth. 8. quasi dixisset ut scribit Dionysius Carthusianus in 8. Matth. art 9. *Corpora video moveri sed distinctionem membrorum & figuras lineamentorum non discerno in eis, quia videre incipiebat, & obscurè illuminatus est*, unde videbat quidem, sed parum: Tunc Dominus manum suam iterata vice oculis admovit, & sic visum suum perfectè recuperavit, *ita ut clare videret omnia*. Faciamus hic punctum, & subsistamus nonnihil, ad investigandam causam, cur Filius Dei, cujus semper perfecta sunt opera, in hoc opere se adeò à semetipso diversum exhibuerit, dando huic cœco in principio modicum de visu, eumque deinceps magis magisque augendo perfectius videre faciat, sicque *paulatim hunc cœcum illuminet* ut idem Author inquit: cùm enim illum in unico instanti perfectè illuminare potuerit,

Luc. 1. Matth. 1.

rit, cur id sensim & paulatim facit? *Ideo non statim eum facit perfectè videre* (inquit Theophylactus) *sed in parte, quia non perfectam fidem habebat. nam secundùm fidem datur medela.* Optimè: nec tamen ideo prætermitto volo rationem quam tradit Scriptor quidam Modernus, dicit enim, quod sicut dum quis multis annis in obscuro carcere, ubi nullum videre lumen potuit, vinctus remansit, finito incarcerationis suæ tempore, non subitò meram solis lucem ei videre permittitur, hoc enim ei potius noceret quam prodesset, sed paulatim & gradatim ad lucem magis accedit, ita quoque Christus circa hunc cœcum, qui tanto tempore in cœcitatis tenebris hæserat, fecisse videatur. Nunc revertamur ad Magos, non per Angelum aliquem, sed stella mediante ad præsepe Domini ductos, & meritò; quia hactenus inter obscuras umbras, atrasque infidelitatis caligines misere hæserant, jamque in via erant ut ad verum justitiæ solem Christum accederent: *Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ*, unde si ex tenebratum densitate in claritatem solis deducti fuissent, idem hoc esset, ac si ab uno extremo ad aliud sine medio pertransivissent, qui saltus valde est periculosus, ac proinde necessum erat, ut prius temperato alicui lumini assuescerent, quale est lumen stellarum, ac tandem ad solis lumen propioquius accederent: Huic opinioni se quoque Chrysostomus subscribit, dum ait: *Hinc est quod & Magos adhuc nostis incolas & totis obstupescentes oculis, tenuiter micans stella assuefacit ad lucem, & gradatim pertrahit ad ipsum fontem luminis & dierum.*

Theophyl. ibid. in Cat. D. Thom. fol. 130. col. 4. lit. B.

Malach. 4.

Chrysost. serm. 87.

6. Salvator noster duodennis erat, quando occasione solemnissimæ festivitatis Hierosolymis habitæ, à Patre & Matre in media hominum turba amissus fuit, & postquam eum inter cognatos & amicos frustra quæsivissent, tandem templum ingressi, in medio congregatorum Rabbinorum feliciter invenerunt: *Post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum.* Quid autem faciebat inter illos? Agebatur inter eos de nonnullis difficilioribus Sacræ Scripturæ passibus, ipse autem cum attentione auscultabat, & egregias difficultates moveri audiens, interrogabat, ut earum quoque resolutionem audiret: *Audientem illos & interrogantem invenerunt eum.* Quod auscultarit, non ad discendum, siquidem in quantum Deus infinita scientia præditus sciebat omnia, sed potius ad emendandum doctrinas illorum si necessum fuisset, in hoc bene dicitur. At vero quod interrogarit eos, tanquam indigens scire, hoc est, quod valde mihi videtur difficile, nec ab aliis capi facile potest. Beda id factum esse respondet ut Christus se hominem esse demonstret: *Ad ostendendum quod homo erat, homines magistros humiliter audiebat.* At verò hæc ratio bene procederet, si Hebræi opinati fuissent Christum solum Deum, & non hominem esse: cum autem omninò contrarium opinati fuerint, non videtur necessum, ut Christus multum laboraret ut se iis hominem esse probaret, ac proinde libentius adhæreo resolutioni Origenis, qui dicit, quod cùm Christus fuerit juvenis annorum duodecim, prius se discipulum monstrare voluerit auscultando, & interrogando (licet eo non indigeret) antequam se Magistrum exhiberet docendo & explicando: voluitque per hanc actionem nobis innuere, quod prius discere, postea docere, prius discipuli, postea magistri esse debeamus: *Sedentem in medio Doctorum audientem illos, & interrogantem, & hoc pietatis officio; ut nos doceret, quod pueris quamvis sapientes & eruditi sint, conveniat ut audiant potius Magistros, quam docere desiderent.* Et sanctus Bonaventura ait: apud Joannem Silveiram tom. 1. lib. 2. cap. 10. quæstione 16. num 51. fol. 348. *In hoc spiritualiter est intelligendum, quod Christus docet nos, quod antea debeamus discere quam docere.* Numerus sine numero eorum invenitur, qui in unico die Magistri esse volunt, priusquam discipulorum munus exercuerint, nondum moti sunt à termino *à quo*, quin universum vere Philosophiæ ordinem inverterendo prætendant se pervenisse ad terminum *ad quem*: Nondum se moverunt, jamque se cursum complesse existimant, aliorum Duces vel castrorum Præfecti esse ambiunt, quando gladio (qui militiam significat) accincti nondum fuêre; Nondum tympanista ad congregandum exercitum & instruendam aciem rauco tympani strepitu insonuit, cum ecce de prædis & spoliis adversariorum patandis, distribuendis, & dispensandis inter se consultant: Nonnulli dum nondum in statu perfectionis facti sunt incipientes, jam se ad *non plus ultra* sanctitatis pervenisse putant: Nondum opus aliquod meritorium Deo gratum elicuerunt, cum tamen tempus miracula patrandi adesse stulè sibi persuadeant: Nondum mortui sunt, nec processus vitæ ipsorum formatus est, & tamen Ecclesiam circa canonizationem ipsorum occupari existimant.

Luc. 2.

7. In quonam existimatis, ô Auditores, primam

mam à dæmone Salvatori nostro intentatam tentationem consistere, quando in deserto lapides ei offerens, dixit: *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Nonnulli sibi imaginantur, fuisse tentationem gulæ, dæmonem autem valde insipientem fuisse dum famelicum gula tentare voluit, lapides ei præsentando, potius ei panem adferre debuisset, vel saltem illum aliquo epulo substantiali & delicato allicere: Unde sanctus Petrus Chrysologus sic ea verbis derider: *Miser tentus Chrysologus, sic ea verbis derider: Miser malus vos esse, sed non potes, cupis tentare, sed nescis; cùm tenera offerre, non dura debuisti. famem non asperis pulpare, sed blandis; inediam non horridis deberas urgere, sed gulosis.* Cur igitur ei lapides obtulerat & non panem? Cur saxa & non epulas? Ita tibi, ô dæmon, veritatem fatear, astutiorem Christum credidi, quàm te modo inveniam. Imò verò, ô Auditores, hac in re astutiæ suæ sinistratem probavit: ipse enim (si Bedæ creditimus) non curabat an manducaret, vel non, quorum non tentavit de gula, sed de miraculis panalis, de transmutandis in panes lapidibus, qui in intra semetipsum ratiocinatus fuisset: Nondum plures quam quadraginta abiere dies, ajebat hic huic vitæ asperitati, in hoc solitario desertoque locoque se applicuit, miracula facere eorum est hominum perfectorum & profectorum in sanctitate. O utinam eum inducere potuissem ut hoc miraculum facere præsumeret, meæ victoria hinc certus essem: nam in bonam partem esse (uti credo) & opera viri perfecti facere velle, est currum ante boves collocare, quique saltus valde periculosus & mortalis, quem inimicus tentator. At verò Christus, cujus opera nobis exemplaris loco servire debent, miracula facere noluit, non quia non potuit, aut quia non fuit perfectus, sed quia personam incipientem in deserto repræsentans, nos docere voluit, non esse bonum, si per voluntatem ad miracula subitò facienda saltare velimus: *Tentans eum diabolus ad miracula provocat obeunda: sed rejecit, ostendens in virtutis itinere non statim ad miracula recurrendum; sed lento gradu ambulandum esse,* inquit Beda. Nunquam adhuc vidi, quod terra arbores prius magnas quàm parvas produxerit, nec fructus prius maturos quàm acerbos; nec natura nos docet, ut in teneritate annorum nos nutriamus cibis substantialibus, non verò lactè nos sustentemus, & nos nonnunquam pulchertimum naturæ ordinem invertere & perturbare conamur, volentes prius esse magni quam parvi, prius gigantes quàm infantes, prius Episcopi, quam Sacerdotes, prius Papæ quam Cardinales, prius comprehensores in cælo quàm viatores in terra, & qui nondum hic deorsum nobis ulla accumulavimus merita, vellemus cum Beatis sursum possessores esse in gloria. Num igitur audiri potuit petitio exorbitantior ea, quam conjux Zebedæi Christo pro filiis suis proponit: *Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dextram & unus ad sinistram in regno tuo.* A pissatione, exercitio nimirum humili & vili, ad dignitates aspirabant Principatuum: *Volentes summi esse in gloria, qui nondum prioribus sanctis similes erant in merito,* inquit Dionysius Carthusianus: ac proinde congruam temeritati suæ accepere responsionem: *Nescitis quid petatis.* *Paul. de Palat. ibid. fol. 34.*

8. Longè se prudentiores fuisse probassent, si gradu suo, in quo erant, contenti fuissent, attendendo ad maris exercitium, non verò ad regnorum gubernium, ad extendenda retia, non ad leges promulgandas, ad instituendam piscium prædam, non ad imponendum gentibus præceptum, ad remos tractandos potius, quam ad sceptra sustinenda. De cancro hic circumferur apologus, quod è locis aquosis egrediens terram petierit, ut in ejus planitie herbis se pasceret, in ea autem à vulpe visus subitò devoratus fuit, unde natum est inter veteres Proverbium: (Maritimus cum sis ne velis fieri terrestris,) ut legitur apud Paulum Manutium in Adag. id quod ei accidit, quia statum, locum, & conditionem à natura sibi inditam mutare voluit. Idem quoque evenit illis, qui ordinem naturæ evertere & turbare dispositiones Dei volunt; atque ideo cuilibet curæ esse debet, ut statum suum, quem ex Dei dispositione accepit, conservet, illique placidè acquiescat, ita ut qui natus est in humili valle, sese animet, quia non est solus, seque per patientiam obarmet; (Equus in quadrigis, & in aratro bos,) dicebant olim veteres: Quisquis militiam profitetur, debet (juxta leges) potius Martis, quam Palladis, aut Minervæ esse amicus: Miles magis debet scire arma quàm leges.) Hyppocrates in Juramento Medicinæ fidelitatem juravit promittens se ejus limites nunquam esse transgressurum, neque abiturum in alienam professionem, tametsi ei ad hoc occasio præberetur: (Nec unquam ex calculo laborantes ipse secabo, sed his, qui totos huic operi se dicarunt, hoc officium) *Idem in Adag.* *L. Imper. Cod. de jure delib. l. 1. scimus.*

Meri-

Apud Garzon. Meritò igitur Alexandro in officina Apellis de pictutis sermocinanti sæpius ab eodem Apelle suasum fuit, ut taceret, eò quod eum ineptè de hac arte discurrentem audiret, tandem verò progredienti, dixit: Loquere modestè, quia tyrones mei, qui colores conterunt & præparant, sermones tuos ridebunt, quasi diceret, convenientius tu, qui militiam exerces, de bello, armis, munitionibus, sanguine, &c. loqueris, nobis de pictura, de penicillis, & coloribus sermonem relinquens. Ptolomæus de musica discurrere volens hac sententiola à Stratonico illusus fuit: (Aliud est, ô Rex, sceptrum, aliud plectrum;) ab eodem quoque faber quidam pariter reprehensus fuit, dicendo: (Non animadvertis te supra malleum loqui? Unde Poëta sensatè cecinit:

Paulus Manut. l. 6. Apoph.

Ovid.

Navita de ventis, de tauris narrat arator.
Enumerat miles vulnera, pastor oves.

9. Hinc igitur quilibet discat, in gradu & conditione sua constanter persistere, tam in loquendo, quam in operando: cujus Sanctus Paulus diligens & exactissimus observator extitit. Theodoretus subtiliter modum observat, quem Sanctus Paulus in scriptis ad diversos literis suis constanter tenet; in omnibus namque Apostolicam dignitatem sibi attribuit, sic ad Romanos: *Paulus vocatus Apostolus*; Rom. 1. ad Corinthios: *Paulus Apostolus IESV Christi*, 1. Corinth. 1. pariter ad Ephesios, Philippenses, Colossenses, & alios, prout in Scriptura Sacra videre licet, solum in Epistola ad Hebræos nomen & officium vel dignitatem Apostoli minimè subscriptam reperietis, sed potius fraternitatis nomine insignitam, dum illos fratres suos vocat: *Fratres sancti, Videte fratres. Rogo vos fratres.* Hebr. 3. & 13. Cur autem se non æque audet appellare Apostolum apud Hebræos, atque apud alias nationes? Nolite credere idipsum carere mysterio: Legite principium capitis tertii Epistolæ ad Hebræos missæ, ibi enim hæc verba invenietis: *Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ IESVM.* O quam cautus est, inter Hebræos non vult videri Apostolus, ne per Apostolatum ingrediatur jurisdictionem Apostolicam Christi JESU: Sed in sola activitatis suæ sphæra Apostolum se esse ostendit, ad eum fere modum, quo Episcopus aliquis in jurisdictione alienæ Diœceseos functiones suas Episcopales non exercet, sed in gradu suo persistit:

Theodor. apud Oc-

(Cùm Dominus tanquam Dei omnipotens Apostolus ad Hebræos missus esset, Paulus, q. ii ad gentes missus erat, non scripsit se Hebræorum Apostolum.) Davidis pastoreli auribus quidam post famæ rumor insonuerat, è Palatio regio edictum quoddam emanasse, quo Saul Rex filiam suam ei in uxorem promittebat, qui cum formidabili gigante, Philisthæorum generali Duce in duellum se committere, eumque occidendo, turgidum ejus fastum mortificare præsumeret, ac proinde prò tali facinore attentando animum illi satis generosum promitteus, in conspectum Regis se confert, atque ad incundum cum formidabili Goliath singulare certamen prompte se offert, pariter reportandæ victoriæ securitatem promittens: *Ego servus tuus vadam & pugnabo adversus Philisthæum*, primo Regum decimoseptimo. Saul hunc tanti cordis juvenem videns, obstupuit, veruntamen ad eum audiendum nonnihil admisit, & subrideus quasi per jocum ei dixit, facinus hoc ejus vires longe superare, & nimium hunc ausum in eo vel ab ætatis juvenilis fervore, vel ab insufficienti ferocis adversarii sui notitia procedere, utpotè qui etiam expertissimis totius exercitus Israëlitici Athletis timorem atque formidinem incussisset. Quæ verba Davidem pastorem nequaquam perterruere, sed potius novos addiderunt animos, adeo ut spiritus cordis sui in eò magis magisque reviviscere viderentur; ut autem majorem Regi genetositatis & fortitudinis suæ fidem ingereret, argumenti loco, varias Regi retulit victorias ab ursis & leonibus occisis & dilaniatis vigore dexteræ suæ gloriosè reportatas: *Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philistæi hujus.* Mox igitur Saul advocatis servis suis dixit: Abite & armaturam, qua me induere soleo adferte, eaque præsentem pastorem induitè; ensem quoque meum ei accingite, ut armis tam defensivis quam offensivis optimè munitus & securus abeat. Dictum, factum: Lorica eum induunt, adaptant pectori ejus thoracem ferreum, galeam quoque plumis rutilantibus & nigris inimico sanguinem & mortem minitantibus adornatam capiti ejus imponunt, latus ense accingunt, adaptant brachio forte scutum, dexteram autem ejus ferrea chirotheca obarmant: Risissetis utique, ô Auditores, si Davidem vidisseris hac suppellectile bellica superindutum, quæ eum non gravabat sed onerabat potius: interim verò bis terve aulam regiam inambulando probavit, num armatura defensioni parandæ subservitura esset. Verum tandem reipsa expertus est, quod ne gressum quidem armis illis indutus movere possit,

set, multo minus arma pro necessitate occurrentes tractare, galea etenim caput nimis aggravabat, thorax ferreus pectus ejus nimium stringendo suffocabat eum, scutum brachium ejus in terram continuo trahendo defatigabat, ensis quoque regius nimio sui pondere latus ejus afficiebat: *Cæterum ut securus si armatus posset incedere*, sed quia non habebat consuetudinem, quævis armaturæ species singulare ei facessebat negotium. Quapropter bonus hic pastorculus dicere cœpit, retineat sibi Rex bellicam sibi convenientem armaturam, utpotè quæ damno potius, quam utilitati mihi esset, optimamque victoriæ spem manibus meis ereperet: *Non possum sic incedere, quia usum non habeo.* Quid igitur? Ergone cum toti totius exercitus terror est, inermis certabis? Imo vero, si enim occubuero, natum inde nomen me solum manet, Date igitur mihi rudem vestem meam, fundam meam mihi porrigite denique baculum meum, armis etenim pastoralibus assuevi, non regiis, lapidibus, non ensibus, fundis, non hastis, nolo mutare fortunam, certamen quidem inire decrevi, sed pastorum, non militum more in medium prodibo, nec alium, quam qui sum præ me feram, neque unquam meum unquam commutabo, pastorem sum, non autem bellator, pastor natus; *& deposuit ea & tulit baculum suum quem semper habebat in manibus*, unde Basilius Seleucensis orat. 15. ait. (Arma tanquam victoriæ monimenta David exuit, bellicam stolam exuit, sola pastoritia, & virga, ac pera obtentus.)

10. Verbum Incarnatum de regno cœlorum loquens, idipsum sinapis grano ab homine in agro suo seminato, & fermento à muliere domi sue sub farina recondito comparavit: de illo ait: *Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accepit homo seminavit in agro suo*: Matth. 13. de hoc vero inquit; *Simile est regnum cœlorum fermento, quod abscondit mulier in farinæ satis tribus*: Circa quas similitudines sanctus Petrus Chrysologus pulchram quandam ponderationem instituit; nimirum quod Christus de seminatore loquens, dicat: *Simile est regnum cœlorum homini & non mulieri*: Postea vero de fermento sermonem instituens subjungit, *quod acceptum mulier, & non homo abscondit*; Cur potius comparationem regni cœlorum ita non instituit, ut homo seu vir sit qui fermentum accommodet, mulier autem quæ semini in terram jaciendo vacet? Nequaquam id convenit, hoc enim esset naturæ ordinem invertere, transferendo virum ad conditionem muliebrem, mulierem autem ad eam professionem, quæ viro competit, melius est ut quilibet in gradu & conditione sua persistat, vir scilicet ad campos procedat, & agris colendis & seminandis intendat, mulier autem domi suæ filando, nendo, texendo, panes & cibos coquendo, exercitiis domesticis vacet. (Res de usu geritur (inquit Petrus Chrysologus) vir in agro sinapis arborem serit, domi mulier fermentum procurat, & panes præparat alimoniæ: Virum foris expectat labor, intus mulierem domestica cura constringit. Postquam totius universi Redemptor sepulturæ traditus fuit, piæ aliquot mulieres, id est Maria Salome, Maria Jacobi, & Maria Magdalenæ comparato sibi unguento sepulchrum adiere, ut sacrosanctum crucifixi corpus visitarent, & ungerent: *Emerunt aromata, ut venientes ungerent* JESUM. Marc. 16. Hoccine mulieres & non Apostoli faciunt? Ubi estis discipuli Domini mei? Cur ad hunc pietatis actum Magistro vestro impendendum vestra obsequia non impenditis? Num forte adeo velociter amor vester refrixit? Num credere debebo, vos ab hac pietate abstinuisse, ob arcendam à vobis omnem suspicionem, aut ob metum militum sepulchri custodiæ destinatorum? At vero si ita est, quomodo, & qua audacia mulieres se eo sine timore & magna cum animositate recipere audent? Ergone fœminæ generosæ & intrepidæ, vos autem timidi & ignavi eritis? Respondet sanctus Severus in Cat. D. Thom. ibi. quod (Mulieres hoc loco fœminea devotione discurrunt, quæ non ut viventi fidem, sed ut mortuo unguenta deferunt ad sepulchrum, & ut sepulto parant mœroris obsequia, non ut resurgenti præparant divinorum gaudia triumphorum:) At vero responsio hæc illam solum tangit difficultatem, cur scilicet mulieres ad sepulchrum iverint, non vero respondet, cur non quoque eo simul iverint Apostoli. Sanctus Petrus Chrysologus autem utriusque partis difficultatem resolvit dicens, hoc accidisse, ut tam Apostoli quam Mariæ in suo gradu & conditione constanter persisterent, singulis ex utraque parte facientibus, quæ ad eos attinent: Ad sepulchrum contendere, eoque ad mortui Salvatoris cadaver ungendum unguenta deferre, cum pietatis opus sit, ad mulieres spectabat: Quid igitur Discipuli facient? Impendent se majoris considerationis & difficultatis operibus, discurrent per universum mundum ad prædi-

candam fidem, gaudenter carceres ingredientur, tyrannis suis exprobrabunt errores, carnifices non formidabunt, non unguenta sed sanguinem effundent, non adibunt sepulchra visitaturi corpora mortua, sed pro amore Christi mortui ad sepulchra deportabuntur: (Fœminæ obsequium Christi suscipiunt, Apostoli passiones: illæ portant aromata, isti flagella, illæ ad obsequium festinant, isti pervolant ad catenas, infundunt illæ oleum, profundunt isti sanguinem.

D. Petrus Chrysol. serm. 82.

11. Ezechielis 37. capite videor tale Deum inter & Ezechielem audire colloquium. Ezechiel, inquit Deus, est aliquod quod à te exposco, obsequium, cui Ezechiel, singularis, ô Domine, favor est, quod obsequia mea requiras, id quod infinitæ benignitati tuæ defetre debeo, cæterum te præcipere, me vero servire decet: cui Dominus, auderesne ex improviso paucula verba ad populum pronunciare? Cui Ezechiel, si tempus præmeditandi ea quæ dicenda sunt concesseris conabor facere, quoad melius potero; agedum, inquit Deus, abi in campum istum (à Deo designatum) ibique lapidem, qui tibi opportunus videbitur, pulpiti loco adhibebis, loco autem floridi auditorii integrum habebis ossium mortuorum exercitum, quæ perlibenter & cum silentio te auscultabunt, mox igitur campum versus Propheta abit, eumque maximo quodam ossium mortuorum auditorio refertum videt, & positus super saxum quoddam præ cæteris eminentius, pro themate discursus sui hæc verba usurpat: *Ossa arida audite verbum Domini*, quæ voces per totius campi districtum fortiter resonuere, adeo ut ossa quæ antea confusa erant, ad hasce voces sese quaquaversum commoverint, & veluti si spiritum & vitam habuissent, inter sese tumultuantia velut integer militum exercitus inordinate discurrebant, pedes, crania, costæ humeri, brachia, cæteraque ossa sollicita esse videbantur, ut singula singulis suis unirentur compartibus, unde pes unitus est tibiæ, tibia genu, caput collo, collum pectori, manus brachio, brachium humeris, & sic de aliis dicente sacro textu quod *accesserunt ossa unumquodque ad junctúram suam*, quodlibet os ad suum se locum recepit & in illo velut in centro suo contentum & quietum perstitit: ossa pedum, licet inter omnia alia vilissimum & infinitum locum obtineant, totiusque machinæ corporalis pondus sustineant, non tamen ob id quæsiverunt cum majestate locum supra collum requirere, utpote qui præ cæteris dignior est, sed *accessit ad junctúram suam*, similiter manus licet in continuo sit exercitio, & veluti servus, & mancipium pro aliis membris laborando fatigetur, nihilominus id nihil curans magnificari non quæsivit, nec locum aliquem molita est superiorem, in quo à servitute liberata, in republica corporis humani domina fieret, sed statu suo contenta, non quæsivit fortunam mutare, nec conditionem: *Accessit ad junctúram suam.* Sanctus Epiphanius hujus passus expositor causam mihi præbet hunc vobis scripturæ locum proponendi dum ait: *Non enim pedis ossa per oblivionem ad caput accedebant, neque colli verticula circa talorum junctúram errantia locum quærebant, sed singula ossa ex movebantur, & accedebant ad suam junctúram.* Porrò si hic mundus corpus quoddam esset, & homines illius membra, utique Jacobus, & Joannes, tanquam piscatores, futuri essent corporis illius pedes. Verum hi positura sua sive statu minimè contenti, capitis loco stare & collaterales in regno cœlorum Principes esse volebant: ac proinde eorum nomine mater supplicabat dicens: *Dic, ut sedeant duo hi Filii mei &c.* Sed ipsius auditum responsum meritò acceperunt scilicet: *Nescitis quid petatis.* Etenim quantum per quotidianam experientiam videre licet, major pars hominum ejus est indolis & conditionis, ut ea conditione & statu, in quem Deus eos collocavit, minimè contenti sint, nam qui pes est, caput esse vellet; qui subditus superior; qui ad obediendum natus, commendandi & præcipiendi phreneſi corripitur; qui metcator est, nobilem se mentitur; qui nobilis, Principis sibi conditionem arrogat: Mulier illa conjux est alicujus opificis, & tamen in vestitu aliisque exteroribus ornamentis muliere aliqua nobili, & totius civitatis præcipua non vult esse inferior. Aulas Principum velim ingrediamini, & mores aulicorum observate, videbitis utique neminem ad suam junctúram vel conjunctúram contendere, nec suo statu contentum esse, nam si fortuna illis faveret, eodem accenderentur desiderio, quod Philosophus quidam accidens dicebat esse hominis inseparabile, scilicet *aliis præsse* cum de quolibet verificetur, quod communiter dicitur, nimirum: *Nemo sua sorte contentus*, unde inter illos idem fit, quod in bello accidere solet, ubi quælibet pars belligerans adversarii sui locum occupare desiderat. Cum tamen ad nostram confusio-

Ezech 37.

flectionem usque videamus, quod luna dominio, quod habet illuminandi noctem, contenta, Solis fruitur, quam ad diem illuminandum habet jurisdictionem, præripere non prætendat: pisces simul aer sunt aquatum domicilio contenti, nec illos inde extrahere non valeas, licet totius aëris dominos constituere velles: nulli quoque quadrupedum generi hunc conatum accidisse videmus, quod fœtus suos in sublimitate arborum enixi, aut patere veliut, & tamen nos omnibus bestiis bestialiores, ut evadere possimus aliis superiores, tentaremus, si possibile esset, habitationes nostras non jam in arboribus, sed in media aëris regione extruere. O stultitia mundana. O immanitas sæculi nostri inaudita! Et tamen verum est proverbium, quod quisquis suo statu contentus vivit, vivat lætus & gaudens, atque ideo nos gaudere non possimus quia statu nostro minime contenti sumus. Posset etenim mercatorile, verbi gratia, lætus, felix, & contentus iis redditibus vivere quos habet, & tamen quia illos augere contendit, millenis sese negotiis implicat, sibi diurna vel nocturna requie, & fortè maximam præjudicio conscientiæ, imò cum perditione indubitabilis jacturæ animæ: quod nequaquam fieret, si quilibet modico illi vel medium Deo sibi donato acquiesceret.

11. Inemptor noster eam quam habebat Jesu impatiendi & moriendi necessitatem discipulis revelavit: *Cœpit Jesus ostendere discipulis, quia oportet eum ire in Jerosolymam & multa pati à senioribus & scribis & principibus Sacerdotum, & occidi.* Matt. 16. Petrus autem hisce magistri sui sermonibus sese opposuit dicens: Quid audio? Tune patiens, flagellaberis, morieris? Nequaquam erit istud, neque enim ejuscemodi injurias alia ratione fuisti promeritus, atque ideo volo ut vivamus quoad usque fieri potest sine turbine & molestia, & quantum potero efficiam, ut hæ tuæ cogitationes & consilia irrita fiant, quicquid tibi injuriarum inferetur, mihi illatum esse censebo, atque in illarum authores eadem prorsus ratione ac si mihi in persona propria accidissent, animadvertam: non dubito quin probe satis me intellexeris: *Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* Dominus autem deposita mansuetudine iracundum vultum præ se ferens ad Petrum conversus, eum de magna in sermone imprudentia reprehendit, acerbisque à se verbis repulit dicens: *Vade post me Sathana scandalum es mihi.* Petrus inclinato capite, & demissis præ verecundia in terram oculis, humeros suos stringit, seque subducit. Verum ô Domine, quisnam est hic à Petro commissus error, ob quem tanta cum severitate à te corripitur? paulo ante eum veluti sanctum canonizasti dicens: *Beatus es Simon Bariona*, eumque fundamentalem sanctæ Ecclesiæ lapidem declarasti; plenariam quoque ei in terra, in Inferno & in cœlo authoritatem contulisti, & nunc tam probrosis & abominabilibus nominibus quale est nomen Sathanæ eum deturpas, & à conspectu tuo repellis? Vix credo ullum aliorum Apostolorum tanta cum acrimonia unquam sive à Christo, sive ab Evangelistis reprehensum fuisse, nisi forte Judas fuerit. Porrò idemmet Petrus in monte Thabor in societate erat Salvatoris nostri, & quia in eo radii gloriæ ab anima in vultum redundabant quando *Resplenduit facies ejus sicut Sol*, Matth. 17. ideo glorioſi hujus vultus decorem intuens, ineffabili fruebatur consolatione, ob quam motus est, ut diceret: *Bonum est nos hic esse. faciamus hic tria tabernacula.* Veruntamen nolite credere eum verba ista in aëra tantùm pronuntiasse, à nemine autem audita fuisse, siquidem auribus sanctorum Evangelistarum Marci & Lucæ insonuisse noscuntur, quorum unus de illis Petri verbis loquens dicit: *Non enim sciebat quid diceret:* Marc. 9. alter autem inquit, quod erat *Nesciens quid diceret.* Luc. 9. Verum scire desidero, quisnam fuerit error ille quem S. Petrus in hisce verbis commisit? Mihi etenim valde sapienter locutus fuisse videtur, nam constat Hebræos gravi odio Christum fuisse prosecutos, atque ideo ut Magistrum ab eorum insidiis tanto redderet securiorem dixit: *Bonum est nos hic esse:* quasi diceret: *Mea opinio & consilium est ut hic nos tueamur, impetumque inimicorum frangamus; Deniq, ne te inimicis tradas, sed hic consistamus, & faciamus tria tabernacula,* ita verba S. Petri: *Bonum est nos hic esse &c.* Interpretatur Didacus Stella in Luc. ibi. unde videtur, Petrum potius excusabilem, & laude, quam reprehensione dignum fuisse. Veruntamen duas facti hujus rationes in medium adducam, unam quidem in secunda parte præsentis discursus ad aliud propositum: alteram vero paulò post audietis, si eousque habueritis patientiam. Præmitram enim, quod in Genesi cap. 3. legitur, scilicet Dæmonem Evæ fructum ostendisse, eique ut eum comederet efficaciter persuasisse; tandem vero Sacer textus dicit: *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum &*

pulchrum oculis, aſpectuque delectabile. Verum enimvero ſermonem infelicis hujuſce mulieris vix equidem intelligo. Nam licet ſatis clarum ſit, quod lignum pulchrum & delectabile oculis fuiſſe dicat, attamen quod idem lignum oculis dulce & ſapidum fuiſſe dicatur, hoc eſt quod magnam mihi ingerit intelligendi difficultatem. Viſus etenim & guſtus ſunt duæ potentiæ diſtinctæ, habentque inter ſe diverſa prorſus objecta; Hic quidem ſaporem, ille vero colorem tanquam objectum reſpicit; quomodo igitur objecta pariter & potentias confundit? Utique potentiam viſivam extra ſphæram activitatis ſuæ egredi voluit guſtando ſaporem: *Vidit quod eſſet bonum, &c.* Unde Oleaſter in cap. 3. Geneſ. *Nondum guſtaverat, ſed ex aſpectu judicavit guſtum, ignorans quod fructus ex aſpectu boni ad veſcendum & ſuaves non apparent.* Idem quoque ſancto Petro accidit; Scitis etenim, Auditores, Petrum piſcatorem fuiſſe, & tamen in monte Thabor activitatis ſuæ ſphæram tentabat egredi, & murarii vel fabri lignarii artem exercere, atque ideo de eo dicitur: *Neſciebat quid diceret*, quia ſcilicet non permanebat in gradu & conditione ſua. Eſtque hæc obſervatio Timothei Antiocheni: (Quid tibi in mentem venit, Petre, quæ non didiciſti, facere aggredetis? Retia didiciſti contexere, num etiam tabernacula vis ædificare.) Eandem quoque ob cauſam à Chriſto alias adeo graviter reprehenſus fuit, quando ſcilicet Chriſtum à paſſione ſua divertere voluit. Ipſe namque Chriſti diſcipulus erat, & tamen hoc non obſtante, dicendo: *Abſit à te Domine; non erit tibi hoc*, Magiſtrum videbatur de iis quæ per illum agenda erant, velle docere: Subditus erat, & tamen principi ſuo leges volebat præſcribere; ſervus erat, & velut Dominus imperare volebat. Æqui igitur bonique accipe hanc tibi à Magiſtro tuo intentatam confuſionem, & cave ne impatiens fias, cum tibi dicitur: *Vade poſt me Sathana, ſcandalum es mihi*; & diſcas deinceps in gradu tuo firmiter perſiſtere, ut decet diſcipulum, ſubditum, & ſervum. Ita hunc conceptum S. Pater noſter Auguſtinus concludit, dum ait: *Quare ergo Sathanas qui paulo ante beatus, & petra, quia præcedere Dominum volebat, & duci cœleſti terrenum dare conſilium; Tu autem vis ducere ducem, docere Magiſtrum, jubere Domino, imperare Deo, multum præcedis, redi retro.*

D. Aug. in Pſal. 55.

13. Verum enimverò, non ſolus Petrus hujus eſt erroris reus, quin potius multos ipſe ſortitus eſt diſcipulos, qui ejus veſtigia egregiè ſunt imitati, è quibus duos duntaxat proponam, qui plurium aliorum loco ſubſervient, quos brevitatis cauſa ſilenter prætereo. Notum igitur eſt omnibus vobis, ô Auditores, qualiter Chriſtus à temerario quodam & inverecundo Pontificis miniſtro vehementem quendam colaphum acceperit, ſimulque publicè fuerit reprehenſus, quaſi non detuliſſet debitum Pontifici in reſpondendo reſpectum, ſed modeſtiæ terminos enormiter fuiſſet transgreſſus: *Unus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam IESV, dicens: Sic reſpondes Pontifici?* Dominus noſter igitur, licet natura ſua benigniſſimus, manſuetiſſimus, & ad quamvis injuriam recipiendam optimè eſſet diſpoſitus, continere ſe tamen non potuit, quin graviter de hac accepta injuria lamentaretur, dicendo: *Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſi autem bene, cur me cædis?* Sed, ô Domine, tantine æſtimas unicam tibi inflictam alapam, quæ reſpectu eorum, quæ tibi ab Hebræis præparantur & intentabuntur, veluti nihili æſtimanda eſt: quod ſi tibi vel unum colaphum grave ſit ſuſtinere, cogita quomodo tolerare poteris flagella, ſpinas, clavos & crucem? Enimverò Chriſto magis actio quàm paſſio hujus colaphi diſplicuit: conſiderare enim, quiſnam percuſſor fuerit, & ſtatim penetrabitis Myſterium, percuſſor miles erat: Sed quid militis intererat circa perſonam Chriſti quicquam dicere? Nimirum falſum adverſus eum editurus erat teſtimonium, ac proinde Chriſtus ei dixit: *Si male locutus ſum, perhibe teſtimonium de malo.* Ipſe autem teſtium limites egrediens, eum tanquam Judex de immodeſto Pontifici dato reſponſo ſententiare voluit, dicens: *Sic reſpondes Pontifici?* Imò ipſum licet omnis culpæ expertem tanquam culpabilem caſtigare cœpit. *Dedit alapam IESV.* Unde Chriſtus non tam de recepta alapa lamentatus eſt, quàm quod ſervus eam ſibi arrogaret authoritatem & gradum, qui ei minimè conveniebat. Ita Janſenius, dum ait: *Si male locutus ſum, tuum non eſt judicare; & oſtendere, quod male locutus ſim.* Id Reus quod Marcus Cardinalis Vigerius quoque confitmat, dicens: (Cur quod alieni eſt operis, tui criminis facis? minimè coram Judice reo jam adducto, arbitrarium de eo licet accuſatori ſupplicium ſumere. Tu qui non es accuſator, quomodo me interrogare, aut percutere potuiſti? accedat effrons impudentia tua ad me accuſandum, deinde ſi juſſus fueris, accedas ad puniendum. Erat igitur lictor, & exequi Judicis officium

ficium volebat examinando, judicando & castigando.)

14. Ad hanc veritatem contestandam alium quàm militem pro clausula hujus primi discursus, in testem adhibere nolo. Christus in Cruce suspensus, videns se inter tormenta ab omnibus derelictum, oculos suos in cælum levavit, & ab æterno Patre suo popposcit auxilium, dicens: *Eli, Eli, lamasabacthani.* Astabat haud procul à Cruce miles, qui Christi exclamationem audiens ad Hebræos conversus monuit eosdem, ut ad capita plateatum excubitores collocarent, ne forte Elias ad eum liberandum accelleraret; Dicebat enim: *Ecce Eliam vocat iste, sine videamus an veniat Elias liberans eum.* Dicite mihi quotquot estis in sacris literis versati Auditores, postulavitne Christus hisce verbis Eliam? Minimè, sed Patrem æternum invocavit in auxilium suum; ita enim Evangelista: *Quod est interpretatum Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Cur igitur hic miles verba ista in alium sensum detorquere præsumpsit? Certè si quis in Samaria, ubi caput unius asini adeò caro pretio vendebatur, hujusmodi hominis caput habuisset, magnam sanè inde comparare potuisset pecuniæ quantitatem. Hic igitur temerarius homo miles Romanus, & linguæ Hebraicæ parum gnarus, ut scribit S. Hieronimus, & tamen Rabbinum agere volebat, Hebræorum verborum significata mystica interpretando: Et profectò qui Davus erat, Oedipus fieri volebat: *Quidam, quos arbitror milites fuisse Romanos, non intelligentes Hebraici sermonis proprietatem, sed ex eo quod dixit: Eli, Eli, putant Eliam ab eo invocatum.* Jam igitur nonnullum miror, quod Jacobus & Joannes statu gradu, & conditione sua minimè contenti, dignitates sibi procurarint, nimirum aut thronitationem sedendi proximè à throno Regis cælorum, unus ad dexteram, & alter ad sinistram; hæc enim est omnium fere hominum perpetua & quasi congenita consuetudo quæ etiamnum adhuc durat. Verumtamen hactenus in hanc rem dicta sufficiant, quod reliquum est, me tacente, ipsa manifestabit quotidiana experientia. Vos interim charitatis operibus intendite, liberales pauperibus erogando Eleëmosynas.

PARS SECUNDA.

15. *Dic ut sedeant hi duo filii mei, &c.* Quæ verba Maldonatus exponens dicit: *Quasi Christus mere Regum temporaliter esset regnaturus, & principes viros habiturus aliquos, qui sibi assiderent, quorum eo quisque honoratior, quo propius se accederet.* Et Dionysius Carthusianus ibidem: *Dic ut sedeant id est, tibi collaterales, & singulariter assidentes, cæterisque consistant.* Volebant domestica familiaritate cum Christo libere agere & conversari, ac si ejus essent carnales fratres, sedendo in eodem throno, accumbendo eidem mensæ, & in omnibus eandem cum ipso paritatem habendo: at vero meritò eis responsum fuit: *Nescitis quid petatis.* Pythagoras in suis Symbolis, speciale hoc post se monitum suis reliquit, ne scilicet annulos, quibus Deus insculptus esset, in digitis suis deferrent: *In annulo Dei figuram ne gestato.* At vero meo judicio contrarium potius hortari debuisset; Dum enim Dei similitudo in annulo circumfertur, ejus memoria menti nostræ continuò obversatur, adeoque occasio nobis ad Deum timendum & amandum suggeritur, ad eum fere modum quo Moyses cuivis de populo suo captivo annulum quendam donavit, in quo sculpta videbatur eorundem patria, urbs nimirum Hierosolymorum, ut ex hujus annuli aspectu in suis miseriis constituti respirare aliquantulum possent; Cur igitur nobis licitum non erit Dei nostri imaginem in annulo exsculptam circumferre, utpote quia tum ultimi nostri beatifici finis moneremur, tum ex ejus aspectu aliquod in necessitatibus nostris experiremur sublevamen & consolationem. Similiter si Rex & Regina Navarræ adamantem quendam in annulis suis portabant, cui insculpti videbantur solis & lunæ Planetæ, cum hac tenuissimo charactere subjuncta Epigraphe *Simul & semper*, per adamantem hunc amorem demonstrantes; per solem verò & lunam fidem quandam mutuam constantem & inviolabilem, cur nobis non licebit aliquam annulis nostris impressam deportare figuram, quæ Deum nobis repræsentet tanquam objectum unicè nobis dilectum, cujus etiam profitemur irrefragrabilem & inviolabilem fidem? Nonnulli modica conscientia præditi in annulis spititus deferunt familiares, qui ideo familiares dicuntur, quasi id quod in annulis defertur, eò quod semper nobis præsto ad manum sit, familiare nobis esse censeatur. Ideoque Pythagoras hoc suo monito persuadere nobis volebat, ut caveremus ne nimia esset & quasi in contemptum declinans nostra cum Deo familiaritas, & ideo illud inter cæteras Symbolorum suorum obscuritates post se reliquit: *In annulo DEI figuram ne gestes.*

Pythagor. in Symb. apud Paul. Manut.

Aloysius Novar. 3. sacr. Elect. cap. 17. sect. c. 7. n. 153.

Gabriel Simeon Embl. 8.

Psalm. 31. 16. David Propheta Regius Psalmo trigesimoprimo salubriter nos monet, dicens: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Quid autem hisce verbis inferre velit, vix intelligerem, nisi S. Gregorius Papa ibid. fol. 148 col. 1. lit. C. ad id lumen aliquod subministraret, dum ait: *Nolite sicut equus alienum sessorem indifferenter portare; equus enim sicut Dominum suum ad portandum recipit, ita etiam sine discretione alios, qui volunt ascendere, sessores admittit.* Equus eodē loco habet nobilem quo plebejum: tantundem servum, quantum Dominum suum honorat, absque ulla Principem inter & ejus infimum servum differentia, & ideo nec cerebrum nec judicium habere censetur. Non erat similis idolis Alexandri Bucephalus, qui quando suis erat phaleris elegantèr exornatus, neminem admittebat præter quam unicum & solum Alexandrum: *Neminem prater unum Alexandrum recipiebat in sedem*, scribit Plinius lib. 8. Simile quid de equo Joanni Papæ pro itinere Constantinopolim versus prosequendo à nobili quadam muliere mutuo dato legitur, scilicet quod postquam à Summo Pontifice dictæ mulieri nobili restitutus fuisset, nunquam deinceps prædictam Dominam suam, ut ante sponte facere solebat, admittere voluerit: *Tanquam indignaretur mulierem recipere, ex quo sedisset in eo IESVS Christi Vicarius* Hi profectò equi, aliis de quibus S. Gregorius loquitur, dissimillimi erant, siquidem in comparatione illorum judicati potuissent ac si fuissent cerebro prædíti: Econtrà verò nos ab his duobus equis valde discrepamus, utpotè qui aliis persimiles sumus, si quidem in pari apud nos loco & pretio servus est, quo Dominus, & sicut domestica familiaritate iis coutimur, qui nobis coæquales & pares sunt, ita quoque cum Deo idipsum facimus, quod indecentissimum & pessimum est: atque ideo bene nos David monet: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.*

In vita ejus 27. Maij.

17. Matthæi cap. 8. de quodam scribitur qui sponte propria sese ad disciplinam & sequelam Christi consectandam ultro obtulit, dicens: *Magister, sequar te quocunque ieris.* Dominus autem eum à se repellit, & ad alia mox se divertit, dicens: *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet:* Quasi diceret: Tu mihi inutilis es, abi quæsitum alium qui te recipiat, quia nolo te. Quid hoc est? Nunquid Judam qui pessimus est, recepit, cur igitur hunc non auditum, nec examinatum à se repellit? Existimo, Auditores, unicam hujus repulsæ causam fuisse, quod præviderit ejusdem & æqualis cum Christo conditionis fieri, eique in omnibus participari, adeò ut parum vel nihil inter ipsum & Christum differret; ac proinde dixit: *Sequar te non quocunque volueris, sed quocunque ieris.* Ita Pascha sius Ratbertus ibidem lib. 5. in Bibl. ver. Patrum, part. 2. sect. 9. fol. 1016. col. 2. *Iste nec suam perpendit mensuram, nec Christi considerat celsitudinem, ignorans quid vel quantum inter se & illum esset.* Et S. Petrus Chrysologus ibid. idipsum confirmat, dum ait: Dixisset cautius, *sequar te, quocunque inseris, quocunque volueris, non quocunque ieris: sic dicit qui inter servum & Dominum quid interest ignorat.* Verum, ô Auditores, quid de S. Petro dicemus? Hic enim memor promissionis in prima parte à me vobis datæ, respondebo, & causam aliā assignabo, cur scilicet à Sacris Evangeliis hisce verbis: *Nesciebat quid diceret*, reprehensus fuerit, eo quod Magistrum suum ob tria tabernacula in monte Thabor fabricanda, interpellasset: Ecce nim hic S. Apostolus tria tantum tabernacula erigere contendebat, ut scilicet in uno eorum simul commorarentur Moyses & Joannes: in alio Elias & Jacobus: in tertio denique Petrus cum suo Magistro. Volebat igitur S. Petrus instar fratris alicujus carnalis Christi cum eodem domestica libertate conversari, in eodem cum ipso tabernaculo commorando: *Ignorabat Petrus quid dixerat, quia non oportebat tribus tria tabernacula facere, non enim connumerantur Domino famuli, nec comparantur creatura Creatori*, inquit Titus Bostrensis in Cat. D. Thom. cap. 9. Lucæ, fol. 187. col. 3. lit. C.

18. Modum utique quo Deus hominem formavit ex Scriptura perspectum habetis: Dixit etenim Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Sed quid audio? *Faciamus?* Ergò ne Deus cum alio quodam Deo loquitur? sed cum quo? Hebræi qui Deum semper patrum suspexerunt, existimant Deum Angelos allocutum fuisse, id quod Manichæi quoque asserebant, quæ opinio jam dudum à S. Ambrosio refutata fuit, sed audite quam pulchro ad id usus sit argumento: si Deus cum Angelis locutus fuisset, inquit, sequeretur inde quod nimis se Angelis familiarem exhibuisset, sua nimirum cum iis agitando & deliberando consilia, quod ejus infinitæ Majestati indecorum fuisset, siquidem servi à suis principibus ad domesticam nunquam admittuntur familiaritatem: *Cui dicit: Facia-*

Faciamus hominem è non Angelu, quia mira sit similitudo creaturæ cum Domino, & opera ejus authore

non possunt operationes tales reconciliari. Ex qua ratione optima mihi suggeritur occasio egregiæ propositi mei persuadendo cõficiendi argumentum. Quod si enim Deus ab intrinseca secum familiaritate, & conversationis libertate Angelos suos arcet, creaturas adeò nobiles, amicos Dei, consummatos in gratia, cœlorum aulicos magnates; quomodo nos qui Angelis longe inferiores sumus, qui illum cõtinuò offendimus, & ab quo gratia erroribus sumus, fraternam quandam, ut ita loquar cum Deo necessitudinem & familiaritatem præsumere audebimus? Quod si Cæsar Augustus de quodã amico suo parce admodum cum Cæsare agente lamentatus fuit, dicendo: *Non existimabam tu ad.ò mihi familiarem esse*: Quomodo non potius Deus nobis offenderetur, dum nos in ejus nimiam & contemptui proximam familiaritatẽ ingerere præsumimus? Mirum, quæso, estote Parabolæ illius, qui vestimenta nuptiali, ad regias tamen nuptias sese temere ingessit: Quem Rex ut vidit, hunc in modum affatus est: *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* ac demum servis suis mandatum præcipit, ut in commissi erroris pœnã cum manibus pedibusque vinctum in obscurissimos carceres præcipitem agerent, condignas itidem pœnas luiturum: *Ligatis manibus & pedibus projicite eum in tenebras exteriores.* Verum iniquos, cur erga miserum hunc hominem tanta mansuetudo? cur veritate dicitur? Quis est ab eo error commissus, qui tantum cõmeruerit supplicium? Iudicium Rex præfatus eo ipso quo ipsum præfatæ vestis condemnat, commissas quoq; ab eo transgressiones clarè satis enuntiat, dicens: *Amice*, vel ut Græcus legit, *socie*, postea verò subjungit: *non habens vestem nuptialem.* Amicum porrò & socium eum vocat, quia cum peregrinus & subditus esset, cum Rege tamen haud secus ac si domesticus, vel frater ejus esset, liberè agere præsumpsit: Lacera seu quotidiana veste indutus nuptias regias frequentat, ac si domus regiæ familiaris & domesticus esset. Quod Rex injuriæ loco accipiens mox temeritatem ejus exemplariter castigari præcipit, ut ejus malo edocti alii discant, quonã nuptiarum Dominum honore debeant prosequi. Cogitet igitur Reverendi Sacerdotes, exemplum istud meritò à nobis frequenter considerandum, & actum hoc Evangelium quotidie ob oculos nobis ponendum erit. Quando etenim primis post primitias nostras consequentibus diebus sacras accedebamus Altaris nuptias, ehem cum quanta reverentia & sanctitate sacra illa adoriebamur mysteria! Unicum duntaxat peccatum veniale mentem nostram molestè infestabat, sine prævia confessione pro auro totius mundi, nequaquam præsumpsissemus sacrificii causa Altare accedere: Nunc autem videtur nobis fratres nos factos esse DEI germanos, ideò domestica libertate ac si contubernales illius essemus cum illo agimus, ac si nulla ipsum inter & nos intercederet differentia: sine ulla præparatione nos ad nuptias Eucharisticas accedimus, imò maculata conscientiæ veste amicti ad sactum illud epulum accumbere non erubescimus, ita ut tametsi plurium simus peccatorũ mortaliũ rei, id minimè curemus, quia facti videmur amici & familiares Dei. Antea officium suo tempore tardè, & cum multa sollicitudine à nobis dicebatur: nunc autem intra horæ quadrantem omnia syncopando & mutilando absolvimus. Solem sibi pro libitu oriri & occumbere faciunt, dum primam post completorium absolutum legunt, adeò ut putridos potius quàm acerbos fructus Deo impertiantur; imò multi pro majori parte Officium per septimanas & menses integros omittunt, suum que debitum exsolvere nequicquam curant, occasionem exspectantes, in qua totam accumulati debiti summam per unicum duntaxat *Miserere*, à confessario illis pœnitentiæ loco impositum expedire possint. Quod si Apostoli Jacobus & Joannes nimis familiariter cum Christo in regno gloriæ considere volentes, ab eodem fuêre reprehensi dicendo: *Nescitis quid petatis*, facilis nobis conjectura esse poterit, quid de nobis futurum sit. Prætereo multa alia particularia negligentium Sacerdotum, eorumq; erga res sacras irreverentiam, ne dicã contemptum concernentia, ne sæcularibus occasionẽ præbeã vel scandali, vel majoris adversum nos murmurationis. Hactenus igitur dicta sinceræ monitionis loco æquè bonique consulite, & si forte tàm sæculares, quàm Sacerdotes & Religiosi debitæ familiaritatis cum Deo excesserint limites, in futurum idipsum emendare contendant, eamque Deo nostro reverentiam & honorem semper & ubique exhibeant, qui tantæ illius convenit Majestati.

SER-

SERMO XIV.

IN FERIAM QUINTAM DOMINICÆ II. QUADRAGESIMÆ.

Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidiè ſplendidè: mortuus eſt, & ſepultus eſt in Inferno. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus &c. Joan. cap. 16.

1. EA eſt inter hujus mortalis vitæ proſperitatem & adverſitates differentia, quæ inter duos viatores, quorum unus per mare, alter verò per terram iter ſuum conficit & abſolvit. Proſperitas enim viatori maritimo itinere proficiſcenti comparatur, adverſitates autem in eo repræſentantur, qui in terra firma peregrinatur. Hic enim præter ingens quod in loculis ſuis partitur diſpendium, in ea eſt miſeriarum viciſſitudine, ut æſtivo tempore vapulet à ſole, à calore affligatur, pulvis eum excœcet & quaſi ſuffocet, terra plantas ejus aduret, nunc montium ardua aſcendere, nunc in vallium humilitates declinare, aut per incultas ſylvas inter ſpinas & ſtirpes, inter ſepes & ſaxa peragrinari cogatur. Exceſſivum calorem, quo mediis in ſudoribus à fronte dimanantibus moleſtatur, frigidâ temperare molitur ſedſæpè fruſtra, oſſa ejus perpetuo motu fracta langueſcunt, non reſpirat quin ſuſpiret, greſſus non movet, quin doleat, ex peracto itinere laſſus per reliquum vitæ magis defatigatur. E longinquo rivulum videns ad eum anhelus aſpirat, ut per ejus puras undas aridas fauces reficiat, at quantum ſitis ad eum aſſequendum ſollicitat, tantundem laſſitudo eum impedit, quo minus ad eum perveniat, adeò ut utrimque perculſus nullum quo ab hiſce cor ejus infeſtantibus moleſtiis ſe tueatur, inveniat ſubſidium, dum ſe longi & laborioſi itineris terminum aſſecutum eſſe credit, oculo loci viciniam perſuadente, adeo ut civitatem in qua defatigata membra reficere intendit, digito manus quaſi tangere videatur, pes ejus è contra, qui diſtantiam greſſibus metitur, quam ſit oculus fallax, & digitus mendax, clarè demonſtrat: quod ſi verò etiabundus viator per hiemis rigores, iter ſuum promoveat, à variis quatitur aeris injuriis: nam pluviæ ad cutem uſque eum humectant, venti conquaſſant, nives obtegunt, viæ ob ſemitas nimbus contectas & luto impervias, greſſus minimè ſecuros efficiunt, frigus hybernum adipſa uſque viſcera penetraret, niſi nives velut compatientes extemporaneum ei facerent pallium. Denique quotquot per terram conficiuntur itinera, quovis etiam anni tempore inchoata, laborem quendam ſecum intolerabilem trahunt, totque viatorem afficiunt moleſtiis, quot movetur greſſibus. Veruntamen ex alterâ parte verum eſt, quod ſolidum terræ ſpatium petambulans, pede ſecurus, extra omne conſtitutus ſit naufragii periculum, & ſalvus appellari quo ſua eum negotia vocarunt. Unde S. Bernardus benè dicit: *Laborioſior fortè via videtur inter ardua collium, & aſpera rupium, ſed expertis longè jucundior, & deſiderabilior invenitur.*

2. Verum quidem eſt, ô Auditores, quod iter maritimum (ſi tamen aliquam ejus habetis experientiam) multis ſit commoditatibus affectum: nam progredetis, nec te movet, locum mutas & firmus perſiſtis, tempus dormiendo non perdis, quieſcis & tamen procedis, otiaris & iter proficit. O quanta felicitas! Non moleſtaris ab æſtu, nec à frigore quicquam pateris adverſi, vela Solis ardores mitigant,

rigant à pluviis navium tabulæ defendunt, denique à luto & pulvere immunis progrederis, non consequuntur laboriosa alpium juga, sed absque ullo impedimento serenam maris fœliciter sulcas planitiem, sive, mensæ accumbas vigilans, sive dormiens in lecto decumbas, nihil tuo decedet itineri. O quanta est itineris maritimi jucunditas, quod mille conjunctum est commoditatibus absque ulla laboris, aut latitudinis expectatione; ac proinde milliesbenedicti sunto Jason & Typhis, qui modum adeò jucundum, & facilem proficiscendi invenêre. Verum enimverò non omne, quod splendet, aurum est: omne retum suum patitur obliquitatem, siquidem tot maris incommoda multis quoque naufragiorum conjunguntur periculis: improvisus enim etesiens Aquilo mare procellosum conturbat, velaticat, confringit antennam, extra propositi itineris semitam navim divertit, impellit in scopulos, totamque navis machinam confringit, in uno unico momento inter tot tempestatum horres viatores submergantur; ac proinde vestilla Ecclesiastici sententia: *Qui mare navigant, enarrant pericula ejus.* Eccles 43. Joseph patriarcha terræ expertus est pericula, utpote odii fratrum passus, ab iis venditus, & tantum non morte extinctus, apud Putipharem calumnia & carceres expertus, ecce itineris molestum; mox verò tot perpessæ ærumnæ veluti itineris confecti lassitudines per Viceregis Ægyptii dignitatem compensatæ fuerunt: at verò Balthasar mare navigavit propitio faventis fortunæ vento navis suæ puppim promovente, adeò ut fœliciter in ejus gremium omnigenæ commoditatis & fœlicitatis plenitudo congesta fuerit, quam regia desiderare magnificentia posset, ut verò improvisa oborta tempestas in ærumnarum scopulos eum infœliciter impegit, adeò ut regnum vitamque pariter perdendo, in profundum fuerit miseriarum abyssò naufragatus. Optimè igitur è serenissima regia domo prognata nobilis mulier, ut Poeta quidam refert, dicere solebat:

Optio si detur sortis mihi (fœmina princeps
Dicebat) media vivere sorte velim:
Si nequeam media, tum dura vivere malim
Quam nimia rerum prosperitate frui.
Egregium sanè dictum: ratioque proi de
Egregia, & clara Principe digna fuit.
Non desunt miseris solatia, dixit: at illum
Qui nimis est fœlix mens, bona sapè fugit.

Paoletti Quadragesimale.

3. Epulonis hodierni vita iter quoddam fuit maritimum, utpote quæ commoditatibus, deliciis, & voluptatibus superefluenter abundavit: *Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & bysso, epulabatur quotidiè splendidè*: at verò ad mortis scopulum allidens collisus, & in Inferni abyssum præcipitatus fuit: *Mortuus est dives & sepultus est in Inferno*: Lazarus autem Evangelicus in terra firma peregrinatus est, pauper, ulcerosus, famelicus, & miserabilis: *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, & nemo illi dabat* Veruntamen securus iter suum absolvit, sine ullo naufragii periculo, atque ad ultimum beatitudinis æternæ finem salvus & integer pervenit: *Factum est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Vita peccatoris itineris maritimi similitudinem refert, nam prosperitas ejus in adversitatem, beneficia in maleficia, & favores in supplicia infœlici vicissitudine commutantur: *Omnia cooperantur in malum.* Vita autem justi iter quoddam est terrestre, siquidem adversitates ejus in prosperitates, maleficia in beneficia, & favores in supplicia fœliciss imè vertuntur: *Omnia cooperantur in bonum, & portatur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Id quod in præsenti discursu prolixius sum expositurus, quod dum facio, dicenti favete & attendite.

3. *Homo quidam erat dives &c.* Eventus vitæ humanæ adeò sunt variabiles, ut suam quovis momento faciem mutent; cum negotium aliquod pugno tuo clausisse videris, subitò è manu tua abreptum esse experiris. Et nunc inclytus belli dux tubarum, lituorumque clangore victoriam sibi ominatur, cum ecce inimici prævalentes eum invadunt & totaliter prosternunt: *Varius est eventus belli.* In magnifico gloriæ curru circumvehebatur impertertitus ille Madianita, paulò post verò à debili & inermi Gedeonis exercitu sternitur & dissipatur. Superbum illud gigantum monstrum arrogantia & præsumptuoso fastu tumidus in publicum prodibat, & quando impropetiis suis integras Israelitici exercitus phalanges perterruisse & in fugam adegisse credebatur: à vili quodam pastorculo per excussum è funda lapillum in ejus frontem in terram prostratus & occisus est. Nota quoque sunt ea, quæ Sisaræ, Absaloni, Sauli, Phataoni & Holoferni acciderunt adversæ fortunæ exempla. Quot sunt qui omnimoda sunt certitudine securi, futurum, ut adversarios suos devictos

& ſuperatos in vincula & compedes conjiciant, eoque fine funes, ferra, catenas quibus illos innectant, circumferunt, & tamen magna ſua clade experiuntur contrarium ? Avidus agricola omnem ſpem ſuam in meſſe collocatam habebat, quod agrum ſuum quovis auro jucundius flaveſcentem videret, jamque falcem ſuam ad meſſem diſpoſuerat, cum ecce nocte ſequenti ingens grando delapſa præciſis ariſtis, & ex ſpicis excuſſis & penitus contritis, omnem ſecuturæ meſſis ſpem penitus extinxit. Ecce qualiter gloria ipſorum ſubitò mutata facie in mœſtitiam transformata fuerit, adeò ut dicere poſſint cum Propheta: *Verſa eſt in luctum cithara noſtra, & organum meum in vocem flentium.* Sic ſuas frequenter patiuntur viciſſitudines, qui in flore conſiſtunt proſperitatis: ſic iis qui humanæ fœlicitatis flores colligunt ſæpè accidit, ut dum eoſdem manu ſua contrectant, exareſcere incipiant, aut quod ex odoriferis fragrantibuſque roſis, transformentur in ſpinas animas eorum fodicantes, pungentes, & vulnerantes. Atque ideò homo ille quem fortuna vultu blando reſpicit, vel ab ipſis feris ſalutaria capere documenta non debet erubeſcere Porrò an apologus, an verò veritas ſit, quod de urſo ſcriptores referunt, neſcio: hæc namque bellua, adeò mira proprietate naturali prædita eſt, quæ in nulla aliarum beſtiarum poteſt inveniri. Scribunt enim Naturaliſtæ, urſum dum cælum ſerenum, & aerem ab omni nubium caligine expurgatum, ipſumque ſolem abſque omni obſtaculo ſplendoris ſui aurum dilatare videt, ſubitò contriſtari & mœſtum eſſe, adeò ut diei claritas lætitiam ejus mœſtitiæ tenebris obſcuret, idque ex hac ſolum ratione, quia ſcilicet naturalis inſtinctus ei dictat, bonum illud ſerenumque tempus diu durare non poſſe, ſed per ſubſequentis diei nubilum, & turbines denuò conturbandum eſſe. Vita epulonis iter quoddam maritimum fuit, ob divitias, convivia, veſtimentorumque faſtum quotidianum. *Erat dives, epulabatur quotidiè ſplendidè, induebatur purpura & byſſo,* ſibique imaginabatur, hanc dierum ſuorum ſerenam fœlicitatem per nullas deinceps ſecuturas procellas aut naufragia conturbandam eſſe; ſed graviter errabat, mox etenim mutata eſt proſperitatis ſuæ facies, ſeque deprehendit graviter deluſum: Ex Evangelio idipſum velim auſcultetis: *Mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno.* Quid igitur vitæ hujus commoda tanta cum aviditate deſiderare, tantaque cum fi-

Job 30.

ti procurare prodeſt, cùm potius ſint omnium malorum noſtrorum fontalis origo ? Nunquid animadvertiris fortunam nullam homini lætitiam adſciſcere, quin protinus evanescat ? *Fortuna cito repoſcit, quæ dedit.* Et Auſonius ait:

Fortuna nunquam ſiſtit in eodem ſtatu
Semper movetur, variat & mutat vices
Et ſumma in imum vertit, & verſa erigit.

6. Nunquam fortuna tibi blanditur, quin te pariter offendat, ſeque proinde habet adinſtar ſimiæ, quæ dum catulos ſuos vel ſœtus ex dilectionis teneritudine pectori ſuo adſtringit, eoſdem ſuffocat: ut proinde de illa dici poſſit: *Amando perimit*: per collata tibi liberaliter beneficia offendit te, ut proinde dicere videatur: *Officio, officio.* Si quis ficum adaquaret, eam exſiccaret potius, quàm quod ejus germen & fructum promoveret. Unde Theophylactus ait: *Quantò magis irrigatur, eo magis ſterilis fit.* Et Theophraſtus lib. 2. cap. 8. aſſerit, quod *dum rigatur, deteriorem fructum parit.* Philippo Macedonum Regi tres miſſi ſunt curſores nuntii, quorum unus alteri immediatè ſucceſſit, ſingulis ſingula bona nuntia adferentes; unde idemmet Rex ſiniſtrum futuræ adverſitatis conjecit augurium, dicens: *O fortuna levi aliquo malo me multa.* Amaris Rex Ægyptiorum ſuſpectam habebat Polycratis proſperitatem, *ac ſiniſtri cujuſcunque ominis inſtar ducebat.* Favores quos Seneca à Nerone accepit, in venæ inciſione indequè ſubſecuta morte terminati fuere, eique mortem ſunt omnati. Si quando Medicus infimo libertam indulget facultatem comedendi & bibendi quodlibet, mox ſecuturæ mortis indicium eſt: *Illis quorum deplorata ſalus eſt, quidquid libet concedi ſolet,* inquit Gregor. Moral. l. 21 c. 4. Proſperitates quæ ſub favorum nomine tranſeunt, ſive à cælo collati, ſive à fortuna conceſſi ſint, ſimilia ſunt reciprocis donis & muneribus, quibus ſeſe mutuo Ajax & Hector donarunt.

Ajaci datus enſis ab Hectore baltheus Ajax
Hectori, utrique ſuum donum erat exitio.

Vel dono illi quo Pandora ex commiſſione Jovis Prometheum donavit, dum ei vas aliquod dono dedit, multis funeſtis & exitioſis rebus refertum; aut veſti illi, quam Jaſon à Medæa accepit,

cepit, ante quam Dejanira elargita est Herculi, de quibus scribit Manutius: *Pariter ambobus suum munus exitio fuisse.* Sunt igitur dona ejusce modi, quæ recipientium cordibus timorem potius quam lætitiam ingenerant.

8. Josue Israelitici exercitus Dux generalissimus postquam quinque Reges qui in subterranea quadam specu absconditi delituerant, scilicet Regem Hierusalem, Hebron, Jerimoth, Lachis, & Eglon, fœliciter devictos, vivos in captivitatem redegisset, eosdem coram se adduci jussit, & ad exercitus sui capita conversus, iisdem ut singuli pedem dictorum Regum collo superimponerent, sexto præcepit: *Cumque educti essent ad eum, vocavit omnes viros Israel, & ait ad principes exercitus qui secum erant; Ite & ponite pedes super colla regum istorum. Cumque collum, caput, fecisset.* & regia quinque Regum istorum tentoria in terra nuda cum iis prostrata pedibus calcasset, Josue eosdem duces suos fortitudinavit dicens: *Nolite timere, nec paveatis, confortamini, & estote robusti.* Verum, inquiet aliquis, per quo hi Reges jam victi, catenis & vinculis inserti & prostrati inermes in terra supini jacebant, quidnam Duces Israelis formidare poterant? Ergone tantæ pusillanimitatis erant, ut etiam hostem suum prostratum, nec movere se valentem pertimescerent? Antea dum adhuc anceps esset certaminis exitus, & ambigua victoria nullus eis metus inerat, quin potius generose contra adversarios suos viribus potentes dimicabant: cur igitur nunc dum victores evaserunt, suumque adversarium debellatum & pedibus suis advolutum vident, tanto metu percelluntur? aut cur animantur, si in eorum cordibus ille semper viguit animus generosus, qui in Josue militibus semper, & in quavis obvia occasione emicuit? Porro Ecclesiasticus Dei nostri proprietates etiam describens dicit: *Vnus est altissimus, Creator omnipotens, & Rex potens & metuendus nimis.* Eccles 1. Dicit igitur inprimis quod Deus sit altissimus, id est, inter maximos major, melior inter optimos, & consequenter beneficus; Deinde Creator est, qui nos ex nihilo produxit, nobisque esse quoddam substantiale impertitus est adeò nobile & eximium, totumque hunc mundum in commodum nostrum creavit. Præterea Rex potens est, cui proinde tanquam tali, grata & accepta est salus suorum subditorum, qui in concedendis etiam gratiis, & singulorum prospiciendo necessitatibus admodum splendidus est atque magnificus; ac tandem subjungit, eundem Deum ob hasce suas eximias qualitates metuendum esse nimis: *Metuendus nimis.* Imò potius Ecclesiasticus dicere debuisse videtur, Deum utpote benignum magnificum & splendidum nimis amandum esse. Ecquod enim nobis majus præstare beneficium poterat, quàm quod creando nos, esse nostrum nobis clementissimè impertiri d gnatus fuerit? Atque ideò nunquid vel ex hac sola causa nostro se fecit amore dignissimum? Clemens Alexandrinus existimat Ecclesiasticum nos monere voluisse hisce verbis, ad hoc, ut sensualitati nostræ ad malum valdè proclivi, timoris frænum immittentes, caveamus, ne in horrenda culpæ præcipitis deturbemur, quasi clarius diceret: Timete Deum, quia est omnipotens, & vindex manus ejus ad omnia se loca extendit; *ut homo esset à lapsu alienus, & peccato non affinis.* Huic prædicti S. doctrinæ nequaquam contradico, imò ea qua decet reverentia & veneratione eandem prosequor: veruntamen & aliam habere expositionem desiderarem, præsenti proposito nostro magis opportunam. Etenim Dei Filius cum discipulis suis die quadam loquens dicebat: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum*, Luc. 12. Quæ Redemptoris nostri verba supponere videntur fieri posse, quod ex tam excellentis gratiæ concessione non lætitia, sed timor aliquis suboriri possit, cum tamen contrarium potius verum esse videatur, potius enim timore corripi potuissent, si eis inferni pœnas & supplicia comminatus fuisset: Ergone ex hoc quod Pater æternus daturus eis esset regnum, quo fœlicius nuntium illis annuntiari minimè potuisset, in eis timor aliquis nasci poterat? Potius dicendum fuisse videtur: *Gaudete pusillus grex*. Pari quoque ratione Isaias Propheta copiosum quendam omnibusque bonis abundantem divitem introducit, qui in vertice prosperitatis, quam ei liberalis fortuna prodiga manu elargiri poterat, constitutus, oculos mentis quaqua versum dirigebat, omniaque quæ possidebat nimirum greges, armenta, granaria, palatia, possessiones, aurum, argentum, omniaque alia quæ divitiarum suarum cumulum adaugere poterant, sollicitè considerabat; ac tandem Propheta subjungit dicens: *Tunc videbis, & effluces.* Septuaginta legunt, Et timebis. Ergone ex aspectu divitiarum suarum, & copiosæ *Isa.60. 70. Interp.*

multitudinis tot fortunæ bonorum, timor aliquis nasci poterit? Potius crediidissem inde ingentem quandam orituram fuisse lætitiam & gaudium: Aut si homo ille non dives & opulentus, sed pauper & mendicus fuisset, magnamque suam considerasset egestatem & omnium penè rerum penuriam, metus ejus justam habuisse causam credi potuisset; nunc autem quid timet, qui gaudere potius debebat? Quicquid porrò hactenus motum est difficultatis, per observationem discursus illius, quem inter se Pater Abraham, & dives epulo miscuerunt, facilius intelligi poterit. Hic igitur infelix epulo, unicam duntaxat aquæ guttulam ex commiseratione sibi dari postulabat, ad aliquod linguæ suæ inter gehennæ flammas ardescentis conciliandum refrigerium: *Quia crucior in hac flamma.* Cui Abraham respondit *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua.* Quasi diceret, quoad usque vixisti, fortuna omnem tibi fœlicitatem in quavis occasione adscivit, ac proinde non est quod miretis aut lamentetis te nunc ardere in flammis Inferni. Itinere profectus es maritimo, quamdiu in hujus mortalis vitæ via fuisti inter plurimas ninirum corporis commoditates, divitias, vestium fastus, convivia, aliaque festiva prorsus gaudia; inter quæ omnia metuenda tibi meritò fuisset grandis aliqua tempestas, quæ irreparabile tibi inter Inferni flammas accelerare potuisset naufragium. Unde D. Bernardus: *Hæccine tota causa cruciatuum, quia recepisti bona in vita tua?* Ipsa plane. Meritò igitur & dives ille gravi timore trepidabat, de quo Isaias dicebat: *Tunc videbis & affluES*; vel cum Septuaginta: *Et timebis*, se namque maritimum iter conficere considerabat, ideoque meritò naufragium formidare poterat. *Illud ipsum affluere timere est*, inquit eruditus quidam Modernus Anton. de Escob. lib. 6. cap. 2. in Matth. observ. 1. num. 26. Unde discipuli Christi fœlicitatem, omnisque prosperitatis affluentiam sibi promitti audientes, sibique imaginantes, quod de terrena prosperitate loqueretur, quando dixit: *Complacuit Patri vestro dare vobis regnum*, sanguinem sibi circa præcordia gelidari, seque in vultu expallescere senserunt, & panico timore correpti cœperunt tremere, aliquod nimirum metuentes naufragium aut imminentem adversitatem: *Dominus servorum mentes tali voce confirmat* (sunt verba S. Petri Chrysolog.) *ne nos repentina promissionis regni prosternat auditus: Regnum adire periculum, temeritas non timere.*

D. Petr. Chrysolog.

Id quod nobis egregium quoque ad intelligendum locum illum ex Ecclesiastico adducto lumen ministrat. Dicit enim *unus est Altissimus, Creator omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis.* quasi diceret. Talem habemus Deum, qui se nobis valde beneficum exhibet & liberalem, qui nos manu sua creatos paterne conservat; & tanquam Rex nos regni sui hæredes fieri desiderat: Si dicas hinc sequi quod hæc Dei erga nos munificia benignitas potius nos ad eum amandum quàm timendum exstimulet, *Cur ergo Ecclesiasticus Creatorem timere potius, quam amare jubet? Nimirum ut demonstret, beneficia nobis sæpè maleficia esse, & favores supplicia, præcipuè malis, ac proinde nobis valdè timenda esse, metuendus nimis.* Milites quoque Josue quid aliud è cælo expectare poterant, quàm gloriosam adversus inimicos suos reportatam victoriam? hancautem tandem eousque assecuti fuere, ut coronata Regum capita pedibus conculcarint, unde ex una quidem parte fortunam sibi tantopere favere videntes, ex altera autem (prout facilis est fortunæ faventis in sinistram & adversam fortunam vicissitudo & alternatio) aliquod è cælis sibi fortasse imminens malum metuebant, adeò ut Josue eosdem majori solito timore perculsos esse conspiciens hisce eos verbis animare, & excitare operæ pretium duxerit: *Nolite timere, neque paveatis, confortamini & estote robusti.* Cujus rationem doctissimè pro more suo reddit Abulensis, dicens. *Ratio præsentis timoris militum erat victoria.* Atque ideò si fortè mundus, fortuna, vel etiam cælum magnis vos favoribus & bonis accumulant, timete eos, & velut infaustos seu funestos cometas suspectos habete, utpote quæ vobis haud secus ac diviti epuloni, velut hoc vel in futuro sæculo æternarum comminantur naufragia: *Recepisti bona in vita tua*, ô epulo? quid mirum igitur, si nunc *cruciaris inferno*?

8. Sæpenumero penes memetipsum cogitavi & miratus sum quidnam S. Bern. inferre voluerit, dum hanc intellectu adeò difficilem protulit sententiam; qua dicit quod nisi Deus se nobis adeò benevolum Patrem exhiberet copiosa super nos inundarent beneficiorum diluvia, quæ nunc tanquam amantissimus Pater nostrer coercet, & à nobis divertit: *Nisi Pater esset, obrueret nos beneficiis.* Cogitabam enim: quod si Pater noster est, paternum igitur affectum nobis exhibebit. Patres autem filiis benefacere consueverunt, benefacere igitur ne-

bis

bis incipiet, sequeretga nos quos creavit, quique filii ejus sumus, liberalem exhibebit. quod si autem nulla in nos detrvare beneficia velit, Patrem quoque nostrum se esse, aut se nos filiorum loco habere minimè demonstrabit; quia si nos tanquam filios amaret, utique tanquam Pater nequaquam parca in nos manu beneficia distribueret. Ecquis enim Pater se prosilius suis non eviscteraret? Dubito igitur valdè, an non forte Bernardi calamus ab ejusdem mente aberrarit, volueritque prorsus contrarium dicere; scilicet: *Si non esset Pater, non obrueret nos beneficiis, sed quia Pater est, obruit nos beneficiis.* Hic enim versus esset ioquendi modus, ad insinuandum quod paternò in nos fereret affectu. Et tamen Sanctus hic Pater (nisi fallar) iisdem prorsus verbis & sensu, quo ille, loquens dicit: *Nisi Pater esset, obrueret nos beneficiis.* Ac proinde videamus an adhibito aliquo Scripturæ loco mentem & intentionem hujus contemplativi Doctoris assequi ejusmetare valeamus. In Genesi itaque legimus, Abrahamum adversum quatuor Assyriorum Reges prælium fuisse, iisque armorum horum potentia superatis, gloriosam retulisse victoriam. Hisce igitur hostibus suis dettrimentum, Deus eidem apparet, eumque nihil timere jubet, futurum enim, ut se in omnibus casibus occurrentibus potentem semper protectorem experiretur: Audite sacrum Textum: *Sic itaque transactis factus est sermo Domini ad Abram dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus sum.* Quis ad audita hæc Domini verba non obstupescat? Cur enim Deus se non declaret futurum Abrahæ protectorem, priusquam prælium incipiat aut quidnam post Assyriorum Reges devictos formidandum supersit? si animum Abrahamum volebat, faciendum id erat, quando prælii eventus anceps & ambiguus erat, aut dum cum hoste congredi debebat, nunc autem absoluto prælio velle succurrere, idem est quod auxiliari cessante necessitate. Cajetanus opinatur Abrahamum alium quendam timuisse exercitum, qui in vitium adhuc integritate constitutus, nec nimirum præliando defatigatus eum forte esset aggressurus. Alii (ut Lyranus refert) dicunt quod timuerit, *Ne in victoria quam habuerat accepisset totam mercedem justitiæ suæ à Domino.* Quamtamen responsionem Lucas Burgensis minimè admittit. Lyranus autem existimat, quod timuerit proter obtentæ victoriæ nimiam felicitatem. Ad me equidem quod attinet, ex quo nullam unquam in hoc mundo felicitatem expertus fuerim, eam timorem aliquem secum ferre, asserere non possum? id quidem me sæpius audivisse recordor, quod ingentem secum adferat lætitiam: cæterum infelicitas timorem & terrorem velut accidens quoddam inseparabile conjunctum habere nimis evidenter constat. Quid igitur Abraham mediis in prosperitatibus atque victoriis constitutus timere poterat? In memoriam quæso revocate, quod in Exodo scribitur, filii namque Israel è mari rubro feliciter egredientes, in colliculo quodam mari proximo retrorsum conversi, totum Pharaonis exercitum inter undas naufragari viderunt, adeò ut tam equites, quàm eorum jumenta & equi, currus quoque & arma eorum, imò & Pharao ipsemet submersus fuerit in profundo. *Et involvit eos Dominus in mediis fluctibus.* Exod. 14. Ne quidem unus è toto numero militum Pharaonis reliquus mansit, qui cladis perpessæ nuntium in Ægyptum repottare valeret: *Nec unus quidem supersuit ex eis*, ipsum quoque mare omnia Ægyptiorum cadavera ad littus maris projecit, ac proinde Israelitæ totum hostilem exercitum aquis extinctum videntes resumpto animo, nec quicquam timuerunt: *Et vi derunt Ægyptios mortuos super littus maris.* Et tamen si sacrum Textum attenta mente inspexeritis, hæc verba utique invenietis: *Timuitque populus.* O ignavam & quovis lepore meticulosiorem gentem, quæ si mortuos timuit, quo animo erga vivum hostem fuerit facilè conjici poterit; potiùs ei jubilandum erat, sicut Moyse authore postea fecisse leguntur. Unde Oleaster ait: *Qui gaudere debuissent de suffocatis hostibus, timere dicuntur.* Oleast ib. Enimverò, Auditores, rationem velim benè observetis, quam Lyranus præsenti nostro proposito accommodatissimam in medium adducit, dicit enim illos non jam amplius timuisse Pharaonis exercitum, utpote qui jam in profundo aquarum extinctus fuerat: *Timuit populus Dominum.* Timebat ergò Deum. Verum cur obsecro Deum timent eos protegentem, & in omnibus benignissimè faventem? Nimirum videntes se tantis à Deo favoribus & beneficiis cumulatos, senserunt se quadam suspicione & gravi metu corripi, has illis cogitationes fortiter imprimente: Quis scit an tantus hic favor nobis datus non sit loco alicujus ominis mox secuturi supplicii? Hoc enim beneficium omnes benignitatis soli-

tos terminos longè nimis excedit, ideoque malum utique ingens nobis imminet, & hac ratione sublato quo percellebantur Pharaonici exercitus metu, novo quodam motivo omnes timere cæperunt & tremere: *Quia ab humano timore liberantur, divino arctius constringuntur.* Magna quidem Abrahæ felicitas extitit, quod quatuor regiis diadematibus coronata capita victor gloriosè triumpharit: ea tamen metui, & tremori associata fuit, haud secus ac si timor accidens quoddam sit à favore recepto inseparabile, à quo proinde Abraham liberari neutiquam potuisset, nisi à Deo certior redditus fuisset, nihil ei sinistri eventus timendum esse: Ac proinde: *Noli timere, ego protector tuus sum.* Quisquis in hoc mundo prospera fortuna utitur (dicebat Sanctus Bernardus) iter maritimum conficit, ac proinde persuadere sibi debet, quod adversitatum naufragiis obviam procedit; atque ideò Deus qui bonum & non malum nostrum unicè desiderat, tanquam nostri amantissimus Pater favores suos coërcet, & parca tantum manu eos nobis impertitur; quod si autem Pater noster esset, superabundanti nos beneficiorum & favorum diluvio inundaret: *Nisi Pater esset, obrueret nos beneficiis;* ad eum ferè modum, quo scut à Sabinorum quæ iidem Tarpeiæ Virgini vestali ob proditam & traditam ab ea arcem capitolinam, velut perditionis mercedem, loco armillarum aurearum, de quibus pacta fuerat, dono dedere, mortem eidem Virgini conciliarunt: sic quoque nonnunquam apponuntur bellaria mortifera, vel buccellæ toxico & arsenico permixtæ, quas qui accipit & deglutit, filius censendus est mortis. Quis Judam inter reliquos Christi discipulos, non dixit Magistro chatissimum & unicè dilectum, videns quod in ultima cæna præ omnibus aliis de manu Magistri sui honoraretur? *Vni Iudæ favorem intincti panis porrexit.* Et tamen contrarium prorsus eidem accidit, inquit quidam Modernus: *Imò nunquam homo perditus majori verbere affligitur à Deo, quàm dum favoribus & beneficiis delinitur.* Et Sanctus Cyprianus de Cœna Domini fol. 467. c. 1. subjungit: *Quod melius erat in mola asinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illota conscientia de manu Domini buccellam accipere.*

Franc. Mand. l. 1. Reg. c. 2. v. 11. f. 85. col. 3. l. D.

Didat. Ponser tit. 1. l. 3. c. 9.

9. Magnus ille Israelitarum Monarcha Psaltes opera Hebræi populi è servitute Pharaonica liberati & egressi, nec non & immensam Dei erga semetipsum benignitatem ad regiæ suæ citharæ sonum celebrare volens; in primis de gente Hebræa dicit eandem calumniosè de Deo ejusque providentia locutam fuisse: *Male locuti sunt de Deo;* existimabant enim Deum in horrido & solitario deserto ipsis omnis annonæ expertibus, nullum suis necessitatibus subministrare posse subsidium: *Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto;* Quibus verbis, ut Sanctus Athanasius ibidem folio 254. inquit, Dei omnipotentiæ diffidebant: *Diffidentes de ejus omnipotentia.* Enimverò quid Deus facit? Jubet ut Moyses virga sua petram quandam in deserto sin percutiat, ex eaque sic percussa, aquam dulcissimam ubertim manare faciat. *Ecce percussit petram & fluxerunt aqua, & torrentes inundaverunt.* David autem qui totam hujus historiæ seriem recenset, dicit, Deum auditis calumniosis hisce Hebræorum sermonibus quos cum tam exiguo Majestatis suæ respectu effutiebant, graviter illis indignatum fuisse, eosque gravi quodam flagello castigasse: *Ideò audivit Dominus & distulit, ignis accensus est in Iacob, & ira Dei ascendit super Israel.* Verum enimverò aperte fateor, quod non intelligam, quomodo Deus dici possit Hebræos castigasse, ex quo paulò ante aquam tantopere ab eis desideraram iis providerit. Videtur enim quod David sibimetipsi contradicat: *Signis* (inquit Divus Athanasius) *Et furor Dei accensus est in Iacob ad punitionem, & ira Dei ascendit super populum illum; quomodo igitur fluxerunt aqua abundantes & torrentes aquarum inundaverunt in magna copia.* Insuper observo quod Israelitæ se valdè incredulos esse demonstrarint, promissionibus à Deo sibi factis fidem adhibere nolentes, quod idem fuit, ac si Deum mendacem esse existimassent, neque in ejus adjutorium amplius sperabant, eò quod illum ad succurrendum inhabilem esse credierent: Dicere autem quod Deus nullam suis promissis fidem faciat, aut quod inopes & egenos juvare non valeat, idem est, ac si diceretur Deum mendacem, fallacem, & impotentem esse, & consequenter ac si sua Deo adimeretur Divinitas, & crederetur Deum minimè Deum esse, quinam autem illo asserto solemnior inveniri atheismus, aut blasphemia poterit? Quid hic igitur Deus facit? *Et mandavit nubibus desuper, & januas cæli aperuit.* At verò num fortè ideò cœli fores apertuntur, ut ad hosce impios castigandos fulmina cœlitus descendant? aut fortè nubibus imperat, ut condensatæ sagittas efficiant, ut nullus ex hoc impio & scelerato populo impunis

Psal. 77. v. 19. & 20. fol. 1. col. 2. l. A.

Idem.

punis evadat? Audite. *Et pluit illis manna ad manducandum & panem cœli dedit eis.* Verùm ô Domine cur perversos hosce homines impunitos reliquis? imò cùm juxta scelerum suorum gravitatem castigare illos debebas, per aquarum è petra miraculose scaturientium beneficium illis benefacis? & insuper tam ingenti illos favore prosequeris, ut tantùm illis beneficium, quale est manna illis cœlitus demittere, benignissimè conferas? Itane? tunc hanc Dei circa perfidos Hebræos dispositionem, & munera cœlica beneficia esse censes favores? Imò potiùs graves pœnæ sunt & rigida supplicia. Nunquid idipsum clarè satis ex ipsomet sacro textu id referente auditis; *Adhuc esca erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Aquarum igitur beneficio Deus illos punit, & dulcissimo mannæ cibo castigat eos. Optimè hunc Dei castigandi modum Hugo Cardinalis ibi fol. 187. col. 1. lit. V. observavit, dum ait: *Adhuc esca erant &c.* quasi diceret: *non diu distulit Dominus illatam sumere de murmuratione, & peccatorum, sed adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei, id est, vindicta, quam supra tempus distulerat, ascendit super eos.* Quem eundem passum Ponderadienses adhuc magis vivaciter exponit, dum ait: *Verberabantur Iudæi, non parùm de cœlo ditabantur ingrati, putabant injuri à Deo amari, à Deo foveri, dum summa à nutu recipiebant beneficia indies, sed nullo graviori turbine ab eo affligi poterant.* Est etenim Divinæ justitiæ propietas, quod sua dispositione quod impios efficiat, ut post serenum succedat obscurum; post clarum turbidum, post malaciam tempestas, transformetque gratias in vindictas, in flagella favores, beneficia in supplicia, divitias in miserias, in afflictiones prosperitates, pruinas in flammas, epulas in carbones, mendicitate denique in gehennas & infernos. O quàm libenter idipsum vobis veraciter testaretur ille quondam dives epulo; si ei permitteretur à suis tantisper egredi incendiis.

10. Et tamen tristis peccatorum vultus serenitatem nunquam induit, nec frontem suam aliquando exporrigit, nisi quando formosam cœlumque sibi favere conspiciunt; nunc nimirum gaudent, quando illos potiùs timor, & tremor invadere deberet. Conjiciamus idipsum clarius ex eo quod justis & servis Dei accidit. Unigenitus quippè Dei Filius in conspectu Petri, Jacobi, & Joannis transfiguratus est in monte Thabor; vestes ejus nivis candorem referebant, vultus ejus sicut Sol splendescebat, omnisque gloria quæ alias in sola Christi anima sequestrata erat, in totum quoque corpus ejus redundabat: *Resplenduit facies ejus sicut Sol, vestimenta autem facta sunt alba sicut nix.* Matt. 17. E lucida quoque ibidem apparente nube sonora quædam vox insonuit quæ Christum verum cœlestis Patris Filium esse declarabat: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Apostoli autem tremebundi & timore totaliter consternati, velut mortui in terram corruerunt. *Ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valdè*, adeò ut nisi Christus eis animos suggessisset dicendo: *surgite, & nolite timere*, haud dubiè mortui fuissent. S. Joannes Chrysostomus factum istud considerans, attonitus hæret, timoris Apostolorum causam invenire minimè valens. Num fortè timore hoc corripiuntur à candore vestium, aut vultus claritate? Minimè. Quoties enim ipsiusmet nivis candorem & Solis splendorem sine ullo prorsus timore viderunt? Num fortè tremor illos invasit ob auditam è nube vocem? Non est credibile, nam etiam in Jordane vox illa audita fuit absque ulla auscultantium consternatione. Imò alias paternam vocem de cœlo tanto cum fragore delapsam audierunt, ut eam tonitru quoddam fuisse arbitrati fuerint: *venit vox de cœlo, & turba dicebat, tonitru esse factum;* Et tamen non legitur quod vel umbra pavoris vel timoris in illis notata fuerit. Cur igitur tantopere in monte trepidant? *Quomodo cùm jam ante similis vox in Iordane audita fuerit, nemo ex turba, qui aderat, expavit, & iterum quando tonitru factum fuisse dicebant, nullus commotus fuit: quomodo nunc timore perculsi ceciderunt?* Similiter seniculus Zacharias Sacerdos coram altari incensum in aëra librabat, ejusque odorem sacris orationibus conjunctum supremæ Dei Majestati cum omni possibili reverentia offerebat; Et ecce Deus cœlestem quendam nuntium ad eum misit, qui in assumpta specie visibili & corporea auteis alis suis explicatis tanta cum pertinacitate volavit, ut ne cogitatus quidem humanus eum secundare aut assequi potuisset, & in unico quasi momento in templum pervenit, ubi ad dexteram altaris pattem sese firmavit, quem ut vidit sanctus hic senior dextera cum thuribula in aëra quasi suspensa, elevata in altum facie instar marmoreæ

cujus-

cujusdam statuæ immobilis substitit: Vultus color impalescit, turbatur animo, corde palpitat, vacillat ejus cogitatio, manus tremunt, gelidus per venas rigor discurrit ad partes externas, spiritus vitales se subducunt, loqui vult & nescit, moveri desiderat nec valet: Et *Zacharias turbatus, & videns & timor irruit super eum.* Timor autem hic adeò vehemens extitit, ut in certum crederetur lapsurus animi deliquium vel mortis periculum, nisi Angelico erectus & animatus fuisset sermone, dixit enim Angelus ad eum *ne timeas Zacharia*, quis hunc Zachariæ timorem non obstupescat, ergone ô Zacharia Angelus tibi timorem incutere potest? aut aspectus Spiritus beati tremere te facit? ecquænam visio hæc esse potest desidetabilior vel acceptior? is namque nec tibi minatur, nec iracundo vultu te respicit; imò vultu sereno, ridente ore, elegans & festivus se tibi sistit, & tu tremere incipis; quid facturus esses si Dæmonem formidabilem, deformem, atrum, in figura draconis vel serpentis alicujus tibi objectum videres? Forte hunc non timeres, benè tamen Angelum? Verùm enimverò Auditores, compatimini bono huic seniculo, causa namque timoris sui hæc est, quia eximiis se à Deo favoribus præventum esse conspexit, favores autem & plurimum timoris solent esse nuntii vel bajuli: *Turbatur Zacharias, quia tanto oraculo se judicabat indignum, nam justus cùm ad se oculos convertat, cœlestia dona timet.* Quomodo igitur non timuissent in monte Thabor Apostoli, quando Deus insignem hunc illis favorem exhibuit, ut ipsummet Dei Filium viderent, non jam in vultu Angelico, sed in propria facie gloriæ splendoribus glorificata? fuit etenim favor hic tam insignis, ut meritò velut sui pro dromum Sanctorum discipulorum cordibus timorem præmiserit *Timuerunt valdè & ceciderunt in faciem suam. Quæ ergò alia restat tanti timoris occasio, nisi gloria Christi feliciter spectata & vivacius perspecta?* Didac. de Cel. in Judith. c. 12. v. 1. §. 6. f. 426. col. n. 23. vosmetipsi igitur facilè ex jam dictis conjicere potestis, an non peccatores fortunæ vel cæli favores recipientes timere potiùs quàm gaudere debeant? An non meritò suspicari possint omnem us exhibitum favorem non beneficium, sed severum quoddam esse an illis immissum supplicium, quod corpus quidem flagellat, & tandem ad ipsam usque animam redundat.

Sylveira lit. c. 4. q. 15. f. 89. col. 3. v. 35.

11. Eo tempore quo Sanctus Jacobus Evangelista Pathmos Insulæ incola erat, insignem Deus illi gratiam contulit videndi nimium figuram quandam, non minùs stupore quàm mysterio refertam. Contemplatus etenim ipsummet Deum in medio septem candelabrorum aureorum, cujus coma candida erat, ac si ex lana vel nive conterta fuisset, oculi quoque ejus scintillabant ut flamma ignis, quod verò præsenti nostro proposito vel maximè deservit, est quod in dextera septem habuerit stellas, ab ore autem ejus gladius prodierit ex utraque parte acutus. *Habebat in dextera stellas septem & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat.* Stellæ quas defert in dextera, favores repræsentant, & vitæ hujus prosperitates, quas nobis impertitur: *Stella in aruspicum observatione significat prosperitatem*, inquit Antonius Riccius Brixiensis, tomo primo in comment. symbol. folio ducentesimo secundo, numero decimo sexto, & decimo septimo, sic stella quam Cæsar Augustus monetis suis insculpi faciebat, *significabat felicitatis ostentum*, has autem stellas in manibus tenet, quia eas nobis largitur, & donat, quod manu facere solemus: at verò advertite benè ô peccatores, quod cum hisce favorum stellis conjunctus cernatur suppliciorum gladius, gladius inquam qui minas tibi intentans, velut perterrefacit, vel formidinem aut etiam vulnera infligit. *Ex utraque parte acutus esse dicitur, quia malos acutissimè punget, & animæ & corpore damnabuntur*, inquit Angelicus Doctor. Quis igitur Deum erga impium quendam beneficum videns non toto corde exhorrescat? ipso namque quo citra ullum tuum meritum, gratiarum stellas tibi porrigit, cavere debet gladium: *Timendus est Deus cùm videtur beneficus* (inquit ingeniosus Alexander Pellegrinus in capite undecimo Matthæi patad. 5 fol. 91. col. 1. D.) *quia ipsa Dei beneficia peccatoribus in hac vita collata supplicia sunt.* Ac proinde proverbium quo veteres de Diis suis loqui consueverant, de nostro Deo patiter verificatur, dicebant enim *Deorum dona sapè non dona* Pau Manut. in adag. fol 2012. Deus etenim peccatorem sæpenumero ad prosperitates erigit, ut deinceps è majori celsitudine deturbatus majoris ei damni & ruinæ causa sit & præcipitium.

Multos Deus non benevolenti pectore
Ad summa rerum portabit fastigia.

Et Claudianus apud eundem hanc post se sententiam nobis sc. ipsam reliquit.

Tolluntur in altum
Vt lapsu graviore ruant.

11. Præsens propositum in memoriam mihi revocate mirum quendam casum, qui accidit tempore magni Sanctæ Ecclesiæ Doctoris Ambrosii Episcopi Mediolanensis, acà Beato nostro illio Iordane de Saxonia refertur: Cùm enim Sanctus hic Pastor in itinere esset, in domo cujusdam viri divitis hospitio receptus est, cùmque sanctus Prælatus eum de familiæ suæ conditione, nec non de fortunæ qualitate distinctius interrogasset, hoc ab eo retulit responsum. *Bonum meum Domine semper felix extitit & gloriosum: vocem namque infinitis divitiis abundo, copiosam filiorum & Nepotum turbam possideo, servorum plurimos habeo, & omnia semper ad votum accidunt, nec unquam quid adversum mihi acciderit, nec quod contristarer, evenit.* Quod audiens vir Deiaudiens summopere admiratus est, usque quos secum habebat itineris comites dixit, Egrediamur ab hac domo, quia Deus non habitat in ea, nec est in ea locus pro nobis. Prosperitates ejus suspectas habeo, minuens huic domui infelicitatis excidium timuo, at ideò, ô Sodales, abeamus, & alio properemus, & tametsi nullum usquam nobis haberet hospitium, expedientius erit super nuda humo sub Dio somnum capere, quàm hominis hujusce calamitatibus simul involvi: *fugamus & hinc quantocius fugiamus, quia Dominus non est in loco isto.* Vix discesserant, & quantum jactus est lapidis à domo abierant, cum ecce debiscens terra, *& hominem illum cum universis quæ ad illum pertinebant absorbuit.* Pondo à steepitu labentis ruinæ omninò perterriti, reversi sunt, ut rei viderent eventum, dumque ruinas miserabiles conspicerent, Sanctus Ambrosius ad suos conversus, dixit: Hic itet vitæ suæ, inter felicitates prospero fortunæ vento promotus confecit, fieri non poterat, quin tandem impingeret in scopulum. Propter ipsum hæc moveri debuit tempestas, serenitas non semper durat, ecce jam videtis naufragium. *Ecce fratres quàm severè vrascitur Deus, cùm semper prospera elargitur.* Hæc est messis, quam in prosperitatum campo peccatores sibi demetunt. Hi sunt fructus, quos in copioso faventis fortunæ Autumno sibi colligunt, fruamini igitur illis, per me namque sine invidia id vobis liceat, certus enim sum, quod vos quantocyus cum Epulone visurus sim inter flammas, cum quo patiter reclamabitis: *Pater Abraham, mitte Lazarum &c. quia crucior in hac flamma.* & tamen aliud non refetetis responsum quam *recepisti bona in vita tua*, id est, bonum quod in vita recepisti, artifex & faber est mali tui, quod pateris post mortem. *Bona recepta tormentorum causa sunt.* *Alex. Peleg ubi sup. f. 193. co. 1. l. B.*

13. Commoda, quibus ii, qui maritimo itinere proficiscuntur, frui solent, magis formidanda sunt, quam incommoda itineris in terra firma peracti. *Ipsa qua in rebus humanis felicitas appellatur, plus timenda est, quàm miseria*, inquit Sanctus Augustinus. Verum quidem est: quod per terram iter facienti multa accidant incommoda, hæc tamen haud difficulter tolerari possunt, quia iter securum est, & prosper itineris exitus. Quibusnam Evangelicus Lazarus non fuit æruminis subjectus? mendicitatem, famem, membrorum lassitudinem, vulnera, & ulcera, putredinem & saniem, aliasque innumeras advertitates sustinuit. *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis, & nemo illi dabat.* Verè enim hic iter suum per terram absolvit, plenum incommodis, nam miseriæ non deerant, æruminæ abundabant Veruntamen ô Lazare, noli timere, nam tandem ad finem itineris tui salvus & incolumis pervenies, & lassitudo in refectionem, amaritudo in dulcedinem commutabitur. An non idipsum ex textu Evangelico auditis? *Factum est ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraha.* Ergò paupertas, fames, vulnera, ulcera, sanies, aliæque adversitates, favores potius quàm æruminæ fuerunt, utpote quæ in Abrahæ sinum eum collocarunt. Uno verbo, maleficia, quæ Deus servis suis immittit, beneficia sunt, de quibus dici potest, quod *omnia cooperantur in bonum.* Si vinitor præcedendo palmites, viteni denudat, sequentis autumni tempore fructibus inde copiosior erit & de illa dici poterit: *Præcisa sic melior*: vel *putatione fœcundior.* Dum incensum in ignem conjicis, ejus fragrantiam magis percipi facis; *in igne redolentius*; si crocum in pulverem comminuas, erit *Attritus melior*: Si pilam in lapidem violenter impingas, altius prosiliet; *percussus extollitur*; ignis à vento molestatus magis accenditur; *crescit spirantibus auris*; Aqua *S. Aug. in psal. 68.*

fluvialis quantò plus inter præcipitia colliditur, tantò majus robur sibi adsciscit; *Vires acquirit eundo.* Verum quidem est, quod mare ab Aquilone inquietetur, at verò undæ ejus ad ipsas usque Cœli sphæras elevantur, ut stellis coronari possint; *Turbant, sed extollunt,* Carthaginensium bella ingentes Romanis conciliabant utilitates, unde Carthagine subjugata, sapientiores urbis Romanæ Senatores in ejus destructionem consentire noluerunt, ut per inimicorum arma tantò magis cresceret ipsorum gloria. Unde Cræsus Cyro significari fecit, illaras sibi calamitates magno sibi adjumento esse. *Etsi molestiam mihi calamitates meæ attulerunt, eadem tamen mihi doctrinæ loco fuerunt.* Ita pariter Deus, dum servos suos castigat, favere quidem solet, optimè sciens, supplicia eis favores & beneficia esse, & securos futuræ felicitatis nuntios: ad eum modum, inquit Plutarchus, in lib. moralium de apibus. Qui ingeniosa apis ex floribus amaris libat dulcedinem mellis: (Sicut apes ex amaris plerumque & austeris floribus faciunt mel, sic gaudium ex mœrore sæpius fit.) Regius Propheta David summa cum instantia à Deo petebat, ut iratus a se non recederet, sed lateri suo continuò assisteret: Audite autem quanta cum instantia idipsum supplicet: *Exaudi Domine vocem meam qua clamavi ad te, Miserere mei & exaudi me. Frequenti supplicatione te orantem,* adjungit Sanctus Athanasius ibid folio 83 *Ne declines in ira à servo tuo.* Itane ô David? Ergone desideras, ut Deus tibi iratus procul à te non recedat? Nunquid vides, quod culpis tuis offensus, & vindictam de iis sumpturus flagellum arripiat? O quantò melius faceres illum rogando, ut tempore iræ procul à te abeat? nunquid Jobum dicentem audis, *Quis mihi det ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus?* Enimverò ignosce mihi, ô David, si liberius tecum loquar, dicam etenim qualiter deprecationem tuam intelligam. Parum sapere videris, & nescire quid petas, provocas enim Deum, & proprium malum tuum sectaris, prout Medici quærere solent infirmitates. Audi sanctum Patrem nostrum Augustinum: *Sta à te, inquit, declinavit in ira, non in te vindicabit; Si tacurras in illum iratum vindicabit in te: Opta ergò potius ut declinet à te mira, & non accedat,* Portò idemmet David Rex, de iis flagellis loquens, quibus divina justitia Israeliticæ gentis castigavit scelera, dicit, *Deus repulisti nos, & destruxisti nos,* & postea subjungit: *Iratus es, & misertus es nobis.* Iratus castigavit, inquit Sanctus Athanasius, ibid. *Iratus es nos flagellando.* Mirus est hic loquendi modus; si enim iratus erat, quomodo misericors dici potest? si iracundus flagellavit, quomodo dici potest benignus fuisse? videtur mihi hæc sibi in terminis contradicere. Non minorem mihi difficultatem adferent verbilla, quæ idemmet Propheta Omnipotenti Deo dixit, dum recordaretur gravissimi erroris à Jeroboam commissi, dum is duos fieri vitulos aureos fecit, eorumque unum in Bethel, alterum verò in Dan collocavit, ut adorationis divinos honores acciperent, ut refert Cardinalis Hugo, dicit igitur Propheta Regius, *Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum. Adinventio autem fuit vitulus conflatilis,* inquit Hugo Cardinalis, in ps 98 fol. 127. cap. 2. num. 9. Attentos vos hic velim, ô Auditores, ad melius ponderandum modum, quo Propheta hic loquitur: Prius enim dicit, quod Deus se demonstret propitium, & nequaquam rigorosum exhibeat, sed benignum & pium; *Deus propitius tu fuisti eis:* & postea subjungit, quod suam exhibeat in castigando severitatem, prout populus ille sceleratus & idololatra merebatur, *& ulciscens; ecce vindicativum in omnes adinventiones eorum,* id est, in omnia ab ipsis commissa peccata. Phrasis ista Davidis, qua in hoc versu utitur, attonitum me tenet, neque enim imaginari mihi possum, quomodo verificari possint *simul & semel de eodem & eodem tempore propitius, & ulciscens,* si enim propitius est, ergò ignoscit, si *ulciscens,* igitur punit; possuntne inveniri termini magis repugnantes, quàm isti? Num fortè divinæ justitiæ gladius, simulis est hastæ Achillis de qua dictum fuit, *Vulnus opem gerit,* vel cum Jobo, *vulnerat & medetur,* id est, ut Sanctus Gregorius explicat, *foris vulnera admovet, & intus vulnera delicturum curat.* Aresdetribu lect. 14 numero 27. folio 231. Portò hæ Davidicorum verborum difficultates, historiæ cujusdam me memores reddunt. De Jasone enim Thessalo legitur, hunc propter Apostema quoddam incurabile, quod habebat in pectore à Medicis desperatum fuisse: Cùm verò aquodam inimicorum suorum repente invaderetur, is strictum gladium pectori admovens, Apostema penetravit, dumque eum inde occidendum crederet, sanitatem restituit, & qui mortem inferre voluit, vitam illi conciliavit. Fatendum est etenim, quod adhibita

Pau. Ares. de Tribul. lect. 11. f. 173. cap. 1. n. 161.

Ap. Iac. Bill ant. 56. f 89.

Psal. 26.

Job. 14.

Psal. 59.

assibita hac historia, lumen aliquod affulgere incipiat, ad melius intelligendum verè elegantem & ingeniosum Davidis loquendi modum. Dicit enim, quod Deus sit *ulciscens propitius*, id est, quod dum nos castigat, simul etiam propitium sibi nobis esse commonstret, quia supplicia ejus magnam nobis utilitatem afferunt, adeò ut dum manum justitiæ rigoribus applicat, beneficia nobis dispenset, suosque favores impertiatur, vitam vobis non minus dando, quàm inimicus ille Jasoni, *hoc vocat propitiationem quod eorum Deum non peperceritexcessibus* inquit Bern. & hoc sensu Berengosius interpretatur id quod supra usurpavi, *tratus es & misertus es nobis.* Tratus; ecce flagellum in manibus ad infligenda verbera, postea verò subjungit *misertus es nobis* quia ad nostram nos flagellat utilitatem, aliquid aliud non est, quam nobis facere beneficium: *O salubris indignatio! ô ira mi ericors! quæ sic ut subveniat sic minatur ut parcat, sic aufert ut restituat, sic destruit ut muniat,* inquit erat, quam David Rex à divina Majestate postulabat, gratia, dum inquit. *Ne declines in ira à servo tuo*, quia sciebat, quod licet verbera Deitus apparentia livores causent, reapse tamen mera sint beneficia, q. d. tamet si mihi irascaris, ne tamen discedas à me, quia si me flagellaveris, tunc te mihi beneficum optimeque judicum experiar. *Vt quæ patimur in hac vita indignati Dei supplicia, beneficia esse fateamur*, inquit sanctus Cyprianus, Deus ps. 88. iis qui præcepta legis suæ transgressi fuerint, neque per arctas virtutis semitas ambulaverint, sed potius nobis vel factis justitiam suam prophanaverint, scitò comminatur pœnam quandam, iniquitatibus ipsorum correspondentem, & dicit *visitabo in virga iniquitates eorum*, quis est hic loquendi modus ô Domine, *visitabo*? cur non potius dicit *castigabo, flagellabo, vulnerabo, lacerabo*? aut cur non alio verbo in eundem sensum conspirante uteris? declarant hanc difficultatem S. Athan. & Hugo Card. per hanc glossam adjectam: *visitabo ut medicus & pater*, Medicus etenim infirmum quendam visitans, venæ quidem sectionem illi præscribit, aut medicinam amaram porrigit, sed totum in vitæ suæ redundat beneficium. Unde S. Augustinus ait, quid tam pium, quam Medicus ferramentum ferens? plorat urendus & uritur non est illa crudelitas, absit ut medici sævitia dicatur, lævitia vulnus ut homo sanetur.) Etenim quando Deus culparum tuarum magnitudine permotus, justitiæ suæ virgam in te extendit, quid facit? te visitat, & ut te curet, & sanet, medici officium explet. Integro anno a febri oppressus, lecto defixus adhæres, non quieseis nocte vel die, nunc frigus te premit, nunc calor adurit, mox sitis affligit, nunc cibum fastidis, denique vires deficiunt, factusque es velut pellis quædam & ossium catastrophe, eo nimirum reductus, ut tantum non animam exhales, noli tamen ob id dolere ô frater, quia favor est, quem tibi Deus te visitando exhibet: *Visitabo in virga.* Ita S. Paulinus Marcellæ scribens ait: (Magnificamus in te Dominum, qui te salutifero paternæ pietatis verbere visitavit.) In vico civitatis tuæ commissum est quoddam delictum, Deus, qui te in eam perfectionem, quæ in Christiano requiritur, parum, vel nihil inclinatum esse videt, permittit, ut tametsi innocentissimus sis, in te tamen totus commissi sceleris reatus conjiciatur; atque ideò vel tanquam simplex, vel tanquam principalis delinquens incarceraris, & ad sextum usque mensem in subterraneo carcere detineris, donec ab humoris abundantiâ marcescas, & visum in tenebris amittas, nullus est qui tibi loquatur, adeò ut nec universale quidem hominis solatium lumen videlicet, tibi affulgere permittatur. O miseta innocentia ab omnibus desolata! Verumtamen noli dolere, ô frater specialis quædam gratia est, quam tibi Deus præstat, dum per hanc te incarcerationem visitat: *visitabo in virga.* Ecquod autem inde commodum vel utilitas elicitur? In tali necessitate constitutus, vota Deo promittis, variæ à te assumuntur sanctorum devotiones, in Sabbatho in pane & aqua jejunare proponis, conjugi, ut coronam, vel officium B. Virginis tibi mittat præcipis. O quam salutaris est hæc visitatio, siquidem per illam totus factus es Dei; te enim ab illo carcere egredientem pristinæ deserunt animi infirmitates, non divagaris extra domum tuam nocturno tempore, malis nuntium remittis societatibus, ludis & jocis ultimum vale dicis: *Visitabo in virga.* Præterea iter per mare instituis, in eâque quâ veheris navi, merces tuas simul omnes habes recondittas, in quarum comparatione ingentem collocasti pecuniatum summam, speras quidem illas in portum usque salvas perducere, domumque tuam completo itinere locupletare: Deus autem permittit, ut vehemens quædam

D. Pauli. ad Marcellam ep. 49

in mari oriatur tempestas, quæ aquarum undas in tantam redigat furiam, ut navis inde tegatur & submergatur, aut à ventis in alias transferatur partes, ubi manifestum allisionis ad scopulum, & consequenter ob imminens naufragium, vitæ pariter & mercium deperdendarum subis periculum: nec tamen id admiteris, Deo enim placet, hanc tibi in summum beneficium tuum immittere visitationem: *Visitabo in virga.* Verum quænam inde in te redundat utilitas? Paucis id tibi edicam ac proinde dic sodes: Quot præteriere anni à quibus sacramentaliter non es confessus? Si verum fateri velis, à multis annis te confessum non fuisse fateberis; Agedum hoc igitur tibi periculum in mari immittit Deus, ut commissos incipias advertere errores, quod scilicet veluti bestia quædam vixeris, quod nil Christiani hominis præter nomen habueris; Ideoque mille tibi anni tempus illud esse viderur, quod labitur donec ad Confessarii pedes prosternaris; & tot culparum à Deo veniam postules, eique pro hâc visitatione debitas gratias referas. Verè hæc sunt itinera, quæ per terram sirmam instituuntur, in hoc namque itinere securè ambulatur, ac tandem fœliciter portum assequimur: viatum quidem incommoda, calamitates reputamus, at verò si ea benè consideremus, fœlicitates meras fuisse dicere cogimur, & in has vel similes voces sæpenumero erumpimus, sit benedicta infirmitas, benedictus catcer, benedictum naufragium, millenas Deus gratias à me habeat, qui mihi per has visitationes dignatus est favere: *Visitasti me in virga*; unde & cum Philosopho illo in casu dicere possumus: *Perieram ne periissem.* Lazarus Evangelicus à Divinâ clementia per mendicatem, famem, & ulcera visitatus fuit: *Erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam divitis, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis, & nemo illi dabat.* Verum quodnam ex hisce favorabilibus Dei visitationibus in eum redundavit beneficium? Nunquid auditis in sacro textu: *Factum est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ?* Num tibi hoc parum esse viderur? veniat itaque Deus, & hisce me visitationibus dignetur, affligat me, castiget & flagellet me, mihi immittat ærumnas, infirmitates, infamias, tempestates, afflictionibus quoque meis novas calamitates adjungat, semper enim cum invicto patiente replicabo: *Sit nomen Domini benedictum*; Job. 1. faciamque echo quandam respondentem devotis Magni Patris mei verbis *Hic ure, hic seca, hic non parce ut in æternum parcas.* Verùm enimverò, quot hodie reperiuntur mendici Lazari, necessitate & inedia coangustati? Vos qui facultates habetis, iis succurrite: Si enim Epulonis crudelitatem imitati fueritis, eandem mortem subeuntes, eâdem quoque sepulturâ tumulamini.

PARS SECUNDA.

14. *Induebatur purpura & bysso.* Hic in Epulone notatus defectus, non minus nostris hisce temporibus, quàm sæculis superioribus invaluit; siquidem tam in viris, quàm mulieribus vestimentorum luxus nimium excedit; Beneidipsum advertit Chrysostomus tomo quinto orat. Kalend. habita dicens: *Eousque mollitia usu delapsi sunt homines, ut & calceos, & ex omni parte (aquè enim ac faciem suam nonnulli compeium) variare soleant;* Unde Chrysostomus ibid. tanquam à signo vel præter animum impurum & depravatam voluntatem arguit: *Quod autem impura & depravata signum est: licet enim hoc per exiguum esse videatur, tamen tum in viris, tum in fœmina magnum perditæ mentis argumentum & significatio est.* In illis autem, quibus eo modo vestitos esse non convenit, videtur, quod per modum antecedentis & consequentis, simul conjuncta sint, vestis ex purpura & bysso, & sepultura in inferno. Quodnam in aspectu alicujus personæ pulchrius desiderari ornamentum potest quam honestas & modestia? Audi Chrysostomum homilia 21. ad populum: *Vis ornare faciem? non margaritis orna, sed modestia & honestate.* Unde Sanctus Gregorius Nazianzenus in oratione de ejus laudibus motes & venustatem famosæ Gorgoniæ celebraturus, melius aut ad præsens propositum apius invenire non potuit medium, quàm ut in ea ornamentorum & vestium puritatem laudaret: *Ne hæc quidem, quam laudandam suscepimus, lascivo unquam ornatu delectata est, verum ornatus contemptum pulchritudinem judicavit.*

15. Etiam atque etiam tantam mihi in dicendo vim præsto esse optarem, quanta ad detestationem superbarum vestium, quæ honestissimarum domuum manifesta ruina sunt, omnibus inculcandam abundè sufficeret;

ters sæpè numero enim multæ inveniuntur virgines, & conjugatæ, quæ ampliores in vestibus suis diversas circumferunt, quàm in cunctis bonis stabilibus & mobilibus earum possideat maritus: latetim confusè & per modum transeuntis aliqua nihilominus particularia insinuabo, reputationi & animæ earum personarum, quæ supervestium amatrices sunt, multum præjudicantis. Demonax Philosophus cuidam, superbe vestito occurrens, sententiosè eidem dixit: O compulse, an hosce quibus amiciris pannos, antè ovium vestem fuisse nosti? (Deus tu, hoc ante ovis fertè solebat, & ovis fuit.) De Aureliano Imperatore Flavius Vopiscus scribit: (Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam dedit. Et cum ab eo uxor sua peteret, ut pallio blaveo serico uteretur, illi respondit: Absit ut auro fila pensentur.) Ob eamque causam Lysander & Archidamus filiabus suis, ditissima à Dionysio Siciliæ tyranno iis transmissa spolia acceptare prohibuerunt, existimantes perilla potius iis deformitatem, quàm ornatum conciliatum iri: *Timentes maximè meretrices hisce fierent*: certissimum enim est ut sanctum Bernardum confid. 3. quod vestium curiositas deformitatis mentium, & morum sit indicium. Et alibi subjungit; quod *quanto amplius corpus foris propter vanam gloriam ornatur, tantò interius anima fœdatur & spoliatur.* Idem sup. Millus est. Nam corpus sumptuosis pannis vestiunt illi, qui animum habent spoliatum virtutibus *Vanum cor vanitatem intus ingerit corporis, non tanto curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens intus ornatibus.* Atque ideò superbas vestes mulieres potius, quàm viri sibi licere autumant, ut scribit sanctus Cyprianus lib. de hab. virg. *Auro & margaritis adornata & monilibus, ornamenta mentis & corporis perdiderunt.*

16. Unde sanctus Joannes Chrysostomus mortuus est, ut eas sepulchro compararet. At verò inquies: Quidnam mulieribus pomposè ornatis commune intercedit cum sepulchris, possuntne objecti detestabiliora inveniri illis? Sepulchra horrorem secum ferunt, mulier autem eleganter vestita, gaudium spirat & lætitiam. Enimverò in hoc præcipuè similitudinem currere existimo inter utrumque; videre sepulchrum quoddam, quot elegantiis comptum ex intrinsecus? quot in eo sculpturas, cælaturas, inscriptiones, marmora, statuas, emblemata, epitaphia, elogia, quæ omnia animum hominis rapere nata sunt cernis? cum tamen sub illo lapide sordida contineantur, & putrida cadaveris ossa. Nunc igitur cum sancto Chrysostomo homilia 36. ad pop. Antioch. id præsenti proposito applicetis, dicentes: *Molles, dissoluti, fornicarii corporis munditiam curant, jugiter olentes unguenta: sepulchrum ornantes (sepulchrum enim eorum corpus est) animam verò intus habent mortuam.*

17. Quod si personæ honoratæ scire velint, quantum nugatoria hujus temporis ornamenta eas dedeceant, Clementem Alexandrinum lib. 2. pædag. legant, qui ex superbo vestitu nil nisi simitrum judicium formari posse affirmat: (Meretricis, ait, est corpus ornare, è contra verò castæ probæque fœminæ atque viri ornate mentem.) Unde Lacedæmonii, ut supra dictus Alexandrinus refert, Conjugibus suis quodvis superflui ornamenti genus prohibebant, illudque solis læsæ famæ fœminis permittere solebant: (Laudo ego, inquit Clemens Alexandrinus idem ibi. cap. 10. & admitor Lacedæmoniorum civitatem, quæ solis meretricibus floridas vestes, & aurum mundum gestare permisit, ac probis mulieribus mundi studium auferens quod solis meretricibus se ornare concedet.) Verum enimverò obsecrate obsecro, ô Auditores, quod Clemens pomposas vestes floridas appellet: *Floridas vestes.* Sic etiam Basilius Seleucus cap. orat. 6. de mulieribus à Caino descendentibus, quas ut in Genesi cap. 6. legitur alii sibi desponsarunt, loquens dicit: (Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt, dicit, Filias ex posteritate Caini, conspicati splendidas & ornatu florentes earum vestes.) Quid autem per hæc verba: Ornatu florentes, inferre intendit? Quidnam flores cum vestibus commune habent? Credo eum insinuare voluisse, quod vestium ornamenta, & luxus flores sint, ex quibus postea producuntur fructus luxuriæ. Bene ipsum Tertullianus ad uxorem cap. 4. annotavit, dum ait: *Florida enim vestis de proximo curat luxuria negotium.*

18. Adversus hosce abusus magna cum exaggeratione & fervore S. Hieronymus loquebatur, dum eos, qui in concinnando vel vultu, vel comâ, vel vestium ornatu affectatâ industriâ student, graviter reprehendit, dicens: *Crines à fronte demittunt, cutem poliunt, utuntur pigmentis, astrictas habent manicas, vestimenta sine ruga, soccosque crispantes, ut sub nomine virginali venabilius pereant.* Ac proinde sanctus Pater noster *D. Hieron. ad Demetr.*

Augustinus in regula sua nos monet, ut moribus, non verò vestibus placere studeamus: *Nec affectetis vestibus placere, sed moribus.* Et sanctus Cyrillus Hierosolymitanus: *Vestitu simplici uterenon ad ornamentum, sed ad necessitatem.* Benedictus XI. re & nomine vere benedictus, cùm jam electus Pontifex in throno consideret, matrem, quæ de suprema illi dignitate congratulatum, & pedes ejus osculatum venerat, benignè quidem suscepit; at veto, quia nimis superbè valdeque pomposè vestita erat, summus Pontifex eam se non agnoscere simulavit, dicens: Tune mater mea es? Saltem ego te eam esse minimè agnosco, imò tantum in te fastum, & arrogantiam valdè admiror. Num fortè me jam factum Pontificem oculis hebetare, aut matris meæ effigiem è mente mea evanuisse arbitraris? Scio etenim quod mater mea mulier sit humilis conditionis, ideoque vulgari induta veste procedat, quæ proinde nullam unquam vestem sericam, aut pretiosiorem corpori suo adhibuit; ac proinde apagesis, inquit, fallax mulier, quæ te Pontificis matrem esse mentitis. Quæ verba Sapiens hæc mulier, intelligens, superba mox indumenta exuit, simpliciorique cultu sese confestim induit, prouti alias quotidie indui consueverat: Sicque induta ad Pontificem redit, quam Pontifex videns, eà cum reverentia, & cæremoniarum apparatu, qui Pontificis matrem decebat, excepit; per hanc porrò actionem demonstrare sanctus hic Pontifex voluit, in quam vili æstimatione vestitus vanus & superbus apud Deum & sapientes homines semper fuerit.

19. Eam pro dolor nunc vivimus ætatem, in qua is, qui panem quo vescatur non habet, more tamen Principis vestiri nequaquam erubescit; quovis nunc die novæ vestium mutantur ideæ, dum nunc Hispanicè, nunc Gallicè vestiuntur, idque tanto cum sumptuum dispendio, ut etiam quatuor pannorum petiæ medio mulieris brachio vestiendo non sufficiant. Modum utique observastis, quo Moyses de formatione viri & mulieris summâ cum differentia loquitur, de illo enim dicit: *Formavit fecit, creavit*; Genes. 1. De hac verò Ædificavit: *Tulit unam de costis ejus, & replevit carnem pro ea, & ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Genes. 2. Etenim hic loquendi modus valdè mihi improprius esse videtur, quia ædificare & ædificari fabricis & palatiis convenit, quæ proinde ædificia appellantur; formatio autem & generatio prolis in utero materno imposterum ædificatio appellatur: Quomodo igitur Moyses affirmat, quod Deus ex costa Adami mulierem ædificavit? Mota est etiam hæc difficultas à Rabano Mauro lib. 1. cap. 14. in Gen. cap. 2. dum ait: (Typico verbo usa est Scriptura, ut non diceret: Fecit, aut formavit, aut creavit, sicut in omnibus supra operibus, sed ædificavit, inquit, Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in uxorem.) Tandem verò respondet: Mulierem ædificium appellari posse, (non tanquam corpus humanum, sed tanquam domum:) Mulier enim domus illa est, in quâ homo priusquam in hunc mundum nascatur, novem mensibus habitat. Alii verò afferunt, Moysen hoc verbum *ædificavit* usurpasse, eò quod tantum impendatur ad investiendam aliquam mulierem, maximè quando sponsa est, quantum ad ædificandum aliquod palatium.

20. Præsentem discursum per historiam quandam à multis sacris Scriptoribus, præcipuè verò à S. Bernardino de Senis relatam claudere statui. Hic enim refert, quod S. Ambrosius cum D. SS. Cypriano & Zenone discipulis suis in una societate ambulaverit, cum ecce Zenon ex improviso effusissimè ridere cœpit, adeo ut S. Ambrosius admiratus eum interrogaverit cur rideret, cui ille respondit: Si tu ô Pater videres, quod ego video, pariter mecum risurus esses, eique monstravit integram dæmonum cohortem in peniculamentis sive caudis vestium aliquarum fœminarum sedentem & dormientem, cumque illæ per viam lutosam transituræ caudas vestium suarum manu levarent, ne luto conspurcentur, dæmones illi ab extremitate vestium protinus in lutum incidentes, in eoque se circumvolutantes planè se defœdarunt, adeò ut seri Deiid sine effuso risu videre non potuerint. Verum nequam hi spiritus vindicare se volentes, pendulam hanc vestis caudam sive alam circum pedes prædictarum mulierum intricate circumvolventes, eas quoque in lutum cespitando cadere fecerunt, adeò ut non tantum vestes, manus, vultum, sed & totum corpus fœde, turpiterque defœdarint. Unde Zenon a risu se continere non valuit: (Propter quod ego etiam, inquit, videns illud solatium, non potui me continere a risu,) ut scribit S. Bernardinus. Unde patet, vestes superbas dæmonum residentiam esse; & lapsum in lutum, omen fuisse præ-

pua

pitii in infernum, ut accidit Epuloni, qui induebatur purpura & bysso, & sepultus est in inferno. Unde S. Irenæus ait: *Docuit Christus neminem oportere deliciis uti, neque in sæcularibus oblectamentis degentes servire voluptatibus.* l. 4 c. 4. fol. 298.

SERMO XV.

IN FERIAM SEXTAM DOMINICÆ SECUNDÆ QUADRAGESIMÆ.

Homo erat Paterfamilias qui plantavit vineam. Matth. cap. 21.

1. ADmodum delectabilis est bonorum librorum lectio, & quidem quanto est argumentum libri ratius & curiosius, & stylus moduſque tractandi ingeniosior, tanto magis legentium alliciunt & delectant animos. Porrò nolo vos hoc mane avertat ad tempus vestrum transigendum legendo heroica Homeri vel Palamedis poemata: vel Historias Curtii, Justini, Cæli vel Flori: nec pervolvendo Cæsaris Commentarios, aut Plutarchi vitas: nec revolvendo legislatorum Lycurgi & Solonis præcepta; nec mathematicis Euclidis & Archimedis demonstrationibus studendo, nec speculando Astrologiam Anaximandri, Altari, vel Zoroastri: non legendo Aphorismos Hippocratis, vel Avicennæ Canones, nec Philosophiam Platonis, vel Aristotelis; nec moralia Senecæ vel Gregorii Magni; multo minus subtilitates Theologicas, Scoti, Thomæ, Bajonis, vel Augustini: sed librum quendam vobis demonstrabo à divina Sapientia compositum, estque non alius quam totum hoc universum. Hoc enim liber quidam est, in quo creatricis dexteræ opera tegistrata conspiciuntur & in admirationem trahuntur. Hunc Librum Trismegistus in Pymandri mox ut legit, hoc insigni præconio prosecutus est, dicendo: *Liber est hic Divinitatis plenus & speculum Divinorum*, de quo etiam sanctus Basilius Magnus homilia in Exam. scribit: *Universa hæc mundi moles perinde est, ac liber unus creatus: palam prædicans Dei gloriam, illiusq; augustissimam Majestatem.* Et Nicephorus Callistus in hist Ecclesiast. refert, quod sanctus Antonius interrogatus, quomodo in Eremo solitarius absque ulla cum libris habita conversatione subsistere posset, utpote in quibus mentem pasceret, & quorum lectione animus solitarius tempus suum utilissimè transigeret, respondit: (Librum suum mundum esse in quo rerum creatarum natutam, & Dei oracula legebat: ibi enim Dei sapientiam, potentiam, & virtutem admirabatur. O quot stupenda prodigia in hoc libro reperiuntur, quæ nostræ sunt contemplationi subjecta. Et quidem inprimis ad primum hujus libri folium, terram scilicet, oculos vestros dirigite, quæ miraculorum est characteribus conscripta, herbarum pulchro peristromate vestita, florum gemmis distincta, abundans fructibus, copiosa in arboribus, opulentissima in pomis cytricis & aureis, ac proinde omnigenatum delitiarum hortulus, nec non theatrum quoddam, in quo ad partes suas obeundas velut in scena quadam singula quatuor anni tempora successivè comparent & in publicum prodeunt: cujus denique viscera à virtute Solis fœcundata, atque ex mineralibus, & metallorum æratiis, seu auri fodinis impregnata & gravida, gemmas patiter, argentum, & aurum pariunt. Alteram quoque chartam vertite, in ea enim incredibiles, quos in medio sinu locuples reservat Oceanus, invenietis thesauros, videbitis non tot frondibus vestitas esse arbores, quæ in

terræ planitie aut in montibus virent & vigent, quot sunt corallorum rami, qui in scopulis Oceani nascuntur? Nec tot stillæ cessante pluvia in arborum foliis pendulæ conspiciuntur, quot in gravido Conchyliorum sinu gignuntur margaritæ. Ibi innumerabiles videntur piscium exercitus, qui velut in campo Martio squamis argenteis armati, &c. turmatim divisi nunc, ad præliandum inter se mutuo congrediuntur, nunc insidias machinantes in abyssum præcipitantur, nunc ludendo se mutuo exerceant, nunc ab invicem discedentes, inter saxorum fistulas latibula sua repetunt: nunc exstimulante eos fame ad annonam quærendam egrediuntur, nunc ab inimici piscatoris insidiosis retibus, aliisque stratagematibus perterriti stationes suas deserunt, & luto se immergunt. Enimverò quid tandem postea erit, ubi oculos vestros in cæli faciem defixeritis? Hic etenim humana mens attonita obstupescit, & inter tot siderum variorum splendores hallucinati cogitur: vasti illi cælorum orbes ex incorruptibili temperatura noscuntur esse compositi; moventur semper, nec unquam quiescunt, suisque bene regularis moribus harmoniam quandam formant adeò suavem & gratam, ut delicata duntaxat Platonis auricula se illam audisse gloriari possit. Respicite (si tamen eum respiciendi facultatem incredibilis ejus venustas concedit) luminosum illum stellatæ Reipublicæ Principem, diei genitorem, universi decus, & pulchritudinem, universalis lætitiæ bajulum, temporis magistrum, de quo Anaxagoras se ad illum dumtaxat contemplandum in hunc mundum natum fuisse gloriari solebat. Hesiodus quoque illius contemplandi insatiabilis, satisfactum sibi esse credebat, dummodo instar papilionis ab ejus ardoribus incinerati posset. Denique Indorum Gymnosophistæ, veluti animata quædam heliotropia ab ortu diei, ad usque noctis crepusculum absque ullius palpebræ nictatione, intentissimis oculis eum respiciunt, & adorant. Verum enim verò, ô Auditores, quidquid hactenus in hoc totius universi maximo libro vidistis aut legistis, umbra quædam, imò nihil est, respectu delitiosæ cujusdam & fructiferæ vineæ, in qua homo & anima humana perfectè figurantur: *Ista vinea significat animam rationalem* (inquit Guilielmus Parisiensis ibidem) *quam plantavit Paterfamilias Deus in corpore humano.* Et sanctus Bernardinus de Senis tomo primo feria sexta post Dominicam secundam Quadragesimæ, de Dom. milit. serm. 17. *Per hominem quendam Deus intelligitur, qui animam plantavit, quando eam ad suam imaginem creavit.* Vinea hæc adeò est delitiosa & excellens, ut cum ea comparatæ vineæ Noe, Nabath & Engaddi desolata quædam esse videantur deserta; vinea hæc à Deo plantata est, super fœlicissimum rationis situm: *Homo quidam plantavit vineam suam.* Porrò sepes vineæ hujus est Angelorum cura animam nostram adhibita vigilantissima custodia, flores sanctæ cogitationes, arbores virtutes sunt cardinales; vites sunt misericordiæ opera; fructus sunt opera meritoria; Spes obtinet vicem sentium frondium vices, Rosillam fœcundas sanctæ sunt Dei inspirationes; pluvia illam humectans & irrigans, est pretiosissimus ille incarnati verbi sanguis. Denique pro torculari fidem, loco turris autem sacramenta habet: O vineam delitiosissimam! ô creaturam præstantem atque præ cæteris planè eximiam! Hæc vinea est totius libri hujus dignissima periodus, & opus quoddam, inter cætera, quæ hoc libro mystico universi continentur, maximè obstupescendum. Porrò ad hanc vineam præsentia vestra honorandam, nec non ad ejus prærogativas cum silentio & attentione contemplandas vos humanissimè invito.

2. Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam. Variæ fuerunt antiquorum philosophorum opiniones circa quidditatem Animæ, vineæ scilicet mysticæ & Evangelicæ. Democritus enim apud Leonardum de Utino serm. 42. de dignitate animæ opinatus est, eam esse substantiam quandam ex illis atomis compositam, quæ visibile & evidenter apparens esse lucis lucidis tanquam fœcundæ genitrici in acceptis referunt, sine qua censentur veluti in obscuritate tenebrarum mortui & sepulti: *Anima est substantia composita ex atomis.* Empedocles apud Macrob. l. 1. in Som. censuit eam esse compositionem quandam bene dispositam & ordinatam ex terræ, aeris, aquæ & ignis elementis, utpote quæ concorditer & cum tranquilla pace ad tam admirabilis & incomparabilis entitatis formationem conveniūt: *anima est substantia composita ex igne, aqua, aere, & terra.* Heraclitus animam dixit esse quintam aliquam stellarum essentiam, virtute divinæ omnipotentiæ, per ignem immensæ charitatis suæ, extractam: *Est scintilla stellaris essentiæ, quia ex sua origine, ab ipso Deo est solummodo creata.* Seneca ad rationis limites proximius accedens dicit, animam esse spiritum quendam intelle-

Au-

dam ordinarum, postquam natura hujus organizationi ultimam manum adhibuit, estque hic spiritus ad æternam beatitudinem consequendam ordinatus: *Anima est spiritus intellectualis ad beatitudinem in se & in corpore ordinatus.* Aristoteles eam dixit esse actum quendam primum corporis nostri, in virtute cujus recipit esse vivens, cum omnibus illis consequentiis, quæ ad naturam & conditionem suam requiruntur: *Anima est endelichia, id est, actus primus corporis organici potentia vitam habentis.* Pythagoras animam appellat harmoniam corporis: *Quia ipsam regit & movet sine tædio, sine labore, cum quadam consonantia & temperamento corpori accommodata.* Diogenes existimavit animam esse subtilissimi aeris speciem quandã: quia homo sine aëre vivere non potest; nam per aerem continuè attractum conservat corporis vitam. Hippocrates credidit animam esse delicatissimum spiritum, qui ad motum in omnibus humani corporis membris excitandum affunditur: *Est spiritus tenuissimus per omne opus dispersus.* Tandem Pampilonus putavit esse ideam quandam, & exemplar omnium objectorum, quæ in universali hujus mundi theatro conspiciuntur: *Est enim exemplar omnium rerum, cùm in se habeat omnium rerum similitudines, eo quod potens est omnia facere per intellectum agentem:* At verò filius Dei per scientiam suam, quam Theologi visionis vocant, eam optimè cognovit; ideoq; appellavit gemmam vel monile inæstimabilis valoris; aut maximi pretii monetam, in qua vera Principis Dei unius in essentia & in personis trini imago exsculpta exprimitur: *Inveni drachmam quam perdideram*, Lucæ decimoquinto. Unde magnus Ecclesiæ Doctor Ambrosius libro sexto in cap. 15. Luc. ait: *Non mediocris hæc drachma est, in qua Principis est figura, drachma sumus, habemus pretium.*

3. Sanctus Isidorus 11. Etymolog. animæ qualitates in ejus operationibus internis eique connaturalibus explicavit, dicens: *Anima dum vivificat corpus, anima est; dum vult, animus est; dum scit, mens est; dum recolit, memoria est; dum recturn judicat, ratio est; dum spirat, spiritus est; dum aliquid sentit, sensus est.* S. Bernardus in meditatione præ admiratione illius veluti raptus continere se non potuit, quin hisce eam encomiis celebraret, dicens: *Omnia insignita Dei imagine, decorata similitudine, desponsata in fide, dotata in spiritu, redempta sanguine, deputata cum Angelis, cæpax beatitudinis, hæres bonitatis, virtutum particeps: quid tibi cum carne, qua haud vilius sterquilinium reperiri?* Demum verò eandem animam cœlo comparat, eidem pro sole intellectum assignans, pro luna fidem, pro stellis virtutes: Est cœlum sancta anima, habens solem intellectum, lunam fidem, astra virtutes. Ipsa quidem est creatura, quæ esse suum Soli æterno creatori debet, sed invisibilis existit, quasi oculus corporeus indignus esset, qui eam videre posset; nulli subjacet temporis mensuræ, nec ulli ictui, vel casui mortis. Inter majestatis suæ pompas de nulla sui elegantia sic glotiatur, sicut de Dei in se expressa similitudine: Unde sanctus Augustinus libro de diffinitione animæ eam celebravit, dicendo: *Quod sit substantia creata invisibilis, incorporea, immortalis, Deo similis, imaginem habens Creatoris sui.* Postremò denique si Platoni apud Cel. Rhodig. lib. 3. cap. 4 credimus, est æratum quoddam, seu gaza, in qua omnium virtutum thesauri conservantur: nec non seminarium, in quo repositæ continentur omnes scientiæ: Ineſt mortalium animis universis scientiarum velut seminarium quoddam & planè thesaurus.

4. Pyrrhus Rex velut opus rarum & insigne permagni annulum quendam æstimavit, in cujus lapide novem Musæ exsculptæ erant, in quarum medio Apollo resplendebat, qui lyræ suæ chordas plectro tangens eas reddebat attonitas. Albertus Magnus quoque refert, apud Venetos in magna existimatione lapidẽ quendam Achatem, qui in Palatio sancti Marci velut stupendus naturæ partus conservabatur, in quo naturaliter cernebatur exsculptum caput regis alicujus diademate redimitum. Jactat etiam Aristoteles libro de admir. audit. vestem illam, in qua Antisthenes Sybarita ingeniosâ acu suâ elucere fecit teriæ varietatem, omniumque Deorum cœlestium excellentias, adeò ut in templo Lucinæ & Junonis: *Quotannis loco miraculi ostenderetur,* Scio etiam quod sculptura Cleopis Ægyptiorum Regis nutibus obediens ex præstantissimis felicis Arabiæ marmoribus pyramidem quandam extrahere noverit, in qua elaboranda decem annorum adhibitum est spatium. Nec ignotum mihi est quod Semiramis superba Babyloniæ mœnia ædificarit alta pedibus ducentis, quinquaginta autem pedibus lata, in iisque collocarit portas

Abraham, Bov. Domin. 21. post Trinit. conc. 1. Idem in Domin. 1. conc. 1.

Propert. libro 3.

æneas centum, trecentasque turres, eamque trecentis millibus militum in custodiam seu præsidium consignarit. Item quod Cresiphon Dianæ Ephesiæ templum erexerit, cujus longitudo ad numerum trecentorū viginti quinque pedum, latitudo ad ducentorum viginti ascendit, atque à centum viginti septem columnis suffulta fuit. Præterea Solis Colossum à Chares Lindeo Lysippi discipulo duodecim annorum & trecentorum talentorum impendio erectum. Item palatium Cyri Medorum Regis à Memnone fabricatum, cujus omnes lapides non calce, sed auro vinciebantur. Turrim quoque Ptolomæi in insula Pharos situatam, famosum Reginæ Cadiæ Mausolæum: Celebre Jovis olympici simulachrum in ebore per Phidiam efformatum: Theatrum quoq; Pompeii, quod postea à Nerone dignum æstimatū fuit, quod pavimento tegeretur aureo. Denique opulentum & sumptuosū Salomonis templū, miraculū miraculorum omnium, quæ unquam ab hominis creata potentia fuére: quodlibet enim horum operum tanquam atomus quidam, imò nihil est in comparatione ad animā rationalem: hæc enim inter omnia alia eminet, sicuti elephas inter formicas, sicut inter pygmeos Gigas, sicut regina quædam inter mancipia, & sicut sol inter stellas: *Omni corpori præferatur anima.* inquit S. Aug. de civit. Dei, lib. 8. c. 15. Et alibi idē in epist. ad Deodat. subjungit. *Anima natura, nec terra, nec maria, nec sidera, nec luna, nec sol, nec quicquā omninò quod tāgi aut videri potest, non deniq; ipsum quod à nobis videri non potest, Cælū non melius esse credendū est, imòhæc omnia longè deteriora esse quàm est qualibet anima, ratio certa convincit*, & quantum cælum in omni pulchritudinis genere terræ præeminet, tantundē anima sui pretio omnē rem creatam exuperat, si Chrysippo credimus dicenti: *Quāto cælū terra pulchrius, tantò animæ pulchritudo omnē formam, quam vu pulcherrimam, superat.*

Chrysip. in lib. de contemptu mundi.

5. Nobilitas singularum rerum, quæ in toto universo velut in superbo quodam theatro continentur, facilè colligi potest ex ordine quem rerum omnium Author in totius Universi dispositione observavit. Siquidem is unicuique locum suæ dignitati proportionatum & convenientem assignavit: *Bonum enim universi consistit in ordine*, ut ajebat eruditus ille Bar. Cas. p. 12. conf. 3. ferm. 51. cap. 2. Et quidem conformiter ad doctrinam S. Bernardi Senensis dicentis: *Cuilibet dedit Deus locum sibi correspondentem.* Terræ & universæ bonorum suorum mobilium & stabilium massæ locum infimum assignavit: secundum verò locum terrā superiorē aquæ elemento concessit: tertium aeri; quartum igni: supra ignē autē lunam residere, eiq; super eminere Mercurium voluit, quem postea Venus sequeretur, in quam suum Sol obtineret prædominium; Demum eo altior regnaret Mars: postea Jovis regia collocaretur. Sicque se primo cælo superintenderet Saturnus, qui tandem velut scabellum serviret firmamento stellarum phrygio opere elaborato, cuicælum chrystallinum superimmineret, in loco verò eminentissimo cum immobili quodam pōdere cunctis corporibus superemineret cælum empyreum, utpotè præ omnibus præstantissimum, quod adeò vastum est, ut teste sancto Bernardo de Senis, tomo primo, sermone quinquagesimo primo, capite secundo, [Si de novo crearet Deus hujusmodi magnitudinis tot terrarum orbes, quot grana arenæ maris, adhuc non impleretur empyreum cælum. [Hanc autem vastam molem, voluit Deus animæ pedibus, velut pavimentum quoddam substerni, adeò ut empyreum in nullo dignitatem suam adeò jactet, quàm quod animæ serviat, tanquam Thronus illius vel palatium. (Cùm igitur (inquit Cassaneus p. 12. consilio tertio,) juturæ ordinent ignobiliora inferius, nobiliora verò superius, patet animam esse nobilissimam omnibus supradictis ordine, quia collocatur in nobiliori loco) At verò vivacius id expressit sanctus Bernardinus ibidem in fine cap. 2. dum ait: (per hoc manifestē declarans, quod si quasi infiniti empyrei cæli, & illius nobilitatis, crearentur à Deo, adhuc anima eis celsior ac nobilior remaneret.) Quæratis & investigetis licet omni cum industria non tamen invenietis pulchritudinem vel dignitatem (si eam quæ Dei est excipias) quæ pulchritudinem animæ rationalis possit non tam dico superare, sed neadæquare, (Quantò cælum terrā pulchrius (affirmat Chrysippus in lib. contemp. mundi) tantò animæ pulchritudo omnem formam quamvis pulcherrimam superat) O utinam anima objectum esset visui corporeo proportionatum! O utinam oculi nostri à Deo elevarentur ad illam contemplandam (licet agnoscam desiderium hoc ad impossibile se extendere) certus sum, quod quævis alia creata mox mihi vilescerent, ac deformia & contemptibilia esse apparerent: *Si fieri posset.* (ait idem Chrysippus (*ut corporalibus*

Ut in hi-

hac oculis anima pulchritudinem videremus, derideremus omnia hæc, quæ ex terrena substantia decorata esse videntur. Dicat idipsum Catharina Senensis, quæ in extasim rapta hunc à cœlesti suo sponso favorem promeruit, ut oculis mentis suæ repræsentaretur anima quædam beata, quæ à mortali exuviarum vinculis soluta non ementitâ pulchritudine adornata, nec cincta pretiosarum vestium apparatu, nec ex gemmis, argento & auro conspicua, sed nativis & synceris prærogativis suis expolita, candida gratiæ bysso vestita, vivacibus pretiosi sanguinis Christi coloribus depicta, coronata non liliis, vel rosis, sed gloriâ magno Angelorum agmine stipata, fælix & fortunata Paradisum obibat. Ad quam visionem, ob nimiam ejus dulcedinem, Catharina Virgo defecit, & per jubilæum excessum velut à semetipsa defecit, quippe spiritus ejus velut amabilis quidam papilio tenelli corporis sui vivificandi oblitus, velut anhelans ad peregrinam hanc pulchritudinem contemplandam excurrere voluisse videbatur: *qua visa ejus mira pulchritudine, abstracta, & tanquam pra dulcedine pene deficiebat*, atque in hoc suavi dulci deliquio spiritus in extremitate latitiam ejus eousque commoratus est, donec ipsa ad sponsum suum conversa dicere posset: Non jam amplius admitor ô mi cælestis amor, quod adeò prono & prompto animo amarum calicem biberis, & tormentorum attrocitatem, severitatem flagellorum, spinarum puncturas, effusionem sanguinis, vulnerum in aspero Crucis ligno acceptorum acerbitatem animo adeò intrepido tantaque cum patientia & promptitudine sustinueris, siquidem ob oculos proposuum habuisti lucrum animarum, utpotè tormentorum, laborumque tuorum dignissimum præmium, & gloriosum trophæum. *Cesset jam admiratio & stupor, nunquam amplius deminuit pretiũ eternum gemmarũ valorẽ adauget.*

6. David docta & ingeniosa manu sua bene ordinatas citharæ suæ chordas tangebat, easq; exactis legibus doctè percutiens suavissimam quandam efformabat melodiam: quævis chorda ad tactum Regii digiti rumpebat silentium, & temperati sui harmonia soni, quemvis expertum seorsim ad certamen provocabat citharædum: ac proinde ipsemet à musica hac invitatione sollicitatus continere se non potuit, quin in postulationem instrumenti cantu suo condescenderet; primos igitur vocis suæ modulos solvere cœpit, sed in versu heroico, & velut ingeniosus Rhetor à florum & arborum circumstantium plebe attentionem propopscit dicens: *Venite, & videte.* quasi diceret: vos quotquot estis creaturæ harmonico hoc invitatorio percitæ & excitatæ. Venite, imò cursite, attentum sacris cantionibus meis præbituræ auditum. Verùmenim verò ego quoque ô regie & celestis Musice, in aliarum creaturarum societatem ad te attentè auscultandum promptè libenterq; me ingerere cupio, si tamen dignatis admittere, duæmodo tamen prius intelligere me feceris, quodnam elegeris prophetico Poemati tuo thema vel argumentum. Num fortè Domini illius magnificare vis excellentiam, qui infinita omnipotentia sua, per tam admirabile mysterium omnia ex nihilo produxit; opus nimirum quod omnẽ intellectus creati capacitatem longè excedit? Aut ea de causa fortasse omnes invitas, ut suprematæ Dei providentiæ ab hominibus erigantur altaria, in quibus in beneficiorum suorum agnitionem victimæ mactentur & immolentur? vel ut flores odorum suorum offerant incensa, ipsæque arbores pomorum suorum aut eorum offerant holocausta? aut ut lapides sensum sibi & motum acquirant, & absque ullo prætensionis vel præcedentiæ respectu, simul inter se conjungãtur & ordinatè se collocent, ad erigendum divinæ sapientiæ sumptuosissimum templum, quod unquam sub stellis ædificatum fuisse reperitur? Minimè, minimè, inquit Regius Amphion, sed iis qui me auscultaverint, solùm declarare intendo prærogativas singulares, & incomparabiles excellentias, quas omnium bonorum author in anima mea, velut brevi quadam epitome congregavit & in unum collegit: *Quanta fecit anima mea.* Verùm ô Regie Citharœde, id quod voce tua expressisti, in charta deinceps exaratum legi, & summa cum diligentia observavi, verùm quinam & quales hi existiti tibi collati favores sint, exinde colligere non potui, tu quidem favores illos genericè tangis, sed specificè non resolvis; tradis, sed non depingis: promittis, sed non exequeris. Unde vereor ne id, quod de aliis dixisti, nimirum: *Mendaces filii hominum, ut decipiant*, de te plurimum verificetur. Cur enim favores animæ tuæ sigillatim & individualiter non recenses, sed in genere loquens, & silentii velo cuncta obtegens omnia tacitus pertransis, & ne quidem obitet eosdem adumbras, sed duntaxat hac unica dictione (Quanta) perstringis? scio

Psalm.65.

Psalm.65.

Psalm.61.

scio equidem quod sanctus Athanasius ibidem in personaDavidis sic respondsurus: *Venite & audite quæ fecit quæq; impendere animæ meæ quantis quoq; donis me repleverit.* Et S. Augustinus devota quadam curiositate motus,

Aug. ib. idem interrogat & resolvit, dicendo: *Sed quid est narraturus? an forte quantum patet terra quantum distendatur exilio, & quot sint sidera, & quæ sint vices soli & lunæ?* Verum enim verò si mysterium penetrare, & Davidis mentem assequi velimus, operæ pretium erit ad illud recurrere, quod sanctus Lucas de Beata Virgine ad domũ cognatæ suæ peregrè accedente scribit: Mox enim ut hæc sancta & venerabunda anus ex brachiis suis zodiacum quendam solem pulchritudinis constringentem fecit, eamq; beatitudinis

Luc. 1. encomio celebrando salutavit, dicens: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*, Beata Virgo, utpote quæ semper humilitati singulari fœdere juncta fuit, mox omne quicquid in ipsa conspicuũ erat divinæ benignitati referebat acceptum, dicens: *Fecit mihi magna qui potens est, Magna?* Alii legunt *Magnalia*, alii

Græc. ap. Iansen. Hebraic. *Mirabilia*. Etgone nec Maria, nec quivis alius, qualia sint hæc à divina omnipotentia illis cõcessa magnalia, distinctè explicare poterit? Et enim ego juxta Cajetani doctrinã existimo, neminem Dei magnalia distinctè exprimere, quia nimirum talia sunt & tanta, quæ sint inexplicabilia, ideoq; in hisce angustis terminis restricta, *Magna, Mirabilia, Magnalia. Hæc tanquam inexplicabilia, singulatim hoc unico nomine cuncta comprehendu*, inquit Cajetanus apud Joannem Sylv. libro primo capite septimo. Unde perspicue colligitur, curDavid animæ suæ magnalia referens, hisce verbis usus fuerit: *Audite quanta fecit Deus animæ meæ*, quasi dixisset. Nulla invenitur lingua creata quæ enumerate possit, nec facundia quæ vel minimũ dignitatis vel magnalitũ quæ Deus animæ hominis cõculit, exponere vestigiũ sufficiat. Sufficiat igitut generico quodam nomine, *quanta* ea indigi-

Bern. ser. 1. 1. ep. 31. 5. 2. in fine. tasse dicendo: *Quanta fecit anima mea.* Unde sanctus Bernardus de Senis ait: *Quis posset animæ naturalia explicare virtutes.*

7. Sponsus cælestis, ejusque dilecta sponsa anima nostra, familiariter inter se & prolixè discurrebant, dumq; varios inter se sermones miscuissent, tandẽ sponsus subjunxit: Quod si fortè ô pulcherrima mea sponsa, tui ipsius sufficientem non habeas notitiam, si tibi nondum satis perspectæ sunt tuæ prærogativæ: *Si ignoras*

Cant. 1. *te ô pulcherrima mulierum, egredere & abi post vestigia gregum tuorum.* Quæ verba valde mihi videntur esse intellectu difficilia, quia imaginari mihi nequeo, quã tatione eadem in honorem dilectæ sponsæ suæ redundare possint: Verum quidem est, quod eam in hisce verbis deprædicet, tanquam inter omnes mulieres pulcherrimam: veruntamen illam quoque arguit tanquam sui ipsius ignorantem, eamque alloquitur tanquam personam vilem, & solis tusticanis occupationibus assuetam: Enimverò sponsus juxta expositionem sancti Bernardinensis non poterat sponsam congruentioribus vocibus alloqui; dicere enim volebat, quod si fortè quænam, & qualia sint tua, quibus præfulges, magnalia, nescias: *Si ignoraste, egredere, id est, de abysso ignorantiæ tuæ exito*, & observa vestigia gregum tuorum, qui sunt Doctores & alii homines virtutibus eximiè præditi, *Quid enim sunt greges* (inquit sanctus) *nisi diversarum creaturarum species, quas Dominus tanta virtute donavit?* observa inquam eorundem vestigia, quæ sunt eorum doctrinæ, quas in chartis suis post se exaratas reliquêre. Quid enim eorum vestigia indicant, nisi cognitiones eorum, per quas intelligentia sublevatur ad cognitionem animæ? Ab his igitur qui folia sua atramento rigarunt, qui de rebus ad tuam naturam explicandam pertinentibus, integra scripserunt, & composuerunt volumina, ediscere poteris, qualiter tua dignitas quamvis aliam longe excedat, & soli cedat dignitati supremi motoris (ait igitur) *concludit Sanctus* (Abi post vestigia gregum id est, considera corporeas creaturas, & te cognosce, super omnes ideò in dignitate locatam, ut tanto beneficio cognito, tuum diligas Creatorem.

8. Calumniabantur olim Scribæ & Pharisæi Salvatorem nostrum; quod Publicanos & peccatores ad suam admitteret familiaritatẽ: *Murmurabant dicentes: Hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Salvator autem, ut eos capaces redderet idipsum intelligendi, suamque illis probaret integritatem, duas illas proposuit mysticas parabolas, quarum una est de ove errante, altera verò de drachma deperdita, uti superius insinuavi. De prima quidem dicit: *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam*, de secunda verò subjungit: *Aut qua mulier habens drachmas decem,*

cem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter donec inveniat eam. Quod autem tã pretiosum, quam per drachmam filius Dei animam nostram intelligi voluerit, certum est apud sacros expositores: *Diligis ô Domine animam meam*, inquit Didacus Vega, *cum pro ea requirenda dimittis in cælo naturam angelicã?* Recte per ovem intellectam animam; de drachma verò subjungit Eusebius Emissenus: *Hoc enim anima nummus dicitur vel drachma, & propriissimè quidem, quoniam in hoc mundo expressa est imago Regis, & anima humana creata est ad imaginem & similitudinem Dei.* Verùm, inquies, est ne possibile, quod propter unam dumtaxat dimittat nonaginta novem? Enim verò, quod ex numero centenario ovium, nec æstimi meretur, abeat in malam crucem, dummodo aliæ nonaginta novem bene conserventur non fortè una ipsi charior est quàm omnes illæ: id dicere quis audebit: Nam *nonaginta novem ordines Angelorum sunt*, inquit Dionysius Carthusianus, *Angelorum choros reliquit in cælo*, scribit Divus Gregorius Magnus in cat. Divi Thomæ ibidem. Ergone propter unam animam omnes Angelorum Choros periculo exponet? *Divesigitur Pastor, cujus omnes non numerat, portio jumus* [inquit Ambrosius lib. 7. cap. 18.] *habet Angelorum, habet Archangelorum Dominationum Potestatum, Thronorũ, aliorumque innumerabiles gregesquos in monte deliquit.* De quodam annulo gemmâ suâ destituto fuit qui diceret: *Desit id quod meliorist.* Idem dicere videtur sapientia incarnata, dum nonaginta novem ovibus deesset centesima, quæ est anima nostra: *Desit quod melius* ei, forte infinitè volens, quod una sola anima majoris sit valoris, quàm omnes Angeli simul; vel cum à Redemptore nostro numerus centenarius, qui secundum S. Greg. *perfectus est*, animæ nostræ approprietur, sicut centum compendium est in quo cõtinetur valor aliorum omnium nonaginta novem: ita anima nostra tenet in se perfectionem omnium Angelorum; mirum itaque non est, quod ipsemet Deus de cælo descenderit & relicta Angelicorum spirituum societate, in hunc mundum venerit, ad hanc ovem investigandam, eamque Sanctiss. sanguinis, & propriæ vitæ suæ pretio redimere, ibique comparare voluerit; Hoc punctum S. Bernard. Senens. tetigit dicendo: *Magno quidẽ pretio æstimata es, ô anima, pro qua requirenda à summo aliorum Dei filius descendit in uterum Virginis: Ergo magna quidem res es anima mea pro qua requirenda Deus in mundũ descendere dignatus est.* Et S. Gregorius Papa observat, animam quoque decimæ drachmæ comparari: [Decem ergo drachmas habuit, quia novẽ sunt ordines Angelorum, sed ut complerentur electorũ numerus, homo decimus est creatus. Verumtamen cui ex hisce numeris nullus præter decimum animæ nostræ proportionatè correspondet? Ab Arithmeticis informationem accipite, qui juxta documenta cæli vobis dicent, quod *Denarium, decada, Græci vocant, quasi de hada, quod omnem in se numerum recipiat*, & alibi subjungit: *Reliqui ultra, qui dicuntur numeri, priorum sunt replicationes.* Estq; hæc eadem ratio de centenario, de quo supra: Sicut igitur decimus aliorum numerum valorẽ secum subinfert, ita anima omnium & singularum creaturarum perfectiones in se continet. Unde S. Patar Augustinus ait: (In novem drachmis & nonaginta novem ovibus ponit eorum significationem atque ideò mirum non est, quod Verbum incarnatum illam tantâ cum diligentiâ requireret, nec quiesceat, donec eam denuò recuperet, & in manibus suis habeat: *Quia non destitit quærere* (ita explicat Ludolphus Carthusianus) *donec invenerit, quæsivit enim usque ad contumelias, usque ad minas, usque ad flagella, usque ad mortem, usque etiam ad inferna.*

D. Bern. Sen. de dignit. anima serm. 51. c. 1. D. Greg. in cat. D. Th. ib.

Cæli Rodig. l. 22. c. 14. & l. 18. c. 14.

Aug. in cat. D. Th. ibi.

Ludolph. Carth. p. 2. cap. 7.

9. Princeps cœlestis animam nostram tanquam gemmam pretiosissimam inter omnes quas habet in paradiso gazas cõservat, imo vult ut tanquam Regina coronata gloria, & stola immortalitatis vestita, veluti maximum magnalium suorum specimen in excelso Majestatis suæ throno dexteram habeat: *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* Porrò hanc pulchram fœminã, & fortunatam Reginam, animam nostram rationalem esse multi asserunt. Scilicet Joannes de Turrecremata in cap. temp. 13. q. Psal. 44. dicens *Astitit Regina, id est anima nostra à dextris Dei* S. Antoninus Archiepiscopus Florẽtinus 3. patt. in præm. Sanctus Basilius, Sanctus Joannes Chrysostomus ibidem, & alii: *Astitit* Majestate plena tanquam *Regina* coronata *à dextris* non Principis alicujus terreni, sed Dei Imperatoris universi, *in vestitu* è gloria contexto:

Psal. 44.

Deaurato auro charitatis, exornato bonis operibus, *circumdata* exteriùs & interiùs *varietate*, id est ornamento præstantissimo, virtutum au præclarissimorum meritorum, propter quæ Angelis est in veneratione, & à Deo donatur beatitudine: *Astitit igitur Regina* (inquit Basilius in psal. 44. *Ipsa sponsali verbo in connubium data anima, nõ peccati imperio subjecta, sed regni Christi particeps, à dextra Salvatoris, in vestitu deaurato, hoc est, in dogmatibus spiritualibus subtextu, & varietatu, venusti & religiosè se exornans.* Dentq; ipsa digna & magna est *n esse naturæ, in esse gratiæ, & in esse gloriæ* Hugo Victor. adjungit, quod *Non per naturã, ed participatione vel imitatione habet ea quæ Deitatu sunt*: imò ipsa humiliter glorietur, & sanctè se jactet (inquit S. Amb. lib. de dign. hum. cõd. cap. 2.) quod certo quodam modo, & in aliqua parte Deo similis existat: *Comparet ergo se anima eo modo, quo potest creatori suo* Deus etenim est simplicissimus, & anima simplex est; Deus est in omni loco, præcipuè verò in cælo, & anima est in toto corpore, & tota in qualibet illius parte: Deus regnat in mundo, eumq; gubernet; anima corpus vivificat, regit, gubernat & conservat: Deus assumpsit naturã humanam prius passibilẽ, postea verò gloriosam, anima quoque prius habet corpus subjectũ pœnalitatibus, postea verò glorificabitur in cœlis: Deus est immortalis: anima quoq; in æternũ cum Deo vivet: Præcipuè verò anima nostra Deo similis est in unitate essentiæ, & in personarum Trinitate: Nam sicut Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus sanctus est Deus, & tamen non tres Dii sunt, sed unus tantum Deus in tribus personis: Ita anima est intellectus, voluntas & memoria, & non sunt tres animæ, sed una anima tantũ cum tribus officiis & dignitatibus: *Sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus est* (ut scribit S. Amb.) *non tamen tres Dii sunt, sed unus Deus, tres habens personas: ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamè tres animæ in uno corpore, sed una anima tres habens dignitates.* O vineã deliciosã! ò animam speciosissimã! ò substantiã non habentem sibi parem!

Hugo Victor. in summa de divin.

D. Aub. ibid. c. 1. l. 1.

10. Scio equidem multos esse, qui animam propriam parvi æstimantes, per apparentes cavillationes mori sunt ad eam contemnendam, & spernendam ejus dignitatem dicendo: quod hæc moles corporea magnum afferat ejus reputationi præjudicium; sitque velut gemma quædam in annulo plumbeo, vel sicut monile jacens in luto; Unde sanctus Bernardus dicit, quod corpus humanum (est sperma fœtidum, saccus stercorum, & cibus vermium: quomodo igitur suam poterit conservare elegantiam, si fœlix erit inter miserias? Quomodo nobilis, si à fumo vilitatis est obscurata & denigrata? Atque ideò animæ tutelam mihi vendicare hodie statui, idque non aliunde, quàm scili veritati innixus. Verum quidem est, quod tamen similis quidam pretiosus innexus sic plumbo, hoc tamen nullum ei afferat præjudicium; acanthus item folia sua tunc pomposiùs explicat, suamque venustatem dilatat, quando ponderis gravitate deprimitur: Spinæ quoque quæ culpæ, infaustæ nimium genitricis partus sunt, decorem adferunt rosæ, dum veluti zelotypi milites seu vigiles pulchritudinem ejus custodiunt; umbræ quoque claritatem picturarum vivacius illucescere faciunt; monstra denique ad perfectionem universi exprimendam magis inserviunt; Adamas etiam auro innexus, pretiosior habetur; radii solares non contaminantur, licet supra lutum se quoque diffundant, quã similitudine in favorem animæ usus est S. Bernardinus dicens: *Veluti Sol non inficitur sordibus luti, sic anima non inficitur corporis sordibus, quantumcunque sordescat caro*: Imò anima potiorem suarum perfectionum partem corpori in acceptis refert, inquit Reinerus de Pisis: (Sicut pars in toto est perfectior, quam in se existens: sic anima cum sit naturaliter perfectio hominis, est perfectior in toto homine conjuncto ex anima & corpore quam à corpore separata. Adeoque exuviæ corporis, quibus anima induta est, ad concinnandum ei ornamentum serviunt, non verò ad ejus pulchritudinem obfuscandam. Unde Salomon ait: *Quàm pulchra es amica mea!* Et postea iterum replicat: *Quàm pulchra es!* insinuando prius nativam animæ Dei amicæ pulchritudinem, & postea exteriorum corporis elegantiam: *Ut ostendat eam pulchram & interius & exterius*, explicat Ægidius Cardinalis Columba ibidem lect. 3. Sileat igitur quisquis hactenus in contrarium loqui præsumpsit: aut si per rationes prædictas ei satisfactum non fuit, convincendum saltem eum existimo per rationes sequentes.

Dion. cap.

Cant. Cant.

11. In constitutione & perfectione alicujus compositi concurrunt & partes, & hæ quidem quantò perfectiores sunt, tantò perfec-

tius

Altus & excellentius est compositum; materia & forma, id est anima & corpus uniuntur ad formationem hominis; hic autem, de quo Salvator in Evangelio hodierno sub metaphora vel parabola vineæ loquitur, qualis sit, patatus sum reliqua discursus mei serie vobis insinuare. Petrò Epiphanius *opus singulare divinæ Sapientiæ* illum appellat; Hilarius *divinarum manuum artificiosam facturam*, Hieronym. *rempublicam bene ordinatam*. Cyprian. *perfectum universitatis gubernatorem*; Greg. Papa *omnium creaturarum compendium*; Dionysius Areopagita *opus Dominum*, Chrysostomus *Dominatorem rerum*; Basilius, *Admirabile naturæ opus*; Aristoteles, *Finem omnium rerum*, Augustinus, *Maximum omnium prodigiorum*, à Mercurio Trismegisto appellatur, *Homo miraculi, magnum animal adorandum, & honorandum*. & alibi: *Humanam naturam potentiam admiratus sum, audendum esse ait dicere hominem qui in terrenum Deum ipse mortalem*, Favorinus ait: *Nil in terris magnum præter hominem*: Pythagorici dicebant: *Hominem divinam quandam naturam terrenis vinculis alligatam*; A Platone, *Homo mundus parvus* dicitur; Et Addalia Sapiens vir heet barbatus interrogatus: [Quid inter quasi mundana scena maximè putaret admirabile? Hominem respondit.] Imò omnis creatura se ejus nutibus obedientem exhibere singulariter ambit, ut observavit Cassianæus. Hinc etenim nulla creata substantia servire designatur; huic terra & cætera elementa; huic tuta præsto sunt ut famulentur: huic militat cœlum, salutem, bonumque procurant Angelorum entes. Quid plura? Divinæ gratiæ interventu non solùm efficimur filii Dei, & similes Deo, sed etiam modo efficimur Dii,) concludit beatus Ægidius.

11. Hinc est quod Thraces nascente homine, cordis angustias oculorum lachrimis testantur, fortè quia ei compatiuntur, quod creatura aliqua tàm nobilis, tot ornamentorum dives, innumeris adornata prærogativis, cui proinde pavimentum aliquod deberetur ex auro & auro, vel etiam peristromatibus cœlestibus, stellarum gemmis distinctis stratum, in ista nativitatis suæ primos gressus figere debeat inter pungentes pœnarum nostrarum spinas. Sit quis illud non deploraret? Quos vapores similes cogitatio non extrahere è corde etiam barbato, in copiosam postea lachrymarum pluviam deorsum lapsuros? *Thraces circa natalitia puerorum hoc faciunt; dicto puero propinqui circumsedentes, eum plorazione prosequuntur, recedentes, quod vitam ingressus sit ad perpetiendas humanas calamitates.* At vetò dum ab hac vita ad mortis jurisdictionem transit, in copioso lætitiæ mari natare videntur, & quantum in oriente hominis planxerunt, tantum in ejus occasu vehementius rident: (Hominem fato functum, per lusum atque lætitiam terræ demandant, referentes quod malis liberatus, in omni sit modo fœlicitate:) Credunt enim quod ad sempiternam fœlicitatem suæ conditioni meritò debitam, transitum faciat. *Io. Boem. Auban. Teuton. l. 3. de Eur.*

Idem ib.

13. Verùm fileant deinceps barbarorum argumenta, ubi evidentes loquuntur sacratum Scripturarum rationes. Quis etenim nescit, quod existimatio authoris ab operis æstimatione incrementum accipiat? Si quis mihi diceret, hanc esse Apellis vel Protogenis picturam, maximi eam valoris & pretii esse existimarem: metiamur igitur excellentiam hominis per dignitatem artificis. Verùm inquies: Non est hæc specialis hominis gloriatio, siquidem omnes aliæ creaturæ, terra, mare, Sol, stellæ, cœlum, & Angeli ipsummet Deum veluti authorem suum recognoscunt, dicendo: *Ipse fecit nos. Quia omne bonum nostrum ex eo est, & non ex nobis*, ut explicat sanctus Athanasius ibid. Respondeo: Quoad hoc nolo contradicere, verùm tamen nemo inficiari poterit, quin productio hominis valde fuerit differens, & specialis ab aliarum creaturarũ productione quoad modum. Rabanus & Basilius causam investigant, cur totius universi factor in formatione alterius cujusliber rei nihil aliud adhibuerit, quam unicum duntaxat verbũ Fiat: *Fiat Lux, Fiat Firmamentum, Fiant luminaria*, &c. Ut ex Scriptura expresse deducitur; postea verò in creatione hominis stylum mutaverit dicendo; *Faciamus* Unde Rabanus lib. 1. in Genesin ait: (Non sicut in cæteris creaturis dixit Deus. Fiat homo, & factus est homo: sed priusquã fieret, faciamus dicitur) Et S. Basil. ait: *Non dixit uti de aliis: Fiat homo*; Quænã igitur est hæc disparitas. Cur non tam quoad unam, quam quoad aliam creaturã utitur hoc verbo *Faciamus*? Fortè ut Rupertus Abbas libro secundo de Trin. ait: (Ut unaquæque persona suam operis partem susciperet, tunc quidem Pater conderet, Filius *Psal. 99.* *Gen. 1.* *D. Basil. hom. 10.*

Filius perditum redimeret, Spiritus sanctus remissionem peccatorum, & carnis resurrectionem perficeret?) Est quidem hæc Ruperti responsio congruum antecedens, è quo per bonã consequentiam maximam hominis excellentiam facilè arguere possumus: attamen S. Basilius ad delicatiorem speculationem transfertur dicendo: Alias creaturas ab unico *Fiat* suam habuisse originem, quod impetiosum quoddam præceptum insinuat; at verò homo per *Faciamus* producitur, quod consilium denotat fortè ad insinuandum, quod quævis alia creatura habeatur à Deo servili & mancipiorum more, dum præcepta Dei recipit & obedit; at verò cum homine procedit more nobilium, eumque veluti Magnatem quendam tractat, (quasi cum consilio factus homo videretur, inquit Rabanus Maurus libro 1. in Genesin. Itane? Ergone Deus etiam consilio utitur? Si hoc Angelus, vel alia creatura faceret, dissimulari posset, consilia enim dantur ignaris & in suis operationibus irresolutis, dum bonum vel malum, aut id quod melius est non cognoscunt; at verò Deus, qui infinitè sapiens est, qui omnia distinctè cognoscit, & sine errandi periculo elegit, quam habet consilii requirendi necessitatem? Ut ninirum deveniretur in cognitionem, quantum hoc opus (homo scilicet) quovis alio dignius sit & excellentius: [Non dixit veluti de aliis, fiat homo (est sanctus Basilius homil. 10. de hom. constrict. fol. 38. qui loquitur) perdisce tui ipsius dignitatem, non subjecit generationem tuam præcepto; sed consilium sit in Deo quomodo præstans animal ad vitam producendum sit: Faciamus hominem, cui opinioni subscribit Archiepiscopus Moguntinus Rabanus in Gen. libro primo dum ait: *ut scilicet non per jussionis vocem, sed per dignitatem operationis existeret.*

S. Basil. hom. 10.

D. Ambr. in Exam. lib. 6. de dignit. hom. condit.

14. Verumtamen Sanctus Pater Augustinus hanc hominis prærogativam nimis vulgatem esse existimans, aliam quandam assignat majorem scil. quod productus fuerit pulcherrima Dei imagine & similitudine insignitus: (Sed hoc excellit in homine, quia Deus ad imaginem suam hominem fecit. *Ita pariter sanctus Ambrosius*: Nec ob hoc solum quod consilio sanctæ Trinitatis sic excellenter à Conditore conditus est; sed etiam quod ad imaginem & similitudinem suam ipse Creator omnium eum creavit, quod nulli alii ex creaturis donavit. Potrò inter Interpretes quod hunc passum variæ sunt opiniones, an scilicet, *imago & similitudo* synonima sint: an verò disparatam significationem habeant? Peremus & Cornelius à Lapide in favorem primæ partis decernit dicendo. [Quod pro eodem sumantur & eandem esse vim vocum illarum imaginis & similitudinis, easque hoc loco positas ad idem significantius, expressius & illustrius declarandum. Alii autem contrariæ sunt opinionis, nimirum Origenes, libro 3. periarch. cap. 6. Nissenus homil. de creat. Homin. Eucherius, lib. 1. in Gen. Richard. Victorin. lib. 2. de Trin. cap. 1. & 5. Theodoretus, Rupertus, S. Thom. 1 p. q. 93. & Magister sententiarum in 2. dist. 16. quia licet origo & processio dentur *in eadem natura*, ibi quoque imago & similitudo reperiatur, prout de Seth Adæ filio & aliis similibus verificatur, nec non de quovis filio verso Patrem suum; nihilominus similitudo esse potest sine imagine ad eum modum, quo una albedo alteri nonnunquam similis erit, non tamen ejus imago erit. At verò inter alias differentias una, & quidem præcipua hæc est, quod in imagine consistant dona naturæ, in similitudine verò gratiæ dona. *Imago attenditur quantum ad naturalia*, inquit Glossa, *similitudo verò quantum ad gratuita.* Voluit igitur Deus hominem privilegio insigni afficere locupletando eum omnibus hisce bonis, tam naturalibus, quàm gratuitis; quorum ipsum judicabat esse capacem, quæque illum Deo similem redderé poterant. Unde Nissenus: *Homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, quia capax omnis boni est, divinitatis, plenitudinis, dica exultando, sicut Deus exultat.* Et S. Basilius ib. concludit. *Cum in tanto honore esset homo ex eo quod creatus esset ad imaginem Conditoris, super Cælum, super solem, super stellarum choreas honoratus.* O quàm pulchrum & eximium opus est istud, quo in hujus mundi theatro comparente quodvis aliud primos ei honores cedit; quo illucescente omnia alia cum eo cõparata mortificari censentur, ad eum modum quo exoriente sole omnes stellæ, haud secus ac si erubescerent, absconduntur. Potrò Aman existimabat quidem se supra omnes alios aulæ ministros honorandum & exaltandum, paludamento regio à Rege suo induendum, regioque diademate coronandum, ac tandem veluti alterum Regem proclamandum fore: *Quid debet fieri viro quem Rex honorare desiderat*; Respondit

August. in Gen. lib. 6.

Aman

Aman Assuero: *Debet indui vestibus regiis, & accipere regium diadema, & primus de regio principibus clamet & dicat: Sic honorabitur, quemcunque Rex honorare vult* At verò hæc ornamenta tantum caduca, extrinseca, apparentia, & parum durabilia erant, quæ Amano, vel etiam Mardochæo fictam quandam & non realem magnificentiam regiam, idque per unicum duntaxat diem attulissent; at verò Deus, ut hominem per participationem sive per gratiam Deum faceret, eum imagine suâ vestivit; & similitudine suâ coronavit. O quam pulchra ornamenta justitia, bonitate, potentia, sanctitate, dominio & majestate adornata! Non est acclamatus homo in mundi Regem ab Aman aliquo, sed ab ipsomet Deo. [Quid ergo? Et quod ille parvo licet expetebat tempore (inquit quidam modernus Laur. de Aponte in Sap. Salomonis cap. 11. n. 27. homil. 42.) tibi Deus perpetuo concessit, regalibus te vestibus suis insignit, justitiâ, sanctitate, bonitate, potentiâ, divinâ & Majestate: non Aman clamat, sed ipse, ad imaginē & similitudinem suam factum.

15. Christus morti vicinus declaravit Patrē omnes cœli divitias in facultatem & manus suas deposuisse: *Sciens, quia omnia dedit Pater in manus*, scribit sanctus Joannes. Imò quid per hunc terminum *Omnia* intelligi debeat, non satis inter expositores convenit. Theophylactus intelligit omnipotentiam, Euthymius, scientiam; Chrysostomus miracula tradidi authoritatem: Sanctus Irenæus omnia opera producta; Author operis imperfecti regna cœli, terræ, & inferni: At verò sanctus Hieronymus. *Per omnia, hominem intelligit*, fortè quia in eo breviter compendiata inveniuntur omnia bona, ut idem sit dicere homo quod omnia. Imò si non esset homo, aut si Deus hominem in manibus non haberet, licet possideret omnia, tamen dominum nihil se esse censeret, at verò hominem in manibus suis habens, & hominis Dominus existens, licet aliud nihil possideret, hominem tamen manibus suis subjectum habens omnia possidere censetur: *Omnia dedit ei Pater in manus*: volens inferre, quod (omnibus quasi caruisset, nisi homines lucratus fuisset) Eandem quoque sententiam videri nonnemini posset dæmonem habuisse, quando Salvatorem in altissimum montem perducens eidem dixit: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me*: quasi diceret: vide omnium ego sum Dominus, quidquid vides, meo subja et imperio, si illas exposcis delitias, quæ tuæ sunt congruæ juventuti, habebis hic vicinam Judæam in omnibus tibi propitiam, si ejus dignaberis accepta habere balsama, Arabia tibi præsentabit odores; Cyprus pulverem, Sabæum Regnum incensa, Orient Muscum, Persia Nardum, tui erunt panni totius Flandriæ, Lana omnis totius Syriæ, Purpuræ Phæniciæ, Taperes peristromata Babyloniæ. Idumæa quam ripæ maris illic adjacere vides, gloriosis victoriis tuis palmas providebit, Libanus qui in cœlum usque se erigit, ut stellis coronari possit, é cedrorum suarum ramis, ad nominis tui immortalitatem coronas tibi nectet; si posteris hæredibus tuis ædificare desideres palatia, vel etiam ad trajiciendum mare aut ad novos tibi mundos comparandos, indigeas navigiorū maximis machinis, ad eas fabricandas Phrygia tibi ligna subministrabit Cypressina; omnes, quas hic prospicis, Provinciæ promptissimam tibi præstabunt obedientiam, & in debitæ servitutis signum sua tibi tributa obsequiosissimè mittent Hispania quidem sua metalla, Francia poma, Mauritiania fructus, Paphus flores, Anglia argentum, Dalmatia aurum, Insulæ fortunatæ aves, India ebur, Sicilia frumenta, Numidia marmora, Genua corallos, Corinthus vasa, Oceanus margaritas, Africa blada, Erithræa smaragdos, mundus denique novus suas divitias, debiti muneris & tributi loco tibi donabunt. Ego etenim qui horum omnium Dominus sum, me cunctis libentissimè ultro citroque privabo & exuam, si tibi hæc omnia dignatus fueris acceptare, teque mihi in donum reverenter donare: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Mira profectò res hæc est! Ergone seria Cacodæmonis mens est omnibus totius mundi possessionibus & dominiis se exuere, dummodo in solius hominis possessionem subingredi liceat? Adeone caro pretio unicum tantum hominem tibi comparabis? Ingenti pretio modicum licitaberis. Omnia tua prodigendo nihil lucraberis? Etenim si Deus verbis tuis fidem haberet, negotiatio feliciter & cum ingenti proventu procederet; licet tu idipsum minimè intelligere videaris, tu enim eum cui loqueris purum censes esse hominem, & consequenter lutum, ventum, umbram. Unde patet quàm parvi omnia quæ in mundo sunt æstimentur à dæmone, vel quanti pretii & valoris sit apud eundem unicus tantum homo; ne tamen dæmon errasse videatur, mitta-

tur ad bilancis examen utrumque, in unam scilicet lancem conjiceantur omnia quæ sunt in mundo, in altera verò solus ponatur homo, sic enim clarè videbitur, quod pretium pro homine à Dæmone promissum nimis modicum sit, valor autem hominis in omni genere superexcedat: *O quantum æstimat Dæmon unum hominem siquidē uni promittit omnia regna mundi, & gloriam eorum: unde ut unum lucretur hominem, dat omnem gloriam mundi, tanti unum æstimat, ut unum muneret omni gloria.*

Didac de Cela. in Iud. c. 7. v. 12 § 11. n. 41.

16. Meritò quæri potest, quænam sit major laus & excellentia Salvatoris; an quod à Joanne Evangelista nuncupetur homo: *Fuit homo missus à Deo*; an verò quod à mundi Salvatore vocitatus sit Angelus: *Ecce ego mitto Angelum meum?* Scio equidem hominem esse corporeū, Angelum verò spiritualem, & quantum spiritus corpore dignior est, tantum Angelus homine major esse censeatur; Et sanctus Gregorius testatur quod (in hoc natura Angelica est à naturæ nostræ conditione distincta, quod nos cæcitatis ignorantia coarctamur, Angelorum tamen scientiæ longe super nos incomparabiliter dilatantur:) Et ob has aliasque rationes majus fuisse videtur encomium à Christo præcursori suo datum eo, quod Joannes de eo dixit: Chrysostomus nihilominus contrariæ est opinionis, dum ait: *Puto quod glorioſior eſt Ioannes, quia homo fuit, quam ſi nomine Angelus & natura fuiſſet.* O ingentem hominis excellentiam?

Ioan. 1.

Greg. l. 2. moral.

Chryſoſt. ho. 27. op. Imp.

17. Quid igitur nunc tibi ò homo de dignitate tua videtur? Ipsa quidem talis est, qualem eam hactenus esse declaravi, tu autem indignis actionibus tuis eam contemnis, & velut vilissimam æstimas. Cunctæ creaturæ permagni te æstimant, tu solus temere ipsum nihil faciens bestiis te inferiorem efficis, ut meritò de te dici possit: *Comparatus es jumentis.* Vineæ non à Noë sed à cœlesti agricola ad habendas ex te delitias plantata, & tamen penitus te nunc dissipatam esse conspicio, floribus vacuam, omnique boni operis fructu destitutam, econtra verò culparum spinis & urticis refertissimam. Tu quidem talem habuisti Dominum, qui te propria carne Sacramentali enutriens impinguabat, & sanguine fœcundabat, ut in merito fructificare posses, & tamen cheu te illi rebellem esse & in inculcum quoddam desertum degenerasse, ideoque diaboli manibus traditum te esse dolentes conspicio; cecidit, cecidit prò dolor in te turris fidei, siquidem actiones tuæ atheistam potius quam bonum Christianum te esse testantur. Neque relictum tibi est conscientiæ torcular, siquidem firmo proposito decrevisse videris nil nisi plurimarum iniquitatum fructus deinceps Deo reddere; Decidunt quidem in te nonnunquam aliquæ bonarum inspirationum stillæ, at verò eundem prorsus fructum afferunt, quem afferre solent guttæ æstivo tempore in tertæ pulverem collapſæ, quæ nil nisi bufones producere solent venenosos. Communitus quidem fuisti præsidio sepis custodiæ Angelicæ, & tamen per infernalium latronum manus pessimè te tractatū esse video, & quod magis deplorandum est, hoc non obstante imaginaris tibi te melius, commodius, & benignius haberi à Dæmone, quàm à Deo qui te plantavit. O te vere infelicem: Cotemplare te in Saule velut in speculo, De eo namque dicitur: *Spiritus Domini recesſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam* 1. Reg. 16. Hic etenim ut te totaliter dissipet, perdat, & ad extremum usque exterminium reducat, in tuam perniciem accersit super te spiritus nequissimos, eisque præcipiet, ut te ditissimis, quoad possunt modis affligant: *Pro, equitate & comprehendite, quia non eſt qui adjuvet*, Psalm. 70. Nunc, nunc tempus est, ut ab errore commisso resurgas & resipiscas; sicut enim cum Lysimacho temetipsum Cacodæmoni vendidisti, non pro unico Scypho, sed pro minima quadam voluptatula, ita exclamare quoque cogeris dolenter, & si fieri potest sanguineas ab oculis effundendo lachrymas dicere: *O quam brevis voluptas me ex libero ſervum, ex Rege captivum fecit.* Valde mirum videbatur Appelli, Prothogenis pari inæstimabili in pretio semper habitas picturas, veluti pro nihilo vendi & distrahi! longe autē magis obstupescendum est quod vineæ inter omnia totius mundi viridaria, jucundissima & præstantissima; aut quod homo qui imago & similitudo est Dei pretio sanguinis infiniti valoris comparatus, sese pro nihilo Dæmoni vendat. Deus felicitates in te seminat, tu autem optimum semen istud contemptus lolio suffocas. Agedum igitur in propriam excellentiam tuā oculos tuos dirigito, nec te jam deinceps adeò vili pretio æstimato: *Agnoſce dignitatem tuam & conſidera, quod divinæ conſors ſis factus naturæ.* Leo Serm. de nativitate Sistamus hic paulisper.

Psal. 48. Prov. 8.

PARS

PARS SECUNDA.

18. FAcile hic quis objicere poterit, nos homines tantæ dignitatis esse non posse, cum nil nisi quædam terræ massæ vel moles esse videamur. Respondeo igitur me idipsum neutiquam inficiari; veruntamen certum est ab ea parte quod aurum quoque sit de terra progenitum, & tamen tàdiu solis ea sunt virtute prædita, ut illud in metallum quoddã transformare possint valde pretiosum illudque in eam usque excellentiam extollere, ut in Regũ vertice velut in Altari positum summam à Magnatibus & Regni proceribus accipiat venerationem: Sic quoque homo terra & pulvis est, per gratiam tamen cœlestem ita transformatur, ut quovis sit pretiosior & excellentior auro. Imò tanti valoris ab ipsomet Dei filio æstimatur, ut is certo quodam modo humanitatem adeò dignificare voluisse videatur, ut quasi pari cum divinitate gressu ambularet. Ejusce modi paradoxum coram vobis enunciare minimè præsumerem, nisi idipsum ex doctrina S. Isichii, hom. 6. de Pascha, desumpsissem; Hic enim Christum tanquam Deum in opere Redemptionis consideraus, dixit: *Video Deum manifestum in pretium meum quandoquidem tam utile munus ipsa redemptio agitur, ut homo Deum valere videatur.* Porro videtur mihi hyperbolen quandam sapere, si quis dicat hominem Deum valere, & in pari cum Deo æquilibrio procedere. Unde illud non existimo absolutè intelligendum esse, sed in eo modo quem statim intelligetis. Deus etenim tunc se primitus in Exodo manifestasse noscitur, quã ab Moysi locutus est dicens ei: *Ego sum qui sum* Exod. 3. quibus verbis esse suum æternum & immutabile exprimere voluit: at verò ubi eum, dum hæc loquebatur, stetisse existimatis: *In rubo.* Nunquid congruentius se exhibuisset spectandum in magnifico quodam Thoro, si vel regio solio, vel etiam super Angelis, scabellum quoddam, sive sedem sua majestate condignam efformantibus sedentem? aut si metus erat ne forte Moyses ex visione adeò magnifica nimium consternaretur, cur non potius loco rubi elegit arborem quandam jucundissimè virescentem, floribus & fructibus onustam, ad cujus conspectum exhilaretur potius quã perterreberet? Ne quaquam id facere, sed potius spinosam quandam arborem eligere voluit. Et ecce ubi his per Gregorium Nyssenum apertum & patefactum mysterium, Arbor etenim hæc spinosa humanitatem figurabat pœnalitatum spinis eidem annexis obseptam. Voce quidem tenus Moysi divinitatem suam revelàverat, non tamen videbatur id Deo sufficere, nisi eidẽ quoque figuram saltem ostenderet suæ humanitatis suo tempore assumendæ, quasi hanc non minoris quàm illam faceret: *Deus est veritas, quæ tunc in vepribus à Moyse visa est, quæ quidem veritas à rubo, ipsoque spinoso ob humanitatem videlicet Salvatoris affulgens, ad cognitionem sui per Evangelicam nos tubam vocaret:* noluit igitur divinitatem suam manifestare sine consortio suæ sacratissimæ humanitatis. Ob eandem quoque rationem credo Deum præcepisse Hebræis, ut Agnum devorarent, & quidem specialiter pedes, & caput: *Caput cum pedibus ejus vorabitis* Exod. 12. Porrò S. Gregorius Nazianzenus per hunc agnum verbum incarnatum, per caput verò divinitatem, per pedes verò humanitatem intelligit. ideoque dicit Deum per hoc præceptum indicare voluisse, Christum à nobis ut Deum paritet & ut hominem considerandum esse; Neque enim caput sine pedibus uspiam esse debet, nec divinitas sine humanitate, quodque unum respicientes oculos nostros non declinemus ab altero, sed potius dum eum adoramus ut Deum, eum quoque revereamur & veneremur ut hominem: *Ad caput usque ad pedes, hoc est, primas de divinitate contemplationes, postremas Incarnationis meditationes habeamus.* Sic quoque Joan. cap. 2. Christus Jerosolymam ingreditur, & ad templum perveniens manum suam ad funiculos colligendos extendit, & flagello inde sibi confecto, percutere cœpit ementes in templo & vendentes: *Cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, &c.* Joan. 12. & postea subjungit, quod eos reprehendendo dixerit: *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Quibus verbis dum se æterni Patris filium vocat, se quoque Deum esse demonstrat: hoc tamen minimè contentus suam quoque honetare voluit humanitatem, se quoque hominem esse demonstrando; quando paulò antè Capharnaum ingressus fratres suos, id est, cognatos, suamque matrem in una secum societate habuit: *Post hæc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & fratres:* hacque ratione eodem prorsus tempore divinitatem paritet & humanitatem honoravit; Estque hæc specialis quædam Alcuini pondetatio dicentis: (Aperte se filium Dei Patris ostendit, qui templum

Greg. Nazianzen. orat. 42. de Nativ. Domini.

plum Dei domum sui Patris cognominat, & ut rursum verus hominis filius conseatur, descendens in Capharnaum Matrem comitem habuisse perhibetur.)

19. Porrò tres Orientis Reges è suis regionibus discedentes noviter natum Regem inquirunt, cui ut debitæ servitutis penderent tributum, tria secum novo Regi offerenda munera deferunt, scilicet aurum, thus & myrrhã, munera profectò dignissima, sed non paucioribus mysteriorum divitiis referta. Etenim S. Maximus eos ad hæc munera offerenda cælitus inspiratos fuisse dicit: *Hæc autem offerri Christo, non Magorum arbitrium, sed inspiratio Omnipotentis elegit.* Et quidem aurum ei tanquã Regi præsentarunt, incensum vel thus veluti Deo, & tanquam homini myrrham. Ita Remigius in Cat. D. Thom. ibidem. *Regem*, ait, *Deum & hominem prædicant.* Verum enimverò myrrha ista in quem finem adhiberi debebat. Num fortè Magi metuebant, ne Christus recens natus titillaretur nonnihil à vana gloria, dum se à tribus Orientis coronis adorationis divino honore affici videret, ut proinde antiquæ in coronationibus Regum usitatæ consuetudinis memores, dicere ei voluerint: *Memento te esse mortalem?* Siquidem myrrha mortem manifestè repræsentat: *Et in myrrha Dominicam sepulturam?* nequaquam hæc Magorum intentio fuit, sed potius operæpretium futurum esse sibi persuaserunt, si eum tanquam Deum pariter, & tanquam hominem adorarent, & obsequerentur præter divinitatem ejus etiam sacratissimæ humanitati, illam per aurum & incensum confitentes, hanc verò per myrrham. Asserit idipsum S. Gregorius hom. 10. in Evangelia dum ait: *Offeramus thus, ut credamus, quod is qui in tempore apparuit, Deus ante tempora extitit, offeramus myrrham, ut eum, quem credimus in sua Divinitate impassibilem, credamus etiam in nostra fuisse carne mortalem.*

20. Christus pro peccatis totius mundi mortuus, in capite trium dierum denuò à mortuis resurrexit. Moveri autem difficultas aliqua circa hoc solet, cur scilicet non subitò postquã in Cruce mortuus fuit, resurrexerit? vel mox ut repositus erat in sepulchrum? Cur resurrectio triduo tardat & moratur, aut cur eandem resurrectionem non diutius vel longiùs differt? Jam etenim redemptionis nostræ mysterium consummatum erat, quia Christus de facto dixerat: *Consummatum est*, Joan. 19. atque ideò una cum aliis mortuis in novissimi judicii die resurgere poterat. Respondet S. Thomas Christum adeò cito resurgere voluisse, & non cum aliis in novissimo die, ut se Dei filium esse contestaretur: veruntamen etiam triduo resurrectionem suam deferre, & suspendere voluit, ut se hominem etiam esse probaret, adeoque utrique tàm divinitati quàm humanitati suæ honoris debitum redderet: *Ad hoc quod confirmaretur fides de veritate divinitatis ejus, oportebat, quod cito resurgeret & ejus resurrectio non differretur usque ad finem mundi. Ad hoc autem quod confirmaretur fides de veritate humanitatis & mortis ejus, oportuit moram esse inter mortem & resurrectionem. Ideòque Angelus tribus Mariis ad sepulchrum visitandum abeuntibus dixit: IESUM quærtis Nazarenum crucifixum? surrexit.* Quibus verbis in quantã resurrectionem ejus exprimebant Christum prædicavit tanquam Deum: per crucifixionem autem ipsum ostendit fuisse verum hominem; ut hac ratione pientissimæ illæ mulieres gratias cœlo referrent, pro adeò ingenti beneficio, recognoscendo ipsum tanquam hominem qui etiam Deus est. Sic quoque observatur quod quotiescunque Christus opus aliquod parabat, quod ad Deitatem potius quàm humanitatem pertinebat, nunquam se Filium Dei, sed filium hominis appellarit, prout ex variis Scripturæ locis facile deducere nobis licet: *Ut sciatis quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata. Videbunt filium hominis venientem in nube. Mittet filius hominis Angelos suos.* In nube apparere, res est ad Deum proprie spectans; Mittere & imperare Angelis, ad divinam attinet jurisdictionẽ, eccur igitur talia opera præstans se Filium hominis appellat potius, quàm filium Dei Respondet Abulensis Christũ id fecisse, ut humanitati partem honorificentiæ suæ tribueret, ejus namque reputationi congruebat, tàm se Deum quàm hominem esse probare: (Quando Christus faciebat magna, vocabat se filium hominis, & hoc fiebat ad honorem naturæ humanæ, quod talia fierent per eam, vel ab eo qui hoc erat.)

21. Probè quidem scio, quod divinitatem cum humanitate conferre, idem sit quod tenebras cum luce, vel terram auro comparare; nihilominus si mihi licitum esset, dicerem utique quod licet Deus sit perfectissimus, imò ipsissima perfectio in abstracto, sine qua nequaquam futurus esset Deus, nihilominus, si aliquam ulterio-

deriorem perfectionem vel excellentiam recipere posse, hanc utique per nostram acceptumus esse humanitatem. Unde S. Pater Augustinus de temp. in Nat. Dom. diem illum quo Verbum caro factum est, celebrando, dixit: *Elegit sibi in qua nasceretur diem qui fecit omnem diem; & non sine gratia relationis cæteris est dictus habendus dignior hic dies, in quo Deus* (observetis velim) *in hominem dicitur fuisse promptus.* Quidnam obsecro promotum esse propriè significat? nimirum transire ab una dignitate ad aliam majorem, sicuti ab esse Regulis ad esse Episcopi, ab Episcopatu ad Cardinalatum, atque ideò Papa dicitur habere seu habuisse promotionem Episcoporum, Cardinalium, &c. Deus igitur in hunc mundum venit, ut in utero Mariæ ad hominis excellentiã promoveretur, quod accidit, dum: *Verbum caro factum est* Joan. 1. Porrò verbum incarnatum à Gregorio Nazianzeno orat. 38. alter quidam Melchisedech appellatus fuit, de quo dictum est *sine patre, sine matre.* Enimverò Christus Melchisedech similis extitit, quia sine matre in generatione æterna, & sine patre in generatione temporali. Hanc Nazianzeni doctrinam Nicetas in comment. ita explicat: *Primum enim filius DEI dimidia tantum ex parte Melchisedech erat, quatenus matre carebat, at postquam à quoque Patris expers factus, perfectus jam est Melchisedech.* Quando nostram humanitatem sine patre in generatione temporali assumpsit, tunc complete factus est alter Melchisedech: *Perfectus est.* Atque ideò S. Joannes de Verbo ante suam Incarnationem loquens dicit: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*: at verò postea cum factus est homo: *Verbum caro factum est.* Antea *erat Verbum*; postea autem caro factum est; sed quænam est inter hæc duo verba Erat, & est, differentia, *Phidias* ad pedes cujusdam imaginis Jovis scripsit: *Phidias Carmidæ filius Athenienſis me fecit.* Idem quoque Protogenes facere solebat subscribēdo picturæ Cupidinis à se factæ, *Protogenes fecit*, in tempore perfecto, eo quod opera essent quibus in iis quæ perfectionem eorum commendare poterant, nihil omninò deerat. Porrò Verbo, priusquam incarnaretur, deesse videbatur aliquid, nescio quid, ac proinde *Verbum erat*, Joan. 1. in tempore imperfecto: at verò postquam incarnatus ad nostram est humanitatem promotus, tandem pervenit ad non plus ultra excellentiæ: *Verbum caro factum est.* Et ego attigi *non plus ultra* prærogativarum vineæ nostræ Evangelicæ. Abite in pace.

SERMO DECIMUS SEXTUS.

IN DOMINICAM III QUADRAGESIMÆ.

Erat JESUS *ejiciens Dæmonium, & illud erat mutum.* Lucæ cap. 5.

QUod si quis mihi persuaderet melius esse loqui quàm tacere, semper loqui & nihil aliud facere vellem: Quod si quis item me certificaret, utilius & laudabilius esse tacere quàm loqui, libenter me perpetui silentii condemnarem. Quæ tanta, obsecro, tui hujus veritatem: vicatur enim mihi quod loqui sit pars hominis præstantissima, maximæque necessitatis: siquidem natura, quæ perfectionem intendit, quando non est à peregrino aliquo accidente impedita, nasci nos facit cum organis proportionatis & dispositis ad proferendum sermonis accentus: & quisquis loquendi facultate est privatus, creatura imperfecta censetur: Sic quia divina majestas bonum esse judicavit, hominem videre, moveri & operari, pedes ei manus & oculos dedit: unde si censuisset non esse bonum nos loquendo exerceri, utique linguæ instrumentum datura non fuisset. Imò dator omnium bonorum Deus, sciens loquelam esse prærogativam quandam non vulgarem, & gratiam

non omnibus conceſſam, bonum eſſe cenſuit ſolum hominem loquendi facultate donare. Beſtiæ quæ hoc beneficio ſunt deſtitutæ, cum neceſſitates ſuas loquendo manifeſtare non poſſit, coguntur ſæpe præ inedia & neceſſitate mori; idem quoque nobis contingeret, ſi per loquelam ſupervenientes nobis ærumnas & miſerias exprimere non poſſemus. O Deus, quam videor in corde meo exonerari & melius ſentire dum animi paſſiones cum amico conferre mihi licet! Notum quoque eſt, quod ipſimet quoque muti linguam ſuam ad loquendum exſolverint in occurrentibus neceſſitatibus, prout de Athi Cræſi filio referunt Herodotus & Rhodiginius; quot etiam ſunt, qui loquendi talento immortale ſibi nomen pepererunt, veluti Tullius, Hortenſius, Quintilianus, Pericles, Antonius, Demoſthenes, Chryſoſtomus, & alii, qui ſi tacuiſſent, in oblivionis tenebris delitescerent; Prophetæ quoque Iſaiæ ſua purificata ſunt labia, ut ſilentiũ rumperet, & ſe hactenus tacuiſſe vehementer indoluit: *Va mihi quia tacui*; Iſaiæ 6. Verum quidem eſt Zachariæ impoſitum fuiſſe ſileutium, id tamen ei non in beneficiũ, ſed in tucre dulitatis ſuæ pœnam accidit. Suſanna mulier caſtiſſima inter lapides probroſe mortua fuiſſet, niſi locutus fuiſſet Daniel, cap. 13. Beati quoque in cœlo pro compendio & epilogo beatitudinis ſuæ habent quod loqui & cantare poſſint: *Et clamabant alter ad alterum & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus*; Apoc. 8. nec inveniunt ſilentium obſervaſſe niſi tantum ad mediæ horæ ſpatium: *Factum eſt ſilentium in cælo quaſi media hora.* Denique æternus Pater ſemper loquitur, nec à verbi continuatione unquam ceſſat, ſed ſemper dixit, ſemper dicit, & dicet ſemper *dicendo producit verbum*, in quantum hæ differentiæ temporis æternitatem ſine aliqua imperfectione repræſentãt. Deniq; loqui eſt res pulcherrima, quam qui contemnit, habere non meretur. Et ob haſce rationes mihi perſuadeo, filium Dei Evangelici hujus muti linguam ſolviſſe ut loqueretur: *Et locutus eſt mutus.*

Aul. Gel. lib. 5. c. 9.

D. Thom. in 1. diſt. 9 q. 1. art. 1.

2. Econtra verò (ut verum fatear) multa mala cauſantur ex locutione, & econtra multa bona ex taciturnitate proveniunt. *Tutius eſt tacere quam loqui*, dicebat Theognides, unde Biantes hoc monitum dare ſolebat: *Audi multa, & loquere pauca* Xenocrates ſe locutum eſſe, non verò tacuiſſe doluit: *Dixiſſe me aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam.* Zeno cum Ptolomæi Regis legatis menſæ accumbēs, eoſdem interrogavit, quidnam de factis ſuis Regi ipſorum retuliſſent, reſponderunt vidiſſe ſe ſenem, *qui in convivio tacere noverit.* Severus quoque Sulpitius *tenuit ſi entium uſque ad mortem*, ut tacendo defectibus, loquendo commiſſis adferret remedium: *Qui à loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.* Inter alia monita, quæ S. Hieronymus Celantiæ dedit, unum hoc fuit, ut quoad poſſibile eſſet parum loqueretur: *Sermo in omnibus moderatus & parcus, & qui neceſſitatem magis loquendi indicaret, quem voluntatem.* Maxima itidem Epaminondæ laus fuit, quod ſciret multum, loqueretur autem parum. S. Thomas de Aquino taciturnitatem adeo dilexit, ut ejus ſodales *Bovem mutum eum appellarint*: Unde ex ejus taciturnitate Albertus M. ominatus eſt futurum, ut ſuo tempore *Bos ſte mutus ram mox editurus ſit mugitum, ut ſonum vox totu ad miraturus ſit mundus.* Eam ob cauſam multi ſervi Dei cognoſcentes, quam ſit loqui damnoſum, linguæ ſuæ ſilentii perpetui frænum impoſuêre, prouti de Agatone Abbate & Paulo Monacho, qui cognominatus eſt ſimplex, refertur: nam tribus annis continuis ne unicum quidem locuti ſunt verbum Similiter Leontigunta annis cellæ incluſus perpetuum obſervavit ſilentium, ſciens fortaſſe veram Catonis ſententiam: *Nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum.* Hinc eſt, quod ſanctus Marcus cap. 8. affirmet, Chriſtum, priuſquam loquelam muto redderet, planxiſſe: *Ingemuit*; quia nimirum quam ei loquendi facultas noxia eſſe poterat optimè ſciebat. Ac proinde inter Scyllam & Charybdim conſtitutum me eſſe invenio, nec ſcirem utri harum partium per animi ſententiam adhæretem, niſi me Eccleſiaſtes cap. 3. doceret, dicens, quod ſit *Tempus tacendi & tempus loquendi*; vel cum Euripide apud Reuſn. *Bonum eſſe tacere ubi neceſſum eſt, & ubi tutum eſt loqui*: quia non minus malum eſt loqui quando tacere oporter, quàm eſt reprehenſibile tacere, ubi loquendum eſt. Problema itaque hactenus ventilatum hac terminetur deciſione. Quando peccator aliquis Deum offendit, malum eſſe ei tacere, bonum autem ei eſt, ſi ad pedes Sacerdotis provolutus peccata ſua confitens loquatur: *Cum ejeciſſet dæmonium, locutus eſt mutus.* Ad hanc igitur loquendi rationem in præſenti diſcurſu vos ex-

exhortabor ob oculos vobis ponendo confessionis necessitatem, utilitatem & consolationem: Quod scilicet necessaria sit ad salutem: hancque nobis utilitatem adferat, quod à multis nos malis liberet; consolationem quoque conciliet propter Deum quē offendimus. Dum autem loquelam laudo, taciturnitatē contemnere minimè intendo, *Verumque sapientis est* inquit eruditus ille Nicol. Reusn. l. 3. symb. 22. *& tempus opportunum, & sermonem tempestivus.* Milligitur hac hora loqui convenit; vobis tacere, & attentè auscultare. Ordiamur.

1. *Erat* IESUS *ejiciens dæmonium, & illud erat mutum & locutus est mutus, & admirata sunt turbæ.* Non erat hic dæmon mutus formaliter, sed efficienter, id est, impediebat hunc hominem Evangelicum ne loqueretur. Cæterum verò dæmon voluisset hunc hominem earum linguis fuisse præditum, *quia loquendo multa peccata committit*, inquit Abulensis; quod licet verum sit, non tamen idem est dæmonis desiderium, postquam commissum est peccatum, scit enim quam sit nostræ saluti nefarium confessio: *hoc autem facit ad significandum quod diabolus præcipuè intendit nobis ora claudere, ne peccata nostra confiteamur.* Priusquam autem ulterius procedamus, advertendum hic est, necessitatem hanc duobus modis considerari posse, vel enim est necessitas *secundum quid*, vel *ad bene esse*, quæ appellatur necessitas commoditatis: quomodo necessarius dicimus ad faciendum iter; vel est necessitas *ad esse*, quæ aliis terminis *necessitas simpliciter* nominatur: quo modo necessaria sunt illa media, sine quibus impossibile est nos finē aliquē consequi posse, ut si diceremus, ad sustentationem vitæ cibus & respiratio sunt duo media *necessaria simpliciter*, sine quibus impossibile est vitam posse: quando ergo dicitur, confessionē ad salutem consequendam necessariam esse, id rigorosè intelligi debet, quod scilicet sit necessitas *simpliciter ad esse rei.* Et hoc sensu intelligitur S. Thom. in addit. ad 3. p. q. 6. a. 1. quando dicit: *Confessio est necessaria ad salutem ejus, qui in peccatum actuale vel mortale cecidit.*

4. Ulteriùs observandum est, confessionem duplicis generis esse: prima à Theologis appellatur consultrix, vel reconciliatrix, & est quando proximo nostro aliquam imperfectionem nostram, vel scrupulum conscientiæ ex defectibus nostris causatum manifestamus, ut à nobis consoletur, aut bonum nobis præbeat consilium; vel etiam quando defectus nostros vicissim seu reciprocè inter nos sponte agnoscimus, *ut invicem condemnemus*, V. G. Tu mihi hanc fecisti injuriam, habeo tamen te excusatum, ego vicissim tibi molestus fui, id tamen ut pariter condona, & pro nihilo reputa, erimus amici ut prius: & hoc sensu intelligi tur confessio facta à fratribus Josephi, dum dicebant: *Servi tui sumus, non sis memor fraternæ iniquitatis.* Ita quoque pincerna Pharaonis confessus est Josepho se ejus per tres annos continuò oblitum fuisse: *Confiteor peccatum meum.* Genes. 41. Hæc autem confessio non ad propositum nostrum. Alia autem est confessio sacramentalis, de qua S. Jacobus Apostolus cap. 5. dixit: *Confitemini alterutrum peccata vestra*: Quæ verba Origenes hom. 2. in Levit. Chrysost. lib. 3. de Sacerd. August. l. 50. hom. 12. & alii de verâ & perfectâ sacramentali confessione intelligunt, quæ à S. Joanne Chrysost. ita describitur: *Confessio est salus animarum, remissi peccatorum, recuperatio virtutum, fuga dæmonum, obstructio oris inferni, & apertio paradisi.* Et S. August. dicit: *Confessio est per quam morbus latens spe venia aperitur*: in qua definitione tria præcipuè continentur, scilicet materia, actio, & finis. Materia est *morbus latens*, actio est *aperitur*, finis denique *spe venia*: Et hæc quidem ultima particula adjungitur ad illius cōfessionis, differentiam, quæ fit potius *ratione timoris* quam *spe venia*. Hæc autem confessio quæ Deo fit eâ spe, ut peccata confessa dimittantur, iterum subdividitur, alia enim vocatur confessio *in re*, quæ fit, quando pœnitens effectivè ad pedes Sacerdotis prostratus defectus, & offensas Dei cum dolore & contritione manifestat, & hæc est necessaria, quoties fieri potest, & pœnitens per aliquod siniſtrum accidens non est impeditus; alia verò à sacris Theologis dicitur confessio *in voto*, vel *in desiderio*, tunc fit, quando peccator aliquis libenter confiteri vellet, & commoditatem id faciendi non habet: tunc Deo enim promptitudo illa animi satisfacit: Unde si aliquis affectus esset inhabilitate confitendi effectivè, & *in re*, necessarium est simpliciter, ut occurente casu necessitatis ad minus confiteatur *in voto*, id est habeat desiderium & intentionem confitendi *toties quoties*. Unde Magister Sententiarum (4. dist. 17. l. D. dicit: *Indubitanter ostenditur, oportere Deo primum, deinde Sacerdoti offerre confessionem*,

sionem, nec aliter posse perveniri ad ingressum paradisi, si adsit facultas.

5. S. Thomas (ubi sup.) necessitatem confessionis comparat necessitati baptismi, ita ut sicut sine baptismo *vel in re, vel in voto*, nemo potest salvari, dicente Salvatore: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Joan. 3. Ita quoque confessio est de necessitate salutis *in facto, cum adest facultas, vel saltem in proposito, cum est possibilitas confitendi.* Et S. Thomas Doctor Angelicus (in 4. d. 17. q. 3.) sensatè concludit: *Pœnitentia, cujus pars est confessio, est sacramentum necessitatis, sicut baptismus: cum ergo in baptismo nullus dispensare possit, nec in confessione aliquis dispensare poterit.* Sed ad Scripturas sacras descendamus. Dina curiositate mota ut scilicet mores, & vestiendi modum, & formam mulierum Sichemitarum videre posset, a suis discedens in civitatem Sichem se contulit, secum adferens elegantiam & ornatum in vestibus, & tratam vultus sui speciem & pulchritudinem, quæ tanta erat, ut nullus non accurreret ad eam videndam & observandam; ne quid amplius dicam, Princeps Sichem filius Emor Hevæi tandem per civitatem obambulans occasionem captavit eam obviam salutandi, quam ut vidit, maximam habuit ex formâ & corporis elegantiâ, nec non moribus illius complacentiam, adeò ut ingentem erga eam amoris flammam in pectore suo sibi accendi sentiens, continere se non potuerit, quin facta ei violentia eandem opprimeret: *Quam cum vidisset Sichem, filius Hemor Hevæi, princeps terræ illius, adamavit eam & rapuit.* Deus autem voluit ut Simeon & Levi filii Jacob, & fratres Dinæ, illatam sibi injuriam ferro vindicarent, & maculam familiæ suæ inustam transgressoris aliorumque adhærentium sanguine abluerent: *Simeon & Levi gladiis ingressi sunt urbem confidenter, interfectisque omnibus masculis Hemor, & Sichem pariter necaverunt.* Sed inquies: Nunquid jam de iis, quæ facta fuerunt, cum partibus convenerant: cur igitur sub specie pacis eos tradunt, & verbis suis fidem non servant? Verum quoque est, quod Rex & Princeps chartam eis albam dederit, ut votum suum & desiderium in eâ liberè exprimerent, parati enim erant iis concedere, quidquid desiderare possent: *Quæcunque statueritis dabo; augete dotem, munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis.* De quo igitur lamentari poterant? aut quo fine adeò severam omnesque rationis limites excedentem vindictam instituunt? Augetur in me difficultas ex certâ quadam oratione quam Judith in oratorio suo ad Deum effudit, quando priusquam ad exequendum conceptum circa Holofernem factum Deo se recommendavit dicens: *Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum; qui violatores exterunt*, Judith 9. vel ut Sixtina legit: *Cui dedisti in manu gladium in ultionem alienigenarum.* Num igitur Deus Simeoni gladium dedit, ut tanta cum crudelitate se vindicaret? videbatur potius Deum ex crudelitate magis offendendum esse; nunquid enim jam gentilitatem illiusque mores deseruerant? nunquid circumcisi erant, adeoque honori Dei satisfactum fuerat. Adhæc nunquid etiã Dinæ dotẽ auxerant? nunquid illã sibi despondaverat Sichẽ? Et tandẽ Sichẽ Princeps erat, Dina autem simplicis cujusdam pastoris ovium filia, ecce qualiter Dinæ & fratribus suis quoad omne debitum satisfecerit: Si igitur partes obligationis suæ perfectè adimplevit: Cur Deus posteà Simeoni & Levi fetrum in manus consignavit, ut hostili furore stuprum jam per omnia satisfactionis genera reconciliatum vindicarent: cur morte punire voluit eos, quibus commissus error condonatus erat? Ingeniosè hanc difficultatem solvit Dionysius Carthus. (ap. Baez t. 1 cap. 5. §. 10.) dicens, Principem Sichem attendisse ad accessoria, principalis autem obliti fuisse, siquidem commissum errorẽ confessus non fuerat: per quod Deus insinuare voluit, tantam esse confessionis necessitatem, ut sine illa nec Deus placari, nec peccator veniam impetrare, & consequenter multo minùs salvari possit. *Princeps ille nunquam invenitur confessus fuisse suum facinus, nec se criminis reum appellasse, & ideò nulla alia satisfactione, nec regalibus nuptiis, nec ingenti dote, nec fratrem ito tum sanctu, nec religione susceptæ potuit Deum placare, & se ab ejus ira liberare*; volens per hoc Deus peccatori significare, quod ad cõsequendam æternam salutem quævis alia opera sine confessione *in re vel in voto, in facto, vel in proposito* facta, vana sint. Confirmemus hanc veritatẽ duobus factis scripturæ inter se diversissimis, quorum unum est Patris, alterum Filii.

Rein. de Pis. c. 6. de confess.

Gen. 34.

6. Deus ille qui justus est judex, & nullius creaturæ viventis faciem respiciti Deus, inquã, ille, qui pœnas juxta demerita cujusque dispen-

sat,

ter, justitiæ gladium in duobus præcipuè casibus justè usurpasse non videtur. Adam etenim divinæ voluntati è diametro se opponit, arbitrium suum dæmonis placito subjicit, nec quicquam creatoris sui præceptum prævaricati cuiti: *Tulit mulier de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, & comedit*; Gen. 3. & tamen Deus permittit ut impunitus remaneat, & loco ipsius terræ maledicit: *Maledicta terra in opere tuo*; Cain autem filius ejus habebat, nescio quid contradictionis adversus fratrem suum Abel, à qua cor suum continuo fodicati sentiens, continere se non potuit, quin rabiem, quæ pectus ejus adversus frattem accensum erupit, simul & semel evomeret; ac proinde nodolo fuisse manum suam obarmans, eundem in capite graviter vulnerat, ut innocens terrorsum ipsius in unico suspirio dies suos terminarit. Quid facit Deus? perfidum illum conveniens graviter castigat, acerbam illi maledictionem suam superinducens: *Maledictus eris super terram, cum operatus fueris eã, non dabit tibi fructus suos, vagus & profugus eris super terram.* Gen. 4. Verum, ô Domine, nescio quisnam sit tuus procedendi modus, cum erga patrem nam pietatem, erga filium autem metum exhibes ingotem. Non quidem eo insicias, errorem Cani gravissimum esse, & consequenter suam quandam sibi correspondentem pronam; veruntamen nunquid Adam crimen omnino incomparabiliter majus & enormius? Unde hanc tibi labem inferri, quod passione ducatis, vel Adamum pariter castigato, aut Cainum simul impunitum relinquito. Enimverò, Auditores, Deus qui justus est judex, & errare non potest, tanquam passionatus, vel partialis nequaquam est arguendus: defectus enim à Cano, non verò à Deo nascitur; Cur enim existimatis Deum interrogasse illum ubi frater suus esset: *Ubi est Abel frater tuus*? Utique ut occasionem ei daret, se tanquam culpabilẽ accusandi, suumque delictum confitendi, inquit Tertullianus: *Ut daret ei locum sponte confitendi delictum*: cæcodæmon autem eum mutũ reddidit, ut solum diceret: *Nescio: nunquid custos fratris mei sum ego*? Agedum igitur, ô Cain, scio quod ad impetrandam sceleris veniam necessaria sit erroris confessio, cum igitur tu non cõfitearis, eris maledictus: *Maledictus eris super terram.* Eu lucrum quod tibi comparasti: Adamus autem Dei vocem audiens: *Adam ubi es*, subito confessus est, prius enim ob Deum gravitet offensum erubuit: *Abscondit se Adam à facie Domini*, postea divinam justitiam timuit *Vocem tuam audivi & timui*, tandem verè suũ confessus est peccatũ: *Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi.* Agedum igitur ô Adam, macte sis animo, tua namque confessio te salvat ab alias tibi imminente supplicio: *Eo quod Cain negavit, & Deo abscondit peccatum suum, majorem in se pœnam derivavit; Adam verò quia confessus est, magnum illud à se supplicium depulit.* Ex horum igitur duorum casuum diversitate facilè arguere licet, quanta sit ipsis peccatoribus incumbens necessitas confessionis ad consecutionem salutis. *Ambr. q. 72. vet. testam.*

7. In palatio magni cujusdam principis cum ingenti magnificentia & ferculorum lautitie & multiplicitate, solemnes celebrabantur nuptiæ. Accidit autem, quod homo aliquis temerarius, effrons, & præsumptuosus, humili patentela oriundus, ne quicquam curans se sordide & lacere vestitum incedere, res suas eo perduxerit, ut ad easdem & ipse aditum acceperit; postquam autem mensa omni suo apparatu instructa & præparata, & ferculà in eandem illata fuissent, sordidus hic vir se una cum aliis permiscens, eidem quoque mensæ accumbit, cùm ecce Princeps triclinium, in quo nuptiæ agebantur, ingreditur, tum ut videret convivas suos, tum ut ferculorum numerum & dispositionem consideraret, an scilicet sufficientia & bono ordine collocata essent In medio autem triclinio ab Ephebis aliisq; aulæ ministris circumseptus vultu ridente gaudebat de tam pulchri apparatus, tamq; inclytæ nobilitatis ibidem congregatæ aspectu: mox autem ex improviso vultus ejus turbabatur, & pede terram pulsans, ministros, ut præsto sint advocat, qui tremebundi advolantes comparent, metuentes ne fortè defectus aliquis in ferculis notatus fuisset, Dominus autẽ extensa manu dixit: Ecquis temerarius ille ab altera parte, videte an illa sint vestimenta, quibus aliquis in nuptiis comparere ausit? Quomodo inter tot nobilitate insignes viros, vestibus auro & argento intertextis indutos intromittere se potuit pauper ille mendicus, vestibus quas agasones portare erubescerent accinctus? Tecum loquor, munquid audis effrons & temerarie? quis te ad hasce nuptias introduxit, quomodo huc ingressus es? Suntne hi panni, qui ejusmodi solemnitatem & inclytam societatem condeceant? *Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Matth. 22.

Num forte elinguis es? cur non respondes? aut ob factum tibi verba deficiunt? Ite igitur subitò, ò ministri mei, abigite illum è nuptijs, quibus tanquam omninò indignus non meretur accumbere; Ligate ei manus & pedes, & condemnatum in obscurissimũ caterẽ dettudite: *Projicite eum in tenebras exteriores ligatis manibus & pedibus.* Enimverò non quidem inficior, quin valde indecens fuerit, hunc lacerum & repetiata veste indutum hominem inter tot tam augustè vestitos nobiles & principes accumbere, attamen ex altera quoque parte videtur Regem non debuisse hunc miserum tanta cum severitate & ignominia mulctare, maximè cum eum ore proprio amicum vocet: *Amice quomodo huc intrasti?* quomodo enim in amicum tam diris verbis animadvertere potuit dicendo: *Projicite eum in tenebras exteriores?* Enimverò non est quidem dubium, quin Princeps primitus ob indecentem quo in nuptiis amictus comparuit habitum indignatus & iratus fuerit; at verò quod illum à nuptiis abegerit, & ad tenebras exteriores condemnaverit, idipsum ex hoc (*obmutuit*) primam suam originem traxit; Non enim confessus est commissum à se errorem, atque ideò suppliciis potius quàm nuptiis adjudicari, potius in tenebris quàm in palatio regio commorari debuit: Atque ideò sacer textus ait: *Tunc ait Rex ministris*, id est, *Tunc, quando obmutuit.* Unde Galfridus: *Tunc videlicet, non ubi ille sine nuptiali veste introivit, sed postquam admonitus siluit, interrogatus obmutuit, & noluit confiteri.* Voluit igitur Spiritus S. per hunc casum parabolicum nobis insinuare, quod ex quo sordida peccati veste induti, insuper muti sumus, nostrasq; culpas nõ confitemur, indignos nos reddamus qui nuptiis cælestibus assistamus, hæ enim necessario à nobis prærequiruntur ut loquamur, & errores nostros cõmissos confiteamur.

Galfrid. in Alleg.

8. Verum enim verò, quantum hic ad nuptias se sordidè vestitum ingerendo impudens fuit, tantum latro in cruce de sua prudentia & sagacitate commendatus. Nescio an aliquando observaveritis combinationem illam verborum Dismæ loquentis in cruce. Nam ad latronem reprobum conversus, inprimis eum de suo imprudenti modo loquendi reprehendens ait: *Nos quidem digna factis recepimus, hic autem quid malifecit?* quasi diceret. Nos qui scelerati peccatores sumus, & ego quidem præ cæteris omnibus, per tot latrocinia, furta, homicidia, à nobis patrata, mille mortes promeritissumus, ac proinde hocce supplicium nihil est respectu illius, quod mihi & tibi debetur. Postea verò ad Dominum conversus, Paradisum ab eodem postulavit dicens: *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Potrò hæc verba prima facie considerantì, haud immeritò videri possent, latronem hunc valde parum sapuisse; Ex duobus namque negotiis semper illud prius aggrediendũ est, quod majoris est momenti; ac proinde existimarem, quod magis & potius urgere debuisset acquisitionẽ Paradisi, quàm sui confodalis reprehensionem; prius tractandum fuisset cum Christo pro impetrando regno cœlesti, ex quo tempus ei adhuc suppetebat, & rei ipsius ingens momentum id meretabatur; postea verò curandum erat ut socius emendaretur; Prius igitur Christo dicere debuisset: *Domine memento mei*, & postea; *Nos quidem digna factis recepimus.* Veruntamen dicendum est, latronem hunc congruentissimo ordine & modo fuisse locutum; sciebat enim peroptimè confessionem ad cœlum obtinendum medium esse præneccssarium, ac proinde prius sollicitus est pro peccatis suis ritè confitendis, & postea supplicat pro impetrando Paradiso, quem & confestim sine repulsa obtinet: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* Audite Chrysostomum: *Non est ausus dicere: Memento mei, nisi confessione peccati sarcinam remisisset.* Nolo hoc loco præterire, quod in hanc etiam rem sanctus Eulogius scribit, dicens: *Qualibus inter ipsa mortis dispendia miraculis coruscavit qui* (ut ita dixerim) *totius vitæ suæ metam latrocinio, rapinis, prædisque exegit? Et tamen sub unius confessione momenti tanto scelere non tantum eruitur, verum etiam dignus comitatu Redemptoris primus paradisi possessor habetur, dicente Domino: Hodie mecum eris in paradiso;* id quod nõ fuisset cõsecutus, nisi suos fuisset commissos errores confessus, siquidẽ ad salutẽ allequendã necessario præcedere debet confessio.

Luc. 23.

9. Ettamen non desunt rationes ad minus apparentes, quibus nonnemo contrarium eorũ quæ de cõfessionis necessitate diximus, demõstrare posset; Primo etenim loco adduci posset nonnullorum opinio, qui dicunt quod unicus contritionis actus ad peccatum delendum, & consequenter ad consequendam salutem sufficiat, ad quid igitur opus erit confessione iterẽ consequenter eam superfluam esse dicendam videtur. Addi quoque posset doctrina sancti

Augu-

Augustin. ap. Bart. de Pisis cap. 6. de confess. dicentis: *Quod ubi peccatum nascitur, ibi debet mori, sed nascitur in corde per consensum & delectationem, ergo debet mori in corde per contritionem.* Unde consequenter deducitur, quod mediante unica perfecta contritione infallibiliter salvari possimus. Præterea apud omnes certum est, quodomne contrarium removeatur & dissipetur per suum contrarium, peccato autem non est contraria confessio, sed gratia Dei; atque ideo Maria Magdalena sine peccatorum suorum confessione, in virtute gratiæ divinæ culparum suarum consecuta est absolutionem: *Remittuntur tibi peccata tua Lachrymas lego, confessionem non lego*, inquit S. Ambr. Verumenim verò eheu quantum decipitur, quisquis huic opinioni adhærescere molitur! Non est quidem dubium, quin contritio virtutem habeat peccata delendi, illa tamen contritio includere debet, & de facto includit, si est vera contritio, propositum confitendi quamprimũ tempus & occasio idipsum faciendi, sese præsentabit. Neque S. Augustinus per suam doctrinã huic veritati contradicit. Non tamen per hoc negare intendo, quod peccatum oppositũ sit gratiæ, sed hoc tantùm inficiabile esse assero, quod, ut peccatum ab anima tollatur, & gratia eidem infundatur necessium sit, ut servetur modus à Christo Domino institutus, id est, instituatur confessio. Unde Doctor Ang. D. Th. in 4. sent. d. 17. q. 3. a. 1. nos docet, quod *Ad gratiæ infusionem consequendã animata sunt gratiæ Sacramenta, ante quorum susceptionẽ vel actu, vel proposito aliquis gratiã non consequitur.* Cæterũ quod ad Matiã Magdalenam attinet, an illa confessa fuerit, an verò non, quia id ab Evangelistis non exprimitur, ideò illud nec absolutè affirmare, nec pertinaciter negare possumus, & ratio est, juxta doctrinam S. Th. *Multa enim facta sunt, quæ non sunt scripta.* Et tametsi etiam hæc sancta pœnitens confessa non fuisset, id tamen confessionis necessitati ne quicquam præjudicaret. Quia *Christus habet potestatẽ excellentiæ in Sacramentis, unde sine his, quæ ad Sacramentum pertinent, potuit rem Sacramenti conferre.* Nec est, quod quis mihi objiciat, dicendo confessionem ab homine institutam, atque ab Apostolo Jacobo restituatam esse: *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Ac proinde ad minus Papam dispensare posse, ut quis salvetur, & tamen confessus non fuerit. Unde sequeretur ipsam minimè necessariam esse? Respondeo enim cum sancto Thoma ubi supra: Confessionem à Christo institutam, à sancto Jacobo autem promulgatam esse: Et ex patritate confessionis cum baptismo probatur indispensabilitas confessionis; quia sicut Papa non potest dispensare, ut quis sine baptismo *in effectu, vel in affectu* salvetur; ita quoque dispensare non potest, ut quis salvetur sine confessione. Terminemus igitur hoc punctum cum S. Ambrosio (lib. de parad) dicente: *Non potest à peccato justificari quisquam, nisi ante fuerit confessus.*

10. Portò si necessitas confessionis vos ad eam instituendam urgere non potest, ad minus peccata vestra confiteamini ob ingentem utilitatem, quæ in quemvis debitis cum circumstantiis ritè confessum abundat. S. Pater Augustinus tom. 10. homilia 41. hoc confessionis verbum, *peccavi*, in bilancem statuit, & illius tres Sylabas ex quibus ly *Peccavi* componitur, cum attentione ponderans, easdem magni apud Deum valoris esse dicit. Hæc ejus sunt verba: *Tantum valent tres syllabæ, tres Syllabæ sunt peccavi, sed in hu tribus syllabis flamma sacrificii coram Domino ascendit in cœlum.* Necessarium tamen est, ut peccator illas bene expendere norit, si illas sibi utiles esse velit. Syllabæ hæ virtutem habent transformandi peccatores in sanctos, verbum *peccavi* sufficiens est ad eripiendam animam è manibus dæmonis, & efficiendum ut eadem Dei filia efficiatur: Confessio etenim origo est plurium bonorum, quam peccatum mala causare possit: Hæc enim à sancto Ambrosio omnium errorum nostrorum remedium vocatur: *Errorũ medicina confessio est.* A sancto Gregorio vox sonora dicitur, quæ penetrat cælos, & ad aures usque Dei pertingit: *Vox valida apud aures Dei firma confessio est.* A sancto Chrysostomo appellatur balneum, in quo omnes infirmitates nostræ curantur: *Confessio est balneum, quo peccati sordes abluuntur.* A sancto Ambrosio nominatur pretium nostræ Redemptionis, quod nos in æternitate gloriæ immortales vivere facit: *Pretium redemptionis, & immortalitatis.* A sancto Vincentio Ferrerio gradus & scala esse dicitur, per quam in cœlum conscendere feliciter possumus: *Confessio sacramentalis est gradus quidam, per quam ascendimus in cœlum.* A sancto Bernardino Senensi intitulatur tribunal misericordiæ superius existens tribunali

Franse. Mende. nali justitiæ : *Quid est confessio, nisi curia misericordiæ super curiam justitiæ Dei* : Ab aliis dicitur *Civitas refugii*, in qua contumaces à divinâ vindictâ assecurantur : *Civitas refugii*. Has igitur & millenas alias confessionis proprietates à sactis Scriptoribus relatas bene considerate, ac tum demum prudentiæ vestræ confidendum relinquam, an & quantum confessio sit utilis. Nolo hic præterire, quod ingeniosus Poeta quidam scribit.

Ludov. Cruc. in prol. prodigi Tragicom.

Quicunque dira labe peccati tumet,
Sentitque morbi luridi impotentiam,
Animum dolore purget ægrotus, suas
Maculas fatendo, justus hoc posci Deus.
Medicinæ sceleri nulla curando potest
Excogitari major; ex animo trahit
Omne hoc venenum; nec lacessitum sinit
Punire diro fulmine nocentes Deum.

11. In Tribunali divinæ justitiæ puniuntur peccatores per sententiam mortis : *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur*. Condemnandi deinceps ad pœnas æternales : peccatore autem ad tribunal confessionis appellante revocantur determinationes divinæ justitiæ, & absolvitur omninò quoad culpā, pœna autem transmutatur ex æterna in temporalem. *Si quis conspicit se gravari in curia justitiæ Dei* (inquit S. Bernardinus Senensis) *secure appellare potest ad curiam confessionis, & necesse habet justitia huic appellationi cedere patienter*. Et paulo infra subjungit: *Absolvitur enim reus quasi latro à quo auferetur funis de collo, qui ad suspendium paratus erat*.

Exech. 18. *Bern. Senens. s. 2. ser. 27. c. 2*

12. Audi peccator unum ex melioribus consiliis quæ unquam tibi dare poterit David Propheta regius, & sufficiat tibi regium consilium esse. Dicit ergo : *Revela Domine viam tuam, spera in eum, & ipse faciet*. Hugo Cardinalis hujus regiæ coronæ cogitationes ita exponit : (Revela in confessione, vel per confessionem, (ut interpretatur sanctus Athanasius ; Et postea subjungit Hugo) Domino, id est, vicario ejus, scilicet sacerdoti, unde sacerdos non scit peccatum confitentis in quantum homo est, sed in quantum est loco Dei) Unde expresse habemus, quod David peccatori confessionem suaserit. Verum, ô mi Propheta, vereor, ne pauci futuri sint, qui hoc tuum consilium sint amplexuri : valde enim difficile esse videtur, quod peccata illa secreta, quæ solus aer patrati vidit, quæq; nemo scit quàm solus Deus, peccator alteri confiteri debeat. Quod si tamen aliqua inde in peccatore resultaret utilitas, difficultas hæc forsitan nonnihil tolerabilius supportaretur. Audi igitur ô Christiane, quisquis hæc cogitas, inquit David: *Spera in eo; quod scilicet det tibi justificandi possibilitatem, & quod misereatur tui, veniam tribuens peccatorum*, inquit Hugo ; quasi tibi dicere veller : Huc adsis peccator, offendistine Deum ? reus igitur es pœnæ æternæ. Si tamen confiteatis, Deus placabitur, & omnia adæquabuntur. Nil hoc tibi modicum esse videtur? Siste, nam Propheta hoc unico contentus non est, sed insuper adjungit: *Et ipse faciet*. Quid faciet? *non dicit quid faciet*, non hoc exprimit. Scis causam quare illud non exprimat ? ut largum habeas campum à Deo petendi, quidquid tibi placet. Vide ergo quid velis, aut quare vel maxime indigeas, eamque à Deo post confessionem postula: *Et ipse faciet illud quod desiderat*. O Deus! Qui peccatorem juxta demerita sua castigare debebat, ob respectum confessionis eidem peccator chartam albam consignat, seque promptissimum offert ad implendum omne id quod postularit : *Spera in eo, & non in alio* (inquit Athanasius ubi supra,) *& ipse sine dubio faciet illud quod desideras*.

13. *Et ipse faciet*. Descendamus obsecro ad aliqua specialiora, & videamus in specie, quidnam Deus in beneficium peccatorum confitentium peccata sua facturus sit, aut facere notit. Portò S. Patriarcha Jacob in decrepita senectute sua gravi quadam infirmitate oppressus, indeque se moriturum existimans, omnes ad se accersiri fecit filios suos, cumq; omnes præsentes adessent, singulis seorsim, quemnā vitæ sua habituri essent exitum, clarè & distinctè prædixit: Judæ autem specialiter majoratum & supereminentiam super cunctos fratres suos est vaticinatus, dicens: *Juda* tu præ cunctis fratribus tuis fortunatior existis, omnes etenim te pleno ore laudabunt, magnique favoris loco reputabit, quisquis te revereri & adorare libeté poterit, nullus arbitrii tui nutibus contradicere præsumet, sed promptā semper in omnibus experieris à cunctis obedientiam: *Juda te laudabunt fratres tui, adorabunt te filii patris tui. Non auferetur sceptrum de Juda & dux de femore ejus, &c.* (Genes. 49. Enimverò causam hoc loco desiderarem audire, cur regia hæc dignitas Judæ data fuerit, qui quartogenitus erat, ut in-

quit

Quis Isidorus Peleusiota, & ex Scriptura sacra etiam clarè deducitur? videtur mihi bonum hunc senem bonum ad illam regiam dignitatem dispensandam moveri debuisse vel per justitiã, vel per affectum; si per justitiam, jam Rubeno debebatur, utpote qui primogenitus erat; si verò amore ad hoc ducebatur, debebatur Josepho, aut certè Benjamino, utpote quos velut duas oculorum suorũ pupillas tenerrimè diligebat. Revera autem dignitas hæc sepositа omni passione magis debebatur Ruben, utpote primogenito, quam cuivis alteri. Forte illum hac dignitate indignum esse judicavit, quia *ascendit cubile patris sui, & maculavit stratum ejus*? Verum licet hæc fuisset causa, cur Ruben hac dignitate ceciderit, attamen in hoc casu regiæ hujus dignitatis investituram dare debuisset Simeoni secundogenito, & non Judæ, qui non minus se ea dignitate indignum reddidit, ob ea quæ acciderunt inter ipsum, & nurum suam Thamar, adeò ut nullam invenire possim, quæ ipsorum Judæ militer, rationem. Subitam emptovisò hujus difficultatis rationem dare non possum, ac proindè velim permittatis mihi, ut super hac re nonnihil deliberem, interea verbulum quandam attendite scripturæ difficultatem.

14. Filius Dei in littore maris erat, quando hujusmodi in navi piscibus onusta hilares è mari illuc revertebantur ad terram. Videt Petrum, eumque vocat, atque ad piscaturam hominum specialiter elegit: *Eris homines capiens.* Dicete hic nonnemo curiosulus posset, cur ô Domine Petrum ad hanc dignitatem vocas, non verò Andream, Jacobum, & Joannem? Scio quidem quod omnibus hisce hoc munus deputaverit, nihilominus in hoc præsenti casu omnibus se partialem erga sanctum Petrum demonstrat, dum eum solum ad hoc munus præ cæteris evocat. Et quidem ad quodnam piscationis genus eum vocatum esse existimatis? Sanctus Pater Augustinus dicit: *Idcò hoc peculiariter dicitur Petro, quia peculiaris promittebatur, piscatis, quia piscaturus erat homines reti Evangelico: tanquam supremus piscator, ac rector totius novæ Ecclesiæ.* O quanta est hæc Petri fortuna, nimirum vocatum esse ad regimen navis totius sanctæ Ecclesiæ, & electum ut tanquam caput piscatorum Apostolicorum Evangelicum rete dirigat: Sed quodnam ad hanc prærogativam adipiscendã habet præ cæteris excellentius meritum? Quo titulo omnibus aliis est præferendus? Etenim res hæc maturam considerationem meretur: Sanctus Antonius de Padua causam attribuit confessioni, quam Petrus de peccatis suis fecit, quando dixit: *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Itane Petre? Adsis igitur, quia confessio hæc remunerationem meretur. *Dixit ad Simonem: Ex hoc eris jam homines capiens,* quasi diceret: Volo ut hæc tua confessio ad summam sanctæ Ecclesiæ dignitatem te evehat: [hoc specialiter ad ipsum Petrum pertinet: Ex hoc quia fuisti humilis (quæ est una earum conditionum quæ ad confessionem desiderantur) vitæ tuæ maculas erubescens, confessionem verecundia non reprimens, sed potius detecto vulnere remedium quærens, eris homines capiens,) inquit sanctus Antonius supra citatus. Exinde quoque causam intelligitis, cur Patriarcha Jacob motus fuerit ad augurandam Judæ potius principatus dignitatem, quam Rubeno, licet hic primogenitus esset, & ambo quasi ejusdem peccati reatu essent maculati. Legite caput trigesimum octavum sacræ Geneseos, ibi namque invenietis, quod Judas commissum errorem fateatur, quando dicit: *Justior me est, quia non tradidi eum Sela filio meo.* Unde sanctus Senecio dicere videtur: Quia confessus est Judas suum peccatum, detur ei & toti tribui suæ sive progenei ex ea descendenti dignitas & magnificentia regia, seu principatus. Idem ex doctrina Isidori Peleusiotæ ubi supra deducitur dicentis: (At verò Judas, qui quartus erat, propter integrum judicium ad rectam sententiam, regiam dignitatem obtinuit. Quoniã enim plerique delicta sua occultant eos alios condemnant, eamque quæ stuprum admisisse videbatur supplicio & cruciatu liberavit: ob eam causam haud injuria regiam dignitatem est assecutus.) His adde quod Judas, ut interpretatur Sanctus Hieronymus, idem sit quod *Confessio.* Judas igitur præ aliis fratribus magnificati meruit, quia nomini, quo insignitus erat, ipsis quoque operibus correspondit: *Qui autem sua peccata confitetur, immortales laudes meretur,* scribit quidam Modernus.

15. Deus Optimus Maximus fastum & superbiam Nabuchodonosoris deprimere volens, ut ei liquidè demonstraret potentiam humanam respectu suæ omnipotentiæ esse velu-

D. Ant. Olyss. fer. Dom. 5. post Trin.

Gen. 38.

Francisc. Mend. l. Reg. c. 7. n. 6. sect. 1. num. 19.

ei frondem quandam à vento infestatam, inprimis ipsum regno exui procurat, vult enim, ut omnem apud subditos perdat respectum, & contemptui habeatur, ac tandem ut regiam suam deserens veluti bestia quædam sylvarum incolatum petat, ibique instar bovis gulam suam fœno expleat, ut lucem solis hominumque aspectum abhorrens in subterraneos se specus abdat, aut in sylvis nocte dieque cœlorum inclementiæ, nivium & frigorum rigoribus, solisque ardoribus expositus sit, ad minimum frondis motum vel auræ sibilum, vel leporis saltum, vel torrentis murmurantis rumuseulum, imò ad propriæ umbræ respectum tanto cor ejus concutiatur terrore, ut sub dumeta & spineta sese defendendum abscondat. Portò temporis lapsu natura ei ad membrorum corporis custodiam hirsuti pili vestem procuravit, qua ursо non absimilis videbatur, forte ne conditioni suæ bestiali pellis quoque bestiæ similis non deesset: ungues adeò excreverant, ut aduncis ancipitris unguibus haud esset absimilis, pedibus manibusque per terram serpens ambulabat, feræ truculentissimæ in eadem secum specu commorabantur iisdem secum speciei esse credentes, prouti extrinsecus esse videbatur. O te miserum Nabuchodonosorem! Tu qui antea Regum omnium fœlicissimus eras, nunc factus es omnium bestiarum miserabiliot: *Ex hominibus abjectus est, & fœnum ut bos comedit, & rore cœli corpus ejus infusum est, donec capilli ejus in similitudinem aquilarum crescerent, & ungues ejus quasi avium.* Danielis quarto. Verumenim verò Deus ille qui nobis culpas deserentibus suspendit supplicia, eum è sylvis revocavit ad regnum, è speluncis ad palatium, ex humilitate brutorum, ad regales splendores: ex conversatione ferarum ad familiaritatem Principum, à nudâ humo & cœli asperitatibus ad sedendum in Thronis, & jacendum in lectis eburneis: Ne jam deinceps infestaretur à ventis, sed naturæ blandimentis leniretur: nec hirsuta pelle tegeretur, sed vestiretur aurea, argenteaque chlamyde & candidâ byssо: non pasceretur herbis & fœno, sed pretiosissimis epulis nutriretur: non agitaretur instar bestiæ, sed regiis obsequiis afficeretur, imò ipsomet teste majorem postea recuperaret magnificentiam, quam unquam hactenus gavisus fuisset: *Magnificentia amplior addita est mihi.* Verumenim verò qua ratione fieri potest, ut Deus reconcilietur alicui, qui ipsissima mundi superbia esse videtur? Quomodo damna ei illata resarciet? quibus adhibitis mediis commoda, divitias, & magnificentias ei adaugebit? Respondet sanctus Cyrillus Alexandrinus catecheſi secunda de pœnitentia. *Nabuchodonosor tantis obnoxius sceleribus peccata cum primum confessus est, peccata remisit Deus, regnumque restituit.* Pro epilogo igitur & compendio omnium bonorum, quorum confessio veluti benigna Mater est, & Genitrix, cum sancto Isidoro Hispalensi libro secundo de summo bono, capite decimo tertio, dicere sufficiat: quod vix peccator confiteri cœpit, cum ecce subito justificatus evadit: (Ex eo unusquisque justus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit;) Et ratio est secundum Eugerium Lugdunensem: *Quia velox confessio, velox medicina.*

16. O quantum gustum, consolationem & gaudium Deus noster ex iis, quas nos de peccatis nostris instituimus confessionibus sentit! Loquantur hac de re pro me sacræ Scripturæ diversa loca. Portò Joannis decimo tertio legitur, quod cum Filius Dei in cœnaculo cum Discipulis suis mensæ accumberet, cum ad Judam conversus ei diceret, ut conceptam & decretam à se in corde suo sui traditionem accelleraret, nec in ea exequenda tardaret amplius: *Quod facis, fac citius.* Etenim verba hæc à Sanctis Patribus, aliisque expositoribus variis modis exponuntur. Sanctus Joannes Chrysostomus ibidem homilia septuagesima prima dicit: *Fac citius, non imperantis est, nec consulentis, sed exprobrantis, & provocantis ad emendationem, sed cum esset inemendabilis, dimisit eum.* Dionysius Carthusianus ait: *Hoc Christus dicit non exhortando, consulendo, vel imperando, sed permittendo, & pronunciando.* Sanctus Pater Augustinus ibidem in catech. Divi Thomæ ita explicat: *Non præcepit faciuus, sed prædixit, non tamin perniciem perfidi saviendo, quam ad salutem fidelium festinando* Sanctus Ambrosius libro secundo de Cain & Abel capite quarto ait: *Ejicitur & concluditur, eo quod jam cum Domino Iesu esse non posset; qui coperat esse cum diabolo.* Hisce adjungi possent plures aliæ rationes, quas tamen ob temporis brevitatem pertranseo; unam tamen propositio meo conventientiorem adducam in medium, postquam prius aliam quandam de eodem, Apostata potius dixerim, quam Apostolo, vobis proposuero. Ingredi-

Ibid.

tur

trahitur hic temeratius proditor cum militum
armatâ turbâ in hortum Gethsemani, ubi A-
postata suum erat magistrum traditurus, no
ctis se tenebris obambulando ingerit, quasi
lux exhorresceret sustinere manum scelus adeò
execrabile patrantem. Obviam pientissimo
Redemptori procedit, sacrum ejus collum bra
chiis circumstringit, immundisque & excom-
municatis labiis suis eum osculatur & tradit;
hoc namque signum antea ministris dederat,
dicens: *Quemcunque osculatus fuero, ipse est,*
tenete eum. Dominus autem videns discipu-
lum suum uno eodemque tempore ore suo
mel & toxicum, pacem & bellum, oscula &
perfidiam deferentem: dixit ei: *Iuda osculo fi-*
lium hominis tradis? hoc est, amoris pignore vul-
nus infers, & charitatis officio sanguinem fun-
das? Et pacis instrumento mortem irrogas? in-
quit sanctus Ambrosius in capite vigesimo se-
cundo. Enimverò sanctus Cyrillus Jerosoly-
mitanus pulchram quandam circa hunc locum
movet difficultatem, nimirum, cur Christus
Judam proprio nomine vocitare voluerit: No
tum liquidem est, Deum peccatorum nomina
abominari, ità ut nominare dedignetur. Un-
de de muliere illa peccatrice veluti ignota dici-
tur: *Ecce mulier.* De divite Epulone dam-
natus: *Homo quidam erat dives*; & sic de plu-
ribus aliis. Num autem in universâ terrâ ho-
minum quis Juda perversior & sceleratior inve-
niri potuerat? Sufficit dicere quod fuerit tra-
ditor: Siquidem traditionis sceleri omnia a-
lia, quæ imaginari possumus, crimina af
fectatur: viderunt igitur quod illa sanctissi-
ma, purissima, & mundissima Christi labia
nomen hominis alicujus adeò perversi, & ex
libro vitæ deleti proferre minimè debuerint.
At verò alia erat mens Salvatoris: Videtur
enim Salvator dicere voluisse, ô infidelis tra-
ditor, grave quidem est, quod committis pec-
catum, verumtamen nominis tui quo Judas vo-
caris, quod idem significat, quod confessio, me-
mor esto, eique opere ipso correspondeto, con-
fitendo & agnoscendo enorme peccatum tu-
um, quod si feceris, securum te esse jubeo,
quod quanta est quam mihi per mei traditio-
nem irrogas injuria, tantum quoque mihi erro-
rem tuum confitendo conciliabis gaudium:
tuus etenim confessio, insigne erit omnium do-
lorum meorum sublevamen & remedium le-
nitivum. Sanctus Cyrillus Hierosolymitanus
catech. secunda etiam hanc affirmat fuisse
Christi intentionem dum ait: *Ferme hoc ad ip-*
sum dicit admonens eum per nominis appellatio-
nem (Iudas enim vocatur confessio) ac si diceret:
Intellige: accepisti argentum, confitere cito. Hinc
est quod qui Christus prævidebat, quod Ju-
das cupiam suum agnituros esset dicendo: *Pec-* Matt. 27.
cavi, tradens sanguinem justum, ideo cum quæ-
vis hora ei mille anni esse videretur, donec Ju-
dam hoc peccatum dolenter proferentem au-
diret, è quo, velut apis quædam Paradisi, haud
secus ac ex flore amaro inæstimabilis conso-
lationis dulcedinem libare posset; Judam in
cœnaculo hisce est verbis allocutus: *Quod fa-*
cis, fac citius Quod si enim Mater Neronis di-
cebat: *Occidat, modo imperet*, quasi dicat: Pec
me filio meo licet, ut me occidat, dummodo
ipse in Imperatorem evadat: mirum non est,
quod Filius Dei ex longe pientiori motivo, &
sanctiori intentione simile quid Judæ dixerit,
dum ait: *Quod facis, fac citius*, quasi dicere Col. Rod.
vellet, Tametsi propositum Judæ impedire l. 3. c. 5. f.
possim, ne quicquam contra me prævaleat, 77.
attamen huic meo discipulo libenter permitto
ut turpi proditione sua me occidat, dummo-
do postea scelus à se commissum tirè confitea-
tur: *Confitere cito.* Verum dicat mihi hic
forte nonnemo, Confessionem Judæ non
fuisse validam; quod eidem haud gravate
concedo, certum etenim est non fuisse va-
lidam; sed audite quid inde ad propositi mei
argumenti confirmationem subinferam; quod
si hæc mutilata, informis & inconcinna Ju-
dæ confessio Christo aliquod conciliatura
erat gaudium & satisfactionem; quem in-
de Christus habiturus non fuisset gustum &
consolationem, si valida, & secundùm om-
nes ad confessionem bonam requisitas cir-
cumstantias integra & legitima fuisset? vos
idipsum prudenti vestro arbitrio conjicite,
ego interea ut ad id vos capaciores efficiam,
ad id servientes adaptabo scripturæ locos.

17. Filius prodigus in calamitosissimum sta-
tum redactus erat, extenuatus in omnibus cor-
poris membris, in vultu pallidus & macilen-
tus, & ob perpessos labores toto corpore rigi-
dus, denique ob famem, qua vehementer affli-
ctus fuerat, velut quædam ex ossibus, pelle, vel
cute obductis constans catastrophe. Sub me-
ridiem infra quercum reclinatur, porcis glan-
dibus se pascentibus invidebat. Vix è scrutis

atri-

attritisque & laceris vestibus tantum ei suppetebat, quod nuditati suæ obtegendæ sufficere potuisset. Quaque versum circumspiciebat, dumque se ipsissima videret mendicitate pauperiorem, libenter ad mitigandum cordis dolorem ploraſſet, verùm dolor hic adeò vehemens erat, ut pectus occupans omnem lachrymis aditum obturaverit, quo minus eo usque pertingere possent, ut sese per oculos in genas usque effunderent. Millies ei in mentem venit cogitatio de repetenda domo paterna, ea spe ducto, quod in ea saltem ad munus mercenarii obeundum foret admittendus, verumtamen debilitas ex multis involuntariis jejuniis & inediis sibi conciliata reditum desperare cogebat: *Cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant.* Luc. 15. O infelix homo! Potestne quid amplius de eo dici? poteritne calamitas aliqua major de alio quopiam auditi aut recenseri? Tandem scipionis sui sulcro, cui innitebatur confisus, omninò pro repetenda paterna domo extrema attentare decrevit: *Vadam ad Patrem meum*; ac paulatim post multas itineris molestias suum est propositum executus; mox autem ut post millenas fatigationes, aliasque miserias, nativam patris domum ingressus fuit, quantumvis ex nimia perpessa inedia miro modo in vultu esset transformatus, attamen à patre suo agnitus fuit, qui ex conservata in se ea, quæ patris est propria, pietate motus obviam, ei excurrit, filiumque pedibus suis advolutum videns, amplexibus stringit, demulcet osculis planè paternis: *Cecidit super collum ejus, & osculatus est eum*: Sanctus Petrus Chrysologus & Dionysius Carthusianus ibidem articulo trigesimo octavo volunt filium prodigum hoc patris sui osculum labiis suis accepisse impressum. *Osculatur os filii*, idemque os Chrysostomi aureum confirmat. Ehem quid facis ô pater? Tune oscularis labia illa immunda & lurida quæ adhuc ex sensualitate & libidine ejus fœrent; ori illi os tuum applicas, quod melioris conditionis non erat, quàm porcorum; siquidem alio non pascebatur cibo, quàm glandibus & siliquis? Cur non potius frontem aut genas ejus diffuaviaris? Patres supracitati nullam ejus aliam rationem adfetunt, nisi quod os illud osculatus fuerit, unde verbum illud (peccavi) emanaverat, de quo dicit sanctus Ambrosius: *Hac est prima confessio apud authorem naturæ. Etsi Deus novit omnia, vocem tamen tuæ confessionis expetat, ore enim confessio fit ad salutem.* D. Amb. lib. 7. Quasi sanctus hic Pater diceret: Os illud è quo egressa est talis confessio, millena meretur oscula: *Osculatus est eum.* Benedicta igitur estote ô labia, vos etenim rosæ estis, quæ sanctitatis odorem spiratis. Os confitens est consolationum, quibus Deus afficitur, oriens: *Peccavi in cœlum & coram te*, quid ad majorem Dei consolationem efficacius esse poterat? *Peccavi*; breve quidem est hoc verbum, illud ipsum est nostræ salutis unica origo. *Osculatur os filii, per quod missa de corde confessio pœnitentis exaras, quam pater lætus excepit.* Huic gaudio etenim fidem abunde facit vestis, annulus, calceamenta, convivii, & musicæ magnifici apparatus, festiva totius domus paternæ gaudia: *Ingenuo illum induens vestimento, in manu ejus annulum imponens, diem festum agens, magnificumque ac splendidum convivium celebrans*, inquit Gregorius Nyssenus (in eos qui alios judicant.) Quod Poeta quidam considerans, peccatoribus confessionem efficaciter persuadere est conatus, posito eis ob oculos egregio filii prodigi exemplo, Ita enim canit:

O mortales reserate sinum
Vera fatendo: prodite culpas.
Rector Olympi
Nescit in iras surgere, quando
Animosa pio lingua revelat
Crimina sensu tecta fatendo.

Quisnam hominum id unquam credere posset? Omnia etenim peccata, quæ peccator ad sacerdotis pedes prostratus confitetur, in totidem Deo decantatas laudes transmutantur. Omnes quæ in Deum committuntur offensæ, omnes maledicentiæ & blasphemiæ, postquam in confessione cum dolore exprimuntur, sunt panegytici, id est, tantam Deo complacentiam adferunt, ac si eum totidem sacrificiis glorificaremus, haud secus, ac si quodvis peccatum confessum quædam esset Deo oblata, eique supra omnem modum grata & accepta victima. Audite quid David peccatori dicat: *Immola Deo sacrificium laudis*; Hebræus legit: *Sacrificium confessionis.* Quia confessio nil est aliud, quam vera laus quædam. Unde sicut ex contemptu displicentia nascitur; ita ex laude Deo consolatio conciliatur. *Nostra enim confessio est laus divina, quasi semper hæc duo laudatio divina & humana confessio conjungantur.* Franciscus Mendoza tom. 2. in primum Regum sexto, n. 5. 18. Tan-

18. Tandem primam hanc partem quadam valde ingeniosa Eusebii Emisseni & Sancti Joannis Chrysosto, ponderatione terminemus. Etenim cum Unigenitus Dei Filius in horto Gethsemani magno dolorum exercitu circumderetur, & angustiatus consisteret, mœsti ejus obversabantur omnia, quæ in universa passione sua ei eventura erant, omnes namque culpas nostras adversum se armatas videbat, videbat Judam cum militibus paulatim appropinquantem, Patrem suum æternum adversus peccatores iratum, viscera sua ab intensa quadam æquitate penetrari sentiebat, jamque sanguis è fronte in pectus guttatim indeficienter decidens cor suum à mortis nuntiis angustiatum esse demonstrabat; adeò ut Pater æternus ei compatiens, Angelum quendam ad eum misericordiæ misit qui ejus amaritudines nonnihil indulceraret, eumque consolando & confortando: *Apparuit illi Angelus de cœlo confortans eum.* Porrò hanc Scripturam sortim ad partem relinquamus, & eorum interea in Calvariæ montem, si ita libet, comitemur. Certum itaque est, quod dolores, quidam in aspero Crucis ligno suspensus hæsit, perpessus est prorsus incredibiles fuerint, siquidem è flagellis confracta & consecta erant omnia corporis membra, caput spinis perforatum, transfixi pedes, perfossæ manus, moriebatur nimia sitis vehementia, blasphemabatur turba, à Matre præ dolore compassionis vehementè affligebatur, os ejus amaritudine incredibili imbutum erat, ex felle & aceto inter se commixtis, derelictus erat à suis, & contemptus ab omnibus; uno verbo, dolores ejus tanti erant, tanque vehementer intensi, ut dicere sufficiat, quid qui eos prævidit Propheta, eosdem iuferat doloribus comparaverit: *Dolores inferni circumdederunt me.* Inter tot autem tantaque martyria, à Patre expetit auxilium, quo aliquam in consolationem indulgendo subveniat: *Eloi* Matt. 27. *Eli Lamasabatthani, quod est interpretatum Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Nec tamen expetitur æternum Patrem aliqua ergà ipsum compassione commotum, aliquod ei submittere consolationis subsidium. Conferamus hasce duas Scripturas ad se invicem, videamus quantum inter se dissideant, & unde hoc proveniat. In horto Gethsemani dolores Christi adeò excessivi non erant, ac proinde nullum quoque à Patre suo refrigerium popposcit, & tamen æternus Pater consolationis causa Angelum ad eum misit: In Cruce autem angustiæ mortis incomparaliter majores erant, quam in horto; supplicat etiam pro inde Patri, ut vel stillam aliquam cœlestis consolationis ad eum mittat, & nihil penitus obtinet. Unde tanta oritur adversitas? Num forte Filii sui Pater oblitus est? Aut qui fit, quod in horto adeò seseliberalem, pium atque benignum, in Cruce verò adeò parcum, durum & omnis paternæ pietatis oblitum exhibuerit? Ut ad hanc disparitatem melius intelligendam capaces vos reddam, aliquam in medium adducam similitudinem: vos illam attentè velim auscultetis.

19. Quando Hybernis rigoribus recedentibus, jucundissimum & ridens ver floribus redimitum super herbosis amœni Aprilis tapetibus seu peristromatis pedem suum figit, jamque de aurea aurora claritatem matutinæ diluculi cum cæruleo cæli colore commiscens, diei natalem in actis tela delineat, solitudo inter densæ cujusdam fagi virentia folia sedentis nobilissimæ Luscinïæ cantu exultabunda perfruitur, dum enim in sepe quadam spinis floribusque implexa & intexta actualiter Luscinia mater parturit, ejusdem chara sodalis ad temperandas sociæ angustias atque dolores in suavissimas cantillationes prorumpere incipit. Et quidem primos garritus graviter submurmurando orditur, postea verò harmoniæ texturam filo cantus elegantissimè prosequitur. Etenim fauces illi scalæ loco deserviunt, per quam vox gradatim lubrico quasi pede descendens mox libero iterum gressu agilis sublevatur in altum. Quasi quidam nemorum Orpheus, & sylvarum suavis Amphion habet pro lyra pectusculum suum, pro chordis gutturculum, pro plectro linguam, hisque instrumentis musicis vocem suam mille modis peregrino prorsus stylo distinguit, hanc nunc in planum edit, mox vertit & revertit, volvit & revolvit, demittit & elevat, exprimit se verè, & sensim reprimit, idque tanto cum artificio, ut ad dulcis melodiæ suæ donum venti & auræ obdormiscere & quiescere videantur. Ab affectibus quos exprimit, haud immeritò censere quis posset suavissimam Lusciniam inter purificatum & argento quovis magis sonorum guttur suum habere, & insonare citharam, testudinem, organum, chelyn, & fistulam: quisquis nobilem hanc garrulam cantillantem inaudit, eam vocem quandam credit esse penatam, vel sonum volantem, vel quendam plumis amictum excellentissimum musicum, qui tandem amabili suo loquendi modo, & facundia

harmonica amatæ consortis suæ patturientis dolores & angustias mitigare & temperare aptissimè novit. Unde ex eruditis nonnemo occasionem sibi vendicavit, emblema quoddam effingendi, illudque hac subnexa epigraphe vivificandi: *Modulatur parturæ.* Dolentissimus & afflictissimus Redemptor noster in horto Gethsemani neminem habebat, qui ad mitigandos acerbissimi Martyrii sui vel dolores vel minimum illi sublevamen suggereret, ac proinde Pater æternus Angelum quendam cælitus ad eum misit ut hic esset confortans eum. Postea verò dum in monte Calvariæ in Cruce pendulus hæreret, jamque nos in statum gratiæ patiendo enixurus esset, prouti S. Petrus Apostolus insinuat, dum ait: *Quasi modo geniti infantes sine dolo lac concupiscite, 1. Petri 1. ibi* vere *dolores ut parturientis*, Psalmo quadragesimo septimo, persensisse credendus est. Nec tamen mirandum est quod Pater cælestis nullum ei ibidem submiserit consolationis levamen, siquidem latro ibi fuerit, qui susceptæ munus adimplens, dulcissimè cantillabat: Nunquid eum dicentem audistis: *Nos quidem digna factis recepimus*, quæ verba speciem quandam confessionis præ se ferebant; quid mirum igitur, si Pater æternus nullum ei insuper miserit solatium? Hæc enim verba ad mitiganda tormenta sua, suosque attemperandos dolores abundè sufficiebant: *Gloriosa voce* (inquit Eusebius Emissenus) *præsentes temperat cruciatus.* Et Sanctus Joannes Chrysostomus apud Hieronymum plac. in myst. vir metam. 5. *Ab Angelo descendente de cælo confortatur Christus in horto, à latrone pœnitente Christus confortatur in Cruce.* Et tamen licet Confessio adeò sit necessaria ad salutem, licet etiam tantam nobis conciliet utilitatem, Deoque nostro adeò sit accepta & grata, sunt tamen nonulli, qui nunquam confitendo eandem prorsus negligunt; sunt alii, qui eam, quoad possunt, diutissimè differunt & suspendunt: Sunt denique non pauci, qui eandem mutilant, debitas non observando circumstantias vel conditiones, quæ ad legitimam Confessionem requiruntur, confitendo potius per modum ceremoniæ, vel ex aliqua consuetudine, non verò pro adaugendo animæ profectu, vel ad eam sanitati restituendam. De his autem in secunda parte agendum erit. Vos interea pauperum memores, eleemosynas iisdem distribuite, donec nonnihil respiravero.

PARS SECUNDA.

20. Conditionum quæ ad bonam & validam confessionem requiruntur præcipuæ sunt sedecim sequentes, à Sancto Thoma hisce verbis assignatæ:

Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, discreta, libens; verecunda,
Integra, secreta, lachrimabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sit parere parata.

Quarum aliquas obiter tangemus. Debet igitur esse *simplex* sine ornatu, vel multiplicitate verborum superfluorum, absque ulla memoratione earum rerum, quæ ad Confessionem non pertinent. *Humilis*, ut scilicet pœnitens cognoscat humilem conditionem suam, confitendo quod ipse, utpote vilissimus terræ vermiculus per peccata sua bellum Deo movere præsumpserit. *Pura*, id est, cum recta intentione fieri debet, quæ scilicet directa ad debitum finem. *Fidelis*, ut pœnitens syncere procedat, sitque ab omni falsitate alienus. *Frequens*, id est, ut non instituatur Confessio secundùm præsentis temporis usum, observando præceptum Ecclesiæ quoad Confessionem in rigore, semel duntaxat in anno confitendo & non amplius. *Nuda*, & sine obscuritate verborum, sed per verba intelligibilia & clara. *Discreta*, culpatum gravitatem prudenter confidgrando. *Voluntaria*, quia actus virtuosi & meritorii cum concursu voluntatis fieri debent, & non coactè. *Verecunda*, peccati turpitudinem exhorrescendo, & erubescendo de peccato commisso. *Secreta*, quia in Confessione tractatur de negotiis occultis ad conscientiam pertinentibus, eaque alias revelare est tantum Sacramentum violare, & injuria afficere. *Lachrimabilis*, corde saltem, si non oculis ostendendo discipulorum & dolorem conceptum propter Deum offensum. *Accelerata*, id est, non dilata de die in diem, de mense in mensem, vel etiam de anno in annum. *Fortis*, adeò ut pœnitens non se sinat superari à verecundia, vel ab alio motivo, ad omittendum peccata, vel eadem sub silentii velo absconcenda. *Accusans*, ut Sacerdos tanquam minister Sacramenti judicare possit, & illam pœnitenti satisfactionem imponere, quæ ei ob culpas suas debetur, seipsum, non verò alios accusando. *Prompta*, vel parata ad obediendum & exequendum omnia ei à Sacerdote imposita.

21. Ex

21. Eromnibus autem prætactis conditionibus duas duntaxat tangam, utpote quas peccatores facilius transgredi solent; præcipuè verò quoad acceleratiõnem confessionis, sunt enim qui quotiescunque eundum est ad confessionem, ad mortem concedere videntur. Nolo quidem dicere quod homo mox ut peccavit, subitò ad salutem sit necessarium; sed potiùs cũ S. Thoma ubi supra, qu. 6. art. 3. docemus, quod *quanquam statim omnes de suis dolore peccatis teneantur, de necessitate tamen salutis non est, ut peccata sua confiteantur, sed habita copia Confessarii, & statutis ab Eccl. propœnitentia temporibus.* Verumtamen quis est qui certo scire possit, an post peccatum eousque victuri simus, ut ad tempus à sancta Dei Ecclesia stabilitatum pervenire valeamus. Nunquid enim quotidie multos repentina morte interire videmus? Atq; ideò rogo ô fratres, quantocius ut confiteamini suadeo, quamprimum scilicet id vobis possibile & omnodum fuerit. Etenim confessionem illorum quæ ad ultimum usque vitæ terminum differri, quando homo non confiteri non potest, nisi quando confiteri non potest, valdè tanquã invisam & illegitimam suspectam habeo. Habet Scripturam quandam id satis clarè insinuantem. Josue cap. 7. legitur Deum adversus eorum Josue graviter indignatum fuisse: *Iratus est Dominus contra filios Israel.* Ratio autem hujus iræ Dei erat, quia *peccavit Israel & prævaricatus est pactum meum.* Quasi diceret: Nolo deinceps vobis amplius assistere, donec eum, qui prævaricatus est pactum meum, castigaveritis, atque ideò quotiescunq; commissuri estis prælaminicos vestros victores futuros esse compereris. Et proinde Josue dixit: O Domine, hucusque mihi dignare facere gratiam, nimirum specie mihi errorem commissus manifestetur, nec eo & persona delinquentis, & nisi tunc debitã sumpsero de prævaricatione vindictam, de numero servorum tuorum me deleto, & liberè de me lamentator, quia non ero Josue tuus nisi hoc fecero. Cui Dominus respondit: Quod ad delictum attinet, illud sufficienter ex ipsusmet delinquentis ore intelligere poteris, hic autem deprehendi te modo sequenti poterit. Mittito primo sortes super quãlibet tribũ, postea sortes jacies super quamlibet tribus illius familiam, postea super quamvis illius familiæ domum, denique supes quamvis ad illam domum pertinentem personam, sic enim infallibiliter deprehendes transgressorem. Scribit igitur Josue primo nomina omnium tribuum, ex iisque in unam urnam conjectis chartulam sortis extrahens, in eadem tribum Juda scriptam esse invenit, ex qua videlicet transgressor prognatus erat. Deprehensa tribu sortem jaciunt super familias, & educitur familia Zare, ad quam delinquens pertinebat: Cognita jam familia, iterum cœpit extrahere sortes domuum, & venit domus Zabdi, ad quam spectabat malefactor. Tandem verò sortiuntur pari ratione quoad personas domus illius, & extrahitur nomen Achan filii Charmi. Quem mox accersiri faciunt; & coram facie sua constitutum interrogant: Quid fecisti? Noli turbari sed liberè confitere: *Confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas.* Qui mox se nihil fecisse respondit: Cui Josue & Seniores: Nihilne ô scelerate? Nihil ô Domini, inquit Achan, nisi quod ex certis pannis eripuerim pallium coccinum valdè bonum, & ducentos siclos argenti, & virgulam quandam auream quinquaginta siclorum, hæc inquam sustuli, quia iis indigebam: *Verè ego peccavi Domino Deo Israel, & sic & sic feci.* Acceptis igitur Josue pallio, siclis, & virga coram se & secum congregatis accersiri fecit filios, filias & pecudes, imò & ipsummet Achan, ejusque tabernaculum, vinctamque ejus suppellectilem adduci voluit, & homines quidem lapidari, cætera verò igne cremari jussit. O rigor ingens! ô nimis severa Justitia! Et tamen juxta præceptum Josue peccatum illud furti Achan confessus fuerat: Verum quidem hoc est, sed quando? quam potuit tardissimè. *Non tamen ullam meruit veniam debuit, quia videlicet confessio ejus nimis tarda fuit*: inquit Rup. lib. 1 in Josue cap 21.

22. Atque ideò Dæmon nihil adeò sollicitè molitur, quàm ut nos mutos efficiat, ut hac ratione Confessionem vel impediat, vel saltem differri faciat. Etenim de quodam S. Patre legitur, quod Dæmoniacum quendam per exorcismos adjurando, eundem, quot in corpore spiritus essent, & quibus hi appellarentur nominibus, interrogarit. Eique mox à Dæmonibus responsum fuerit! sumus tres fratres, & quilibet distincto fungitur officio. Primus nostrum vocatur *Claudens cor*; secundus, *claudens os*; tertius verò *claudens rarsupium*. Primus dicebat, meum officium est cor peccatoris claudere, ne eliciat, aut elicere possit contritionem. Secundus ajebat: Meũ munus est os claudere, ne peccator confiteatur. Tertius denique subjunxit; Mea

In Thesaur. noct. ser. 1. post. Dom. 3. Quadr. serm. 1.

occupatio est, quod claudam peccatorum marsupium, ne satisfaciant per restitutionem iniquè partorum. Et revera ita fit, nam peccatores in hisce tribus punctis à Diabolo se vinci permittunt, ut scilicet cor, os, & marsupium ipsorum occludat, dum eos confessionem vel prorsus negligere, vel saltem differre procurat. Et quando aliud efficere nequit, peccatorem saltem ad minus mutum facere nititur, ejusque os claudit, ne aliqua saltem peccata confiteatur, sed ex verecundia vel ob alios respectus humanos eadem omittat : *Deneccessitate confessionis est, quod homo omnia peccata confiteatur, quæ in memoria habet, quod si non faciat, non est confessio, sed confessionis simulatio.* inquit Doctor Angelicus D. Thomas ubi suprà quæst. 9. art. 1. Porrò Dæmon, qui os peccatoris claudendi officium habet, ut Sanctus Chrysostomus tradit, hac utitur astutia. Cùm enim Deus peccato verecundiam velut individuam comitem adjunxerit, confessioni autem spem associarit; Quid facit Dæmon? Is optimum hunc à Deo statutum ordinem susque deque invertit, induendo peccatum veste spei, nam dum malum nobis persuadere nititur, repræsentat nobis ob oculos divinæ misericordiæ magnitudinem, fragilitatem item humanam, cui Deus compatiatur & similia multa : ubi verò peccatum perpetratum fuerit, vestit confessionem pallio verecundiæ, tuæque menti suggerit, quod confitendo illud, magnum tibi crees honoris & reputationis tuæ præjudicium, eò quod Confessarius nunquam hactenus credidisset te adeò gravia & enormia commisisse peccata, qui proinde scandalizabitur, aut absolutionem tibi impertiri vel non poterit, vel certè differet, & alia similia. *Pudorem & verecundiam Deus dedit de peccato, confessioni fiduciam: Invertit rem Diabolus, & peccato fiduciam præbet, confessioni pudorem & verecundiam.* Ita Sanctus Chrysostomus homilia tertia de pœnitentia. Non quidem tibi, ô peccator, prohibetur in confessione verecundia, hæc tamen talis nequaquam esse debet, quæ ad similem te inordinationem inducat. *Caveat*, inquit Magister Sententiarum lib. 4. dist. 26. *ne ductus peccator verecundia erubescat Confessionem.* De certo quodam pisce marino, qui scolopendra, vel ab aliis Centipes dicitur, scribunt Naturalistæ, quod dum escam per gulam trajiciendo sentit, se una cum illa hamum quoque deglutivisse : *Omnia viscera simul cum hamo evomitione ejiciat, & sic ab hamo absolvatur.* Enimverò quod si à sensualitate illecti, mundanæ alicujus delectationis escam deglutiendo, nos quoque ab hamo simul captos esse experiamur, teste Sapiente, dum ait : *Sicut pisces capiuntur hamo, sic homines in tempore malo,* accessum tunc est, ut omnia & singula peccata nostra confiteamur, ita ut nulla prorsus culpa in anima nostra remaneat : *Nulla sit culpa intus latens, quæ foras per confessionem non exeat.*

SERMO XVII.

IN FERIAM SECUNDAM DOMINICÆ III. QUADRAGESIMÆ.

Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Lucæ cap. 4.

1. OBligatio qua quilibet homo erga patriam suam obstringitur, ut ei se gratum, & beneficum semper exhibeat, adeò est magna, ut eam Magnus Demosthenes demonst. ex orat. de coro. civ. comparaverit gratitudinis vinculo quo Patri & Matri obstricti sumus : *Arbitretur ingenuorum quisque, non Patri & matri solum esse natum, verum*

rum etiam patria. Unde Pythagoras à nescio quo interrogatus: *Quomodo oporteat se gerere erga patriam*, respondit: *Ut erga matrem.* Imò Soratores amorem patriæ amori matris præponderare volebat: *Solet fere quisque erga suam patriam magis propensus esse.* Ecquis etenim est, qui nesciat, quod, si Romanæ facundiæ parenti fidem habemus, quilibet utilitatem patriæ propriis debeamus commodis anteponere: *Omnia quæ à nobis beneficiorum non ad nostram utilitatem & commodum, sed ad patriæ salutem conferre debemus*; adeò ut quisquis ab hac semita deviat seque elongat, eximente ejusdem Oratoris, ingrati & impii hominis horam sibi conciliet: *Nemo est tam ingratus, tam impius, tamque nullius humanitatis, qui à patria merita repetere velit, non ipsam magis quàm ipsum diligat.* Unde Plato insinuat: (Patriæ amorem nobis longe charissimum esse debere, & pro eodem vitam, si oporteret, esse libentissimè vocandam.) Hi erga patriam gratum correspondentiæ actus à multis non solum quondam sed & firmiter fuere observati (Legimus quondam patria alios strenuè bellando inter hostes cecidisse, alios sibi certam elegisse mortem) inquit doctus Joannes Franciscus Pic. Mirandulanus de morte Christi, libro secundo. Mucius Scævola pro patria sanguinem suum fundere non dubitavit, existimans fortasse obligationem adeò strictam & fortem aliâ monetâ quàm sanguinis exsolvi non posse: (Hominem pro patria mori, non est mori, sed solvere quod debes.) Generosa illa mulier, quæ Lacena dicitur, audiens duos suos filios, qui pro patria inermes præliati fuerant, in bello fuisse occisos, nuncium hoc læto vultu & absque ulla amaritudine animi accipiens, Deum laudavit, quod filiorum suorum jactura patriæ universæ perpessæ victoriam: (Libenter accipio filiorum interitum,) quæ proinde postea à Plutarcho in Laconicis valdè celebrata fuit, dum ait: *Egregia mulier prævalutum in liberos affectum publicæ in patriam pietati posthabuit.* Cum Codrus Atheniensium Rex aboraculo monitus fuisset, quod in bello cum Peloponensibus ineundo illa pars victura futura esset: *Cujus Princeps bello periret*, ut Athenienses victoriæ gloriam reportarent: *Gregarium se fingens militem, inimicis se occidendum præbuit.* Viva quoque in hominum memoria etiamnum conservatur generosum illud Curtii facinus, qui in profundam quandam se præcipitavit Vulcani voraginem, ut morte sua salva & incolumis conservaretur universa patria. Ad æternam quoque posteritatis memoriam in mentibus hominum etiamnum vivit animus ille heroicus, qui Catoni præcepit: *Pugna pro propria!* diligens observator velut aggerem quendam validissimum, imò quasi potentissimum aliquem exercitum se exposuit, & opposuit inimici furoris pertinaci impetui, ille inquam nunquam satis pro meritis celebratus, qui solum adversus universam se opposuit Liguriam sive Tusciam, & meritò, nam ad hoc movebatur ex fide in patriam: *Pluris fecit patriæ securitatem, quam vitam præsentem, & quia illi adhuc restabat.* O animos generosos! ô corda intrepida, quæ non dubitant ei vitam reddere in feretro, à qua illam dono acceperunt in cunis: *Beati quicunque pugnantes pro patria* (dicebat Xenophon) *vulnera evadunt, illis enim lætissima dies fulgebit: beati etiam ii qui in acie cadunt, memoriam enim sempiternam cunctis divitiis præstantiorem consequuntur.* Unde nullus est qui non voce patiter & opere veram fateatur esse illam Tullii sententiam: *Patria omnia, & vitam etiam debemus, hæc nos honestè produxit ad hanc ætatem.* Cur igitur unigenitus Dei Filius, qui *dat omnibus affluenter*, adeò se erga patriam suam Nazareth inciviles & inurbanum exhibet, dum rogatus à suis, ut se quoque gratiarum miraculorumque suorum redderet participes, dicendo: *quanta audivimus facta in Capharnaum fac & hic in patria tua*, se ad hanc illis gratiam præstandam invitum protsus & involuntarium esse ostendit, dicens: *Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.* Id quod multis factis Scriptoribus justam præbuit summæ admirationis occasionem, quorum unus ita interrogat: *Quare illam saltem fidelitatem & amorem patriæ suæ non præbuit, quam alii suis patriis præstiterant? Quare civium suorum petitionem non admisit?* Multas quidem sacri Doctores hujus rei causas in medium adducunt, præcipua autem est (inquit sanctus Gregorius) quia idipsum à Christo poposcerunt cum arrogantia: Nunquid enim illos auditis dicentes: *Fac & hic in patria tua*, potius cum debita reverentia & respectu dicere debuissent submisse *Optamus, obsecramus ut facias*; ita autem non dicunt, sed fac, id est, volumus, præcipimus ut facias. O quanta arrogantia! ô quam præsumptuosa temeritas. *Isti quidem erant arrogantissimi.* Secundò verò petitionem illorum admittere noluit, quia nulla ratione ad hoc induci voluit, ut gratiam præstaret illis, qui ratione parentelæ, vel patriæ propinqui vel Patriotæ ejus

Cato.

Polybius in hist. l. 6.

Xenoph. de rebus Gest. Graco. l. 2.

Luc. 4.

Phr. Diez ibi.

erant. Magis inclinatur ad benefaciendum Capharnaum, quam Nazareth id est remotis potius quam vicinis. Quòd latius expositurus sum rogans, ut dum ego in discurrendo brevitati consulo, vos debita me attentione auscultetis.

2. Postquam Filius Dei ab Ægypto rediit, in Civitate Nazareth habitando remansit viginti novem annis, ut adimpleretur Prophetia: *Quoniam Nazaræus vocabitur:* Tandem verò triginta annorum ætatem assecutus prædicate & miracula facere voluit, ut se verum ostenderet esse Deum, & verum hominem; atque ideò relicta Nazareth secessit in Capharnaum, utpote in qua civitate magnus erat diversarum gentium concursus, ibique prædicationem suam authorizabat operibus miraculosis, illuminando cæcos, surdis auditum restituendo, mutis loquelam, claudis gressum, obsessis à Dæmonibus libertatem, mortuis vitam; adeò ut tota illa civitas esset attonita & obstupefacta, ejusque fama per omnes passim regiones divulgari cœperit: postea verò ex Capharnaum civitate maritima rediit in civitatem suam Nazareth, ibique pariter initium fecit prædicandi tanta cum energia & eloquentia, ut universum faceret mundum obstupescere; verum quidem est quod valdè parcus fuerit in patrandis ibidem miraculis, quæ quasi nulla apud eos fecerat; quæ causa fuit, cur multi è præcipuis curiosiores lamentati fuerint, quod Capharnaum patriæ suæ prætuleritit, dicentes: *Quanta audivimus facta in Capharnaum, id est, valdè magna* exponit sanctus Vincentius Ferretius. Et postea subjungunt: *Fac & hic in patria tua.*

Vinc. Ferr. fer. 2 post Dom. 3 Quadr.

Vinc. Ferr. ubi sup.

O quænam est hæc temeritas, præcipere ut faciat, quasi debito justitiæ id, quod vix deberent præsumere, ut postularent ex gratiâ, potestne arrogantior hac audiri præsumptio? veruntamen pro majori evidentia doctrinaliter hac de re discurramus.

3. Temeritas est passio quædam appetitus irascibilis, quia temerarius aggreditur facinus aliquod non minus periculosum, quam difficile, estque è diametro pusillanimitati opposita, juxta doctrinam Philosophi lib. 2. Ethicorum. Hæc autem passio duobus modis considerari potest, vel in quantum regulatur à prædominio rationis, & hæc non est damnabilis, imò laudabilis, cum sit actus fortitudinis, vel generosæ magnanimitatis, de qua in præsenti non intendo loqui: aut in quantum non regulatur à recta ratione, sed potius conformatur intellectui falso, & hæc est detestabilis & peccaminosa. Præterea advertendum est, quod duobus modis intelligi possit hanc passionem irregulatam esse, scilicet vel per excessum, ut si quis verbi gratia speraret vel salvari sine merito, vel quod Deus illi remitteret peccata mortalia sine pœnitentia; non habendo respectum aut reflexionem ad contemptum justitiæ Dei quæ ordinavit, ut dicit Cajetanus: *Ut justitia mediante gloriam pro merito & veniam pro pœnitentia faciat.* Et postea subjungit: *Cum præsumptione contemnitur iste ordo, ac per hoc divina justitia: Contemnitur quoque divina virtus ad opus pœnitentiæ, per quam venitur ad veniam, & ad opus meriti per quod venitur ad gloriam.* Aut potest esse passio irregulata per defectum, sicut si alius culparum suarum consideratis gravitatem, existimaret merita Christi ad eum salvandum non esse sufficientia, & proinde cum Caino desperatus diceret: *Major est iniquitas mea quam ut veniam merear* Petitio Salvatori nostro per Verbum Fac, proposita, magnam in se temeritatem continet, quia immoderate transgrediuntur terminos modestiæ, quæ vult ut ea quæ postulantur, cum submissione, non verò cum saltu petamus. Fuit irregulata & peccaminosa per defectum, quia ut scribit Maldonatus: *Postulabant non fide ut crederent sed incredulitate.*

Aristot. 2. Ethic.

Io Viguer de audacia

4. Porro S. Thomas docet præsumptionem, vel temeritatem ex duabus causis valdè malignis nasci posse. Prima est vana gloria, *quia quis nititur propriæ virtuti, attentans aliquid ut possibile sibi, quod propriam virtutem excedit.* Id quod S. Gregorius confirmat dicens: *Præsumptio est filia vanæ gloriæ.* Secunda causa est superbia: *Quia nititur inordinate divinæ misericordiæ vel potentiæ, per quam quis sperat aliquid obtinere sine merito;* ut superius diximus. Præsumptuosum illud Fac Hebræorum, proles erat vanæ gloriæ, quia Christum propè ipsos miracula facere volebant, nulli alteri meritò innixi, quàm quòd Nazareni, & consequentes compatriotæ sui essent. Erat etiam fœtus quidam superbiæ, quia sine aliquo merito proprio præsupponebant, quod Filius Dei ex obligatione adhibiturus esset ad minimum eorum nutum suam omnipotentiam, & operaturus miracula, quia ipsi id ei præcipiebant, dicendo: *Fac.* Quod si igitur scire vultis cujus conditionis & naturæ Verbum hoc, *Fac*, fuerit, sufficiet dicere, quod sit extractum quoddam sive quinta essentia ex vana gloria & superbia; vestrum nunc demum erit conjicere an bonum esse possit; Hac autem, Scribæ & Pharisæi pleni erant.

5. Tres autem reperiuntur præsumptionis gradus, scilicet, *nequam, nequior, & nequissimus.* Reinerus de Pisis dicit quod præsumptio nequam sit, si quis verbi causa se florem & quintam essentiam Sanctitatis esse, nec Deum unquam *cogitatione, delectatione, vel consensu*; aut *emissione, vel locutione, vel transgressione*, offendisse crederet, quam bonitatem nullus sibi arrogare posset, præterquam Christus & Maria. Unde in Prov. 30. Proverbiis dicitur: *Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum à peccato.* Imò omnes universim Sancti, quantumcunque fuerint justi, aliud non dixerunt, nec dicturi essent, si adhuc viverent, quam *dimitte nobis debita nostra*, ubi expositores per debita, peccata intelligunt. Præsumptio autem quæ *nequior* dicitur, id est, pejor & deterior prima est, si quis adeò se perfectum ille præsumeret, ut etiam sine auxilio gratiæ Dei sibi promittere auderet, quod in toto cursu vitæ sua constans manere & in bono se conservare posse, non reflectens oculum suum ad illud Apostoli monitum dicentis: *Qui se existimat stare videat ne cadat*, prouti Lucifero accidit, cui dictum est: *Quomodo cecidisti Lucifer?* Tertius præsumptionis gradus est illius, quæ *nequissima* appellatur, sive temeritas pessima, estque eorum reputé, qui alios contemnunt, de quibus sanctas scribit, *quod in se confidebant tanquam ipsa æternabantur cæteros*, in quovis bonitatis genere se omnibus aliis reputando superiorem. Porrò in hac tertia Categoria continebatur illi Pac. horum sceleratorum præsumptuosorum, quia contemnebant omnes, seque eos in perfectione excedere censebant, qualis Saul erat in statura, qui universo exercitui Israelis præeminebat ab *humero & sursum*; imò eo usque progrediebatur ipsorum præsumptuosa temeritas, ut seipsimet Dei Filio in authoritate majores esse putarent, siquidem eum non rogabant, sed præcipiebant illi, ut nova faceret miracula: *Fac hic in patria tua*; volebantque ut ad minimum nutum unius simplicis *Fac*, eis obtemperaret. Hæc præsumptio talis erat, quæ omnia in se habebat requisita, quæ ad exorbitantis temeritatis magnitudinem requiruntur, unde quia Christus Dominus noster naturaliter adversus temeritatem illam habebat antipathiam & odium, nequaquam operæ pretium esse existimabat eorum desiderio condescendere. Id quod, ut scribit sanctus Gregorius Nyssenus: *Nos erudire ac instituere videtur, ut nequaquam dum cum Deo colloquimur quæ parùm conscientiâ præditi confidenter, & arroganter loquamur, etiamsi quàm maximè quis ab humanis delictis procul absit.*

6. Porrò videamus per adducta scripturarum loca, quàm profundè maledicta funestæ temeritatis, arrogantiæ vel præsumptionis arbor in hominum cordibus sit radicata. Etenim Goliath gigas adeò immensæ staturæ erat, ut animata quædam turris esse videretur; inter milites Philistæos comparebat velut Elephas inter formicas; obtutus sui fulmine terrefaciebat, & dexteræ suæ valore prosternebat quotquot habebat obvios; immensitas corporis sui proportionata erat fastuoso ausui & arrogantiæ suæ, per quam se invincibilem, & consequenter formidabilem reddebat. Quivis animus etiam generosissimus coram eo timidus fiebat & pusillanimis, timor perdendi victoriam ne quidem obiret in ejus pectore locum habere poterat, nusquam oculos suos declinabat, quin incuteret terrorem, nil tangebat, quin vulneraret, suisq; irreparabilibus ictibus quælibet fortissima chalybs quasi scutum vitreum esse videbatur; ad unicum pedis sui motum copiæ sternebantur inimicorum suorum, adeò ut per antonomasiam exercituum terror appellaretur. Tanto erat fasto tumidus, ut aggressus fuisset tot acies armatas, quot erant Israelitici milites; ad confringendas civitatum portas nullâ utebatur al'â balistâ, aut belli machinâ, quam unica percutiente dexterâ; denique superbia ejus humiliatam, & ad pedes suos prostratam habere videbatur Luciferi superbiam, adeò ut velut novus quidam esset inter superbos Lucifer, sicuti erat immensus gigas inter homines. Verum tem audite incredibilem! Unicus pastor armorum tractandorum inexpertus: ovibus, non verò militibus assistere: Fundis, non verò hastis tractandis: lacti mulgendo, non sanguini effundendo: ad audiendos raucos boum & ovium balatus, non verò tympani strepitus: ad congreganda armenta, non verò ad acies militum ordinandas: ad portandum baculum, non verò ad ferendum ensem: ad jaciendos lapides, non verò ad ejaculandos globos plumbeos: ad detondendam lanam, non verò ad detruncanda capita: ad educandum in pascuis capreas, non verò ad tollendum unà cum hostilitate hominum vitas assuetus: uno verbo: unicus duntaxat pastorculus, silentii amicus, qui in sylvis pace gaudet, eorum verò, qui ad inquietandum hominum animos in campo martis nascuntur, tumultuum inimicus: non armatus ferro, aut

chalybe

chalybe, sed prorsus inermis, & nudus ab omni militari suppellectile ; cui Deus tantos indidit animos, ut generosus evadens cum hoc truculentiæ & arrogantiæ monstro singulare certamen inire non dubitaverit, intrepido enim animo obviam ei procedens lapidem quendam ex funda jaciens illi frontis suæ parti, quæ sola ab armis nuda remanserat, infixit tantâ cum vehementiâ, ut hoc solo accepto vulnere tali cum strepitu retrorsum corruerit, ut inde terra tremuerit ; quod horribile & formidabile monstrum protinus ut in terram prostratum fuit, aggressus est, ut vitam ei pariter adimeret, quia verò inermis ense carebat, ad eum effectum necessario, *Tulit gladium ejus, præcidítque caput ejus*, percuperem hoc loco scire, ubinam gigantæus gladius fuerit, quando David Pastor eum ad occidendum gigantem arripuit, ex quo loco illum accepit ? Num fortè gigas eum pugno tenebat, aut è manibus in terram ei deciderat ? Scripturâ teste in vagina reconditus erat : *Eduxit eum de vaginâ suâ.* Sed quomodo ? Ergone gigas adeò parum bello gerendo expertus erat, ut ad conspectum inimici non apprehenderit ferrum, sed illud quasi obdormiens & otiosum in vaginâ reliquerit ? Audite incredibilem Goliæ temeritatem. Videbat Davidem adolescentulum armis gerendis insuetum, belli gerendi inexpertum : & proinde arroganter præsumebat, eundem calcibus suis ad quatuor milliarium distantiam procul abjicere, vel unico flatu oris sui in aera abigere, vel objectis minis annihilare ; ac proinde velut plus nimium temerarius se proptio robori præjudicaturum esse existimavit, si adversus juvenem, non verò adversus integrum exercitum ferro uteretur, quodque sanguis unius duntaxat plus suam maculasset famam, quàm honorasset ensem : *Adeò Davidem contemnebat, ut indignum suâ virtute judicarit ferrum contra eum distringere, & imbuere suum gladium unius adolescentuli cruore*, inquit Pater Mendoza : O quanta temeritas !

Franc. Mendoza t. 1. in lib. Reg. lib. 1. cap. 1. n. 8.

7. Verùm quid de gigante illo loquor, in quo ob staturæ suæ immensitatem aliqua vel deri poterat temeritatis vel arrogantiæ concipiendæ apparens ratio ? Cum hic defectus omnibus hominibus humilis meriti & exiguæ bonitatis sit semper communis. Porrò ponderatione dignissimus est modus, quem Filius Dei in novissimo judicii die electos à præscitis separaturus tenebit : nam in throno majestatis, inter Angelos, regio amictus habitu sedebit, & conversus ad dexteram brachium suum extendet ad congregandos omnes justos eosque secum ad æternam beatitudinem conducendos, hisce vocibus prævinitatos : *Venite benedicti* ; deinde versus sinistram se vertens, facie tatâ, & ob vindictam flammivoma post exprobratas iis cunctas iniquitates per minas & supplicia eos à se propellet dicendo : *Discedite à me maledicti.* Ubi præcipuè notanda est differentia modi, quo Christus cum peccatoribus & justis procedit : hisce dicit : *Venite benedicti*, vocat illos ut ad se veniant, quod signum est illos procùl à Christo in unum locum seorsim congregatos stetisse : aliis verò subjungit : *Discedite à me*, ex quibus verbis colligitur, quod propè ipsum steterint. Quænam est hæc mira utriusque consistendi ratio, ut im pii Dei sint collaterales, & veluti ephebi vel socii illius cum ipso procedant, Sancti verò procul à Deo se subducant, quasi non audentes comparere in ejus conspectum ! Nunquid hi sunt ejus dilecti ? Et nunquid illi ejus sunt inimici ? Solent Principes ad latera sua eos duntaxat admittere, qui eorum sunt fidelissimi amici, non verò de quorum integritate diffident, confœderati solent esse bonis, non verò malis, & tamen videtur, quod à principio magis honorentur perversi, quam Dei amici, cum certa sit lex : *Dicitur magis honorari, qui sedet prope Dominum, & tanto major, dignior dicitur & altior.* Adeò ut in hoc præcipue puncto mundus ejusque ordo totaliter sit ab æquo & bono inversus. Verùm nolite mirari, ô Auditores, quia tantum audet temerariorum præsumptio. Etenim diaboli mancipia adeò sunt communiter temeraria & arrogantia, ut ipsos servos Dei præcedere præsumant, carbones inferni locum eripere volunt carbunculis paradisi, voluntque Empyreum inferno esse subjectum, de quibus proindemendò dici potest : *Homines viles abjecti, reprobi, quos Dei rum merita sunt ambitio & malitia : matutinis sac thanæ ad instar impensè satagunt adesse princip bus, eorum liminibus invigilare, pro aulæu assist re, & conspectui eorum obsequentissimi adesse ;* ut verò tandem in fine tractantur pro meritis & juxta legis decisionem : *Si inferior temere intru dat se in locum majoris, majorem honorem quam ei debeatur assumendo vel usurpando, debet justè nore privari* id quod reprobis accidit, quando à Christo, justo judice, tremenda illa sententia pronuntiatur : *Discedite à me maledicti.*

8. Verumtamen nil mirum est, quod homo in ordine ad alium hominem temerarius sit, quia inter

ter hominem & hominem res ex æquo procedunt; at verò quod creatura aliqua se erga Deum & creatorem suum præsumpruosam demonstret, hoc est quod vel maximè obstupescendum venit. Id quidem impossibile esse videtur, ut creatura, veruntamen adeò id certum est, quàm verum est solem splendere, vel ignem calescere. Ductu etenim Spiritus sancti Salvator noster in desertum concessit, ut cum avernali hoste ibidem singulare certamen iniret. Quem postquam in eodem loco quadraginta diebus in continui jejunii exercitio præstolatus fuisset, tandem comparuit in venerandi cujusdam Anachoretæ similitudine rudi habitu, qui cilicio non absimilis videbatur, vestitus, quasi carnis sensualitatem adversus rectam rationem pugnantem macteraturus, neminem in sua habebat societate, fidelius comparuit, hoc solum excepto, quod magna fraudum, dolorum, technarumque caterva veniret stipatus. Quoad vultus aspectum imaginem cujusdam pœnitentis referebat effigiem, horror haberet quovis saxo in malo magis inhorrendum. Comæ suæ canitie candorem quidem ostentabat puritatis, licet in interiori animo haberet quovis carbone nigriorem; intricatæ & informes frontis aratæ lineæ, prognostica erant confusionis, quam gerebat in mente, per squalidam barbæ canitiem ad cingulum usque se protendentem ætatem repræsentabat maturam, & absentem quandam malitiam temporis diuturnitate & frequentato sæpius illius exercitio compertam. Grosso quodam circa lumbos fune præcinctus erat, quem interius immensæ grossitiem malitia fortiter constrictum tenebat. Pedem nudum callus induraverat vetustatis, è quo facilè erat conjicere voluntatem quandam odio contractam & in malo habituatam: Dentes ejus pauci & tam admodum erant, adeò ut in ore qui vix videri possent, quàmvis auctor invidiæ dentes, quos ad tabiem suam evomendam intus habebat recondidos sine numero numerator: Dextera ejus quidem nodoso stipiti seu baculo innixa vacillabat, è contra verò temerarius ejus usus tantò magis sese erigebat in altum: Dum in conspectu Christi comparere: lapidibus instructus & stratagematibus obarmatus, pater esse videbatur charitatis, nam duos è manicis lapides producens cum simulata pietate dixit: Compatior abstinentiis tuis plus nimium austeris, ac proinde sincera erga te condolentia permotus in hanc eremiticam solitudinem, ut te viderem, venire decrevi, nam quia tanquam veteranus in rebus ad Dei honorem & animarum nostrarum salutem pertinentibus majori prædictus sum experientia, ex pietate me obligatum esse censeo ut tibi consulam, ne adeò erga temetipsum sis rigidus, debitum enim rectæ rationis ordinem prætergreditur, quisquis in abstinentiarum asperitate terminos æquitatis excedit. Meæ quidem paupertati fortuna aliud non concedit quàm hosce lapides, verumtamen tibi, si filius Dei es, & ex nihilo cuncta creasti, facillimum erit ex hisce lapidibus panes efficere: *Dic ut lapides isti panes fiant.* Enimverò qui hanc actionem diabolicam attentè non considerat, illam utique è charitate procedere existimabit, ego verò summam temeritatem fuisse censeo, ac si intra semetipsum hunc in modum sermocinatus fuisset. Scio quidem, & invitus scio, Deum decrevisse humanam naturam assumere, atque ex tot visis in terra cæloque signis de hujus divinitate sum quasi certus; attamen quia nunc est famelicus à quadraginta diebus, pane utique opus habebit, ac proinde hos illi lapides sum allaturus, si ex illis panem effecerit, eumque manducaverit, dicetur confestim in mundo me Deo famelico subvenisse, Deumque creatorem me sua creatura opus habuisse, Deumque factum hominem sumptibus meis sustentatum fuisse, qui alias sine meo subsidio propter necessitatem mortuus fuisset fame. O temeritas diabolica! ô inaudita præsumptio! Est hæc speculatio ingeniosi cujusdam expositoris, dum ita ait: *Astutè satagit panes offerendo ut palam prodatur & latè publicetur vel Christum Deum ejus ope indiguisse, & ipsum ipsiusque industriam fuisse in eremo necessariam ut homo Deus sustentaretur, quo magnum nomen apud homines captare præsumebat.* Sed dices: Poterat Deus ad minus miraculum facere transmutationis lapidum in panem, & tamen panem non manducare. Sic enim Dæmon intentum suum non obtinuisset, uti temerè spetabat, & tamen eum de sua divinitate certificasset: poterat id quidem sine dubio, non tamen condescendere voluit in præsumptionis adeò temeratiæ beneplacitum, eò quod *Dic* dæmonis, & *Fac* Phariseorum, modicè differant, alias enim eodem modo imaginari nobis possemus, quod in sua etiam patria prodigiosa signa operati debuisset, sed arrogantia eorum dicendo *Fac* idipsum impedivit. Unde colligere possumus quantum hic defectus Salvtori displiceat.

Matth. 4.

Didac. de Cel. in c. 6. v. 9. Tobiæ §. 137. n. 3.

9. Deus optimus Maximus memor illius, quod Amalecitæ Israelis populo fecerant, dum

bellum illis in Raphadim moverent, vices illis debitas rependere decrevit, eoque fine Regi Sauli insinuat, ut exercitum quendam formidabilem in aciem disponat, ipsamque Amalec civitatem obsidione cingat: obedit Saul, & milites suos in ordinem disponit, cum eo castra metatur, circumcirca muros sive mœnia Amalec obsidione cingit, ingrediuntur turmatim milites, omnia igne flammaque devastantes, quemvis obvium occidunt, dirruunt turres, ædificia invertunt, fortalitia demoliuntur, omniaque in favillas cineresque redigunt, adeò ut ex palatio regio ne vel minimum reliquum manserit monumentum, cui fugitivorum districtus qui inter Navila & Sur continebatur, subjacuit, ipseque Rex Agag captivus traditus est in manus Saulis. Terminato prælio Deus Samuelem Prophetam accersit, & ira accensus eidem insinuat pœnitere se quod coronam regni & sceptrum imperii Saulis manibus commiserit: *Pœnitet me, quod constituerim Saul Regem.* Mittatus sum & ego, inquit Samuel, quod is à te in Regem constitutus sit, utpotè quem dudum imperio ineptum cognoscebam. Verùm enimverò quemnam defectum Saulem commisisse existimatis, ô Auditores, quod à regno exauthorari debuerit? variæ quidem è sacro textu adduci possent rationes, præcipuè verò quod contra voluntatem Dei: *Pepercit optimis gregibus ovium & armentorum, & vestibus, & parietibus & universis, quæ pulchra erant; quidquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt,* cum tamen Deus ei contrarium facere præceperit dicens *Demolire universa ejus, non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid.* Pater Paes autem observat, quod finito prælio & civitate destructa Rex Saul in Carmelum se receperit, ibique arcum quendam triumphalem ædificari fecerit ad immortalitatem nominis sui & ad æternam robustæ dexteræ suæ gloriam: *Mane nuntiatum est Samueli, eo quod venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi fornicem triumphalem.* Ecce tibi igitur veram depositionis à regno originem: adeò enim temerarius fuit, quod sibi ipsi non verò ad honorem Dei arcum illum triumphalem erexerit, suæque dexteræ fortitudini, non verò auxilio cœlesti attribuerit victoriam: Scito igitur Samuel (inquit Deus) quod hæc ejus arrogantia adeò mihi displiceat, quod regni jactura eum castigare decreverim: *Reportatam à se victoriam de Amalec sibi, non Deo adscribebat & describebat: hæc causa fuit ut à Deo abiceretur.*

1. Reg. 15.

Ibidem.

Ibidem.

Pares in Epist. D. Iacob. c. 4. §. 1.

10. Certus quidam Scriba ex Synagoga Hebræorum Filium Dei accedit, seque promptissimum ei offert ad serviendum ei in omnibus occurrentibus, eumque in omnibus locis ad quæ se recepturus esset, consectandum: Et accedens unus Scriba ait illi: *Magister sequar te quocunque ieris.* Christus autem hanc ultro factam oblationem gratam non habuit, quin potius eandem renuit dicendo: *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.* Hic ut verum fateamur tonitus hæreo; Christus etenim procurat sibi discipulos, qui eum sequantur, nunc autem hic sponte se offert, nec eum vult. Magisque hæc difficultas augetur, quia paulò antè quidam discipulorum suorum licentiam ab eo petit discedendi cum expressa declaratione non redeundi, cui tamen discedendi licentiam dare noluit: *Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum;* Christus autem eum abire prohibuit dicens: *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Nolo hic adducere opiniones Patrum, Dionimirum Cyrilli, Thomæ, Ambrosii, Theophylacti, Joannis Geometræ, Chrysostomi, Hilarii, Hieronymi, Basilii, Seleuci, & aliorum: Cur Iscilicet eum discedere noluerit: sed solum novestigare vellem; cur hunc scribam ad suam sequelam admittere detrectaverit; fortè id fecit, quia eum non satis probum esse cognoscebat? Verum nec Judas sanctus erat, & Matthæus, Magdalena, Zachæus, & latro in perfectionis culmine non erant positi. Non erat hæc causa, sed quia scriba hic nimis in loquendo arrogans fuit: *Sequar te quocunque ieris*: hic enim loquendi modus transgreditur modestiæ terminos, atque ad temeritatis limites propè accedit. Quasi diceret Christus: Nimis es præsumptuosus & arrogans, apage sis hinc, non es bonus nec aptus meæ disciplinæ, nec servis mihi: *Videt Dominus animum ejus temerarium præsumptuosum, sic considere & credere, aut enim: sequar te quocunque ieris; tam audax præsumptio Domino displicuit,* asserit quidam Modernus: *Dixisset cautus* (ait Chrysologus) *sequar te quocunque jusseris, sed manus verò certè, quocunque volueris.* Videte igitur quantum nobis defectus iste præjudicet: *Horruit præsumentem, sed accepit à Christo dignum protulit præsumptione responsum.*

11. Factus erat Salvator mundi ludibrium, & flagellorum scopus, in quem Pharisæa collimabat iniquitas, membra ejus ex enormitate vulnerum, quæ in flagellatione ad columnam acceperat, lacerata erant, effundebatur sanguis ab omni

omnibus delicatissimæ humanitatis suæ participem, purpura vestitus erat, portabat in manibus arundinem in signum stultitiæ, in capite verò coronam spinis acutissimis obsitam, quando Pilatus de patria eum interrogans dixit ei: *Vade es tu qui ne verbum ei respondit: Iesus autem verò nec sic quidem ne verbum ei respondit.* Unde Pilatus admiratus non sine aliqua iracundiæ scintilla ei subjunxit: *Nihil mihi respondes mihi?* an non cognoscis me, non scis, qualis sit mea in te authoritas, liberare te possum si mihi ita placet, condemnare te, si volo, valeo. *Ignoras loquitur, nescis quia potestatem habeo dimittere te.* Tunc Dominus non solum respondit, sed suis loquendi modum insuper reprehendit dicendo: *Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper.* Obstupesco hoc responsum, audit etenim falsa testimonia, quæ ipsum accusant, malas linguas, quæ eum contumant, quod ejus innocentiam Barrabæ scelerique postponant, quod tanquam malefactorem cum reprehendant, audit quod se tanquam regentemnant & tanquam sceleratum reputent, tanquam caput latronum inter latrones crucifigerelint, & tamen non lego, quod ad ullas hujusmodi falsas imputationes aliquo modo commutaverit vel suam defendendo innocentiam, eorum reprehendendo malitiam. Respondere quidem posset cum sancto Ambrosio: Pilatum fuisse arbitrio, non verò æquitate: *Dictate voce constringeris, tua damnaris sententia, potestate igitur, non pro æquitate crucifigendum Dominum tradidisti. Per potestatem absolvisti reum, authorem verò vitæ interfecisti.* O quam malitiæ justitiæ idipsum à Pilato discendum quod volunt faciunt, non verò quod decet, absolvendo reum, justum verò condemnando: *Mala potestas licere quod dedecet.* At verò sanctus Joannes Chrysostomus dicit Christum tolerare non potuisse, quod Pilatus tanta cum temeritate & præsumptione loqueretur dicendo: *Potestatem habeo crucifigere, & dimittere* ac si diceret: Sub mea es jurisdictione, possum facere quod libet, nimirum condemnare te licet justum, & liberare quantumvis reum: ad tantam autem arrogantiam Christus continere se non potuit, quin contradiceret, dicendo: *Non haberes in me potestatem,* &c *Vt tum rem ejus deprimeret.* Scribit sanctus Chrysostomus: cui opinioni sanctus quoque Cyrillus Alexandrinus subscribit, dicens: *Quoniam verò principatus sui Pilatus potestatem ostendebat, at in se solo & punire & absolvere situm esse jactabat: commodissimè huic statuit vires & potestatem suam opponit, fastumque Pilati, vel adversus Dei gloriam tumentem deprimit, & futuris fidelibus consulit.*

12. O quot hodie ipsomet Icaro temerationes futuri essent, si alas haberent! O quot ipso Phaetonte præsumptuosiores fierent, si Deus ipsorum arbitrio semper condescenderet! Vellent quidem sibi Deum talem, qui ipsorum nutibus obediens esset, & ad prolationem unius *Fac* protinus exequeretur quicquid desiderarent. Ex quo fideles existunt & vocantur Christiani, præsumunt Deum obligatum esse & teneri ut nec plus nec minus faciat eo, quod illis in mentem venit. Quod ad unicum suspirium, ad unicam genu flexionem, ad unicam precem sicut nos impetendo faciles sumus, ita quoque ipse ad miracula pattanda promptum se exhiberet: quod anni tempora venire faceret ad libitum nostrum, juxtaque nostrum arbitrium transiret calor, rediret frigus, grandines cessarent, caderent nives, floretent arbores, terra fructificaret, multiplicaretur messis, nebulæ dissiparentur, serenaretur aer, frænarentur venti, fugarentur infirmitates, mors procul arceretur, haberemus fortunam in manibus per capillos suspensam, ut nec altius, nec humilius facere posset, eo quod desideramus: quodque cælum ad pronuntiationem unius *Fac* gremium nostrum gratiis cumularet. Et quis sumus nos, qui Deum ad modum nostrum accomodare possumus? Quænam habemus merita, quæ eum ad miracula pattanda necessitent? O præsumptionem temerariam! O temeritatem præsumptuosam tam horum Phatisæorum, quam nostram! nostræ igitur arrogantiæ Icari & Phaetontis exitus meritò correspondet. Portò sunt qui ob aliquam, quam erogant, eleemosynam, vel propter coronam quam dicunt, vel ob aliud opus bonum, quod quotidie faciunt, in talem ausum animi eriguntur, ut se ab inferno securos esse præsumant; vel quod cælum mihi ipsis negare possit, quin evidentem eis faciat injuriam: *Sic existimant Christiani, quia sub* Jesu Christi *Evangelico vivunt, suum jam esse cælum.* O maledictum *Fac*! ô detestabilis arrogantia! ô diabolica præsumptio!

13. At verò de hoc puncto dictum est sufficienter: transeamus ad alteram partem. Volebant cives Nazaretani ut in sua quoque patria miracula faceret, ipse autem ab eis recedit, eaque facit in Capharnaum, *quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* At verò canctos in ficco piscabantur, inquit Pater Silveita Carmelita, quia Dominus gratias, & *Io. Silvei*

ff. l. in ab. conc. fer. 2. Domin.

beneficia præstando, nec ad patriam, nec ad parentelam, nec ad sanguinem respicit : *Non rapitur ab affectu patriotæ, vel parentelæ, sed in Capharnaum operatur miracula*, nimirum civitate à Nazareth patria sua procul remota, in qua nec affinitatem, nec aliam parentelæ propinquitatem habebat. Sacer Evangelista Joannes de incarnatione verbi loquens dicit : *Verbum caro factum est.* Verum dicite sodes, ô Auditores, quænam ex duabus illis partibus ad constitutionem concurrentibus dignior est, carne an anima ? sine ullo dubio dicetis animam utpote incorruptibilem & immortalem sine comparatione digniorem esse ; subinfero. Ergo etiam mysterium hoc incarnationis suam ab anima denominationem accipere debebat, utpotè à nobiliori, cùm certissimum sit quod *denominatio debet fieri à nobiliori.* Præterea quis est, qui nesciat, quod cùm ad carnem spectarit huic operi hanc denominationem dare, ipsa quoque caro magnopere honorata sit & exaltata ? At verò quis item pariter non scit, quod cum anima excellentior sit carne, illi hæc debeatur præeminentia ? Lex etenim clara est, quæ dicit : *Digniora sunt præferenda.* Quomodo igitur in hoc mysterio caro animæ præfertur ? cùm tamen verbum tam unam quàm alteram assumserit, ut Sacri nos docent Theologi : Imò *venit principaliùs ad sanandam animam quàm corpus vel carnem*, inquit Ægidius Columna. Ob has igitur & multas alias rationes hæc denominatio quæ tantam secum honorificentiam adducit, animæ potius quàm carni deberi videtur.

Ioan. 1.

Isaï. in l. 1. in prin. in col ff. de verbl. obl.

Text. cum glin §. fin. Inst. de Iure nat. Gen. & ci.

14. Aliam quandam difficultatem S. Paulus movet, dum ad Hebræos circa hoc mysterium literam quandam scribit, dicens : *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ*, id est, exponit sanctus Ambrosius : *Non Angelis illa dignitas donata est, ut una persona Dei Filius, eorum naturæ conjungeretur, sed honorem, & hanc dignitatem humanæ naturæ Deus Dei Filius contribuit, ut Deus & homo unaëssæt persona.* At verò quid si Deus assumpsisset naturam angelicam, nunquid incarnatio nobilior futura fuisset, *saltem extensive, & ex parte naturæ assumptæ* quantum scilicet Angelus homine dignior est ? Præterea si per hoc opus incarnationis homo Deo reconciliandus erat, & in perpetua quadam charitate uniendus, videtur convenientius fuisse, si id mediante Angelo factum fuisset, *qui est medius inter Deum & hominem*, maximè cùm sanctus Dionysius nos doceat : Quod *lex divinitatis est infirma per media reducere.* Addo insuper cum Ægidio Columna & aliis, quod *nobilior natura est capax majoris doni*, quodnam autem majus incarnatione deo inveniri poterit ? Ergo Angelus tanquam nobilior hoc donum vel dignitatem assumptionis ad unitatem hypostaticam recipere debebat, cur igitur *nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ* ? Philippus Secundus Hispaniarum Rex non minus justus, quàm in actionibus suis, præcipuè verò in gratiarum suarum distributione prudens providit (quantum ad se pertinebat) eundam viro apto & qualificato de quodam Episcopatu, suoque Secretario imposuit, ut literas promotoriales regias per primum cursorem vel veredarium, qui proximè abiturus esset, ad eum mitteret. Cui is respondit : Non videtur id, ô sacra Majestas, necessarium esse, ut scilicet expeditiones regiæ per veredarium vel cursorem transmittantur, quia vir ille in aula habitat, & in palatio, non abest procul hinc, sed vicinus adest. Itane ? inquit Rex, sine videam literas expeditionis, easque de manu Secretarii tollens lacerravit, quasi diceret : Dignitatem illam Episcopalem nolo conferre alicui qui sit Regiæ meæ Palatinus. Inquiratur num sit alius quispiam extraneus, qui procul ab hinc moratur, eique Episcopatus illi attribuatur : *Ipse tunc Rex chartam in qua illius electio continebatur propria manu abjisse dicitur, cum hoc dicterio : Nunquam mea mentis fuit eum in Præsulem designare qui curæ adsit.* Ex qua Historia causam intelligere possumus juxta Theophylacti doctrinam, cur Verbum æternum carni, non verò animæ hanc attribuere voluerit Incarnationis honorificentiam, ut ab eo nomen suum sortiretur : *Et Verbum caro factum est.* Anima etenim aliquam eum Deo propinquitatem habet in spiritualitate, sed caro ab eodem quam remotissima esse noscitur : *Anima unam cognationem aliquam cum Deo habet, caro autem nullo modo communicat*, inquit Theophylactus. Et ob eandem rationem : *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ* ; Angelus Deo vicinior existit, homo autem, semen Adæ, remotior ab eo : ille, quia est spiritualis, hic verò corporeus ; Dignitas igitur ista Naturæ concedatur humanæ, utpotè magis remotæ, non verò Angelicæ, utpotè quæ magis est vicina : *Verbum non Naturam Angelicam, sed tantum humanam hypostatico nexu assumpsit, & ad unam cum Deo per sonam sublimavit : non malè electa fuisset dignè propinquior Natura Angelica ad tantum dignitatem, sed longius à se remotam Naturam humanam consultius elegit.* Angelus & anima sunt de

Dionys. de cæles. Hierarch.

domo

domo Dei, id est conveniunt quodammodo in esse spirituali, licet spiritualitas Dei longè excedat spiritualitatem Angeli; caro autem & semen Abrahæ, utpote res materiales extranea sunt à domo Dei, id est, ab esse Divino; Ac proinde *Verbum caro factum est, & semen Abrahæ apprehendit.*

15. Hanc autem fuisse rationem propter quā Christus nulla in patria sua fecerit miracula, sed in Capharnaum, colligitur ex doctrina S. Vincentii Ferrerii, & ex duabus historiis sacris, quas Salvator noster in hodierno Evangelio adduxit: Prima est Eliæ, qui ex Israële sive à Judea patria sua à Deo in Sarephtam missus fuit, ad multiplicandum panem vel farinam & oleum, & ad vitam filio viduæ illius restituendam: *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonia ad viduam.* Secunda Historia est Elisæi, quando è multis leprosis qui erant in Israel, virum Prophetæ solum sanatus est Naaman Syrus: *Multi leprosi erant in Israel sub Eliseo Propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.* Quærit igitur nunc Sanctus Vincentius Ferrerius, cur Deus Eliæ non præceperit, ut farinam & oleum multiplicet alicui ex tot viris, quæ erant in Israel, sed tantum mulieri viduæ Sarephtanæ? Similiter cur ex tot leprosis illis, solus Naaman Syrus hanc à Propheta obtinerit gratiam, ut à lepra curaretur? Et respondet utique difficultati unica responsione, quia licet ambo ab ambobus prophetis gratiosè donati, extranei erant: *Misit eum ad viduam extraneam: Eliseus sanavit Naaman extraneum:* Itaque Christus etiam miracula in domo sua Nazarethana facere detrectat, sed illa differt patranda in civitate Capharnaum, quia favores potius diffundendi sunt in favorem & beneficium extraneorum, quàm suorum, absque ullo respectu ad propinquitatem affinitatis, vel alterius parentelæ, proximæ, sive remotæ.

16. Postquam Judas apostatasset, debebat ab Apostolis de alio quodam discipulo substituendo fieri provisio, ne sacrum Collegium imperfectum maneret. Elegerunt igitur duos ex melioribus qui Jerosolymis erant, id est, Barsabam: *Et statuerunt duos Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, & Matthiam,* quibuscum in cœnaculum quoddam se subduxerunt, communesque ad Deum orationes effuderunt, ut eis inspiraret, uter è duobus aptior esset, magisque idoneus, ut in locum apostatatis Judæ vacantem subingrederetur: Et orantes dixerunt: *Tu Domine qui nosti corda hominum, ostende quem elegeris ex his duobus unum &c.* Et dicit sacer Textus, quod tentatis sortibus sors tandem ceciderit super Matthiam, *Cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis.* Porrò Scriptores sacri rationem inquirunt, cur sors cœlitus super unum ceciderit, & non super alterum? Scio equidem, quod in electionibus semper ille eligatur, *in quo reperitur major ratio boni,* sive illud verum sit, sive apparens, quæ nam autem repetiri potuerat major bonitas in Matthia, quæ etiam in Barsaba non reperitur cùm is per antonomasiam dictus fuerit justus: *Barsabas qui cognominatus est Justus.* Etenim difficultatem hanc resolvere nequeo, nisi aliam quandam prius proposuero.

17. Videns æterni Patris Filius Collegium Apostolicum monstrosum futurum, nisi eidem de capite quodam providè prospectum esset, convocatis ad se cunctis discipulis, singulorumque qualitatibus benè trutinatis, Sanctum Petrum eligere ex omnibus voluit, cui omnes alios debita cum reverentia & submissione parituros subjecit: quem proinde ad se accersitum coram omnibus declarat gregis sui Pastorem, Prælatum sanctæ Ecclesiæ, mundi Principem, denique cæli terræque Dominum: *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves Regni cœlorum.* Matth. 16. Circa hanc electionem duæ mihi in mentem incidunt difficultates; Prima est, cur electus fuerit Petrus, & non Jacobus & Joannes, vel alius quispiam? forte quia sicut ætate senior erat, ita quoque existimatus fuit aptior; aut quia juxta legem: *Eligendus est potius qui peccavit & pœnituit, quàm qui nunquam peccavit, quia magis scit compati peccatoribus?* Secunda est: cur in ejus electione mentio fiat Barjonæ patris sui. Cui etiam per legem responderi posset, qua dicitur: *Præsumitur quis bonus vel malus, ratione patris;* nominavit igitur Barjonam, demonstrando quod sicut ille erat vir sincerus, bonus & probus, ita quoque futurus, aut reapse sit Sanctus Petrus filius ejus; Porrò ad regimen boni eligendi sunt, non verò mali. Unde Legati illi volentes Alexandri bonitatem deprædicare, eum Patri suo similem esse dixerunt: *Tu Philippi es filius.* Veruntamen nulla allatarum responsionum omnimodam mihi satis-

Lex. Lex. Curtius lib. 11.

satisfactionem præstat. Videamus igitur, an ex vetetis Testamenti sactis Historiis harum difficultatum aliquam elicere possimus notitiam, quæ ad earum notitiam aliquam nobis subministrare possit intelligentiam. Porrò de Moyse legitur, quod cum ultimis vitæ suæ diebus proximus esset, jamque esset in ætate centum viginti annorum constitutus, cunctum populum suum congregavit, jamque Spiritum & vires sibi paulatim deficere animadvertens, eis prædixit, quod quantocyus ad alteram vitam esset transiturus, ac proinde nollem sibi dubium esse, quin Deus peculiarem illorum habitutus esset tationem, eosque paternè protecturus: interea verò operæ pretium esse, ut in suum locũ de novo illis capite benè provideèque prospiceretur, ac proinde ad hoc munus Josue illis elegit: *Iosue iste transibit ante te*, hunc Superiorem vestrum recognoscens & Ducem, ejus præcepta cum eadem prorsus sollicitudine & fidelitate adimplebitis, sicut hactenus meis paruistis. Tu autem ô Josue oculo benignitatis hosce filios meos respice, quos hactenus sicut filios meos observavi & dilexi. Onus, quod hodie manibus tuis consigno, valdè est arduum, verumtamen noli metuere, quia Deus conatus tuos secundabit. Verùm enimverò valdè ego te miror ô Moyses. Hinc dignitatem portùs uni ex filiis tuis, Getsæ nimirum vel Eliezer, vel cuivis alteri de tribu tuo conferre debebas, non verò Josue, quo cùm nullam habes neque consanguinitatis, neq; tribus conjunctionem. Et tamen verum est, quod Patres semper filios suos promovere satagant, dignitates eis renuntiando aut procurando; idem quoque obsequium fratres fratribus, & cognati cognatis exhibere solent; & tu ô Moyses regimen populi tui in talem transfers, qui te nequaquam conjunctione aliqua contingit, imò qui est ex aliena prorsus tribu progenatus. Etenim neminem esse existimo, qui punctum difficultatis, ipsamq; Moysis intentionem ita perfectè tetigerit, & assecutus sit, sicut S. Hieronymus: *Moyses amicus Dei potuit utique successores principatus suos filios facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur.* Sed quo fine? *Vt sciremus principatum in populos, non sanguini deferendum esse sed vitæ.* A I neminem igitur propri sanguinis respexit, nec illum è domo vel tribu sua principem instituit: *Sed ignotum domesticis anteposuit*, subjungit quidam Moderatus, ô integerrimum Moysen! ô exemplum memorabile iis omnibus, quid ad aliorum admoti sunt regimen. Ecce etenim tibi hic declaratum dubium, cur Christus in Principem Apostolorum Petrum elegerit, non verò Jacobum & Joannem, hi enim cognati ejus propinquissimi erant, non item ille, atque ut idipsum omnibus tantò evidentiùs innoteisceret, Patris sui expressam mentionem fecit: *Beatus es Simon Bar-Iona*, quasi inferre veliet: Simon ille, quem vobis hodie in Superiorem vestrum eligo, est filius Bar Jona: quocum nullum mihi intercedit parentelæ vel sanguinis vinculum. *Priusquam Dominus summam Christiani Imperii porrò promittat* (inquit Hugo) *ostendit quisnam sit ejus Pater, Bar Iona, id est filius Iona. Quasi dicat, omnibus notum sit, Petrum non esse mihi genere conjunctum, neq; mei sanguinis vinculo tractum ad summam dignitatem. Et ob hoc eum inter Apostolos multi essent ex genere Christi, nullum tamen ad summum apicem hujus dignitatis evexit.* Etenim Barsabas cum Matthia ad Apostolatum expositus cognatus Christi erat, atque ideò non ille, sed Matthias electus fuit, qui nullam cum Christo habebat affinitatis dependentiam. Estque hæc opinio Dionysii Carth: *Ioseph*, inquit, *id est, Barsabas fuit frater Iacobi Minoris & consanguineus Christi, sicq; per hoc, quod Christus Iosepho Matthiam in Apostolatum præposuit, docuit, quod ex consanguinitate, aut carnali affectu non sunt homines ad Ecclesiast. beneficia aut officia promovendi.* Hanc & Politicam Christus circa suos cognatos observasse videtur quando rogatus ut in Nazareth miracula faceret, id renuens, respondit: *Nemo Propheta acceptus est in patria sua.*

18. O quot sunt eorum, qui ad regiminis clavum residentes vento prorsus contrario navigant. Superioribus sæculis cõsuerudò erat, quod ad hoc ut aliquis altius evheeretur, & dignitatem quamcunque obtineret, hoc unicum sufficeret, quod cognatus esset illius, ad quem spectabat illam conferre vel dispensare. Sanctus Petrus Chrysologus observat, quod quando Christus in domum Simonis se contulit: *Non erat vernula, vel minister, non familiaris, vel propinquus*, sed solum una paupercula vecula mulier sua infirmitate eum ad pietatem permovit, quæ confestim ut sanata fuit: non cogitavit de commodis propriis, sed de Dei servitio statim obeundo sollicita fuit: *Ministrabat ei.* Et Sanctus Basilius de gubernantibus sui temporis Principibus graviter lamentabatur dicens: *Non ego quod* (dicebat) *qui est dignus, sed domesticum & familia-*

D. Hier. in c. 1. Epist. ad Titum.

Paul. Chrysologus

familiarem. *Neque qui salutaris esse posset Reipu blicæ, sed in sua gente aut familia, aut facultate præpollere.* Verumamen speciales Deo gratias agebat, quod ejusmodi abusus inter Ecclesiasticos justitiam & honorem Dei ob oculos habentes, suo tempore non consueverint accidere. *Id quod absit, ut contingat in creatione ac delectu præsulum Ecclesiæ.* Nolo hoc loco prætexere quendam scripturæ locum, & per eum huic primæ disceptationi parti felicem finem imponere. Incarnatæ æterni Patris sapientia de Regno cœlorum sermonem instituens, sub variis illud Metaphoris proposuit, nimirum sinapis, fermenti, &c. dumque hac de re prolixius loqueretur, ecce certus quidam curiosulus supervenit, interrogans eum, an multi, an verò pauci salvandi essent, *Domine si pauci sunt, qui salvantur?* cui Dominus respondit, quod fortè ipse & alii sui fideles de numero illorum futuri sint, qui contendent quidem per angustam portam introire, & tamen foris subsistere cogentur; Et licet dicant: *Domine aperi nobis*: tamen hoc reportaturi sint responsum: *Nescio vos unde sitis*, ac proinde condemnandi eruti in Infernum. Verùm hic aliquis, quidnam Judicis alicujus interesset, si patriam è qua natus est reus? potiùs ab eo curandum, an & ubi ejus commissum sit delictum, non verò *unde sit*. Quis enim Judex adeò curiosus erit, ut potius sollicitus inquirere debeat patriæ, quàm quod curet rectitudinem Justitiæ. Theophylactus observandum esse dicit, Christum eo loco cum Hebræis locutum esse: *Ex quibus natus est secundùm carnem*, quasi diceret, tametsi vos meæ stirpis consortes, egoque vestro sim sanguine & in patria vestra natus, nihilominus indispensatione & collatione gratiarum, vel detrudendis pœnis, in eo quod est aperire vobis cœlum, vel accelerare vobis Infernum. *Nescio vos unde sitis.* Neque enim hoc attendo quod patriotæ, vel cognati vel contribules mei sitis; Id quod egregiè nobis documenti loco deservit, inquit quidam Moderatorum: *Vt dum quis tractat alicujus negotium, sic illud tractet, ac si nesciret unde ille sit, an compatriota, an alienigena, an affinis secundùm carnem, an conjunctus familiaritate, an secus.* Et eadem politicè se quoque moderabatur in patriis in Nazareth & Capharnaum miraculis. Ad confusionem illorum, qui nec oculos, nec linguam, nec pedes aut manus habent, prætereamus ad suis benefaciendum. Utinam hoc mane hoc solùm à Christo Domino discerentis, gratias alienis facilè præstandas esse præ cæteris. Quidnam autem à vobis qui divites estis, remotius esse potest, quam paupertas? hæc autem in pauperibus residet, ad illos igitur manus vestras extendite, Eleëmosynarum vestratum favores eisdem liberaliter elargiendo.

PARS SECUNDA.

19 *Ac & hic in patria tua.* Proverbium est diuturna experientia comprobatum, quod scilicet quilibet molendino suo aquatum abundantiam procurare satagat; Omnes bona sectamur, eaque in domum nostram divertere desideramus: Nullus est qui non desideret gratiarum suarum gremium in familiam suam excutere; suorumque favorum cornucopiæ in suos cognatos evacuare. Scimus de Sancto Joanne Baptista famam ejus adeò per universam civitatem Hierosolymitanam divulgatam fuisse, ut ob hanc, in magna apud quosvis Primates esset veneratione, adeò ut quilibet ei reverentiam exhibere, suamque erga illum obsequiosam debitam voluntatem contestari ambirent. Tandem certos quosdam Legatos ad eum amandare decreverunt, qui bonam totius populi erga ipsum inclinationem indicarent, eique pariter Messiæ dignitatem ultrò citroque offerrent, utpote quem tanquam talem publica Præconis voce proclamre paratissimi essent, dummodo eandem dignitatem dignaretur recipere: *Cùm fervent ius Christi expectaretur adventus, Iudæi transmittunt ad Ioannem, conjicere volentes, si ipse se Christum fateretur,* inquit Origenes, miror profectò vehementer Jetosolymitanos, quod cùm essent viri doctissimi, & in Scriptura sacra admodum versati, & expediti, nihilominus hanc malè consiliatam ad Joannem Legationem instituerint, utpote quæ ex multis capitibus non poterat subsistere. Imprimis enim Joannes erat de tribu Levi, quomodo igitur potuerunt existimare illum esse Messiã, si hic ex tribu Juda nasciturus expectabatur: *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in Principib. Iuda, ex te enim exiet Deus* Joan. natus fuit in montanis Judææ: De Christo autem sive Messia, illum in Bethlehem nasciturum esse, prædictũ fuit. His addo quod Messias plurima dicebatur operaturus signa miraculosa: De Joanne autem dicitur: *Nullum signum fecit.* Et tametsi nulla ex addductis rationibus judicaretur sufficientem in se continere

Origen. ibi in Cat. D. Th. ho. 245. co. 2. l. C.

Michæas.

Ioan.

energiam, aut efficaciam, ad infirmandam propositionem horum Legatorum, hoc saltem à Judæis, Sacerdotibus, & Levitis scire percuperem, quisnam illis authoritatem dederit, Messiam sibi eligendi juxta caputium & phantasiam suam? De Romanis quidem legitur eos hanc sibi licentiam vendicasse, ut Deos sibi eligerent, sed tunc, quando verum non agnoscebant Deum: simile autem quid de Hebræis nunquã intellexi. Illi eligere sibi solebãt Deos, qui suis erãt inclinationibus favorabiles; ac proinde bellatores Martem eligebant, Literati Palladem, Mercatores Saturnum, sic de aliis: at verò Judæi inter se non permittebant, ut aliquis sibi Deum juxta genium suum eligeret. Et tamen volebant Joannem esse Messiam: Quod si exigua literatura præditi & idiotæ fuissent, libenter iisdem compateret: at verò Hugo opinatur hanc Legationem fuisse conclusam *à sapientibus Iudæorum post longam consultationem*. Quomodo igitur esse potuerunt adeò sui ipsius obliti, ut tam notabilem ipsi errorem committerent. Videamus nonnihil cujus conditionis fuerint ad Joannem transmissi Legati: Erant Sacerdotes & Levitæ. *Qui missi sunt erant Sacerdotes & Levitæ, personæ Ecclesiastica & Religiosæ De tribu Levi*, inquit Cardinalis Toletus. Verùm quidnam quam maximè movit illos, ut hanc Messiæ dignitatem Joanni offerrent, jam-jam idipsum ex alio quodam Scripturæ loco adducendo intelligetis.

Hugo Card.

Tolet. ibi in com. f. 111.

20. Moyses in sua Chronologia omnia creationis opera, præcipuè verò Solis & Lunæ prolixè nobis refert: & dicit: *Fecit Deus duo luminaria magna*. Porrò quod Sol Luminare majus nominetur id quidem transeat, quia nonnulli volunt, quod centum sexaginta sex vicibus major sit quàm terra; Imò quævis stella terrâ major est, idque juxta aliquos quinquaginta vicibus, secundùm alios 70. secundùm alios 90. juxta alios denique centum vicibus, & nulla est inter omnes, quæ illam non superet ad minus octodecim vicibus. Addunt Astrologi quod stellæ primæ muguitudinis, quarum 15. sunt, terram excedant centum septem vicibus: aliæ verò secundæ magnitudinis, quarum sunt 45. sint nonagiuta vicibus majores terra. Nunc igitur hunc in modum discurramus. Luna æquivalet tertiæ parti terræ; stellæ autem sunt majores terra, uti dictum est. Igitur post Solem non debetur præeminentia magnitudini Lunæ, sed stellis prædictis. Cur igitur Moyses Lunam hoc afficit honore, ut illam vocet *Luminare majus*? Audite quid super hac re modernus quidam speculetur. Inter omnes stellas vel Planetas cæleſtes nulla est, quæ adeò vicina sit nobis quàm Luna; Imò stellæ nobis adeò parvæ esse videntur, quia adeò sunt incredibiliter à terra remotæ Moyses igitur ratione hujus vicinitatis Lunam honorare, eique non verò stellis hunc titulum & præeminentiam magnitudinis dare voluit (quarumvis titulus hîc illis jure meritissimo debeatur) quia stellæ sunt remotissimæ à nobis: *Luna prope minimum cælestium siderum astrum est, & quia propinquissimum terris est, & humanis rebus sese propius lucem levi influxu & aspectu offert, idcò apud homines nacta est magnum luminaris elogium*.

Genes 1.

Cec. Adv in annot.

Nunc ad Joannem revertamur. Porrò Sacerdotes & Leviæ Joannem titulo & dignitate Messiæ honorare decreverant, eò quod illorum propinquus erat, si non situ, aut parentela, saltem ad minus officio, dignitate, & tribu levitica. Quid autem huic nostris temporibus fieri solet? Damus quoque hanc vel illam dignitatem alicui, aut illum ad hoscе vel illos honores evehimus, sive illos mereatur, sive non mereatur hanc dignitatem, id non respicimus, utpote quibus sufficit quod talis ex nostra sit tribu: *Quid causæ fuit ut Sacerdotes & Scribæ qui legationem miserunt, tam manifestè cœcutirent, ut hominem nullis miraculis clarum ex tribu levi progenitum eligant in Christum, & Messiæ thronum Ioanni tribuant?* Ecce tibi punctum hujus nostri discursus: *Consilium hoc initium habuit à Sacerdotibus: Sacerdotes autem utpote ex tribu levi, solerter agebant, ut cognatus eorum Ioannes eveheretur ad Messiæ dignitatem*. Hanc Politicam Hebræi ad ipsa usque Christi tempora conservarunt, siquidem & cives Nazarethani volebant Christum, tanquam ejusdem loci compatriotam, apud ipsos, non verò apud alios gratias facere & miracula patrare: *Fac & hîc in patria tua*.

21. Scio satis probè, nec à Lege, necà DEO prohibitum esse omnibus benefacere: at verò insuper etiam non ignoro, quod omne nimium, ut communi proverbio dicitur, faciat rumpi saccum, quodque habendus semper sit respectus ad merita & idoneitatem, ut docet Sanctus Thomas. Idipsum firmiter observabat Antigonus, unde certo cuidam aliquid ob merita Patris prætendenti, respondit: *Ego adolescens non ob Patris virtutes mercedem & munera dare soleo*. O quot sunt hodie filii & nepotes, qui dum

dum aliquod sibi charitatis obsequium procurabunt, Patris vel etiam Patrui sui merita in medium afferunt, eo quod propria quæ proponant, non habent? Cum à Pyrrho Epirotarum Rege filii sui interrogando peterent, uter illorum regni successor futurus esset? Respondit illis: Eum successorem suum futurum, cujus gladius maxime foret exacutus: & tamen filii ejus erant. Per hoc insinuans, quod regni successionem determinaturus non esset ratione filiationis, sed considerando futuri successoris merita. Æterna quoque memoria digna est illa Archelai Regis actio: Qui dum mensæ accumberet, jussit ex aduerso in publicum exponi, quicquid ibi erat argenteæ aureæve suppellectilis. Privatus quidam hoc aulicus Regis, aureorum vasorum aspectu illectus, eo est audaciæ progressus, ut unum ex opulentissimis vasis ab eo petere non dubitarit. Rex autem petitionem ejus audiens, nonnihil suspensus hæsit, hunc in modum secum discurrendo: si non dedero quod hic postulat, meæ magnificò liberalitati: si autem dedero, donum meretur, qui idipsum minimè meretur. Audite modum ejus resolutionem. Vas postulatum manu arripiens Euripidi magno Philosopho obtulit, & ad aulicum conversus prout Scriptor ipsum recenset, ait: *Frustra petitur quod petitur, ni prius illud mereatur.* Favores dantur benè omnibus, non verò temere postulantibus.

21 Sanctus Joannes Evangelista dicit, Patrem unigenito filio suo plenariam delegasse potestatem judicandi bonos & malos, & singulis juxta singulorum merita vel demerita præmia decernendi vel supplicia: *Omne judicium dedit filio, quia filius hominis est.* Notate hanc rationem: *Quia filius hominis est*; cur non dixit: *Quia filius ipsius DEI est*? In Genesi legitur, quod priusquam Jacob Patriarcha, Sanctus Ecclesiæ Deus moreretur, suam voluerit ordinare familiam, & de singulis filiis suis disponere juxta singulorum conditiones & qualitates. Judæ autem primatiam dignitatem contulit, ut scilicet omnibus fratribus suis plena cum authoritate imperaret, ipsi verò ei obedirent: *Adorabunt te filii patris tui. Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est.* Scire optarem cur dignitas ista non potius Ruben, qui primogenitus Jacobi erat, collata fuerit: aut cur non fuerit translata in Josephum, qui præ cæteris omnibus charior erat: *Israel diligebat Joseph super omnes filios suos.* Respondet Rupertus: *Quia in dandis benedictionibus non suam, sed DEI voluntatem debuit facere: non carnis affectum, sed Spiritus Sancti instinctum sequi, dignum fuit.* Pater æternus plenipotentiatiam judicandi authoritatem non dedit filio suo tanquam filio suo, sed *quia filius hominis est.* Ratio autem illius desumitur à sancto Augustino, dicente: *ut ostendat quod non naturæ ponderet, sed meritorum discretione in assumpta carne traditum est judicium filio: ut inde sumas exemplum, quod pro ratione meritorum, non sanguinis tua bona distribuas.*

23. Christus in montem Thabor etiam evocare Moysen & Eliam voluit, ut gloriæ suæ illos participes redderet: *Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias loquentes cum IESV.* Cur non potius in illum montem invitavit Davidem, Abrahamum, Jacobum vel alium quendam Prophetam vel Patriarcham? Sanctus Joannes Chrysostomus respondet: *Eos in medium ducit, qui se morti exposuerant pro his qui Deo placebant: Etenim Tyrannis uterque se libere præsentavit Moyses Pharaoni, Elias Achab.* Potiò hujus mundi assectæ quævis alia bene considerant & respiciunt, præterquam quod merita nequaquam discernant. Imò opus est sæpenumero, ut bene meriti sua merita seorsim reponentes dissimulent, & aliud se juvandi medium adhibeant, si id quod virtutum suarum præmium est, feliciter assequi desiderent. O quot favores Pharao Abrahæ præstabat, quot mittebat in domum ejus armenta, quot camelos, servos, & ancillas? *Fueruntque ei boves & oves, & asini & servi, & famulæ, & asinæ, & cameli.* Verum dicet fortasse aliquis: Abraham hæc omnia munera accepit, ob varas suas qualitates, suæque personæ dignitatem & merita, &c. Miror qua fronte id dici possit, cum Scriptura expresse dicat: *Abraham bene usi sunt propter illam:* Ly *illam*, quo refertur? *Pudendum sane dictu, quoniam secum pulcherrimam adduxit fœminam.* Etenim aliorum opinionem refero dicentium: *Ecce præclara merita! en pulverem & sudores! propter illam.* Id quod virtuosus aliquis non valet impetrare virtute meriti, alius ignorans per mulierculæ alicujus favorem obtinet. Christus autem in faciendis miraculis, præstandis favoribus & beneficiis, ad personalia semper respiciebat merita, & ad nihil aliud. Abite in pace.

tom. 4. de oper. Spir. Sanct. c. 10.

Augustin. Tract. 21.

Matt. 17.

Chrysost. ibidem.

Genes. 12.

Paulus Scherlogus in Cant. tom. 1. antil. 8. sect. 2. fol. 369. num. 20.

SERMO XVIII.

IN FERIAM TERTIAM DOMINICÆ III. QUADRAGESIMÆ.

Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. D. Matth. cap. 18.

1. CHARITAS, quæ non tanquam advena, sed velut civis & domestica in corde humano residet, omninò nobis persuadet, ut ex strictæ obligationis titulo omnes facultates nostras in beneficium proximi impendamus. Id quod Athenienses ad Legem quandam condendam permovit, qua perpetuæ infamiæ nota adurebantur illi, qui advenam vel peregrinum à via recta declinare videntes, eundem in rectam denuò viam non reduxissent, per quam sine impedimento sui posset assequi itineris finem: *Lege cautum fuisse apud Athenienses legimus, ignominia loco gravissime fuisse notatum, si quis erranti viam non ostendisset rectam.* Imò charitas nos non patitur exemptos esse à subsidio brutis ferendo: Quis enim est qui jumentum aliquod in foveam collapsum videns, illud non moliatur educere? *Si quis perspexerit jumentum suum in puteum lapsum, statim occurrit, coadjutores vocat, clamoribus instat, stimulis pungit, flagellis cædit, injectis funibus trahit, nec ab inceptis fames vel somnus avocat.* Scribit sanctus Bernardinus Senensis. Cùm quanto igitur majori charitatis impulsu moveri debet Christianus, ut per correctionem fratri suo subveniat, quando illum à recta salutis via declinare videt, aut in peccatum aliquod lapsum esse conspicit: *Discurre, festina, suscita amicum tuum si peccaverit,* præcipit in Proverbiis suis Sapiens. Imò si Doctori Angelico credimus: *Correctio fraterna cadit sub præcepto, secundum quod est necessaria ad fratris emendationem;* Unde S. Augustinus eos, qui hoc negligunt, asperè arguit & reprehendit, dicens: *Tu eum vides perire & neglegis? pejor es tacendo, quam ille convitiando.* Ac proinde hoc mane non est mihi animus vos ad hoc eximium charitatis opus præstandum exhortari, utpotè qui omnem alium orationem persuasivam illius superfluam esse judico, cum idipsum Salvator noster emphatice satis in hodierno præcipiat Evangelio dicens: *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum.* Sed tantum ad trium circumstantiarum ad hoc tanti ponderis & momenti officium requisitum observantiam attentos & sollicitos vos esse desidero: *Debet fieri debitis cum circumstantiis,* inquit Angelicus. Ac proinde considerandum est, qualis debeat esse corrector, qualis debeat adhiberi corrigendi modus, ac denique quodnam tempus faciendis correctionibus sit opportunius. Et quidem inprimis quoad arguentem ad quem refertur Ly: *Vade & corripe,* hic debet esse justus & in gratia Dei. Unde S. Gregorius in suis moralibus: *Mundus debet esse à vitiis, qui alienos corrigit, eo quod non bene maculam in alio conspicatur oculus, quem pulvis gravat.* Quantum ad modum; curandum est ut adhibeatur benevolentia, benignitas, amor, ac proinde Salvator dicit: *Si peccaverit in te frater, non homo, non proximus tuus, eo quod frater est nomen amoris & charitatis,* inquit S. Bernardinus Senensis: Quod verò ad tempus attinet, opportunissimum erit, quando ego solus cum solo fueris: *Inter te & ipsum solum; non palam,* explicat S. Augustinus, sed *in secreto & in occulto,* ut non fiat aliis manifestus proximi defectus. Hæ sunt tres perneccessariæ cautiones

Pet Menchinus in Pareneſi fol. 8. fac. 1.

Bern. Senenſ. tom. 2. ſer. 3. poſt 3. Domin. Quadrageſ. art. 2. cap. 3. fol. 264. col. 1. lit. A.

Prov. 6.

D. Thom. 2. 2. qu. 33. art. 2. ſ. 57. cap. 4.

tiones observandæ ab eo, qui per correctionem animam fratris sui lucrari satagit. Circa quas cum fructu & brevitate, ut spero, discurremus, si me cum attentione & silentio observaveris.

Illæ, alios qui tentat plectere, debet
Ipse prius vindex criminis esse sui.

Iacob. Bill. lib. 1 anthol. 8.

1. *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum.* Solebant veteres per proverbium quoddam metaphoricum eorum carpere stultitiam, qui Critici vel Censoris, Momi vel Aristarchi partes sibi arrogant, iustituendo per adhibitum reprehensionis verbum alienorum defectuum accuratam anatomiam, cùm ipsi præ aliis eatenus eadem culpantium luto sint commaculati: *Aliorum medentur ipsi ulceribus scatet.* Et apud Plutarchum monstrabantur digito, & notabantur à vulgo tanquam homines pessimi maximèque temerarii: *Alii medens & ipse ulceribus scatens.* Xenophontales illis comparabat Astrologis, qui instituta futura aliis prognosticare norunt, & tamen suamet propria, licet prope imminentia, velut ob oculos posita ignorant: *Ajunt sanè hi alios quidem prædicare futura, sibi ipsis vero non prospicere quid instet.* Mirot autem quomodo quisquis suis transversam habet: *Ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc venies ejicere festucam de oculo fratris tui.* Quisquis secus facere volunt, oleum & operam perdit, inquit magnus Ecclesiæ Doctor Ambrosius: *Qui peccati trabis in suo non potest eruere oculo, quomodo ex alterius oculo poterit amputare festucam?* Nunquid non audistis sanctum Isidorum hoc charitatis officium prohibentem illi, cujus vita Idea non solùm fuit perfectionis? *Non debet vitia aliena corrigere, qui adhuc vitiorum contagionibus fuerit inquinatus*, existimans impiè agere eum qui proximi defectus corrigit, quorum ipsemet corrector existit esse reus: *Improbum enim est arguere in alio, quod reprehenditur in te.* Cui opinioni pariter conformatur beatus Archiepiscopus noster Valentinus, dicens: *Turpe est cum redarguit culpa consorem.* Num forte exspectatis ut ego ipsiusmet doctrina & authoritate sancti Gregorii confirmem? Ea igitur ipsissima ejus verba: *Prius ipsi purgandi sunt*, inquit, *per quos aliorum culpa feriuntur, ut ipsi jam mundi per ultionem venire mundi, qui aliorum vitia corrigere festinant.* Qua enim ratione fieri poterit ut qui mortuus est, virtutem habeat cadaver aliquod revivificandi? vel ut impius aliquis ad peccatorem convertendum prævaleat? Unde Poëta quidam dixit:

3. David Propheta regius intelligere non poterat, qua fronte peccator aliquis alium delinquentem corrigere ausit; declarare enim se quidem paratum ut à quovis vilissimo & plebejo homine reprehensionem læto & hilari vultu auscultet: at verò si peccator aliquis quibuscunque ille sit titulis & sanguinis nobilitate conspicuus illum esset reprehensurus, surda illum aure sit auscultaturus. Audite ipsissimam ejus protestationem: *Corripiet me justus*, vel ut legit sanctus Augustinus: *Emendabit me justus & increpabit me*; quasi diceret: Rex quidem sum, sed æque ac alii, imò plus quàm alii peccatis subjectus, avertat à me Deus, quod me velut aspidem ad alterius monita meos mihi defectus indicantia surdum exhibeam, quantumvis idiota sit & ignobilis, dummodo sit vir bonus, & justitia præfulgeat: *Corripiet me justus*, & sine ullo humano respectu me reprehendat, nam errorem advertens in vita mutanda & reformandis moribus nunquam tardabo. Heus tu igitur, quisquis es (inquit S. Augustinus) qui in hoc pietatis officium te ingerere præsumis? *Tu tibi esto justus, & in te esto justus.* At verò si in eo, quod est culpabilem esse, corrector & correctus vel corrigendus non differant, tunc correctiones à talibus correctoribus factæ, solùm dant irritamenti majotis occasionem: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Discedant à me mali isti, qui potius indigent ut corrigantur, quàm ad alios corrigendos sint apti: *Peccator es, vindica in te, redi ad conscientiam tuam, exige de te pœnas, crucia teipsum*, concludit S. Augustinus.

a 45. fol. 71. cap. 2.

Psal 140. Augustin. ibid. tom. 8 fol. 353 co. 3. l. I.

Genebrar. ibid. fol. 944. num. 6.

Ibid. col. 4. lit. L

Augustin. ubi suprà.

4. Sapientissimus Rex Salomon, Sanctissimi Patris Filius, margaritæ qualitates & pretiositatem considerans, quam habet quando in fœcundæ alicujus Conchæ sinu nascitur, obscurum quoddam emblema, sive ænigma, & reconditum axioma formandi occasionem sumpsit, quod postea in Proverbiorum suorum libro descriptum reliquit, dum ait: *Inauris aurea & margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem.* Volens per hanc gratiosam metaphoram unumquemque docere, quod modus, quo margarita nascitur, vel formatur, debeat esse instructio eorum, qui in peccatoris correctionem sese ingerunt: At verò scire desidero, in quonam hæc similitudo consistat, & in quibus inter se conveniat correctio & margarita.

Proverb.

Hæc itaque licet sit maris primogenita filia, suos tamen natales cœlo in acceptis refert. Vix est in gravidæ Conchæ cunis progenita, cum ecce tidens aurora vultu lætoejus solemnizat nativitatem, & ex divite Naturæ gaza vivacissimos mutuata candores, fascias ei exinde efformat. Stella matutina velut favorabile quoddam astrum ascendens? ut vocant, futuras illi vaticinatur dignitates & excellentias, nimirum quod fœrus ille Conchæ, margarita, futura sit monilium pupilla, gemmarum Phœnix, coronatum pompa, & gloria thesaurorum Monarchæ; quodque metallorum omnium Rex magnæ sibi gloriæ & honori ducet, posse ei loco scabelli alicujus obsequiosum esse. Hæ igitur excellentiæ quæ margaritæ attribuuntur, correctioni quoque dici possunt convenire. Vel etiam quia, ut vult Chrysostomus sicut: *Qui margaritam habet, novit se divitem esse*, ita quoque infallibilis veritas securos nos teddit, quod si corrector à peccatore fuerit auscultatus: *Lucratus erit fratrem suum*, vel ut scribit Joannes à S. Geminiano: *Cùm margarita incipit generari, si tonitruum supervenias, abortum patitur*; volens per hoc nobis insinuare sapiens, quod qui in correctione utitur minis perterrefaciendo peccatorem, loco partus perfecti factus sit abortum. Enimvero hæc mea est hac in re opinio, scilicet ænigma istud hoc modo intelligendum esse, quod licut margarita ad hoc ut in omni bonitate & perfectione sit constituta, requirit ut fiat cælo sereno, & ab omni nubium caligine libero; unde de margarita factum est Emblema hoc spiritu vivificatum: *Claresci athere claro*. Ita si corrector velit facere fructum & animam lucrari, conscientiæ suæ habere debeat serenitatem, & vivere sine ulla peccati umbrosa nube: Quisquis enim vult alium corrigere, necessum est ut secum deferat candorem margaritæ: *Margaritum fulgens qui arguit sapientem*. Cui opinioni se quoque subscribit magnus ille Mediolanensium Præsul sanctus Ambrosius dicens: *Iudicet ille qui non agit eadem, quæ in alio putaverit punienda: Iudicet de alterius errore, qui non habet quod in seipso condemnet.*

Chrysost. in cap. 13. Matth. hom. 48. fol. 318. col. 2.

Geminian. lib. 2. cap. 7. fol. 93. col. 1.

Ambrosius in Psal. 118. serm. 20. nu. 4. fol. 427. col. 2. lit. E.

5. Enimverò videor mihi audire nescio quem, voce satis ærumnosa lamentantem; nec tamen discernere possum ubi sit, nec vocem agnoscere, ac proinde estote modesti, donec eum observavero: *Væ mihi quia tacui.* Audio ipsum dolere quod non sit locutus: imò potius contrarium facere deberet, potius enim ei gaudendum esset, quod silentium tenuisset, siquidem: *In multiloquio non deerit peccatum.* Verum ehem quid audio? incipio agnoscere clamantis vocem; Ille etenim Isaias propheta. Ergone ô Propheta querularis quod hactenus tacueris? prudenter utique fecisti, potius gloriandum tibi esset, & non dolendum: Causa lamenti mei est (respondet Isaias) quia civitatem incolo à peccatoribus inhabitatam, nec mihi eos reprehendere aut emendare permittitur: *In medio populi pollutis labia habentis ego habito.* Sed quis est, O Prophota, qui veteat salutem procurare tuorum? num forte id per Civitatis statuta prohibetur? aut forte metuis quod sermonem tuum non sint auscultaturi? aut adversum te rebelles facti contra te insurgent? Nihil horum me ad lamentandum perturget. Quid ergo? *Væ mihi*, vel cum S. Cyrillo, *O me miserum, quia vir polluti labii ego sum*: quasi diceret: Per hoc solum transgressores reprehendere prohibeor, quia labii habeo immunda. Et vere, id est, hæc est potissima causa cur Isaias lamentetur, ut scribit S. Hieronymus. *Quia labia habebat immunda.* Quomodo enim alios purificare poterat, qui impura habet labia censebatur?

Isaiæ 6.

6. Factum hoc Isaiæ optimè correspondet cum illo à DEO Hebræis impositio præcepto prout in Levitico legitur. Audiatis illud velim, nam non minus mysticum est, quam peregrinum: *Quicunque maculatus fuerit lepra, habebit os veste contectum.* q. d. Nullus leprosus os apertum & patulum habeat, sed vestis limbo illud semper obturatum & occlusum habebit: Quænam obsecro est connexio & correspondentia inter hoc quod est tenere labia obturata vel clausa, & habere membra lepra contaminata? Communis quasi est omnium Expositorum opinio, supremum legislatorem hoc loco figurate locutum fuisse, & sub lepræ metaphora peccatum intellexisse. Ita Origenes, dum ait. *Lepra generaliter significat peccata, & variæ species lepræ significant diversa peccatorum genera.* Idem quoque à S. Cyrillo hisce verbis confirmatur: *Dicendum igitur primo est, designari per lepram peccata quæ in hac vita positi committimus.* Ecce igitur ibi hic manifestatum mysterium, & apertam propositi dubii intelligentiam, quasi enim dicere Dominus velle videtur: Quisquis se lepra contaminatum esse adverterit, os suum aperire, aut labia ad verba correctionis formanda aperire non ausit, sed ab hoc officio abstineat: *Habebit os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit*, quia nec immundus purificare, nec

contaminatus mundare alium poterit. Unde occasionem sumpsit correctorem hisce verbis monendi: *Antequam judices alium de aliquo defectu, vide quid sit immunis ab illo, quomodo enim ipse subvenies aut erigere eum poteris, qui ipsemet similis es adjutorii indigus?*

7. Ac proinde doctissimus Alcuinus super Genesin scribens sequentem movet difficultatem: DEUS ob facta peccatum terræ maledixit: *Maledicta terra in opere tuo.* Quod si ego te O DEUS interrogarem causam, cur aquæ non maledixerint? scio te responsurum esse, Elementum illud nullam prorsus culpam commisisse, ac proinde non commeruisse etiam puniri. Et quidem optime id dicitur; veruntamen replico, neque ipsam terram alicujus peccati ream esse, & tamen eam maledictioni esse subjectam, adeo ut non majorem pro una, quam pro altera parte rationem videam, ideoque sicut terræ maledixit, ita quoque aquam maledicere poterat. Porro hujusce difficultatis intelligentiam facile ex observatione quam habere possumus, quam faciunt Franciscus Georgius Venetus, & S. P. noster Augustinus. Hi enim dicunt Evam protomatrem nostram Hebraice *Chavah* vocatam fuisse, quod apud nostri vitam significet: vel cum Augustino *Adam vocavit nomen mulieris suæ vitam.* Quidnam vero Adam Evæ consorti suæ vitæ nomen imposuit? cur non potius aliud quoddam nomen ei indidit quod mulieris qualitates viva exprimeret, vel aliquam Evæ proprietatem, utpote pulchra, modesta, amabilis &c. Scitote Sacra causam reddit dicens: *Eo quod mater esset cunctorum viventium*, & S. P. N. Augustinum ait: *quoniam ista est mater omnium viventium*: quasi tota & adæquata ratio cur vita appelletur, aben dependeat, quod sit mater omnium viventium, ut nobis per hoc insinuaretur, quod non potuisset esse nostrum viventium tanquam viventium mater dando nobis vitam, si ipsa in semetipsa habuisset, atque ideo appellari debebus *Chavah*, id est, ut exponit Franciscus Georgius, *vitam prabens*, ut hac ratione constaret illam solum vitam dare posse, qui vitam habet, & matrem vitæ esse non posse, qui vitam non habet: *Nam & hac non scriptoris narrantis, vel affirmantis* (inquit S. Augustinus) *sed ipsius primi hominis verba intelligenda sunt, ut diceret, quoniam hac est mater omnium viventium, tanquam nomini & se imposiit causam inferens, cur eam vocarent vitam.* Revertamur nunc igitur ad difficultatem de terra & aqua propositam. Illa enim maledicta est, non vero hæc; Et ratio est, inquit Alcuinus, quia aqua debebat eligi à Christo Domino nostro ad lavandum & purificandum animas nostras in Baptismo ab immunditia & sordibus culparum: quomodo autem maculas eluere potuisset, si divina fuisset maledictione commaculata? quomodo ipsa nos Sanctificare potuisset, si fuisset maledicta? ac proinde *Maledicta terra & non aqua, in opere tuo: Terra maledicitur non aquis* (inquit doctus Alcuinus) quamobrem? *In aquis enim erat peccatum abluendum de fructu terra contractum.* Porrò per harum duarum scriptuarum pariratem pervenire possumus in cognitionem illius, quod scilicet impossibile sit, quod aliquis in peccato mortuus vitam spiritualem recipere possit mediante correctione alicujus, qui in eodem peccato mortuus est: *Vocavit nomen ejus vitam, eo quod esset mater cunctorum viventium.* Quisquis enim immunditiem culpæ secum defert, eidem difficile & arduum erit per correctionis aquam animam fratris purificare, quæ in peccati luto contaminata jacet.

Alcui 1. ap. Lippom. in c. 1. cap. 3. Gen.

8. Cum sponsa cælestis de qualitatibus & lineamentis corporis sponsi sui interrogaretur, ipsa eum mox conata est modo, quo poterat, meliori describere, sigillatim per omnia membra, postquam autem colorum vivacitate delineasset ornamentum capitis sponsi sui, composituram comarum, oculorum modestiam, genarum suavitatem, vultus elegantiam, & omnem pulchritudinem, quæad perfectum eximiumque decorem requiri posset, tandem ad labia ejus celebranda progressa est, illaque sub miris & peregrinis liliorum & myrrhæ metaphoris ita depinxit: *Labia ejus lilia distillantia myrrham primam*; quasi diceret: Sponsus meus omnino pulchertimus est, ejus prærogativæ singulares sunt, nec pates habent, præcipuè vero labia ejus commendari merentur, quia labia ejus sunt veluti lilia, nec myrrhæ dissimilia sunt. Verùm enimvero hanc labiorum cum liliis & myrrha factam comparationem obstupesco; lilia etenim alba sunt, labia autem alba & quasi emortua imperfectionem potius dicunt, nam hæc sola sufficerent ad pulchritudinem vultus alicujus dehonestandam, melius illa rosis, corallis, aut rubinis assimilare potuisset. Adhæc subjungit labia illa myrrham distillare, *distillantia myrrham primam*, id est, liquorem aliquem amarum, & amaritudinem quandam gustui valde displicentem. *Dicitur* enim *myrrha ratione amaritudinis*, ut exponit doctissimus noster

Cant. 5.

Ægid. ib. lect. 12. f. 12. col. 4. l. A.

Ægidius Columna. Atque ideo ô sponsa, tu quæ ipsum laudare nitebaris, cum potius contemnere & abominabilem reddere videris? Non sic te sponsus tuus delineavit, quando data ei occasione tuam staturam omniaque corporis lineamenta adumbrare contendit, siquidem labia tua purpurescentia esse dixit velut vita quædam seu ligula coccinea, miram distillantia dulcedinem: *Cant. 4.* *sicut vita coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Porrò multæ hujus adduci rationes possent, quas brevitatis causa pertranseo; ac proinde una pro omnibus eaque propositio nostro non inepta responsio sufficiat, nimirum quod dum sponsus amaram correctionis myrrham in sinum peccatoris distillabat, sponsa eum labia habuisse dicat, quæ liliorum speciem referebant, id est candida & pura, ad docendum nos axioma istud sive maximam, quod scilicet labia correctoris immaculata semper esse debeant. *Greg. Nyss. hom. 14. in Cant. fol. 364. l. B.* *Sic appellantur ii* (inquit S. Gregorius Nyssenus) *qui puri sunt, & ex virtute fragrantiam quandam habent, quique myrrham distillant, qua sine defectu mentem recipientem eam replet.* Et S. Gregorius Papa clarius idipsum explicat, dicens: *Greg. Papa ibi fol. 54. c. 1. l. C.* *Quid est, quod labia sponsi lilia esse dicuntur, nisi quod illi per quos Christus loquitur, necesse est, ut mundi sint, & per eos bonus odor aspergatur? de quibus erat Apostolus Paulus qui dicebat: Bonus odor sumus DEO in omni loco, & in his qui pereunt, & in his qui salvi fiunt.*

9. Abulensis circa personam Salvatoris nostri quando à Joanne in Jordane baptizatus & in monte Thabor transfiguratus fuit, ingeniosam quandam movet difficultatem, dixit enim: In utroque loco tam ad Jordanem nimirum, quam in monte audita est vox Patris æterni: *Et ecce* *Matth. 17.* *vox de nube*, quæ declarabat Christum esse *Matth. 3.* DEUM, & DEI Patris dilectum Filium: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*; *Abulen. in c. 17.* cum hac tamen differentia quod in Jordane non fuerint adjuncta hæc verba: *Ipsum audite,* *Matth. 4.* *90.* sicut in monte Thabor. *Cur ita factum est*: interrogat Abulensis. Num quid utrobique idemmet est Filius, num forte eo tempore quo in Jordane baptizabatur, verbum ejus auscultari non merebatur? Absit. Aut forte quia fidem nondum habebat apud homines? nec hoc asserere ausim. Audite obsecro qualiter Author quidam Modernus & gravis difficultatis hujus punctum egregiè tangat. Dicit enim quod Christus in Jordane baptizatus statum repræsentavit peccatoris: at vero in vertice montis, quia *Resplenduit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix* virum quendam præseferebat candore sanctitatis, & albedine innocentiæ resplendentem. Unde per hoc Pater æternus persuadere nobis voluisse videtur, quod quamdiu homo degit in statu peccati, necloqui debeat alium corrigendo, nec auscultari; sed tunc tantum id fieri debeat, quando est sine culpa, quando resplendet in anima per sanctitatem & albedinem conscientiæ, per integritatem morum & bonitatem vitæ: *Ipsum, ipsum audite.* Talis enim utilis est ad corrigendum, ac proinde ipsum audite: Christus Dominus *in baptismo quandam peccatoris imaginem præferebat; in transfiguratione summam prædicatoris sanctitatem repræsentabat: Quo ex discrimine significare voluit æternus Parens, nullam habere, sed summam innocentiam in eo esse oportere, qui alta audiendus præparatur.*

10. A Gallo gallinacio quilibet modum fratrem suum corrigendi discere non erubescat. Joannes à Sancto Geminiano de hoc animali domestico scribit, quod dum cantu suo alios dormientes excitare nititur; *Prius alas excutit,* *& latera sua feriens se vigilantiorem reddit.* Peccati lethargum ab anima sua pellat, qui quis illos qui somnio peccatorum suorum sopiti sunt, cantu correctionis suæ excitare & expergefacere contendit: *Cum alios verbis sanctæ exhortationis monent, prius exsitent se in sanctæ actionibus, ne in semetipsis torpentes sopiri, alios excitent voce.* Et certe qua ratione fieri poterit, quod lusorem convertas, si tu ipsemet ludendo omnia perdidisti quæ habebas bona stabilia & mobilia, domem uxoris, immò tuam ipsius camisiam? Quem fructum sperare poteris adhibendo correctionem alicui blasphemo, si tu ipse quavis hora Deo & sanctis ejus maledicas, ipsumque cœlum blasphemiarum tuarum fumo denigres? Abi ô concubinarie & prædicando lasciv illius emendationem urgeas, merito illa verba Evangelii in faciem tibi audies exprobrati: *Medice cura teipsum.* Tu vis injustitiam proximi tui carpere, qui per millenas usuras mercaris & negotiaris, & ad rapinas fovendas verbis, factis, manibus & dentibus tuis uteris? Quid diceres si videres Neronem corrigere volentem de sua crudelitate Lucium Syllam; Mithridatem, & Ptolomæum, Cambysen, Phalaridem, & Herodem? Nunquid merito rideudi essent Syracusani, si ingratitudinis ergò

Athe-

Athenienses reprehenderent, qui Aristidem proscripserunt, qui Dionem à quo toties libertatem receperunt, miserunt in exilium, eumque epistolas ad patriam denuò revocatum ipsamet vita exuerunt? Quid diceres aut cogitares si videres Galbam reprehendentem Caligulam de gulositate & Herodem Tarquinium de sua effræni libidine. Eosdem autem conceptus de eo formare poteris, qui in gravibus peccatis constitutus corrigere vult alium peccatorem.

11. Enimverò integritati conscientiæ & bonitati vitæ adjungi quoque debet benignitas & amor corripientis. Quia *corripere*, ut ait Sanctus Bernardinus Senensis, idem est, quod *cor rapere*, id est, eo modo fratrem nostrum est corrigendus, ut loquendi suavitate ad cor ejus rapiendum possis prævalere. Observemus obsecro modum quo Salvator noster præceptum istud tondens est usus. Dicit igitur *corripe*, non verò dicit *corrige*. Differentia autem inter duo illa verba hæc est, inquit Albertus Patavinus, quia *corrigere* propriè includit severitatem & rigorem, at verò *corripere* benevolentiam denotat & amorem: *Est pœna emendare, corripere autem est arguere, illud est authoritatis, hoc charitatis.* Quia igitur Christus proximum charitate mutuò mihi volebat, ideò nobis præceptum imponendo *corripe*, non verò *corrige*, Præcepebat Moysi ut verbis alloquiretur petram: *Loquimini ad petram, & illa dabit vobis aquam* Num. 20. eandem virga percussit: *Percutiens* virga bis *illam, egressæ sunt aquæ*. Unde Deus increpatus testatus est se illum nequaquam introducturum esse in terram promissionis: *Quia non credidistis mihi, non introducetis hos populos* terram *quam dabo eis*. Merebatur profectò hanc mortificationem Moyses, quia quod verbis imperare poterat, virga procurare volebat. Pater Osorius hanc scripturam correctioni fraternæ applicat, dicendo: Moysi similes illos esse, qui bonis verbis aquam lachrymarum è lapide cordis elicere volentes, mala adhibent & dura verba. Unde sicut Deus Moysi & Aaroni dixit, loquimini, non verò *percutite*, ita quoque Christus in Evangelio dicit: *Corripe & non corrige. Similes Moysi sunt, qui quod verbis agere possunt, virga & percussione faciunt, charitate ergo & mansuetudine dulci corrigere nos oportet.* Canis quo vitium vel livorem habet in corpore, ad illud curandum non dente utitur sed lingua illud leniter lingit & lambit: *Canum lingua vulnus sanat*, inquit Gregorius Magnus. Quando Christus Apostolos à piscium captura avocatos ad hominum prædam faciendã destinabat, voluit ut non hamo uterentur vel tridente, sed rete adhiberent, quod piscem vivum conservat: *Bene apostolica piscandi instrumenta retia sunt* (inquit S. Ambrosius) *quæ non captos perimunt, sed reservant, & de profundo ad lumen extrahunt, & fluctuantes de infernis adjuvernaproducunt.* Aurifex vas aliquod aureum in terram collapsum & confractum reparare volens, non utitur maximo quem habet martello ferreo, nec gravibus ictibus illud tundit, sic enim potius magis illud deperderet, quam repararet, sed ligneum malleum accipit ex minoribus quos habet, vasque illud cum dexteritate & leniter percutiendo sensim & paulatim accommodat & reficit. Discat ab hoc artifice corrector, ut placidè & benevolè corrigendo procedat, tundat leniter peccatorem, & caveat ne manum aggravet: *Vade & corripe eum*, sed quomodo, inquit Sanctus Vincentius Ferretius? *Dulciter & suaviter.* Non per minas & severitatem eum aggrediendo, Cæsar captivatus est benevolentia Lucii Cinnæ nepotis Pompeii juvenis aliàs valde facinorosi; unde Livia consors ejus dixisse illi fertur: *Severitate nihil profecisti: fac quod Medici solent, qui ubi usitata remedia non prosunt, tentant contraria*: at verò ubi bonis cum eo verbis agere cœpit, *quod severitate non potuit, lenitate perfecit.* Aquilo omni adhibita violentia pertinaciam viatoris superare non potuit, ut pallium ab humeris illius abriperet: econtra verò sol adhibitis illi caloribus suis feliciter de eodem viatore retulit victoriam, efficiendo ut non violenter, sed sponte proprium non tantum exueret pallium, sed & omnia alia vestimenta sua ab humeris abjicerer; Quo Apologo Plutarchus nobis insinuare voluit, ut scribit quidam Modernus: *Quod facilius vincuntur & vinciuntur hominum ingenia clementia & beneficiorum calore, quam nimia severitatis violentia.* Omnes quotquot correctione opus habent, Basilici proprietate imbuti esse solent. Hæc enim herba talis naturæ est, ut si leniter eam attractes, quasi manu tua eidem abblandiri volens, ipsa veluti benevolentiam & comitatem tuam gratè agnoscens, cum non minori urbanitate suavissimi cujusdam odoris tibi reddit tributum, at verò si illam convellas & conteras: *Non solum male olet, sed scorpios & vperas progignit.* Inter alia documenta, quæ Pythagoras in symbolis suis expressit, unum est istud: *Ignem ne gladio fodito*, per quod

Amb. in c. 5. Lu. l. 5. f. 450. co. 1. l. E.

Vin. Pero Ser. 1. f. 140. co. 4.

Amb. Marl in Theat. polit. c. 3. f. 29. Herm Cruserius ante vitam Phipamiui.

Plut. in apoph. Amb. Marl, ubi sup.

Plutar. in symb. appau. Manut f. 25. co. 1.

quod nihil aliud insinuare volebat, juxta expositionem Pauli Manutii, nisi quod *magis convenit blandis verbis tumidũ animũ placare.* Quando Spartani motis inter se invicem seditiosis tumultibus ad arma hostilia concurrebant, & alieni sanguinis sitibundi ad inferendas sibi mutuo strages gladios stringebant: Terpandus eis obviam procedebat non minaci vultu, aut manu armata, sed applicatam pectori citharam dulci plectro tangens suavem adeò edidit harmoniam, ut concitatos utrimque animos devinò sedarit & composuerit, suaviquè aura harmoniæ turbatas è furore frontes referendo, suaviter impetrarit, quod furor Martis obtinere non poterat: *Lacedæmoniorum animos delinivit.* Philippus Macedonum Imperator cum toto suo exercitu Bizantium civitatem, quæ nunc Constantinopolis dicitur gravi obsidione cingebat; cumque proximè ad urbis mœnia pervenisset, Leo sophistam obviam ei processit, qui cum Philippum interrogasset, quo cum tanta hominum multitudine procederet, aut cum ea quid facere moliretur, is ei respondit, venio ut obsidione Bizantium cingam eamque absoluti juris mei esse faciam, siquidem urbem illam totius mundi pulchertimam & famosissimam esse censeo: *Patria tua omnium speciosissima civitatum in suos amores me facile pellexit, proindeque ad delitiarum mearum portas adpropero.* Cui mox Leo subjunxit: si id ô serenissime Imperator prætendis, potius utendum tibi fuisset musicis instrumentis, quam bellicis, sono potius, quàm strepitu, amore item non furore, musicos adhibere debuisses, non milites, fistulas non hastas, organa non bombardas, citharas non balistas aliasque belli violentas machinas: *Neque enim bellica, sed musica expetunt organa, qui amori student.* Unde colligere possumus, quod si corrector civitatem, id est, animam fratris sui luctari velit, procedere cum eo debeat non cum severitate & rigore, sed in omni benignitate & benevolentia: *Dulciter & charitativè monendo,* inquit Ludolphus Carthusianus.

Ambr. Calepin. verb. Terpandus.

Col. Rod. e. 2. lib. 19. f. 434.

Ludolph. Carthus. ibid. c. 7. fol. 226. col. 1. lit. A

12. Christus animarum nostrarum Salvator per vicos & civitates oberrat, sudat, fatigatur, tandem verò ad puerum Sichem accedens, ibidem subsistit & sedet donec mulier quædam Samaritana ad eundem locum conveniret, correctione quadam mediante aggressus est; at verò observate obsecro quam delicate cum ipsa tractarit; Primò enim sitibundum se effedictrans occasionem ei dat egregium erga se exercitis actum exercendi, dum modicum aquæ libi dati expostulat: *Mulier da mihi bibere.* Quam illa petionem morose accipiens inciviliter aorem suam ad Christi preces obturavit, imò rebis satis duris & inurbanis ei respondit: *Quomodo tu Iudæus cum sis bibere à me poscis, quæ mulier Samaritana?* Nec tamen ob horum verborum ruditatem divinus corrector de futuro bono eventu diffidit, neque suavitatem in amaritudinem convertit, prouti meren videbatur incivilis hujus mulieris procedendi modus; sed verbis affectuosis, & munerum oblatione ejus conatur captare benevolentiam: *Si scires donum Dei & quis est, qui dicit tibi. Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.* O quàm pulcher est hic corrigendi modus! Discite eum, ô auditores. Tantum enim efficit per adhibitam verborum suavitatem, ut eam confestim ex superba in humilem transformarit, inducendo eam ad desiderandam aquam illam, quàm ei Christus autem spontaneè obtulerat, immò ad compellandum Salvatorem titulo aliquo honorificentiæ: *Domine da mihi hanc aquam.* Tandem post tot præclaras promissiones propius ad confessionem accedit, eam ob scandalosam quam agebat vitam corrigendo: *Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir,* quam correctionem protinus secuta est emendatio, siquidem ab errore suo resipiscens, peccatum deserit & ad Deum sese convertit: *Domine, ut video Propheta es tu.* Cajetanus hujusce mulieris conversionem suavitati Domini, & Cblando modo quo illam correxit, attribuit: *ibi prius dixerat: Tu modo dicit, Domine: Incipit enim adorare Iesum, sed quando? audita planè responsione ejus, qua ferreum & obduratum cor mollierat.* Cor ferreum, & in malo induratũ dum se per correctionem è charitate natâ tangi sentit, frangitur, & dulcedinis affectu omninò repletur.

13. S. Propheta Elisæus mulieris Suanmitidis precibus permotus Giezi discipulum suum ad eam misit, ut ejus filium mortuum resuscitaret: *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vide.* Accelerat discipulus, & inclinata in baculum magistri sui dextera, in viam se obediens recipit versus Sunam civitatem, in qua extinctus jacebat plangentis mulieris hujusce filiolus; à qua cum Giezi in cubile

cubile defuncti pueri sui introductus esset, baculum sibi ab Elisæo traditum extincto cadaveri imposuit, verum nullum poterat signum notare, unde sumi conjectura aliqua revivificati pueri posset, palpebræ enim oculorum immotæ manebant, labia veluti plumbum impallescebant, color vividus & rubicundus in vultu pueri nequiquam notabatur, membra gelida & immota jacebant, imò nullam quidem respirationculam Giezi virtute adhibiti baculi imperare valebat, adeò ut omnis eam in rem adhibita opera vana esset & supervacanea: *Non surrexit puer.* Elisæus autem mox ut rei eventum percepit, ut justis desolatæ Sunamitidis precibus satisfaceret, in propria persona ad eam profectus est. Verum observate obsecto valde, quam diversus fuerit modus à Magistro adhibitus, ab eo quem ejus adhibuerat discipulus; Nam ipse cubile in quo cadaver jacebat ingressus cadaveri superincubuit, seq; quoad poterat diminuendo, ejusum super os mortui posuit, idemque fecit quod oculos & manus, & teneri hujus corpusculi membrorum calore vitali reimbuens, in ejusque pristinas vitæ resuscitans, è mortis nimirum eundem eripuit, & brachiis maternis restituit: *Oscitavit puer septies, aperuitque oculos.* In hoc puero peccator figuratur culpis onustus, qui hunc baculo severitatis & ultionis jubito ad vitam gratiæ reversurum esse, vehementer decipitur, facilius autem & efficacius idipsum obtinebit, si calore affectus & charitatis & verba blanda, suaves & amicabilia adhibuerit, sic enim conatibus justa vota succedet feliciter: *Quia quem terrore vinctæ suscitare non potest, per amoris spiritum juxta vitam potest habere,* concludit B. Petrus Damianus.

De Dei Omnip. c. 6.

14. Patet Lyranus egregiam quandam ponderationem super illa verba instituit quæ leguntur in Proverbiis Salomonis: *Quid dilecte mi, quid dilecte uteri mei, quid dilecte virorum meorum?* Et postea subjungit: *Quæ hæc ignavia fili mi?* Estque opinio dicti Doctoris hæc verba à sapiente conscripta, verba esse Bersabeæ matris Salomonis, ab ea dicta in casu quodam, quo Salomonem filium suum reprehendere & corripere debuit. Scribit etenim gravis hic expositor Salomonem clavem sacri templi Dei in sua semper tenuisse custodia. Cumque diluculo quodam hora appropinquasset, qua templum à populo ad decantandas Divinæ Majestati laudes adeundum erat, ob templi fores occlusas totus populus ante fores templi stabat, exspectans donec aperirentur, Salomon autem dormiebat. Quod Mater ejus intelligens, cameram sive cubile ejus adiit, non solum ut eum expergefaceret, sed etiam, ut de sua eum somnolentia corriperet, quæ eum in servitio Dei negligentem reddebat: apertis autem cubilis fenestris, lectisque cortinis subductis; affectuosissimis eum verbis alloquitur, vocando eum nunc dilectum filium suum, nunc amantissimum viscerum suorum partum. Cur autem sic dulciter loquitur? Forsitan blandis adeò verbis eum alloquitur quia Rex erat? Veruntamen ipsa quoque Berhsabea mater ejus erat, quæ proinde sepositio omni respectu regio, materna eum libertate & authoritate alloqui poterat. Enimverò, ô mulierem prudentissimam valdeque circumspectam! reprehendere eum debebat, utpote qui pigritia & inertia sua causa erat, cur Dei cultus tardaretur & suspenderetur, quia vero sciebat correctionem placidè & suaviter fieri debere, ideo prius eum appellat dilectum filium suum: *Quid dilecte mi? Quid dilecte uteri mei?* ne eum per correctionem sequentem concitatet; postea vero de sua eum ignavia corripit, qua se erga divina obsequia valde negligentem exhibeat: *Quæ fuit hæc ignavia fili mi?* Circa quod factum Patet Philippus Diez subjungit, dicens: *Filium suum prudentissime reprehendit, ne illum exasperet, nam etsi illa mater erat, filius tamen erat Rex, & ut talem illum cum maxima animadversione & prudentia corrigit mitissimis verbis illum alloquens, vocans eum filium viscerum suorum, & in quo omnia ejus desideria completa sunt.* Qua autem de re eum corripit? Nunquid auditis *Quomodo tantopere voluptatite tradis, ut Sacrificium & Divinum cultum impedias.* Porrò ex modo quo prudens hæc mulier filium suum corripit, quilibet vestrum discat, quo modo corrigere debeat peccatorem. Quem quidem modum quisquis observaverit, animam fratris sui infallibiliter lucrabitur, cujus contrarium utique eveniet, si secus fecerit.

Phil. Diez ubi supra.

15. Refert Guilielmus Parisiensis, sanctum quendam Eremitam per Sylvas euntem obvium habuisse quendam perditorum morum, & flagitiosissimæ vitæ virum, quem ut servus Dei vidit, interrogavit eum, quo iret, id tamen verbis asperis & injuriosis ab eo expetiit, dicens: *Quo vadis Diabole?* Unde irritatus viator, & ira excandescens subjunxit: Tune me Diabolum appellas? Diaboli igitur circa te

Guilielm. Paris. fol 3 Domin. 3. Quadrag. fol. 190. col. 1.

te munus præstabo; moxque violentis ei manibus illatis occidit eum. Post dies non multos, in alium quendam Eremitam & Dei servum obvium incidit, à quo perversus hic homo benignis & suavibus verbis salutatus ex amore fraterno interrogatus fuit; quonam iter suum dirigeret? *Salve mi frater quo vadis?* Ex quibus verbis viscera sibi emolliri sentiens, totus compunctus & pœnitens fassus est, verba hæc media fuisse efficacia ad animam suam, quæ veluti mancipium Diaboli in Sathanæ manibus erat, ab ejusdem manibus eripiendam: *Hodie lucratus es animam meam per dulce eloquium tuum.*

Guil. Paris. ubi sup.

16. Non quidem eo inficias, bonum nonnunquam esse, si amaritudo dulcedini, bona verba malis, & severitas mansuetudini misceatur: hoc enim Seneca nos docet, dicens: *Objurgationi semper blanditia aliquid admisce.* Id quod Alexander Magnus quoque demonstrare voluisse videtur, quando ad honorem Aristonici militis sui statuam quandam erigi fecit, quæ ad duas ejusdem virtutes alludebat: quia enim generosus miles & citharœdus valde excellens erat, in dextram ei hastam, in sinistram vero citharam colloeari fecit. Hasta etenim pungente, & sonoro citharæ instrumento provisus esse debet, quisquis fratri suo correctionem molitur: nunc enim pungere debet per severitatem, nunc blandiri per verborum gravitatem, & utroque, prout postulaverit necessitas, prudenter utendum est. Deus in Apocalypsi Evangelistæ Joanni præcipit, ut Episcopo Ephesino literam quandam satis acerbam exaret: *Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe:* moneto illum, quod Deus ille, qui septem stellas in dextra tenet, quique ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Postea nihil amplius dicendo filum orationis abrumpit, quasi diceret: Siste, noli scribere, alius mihi conceptus incidit, ipsemet namque tibi literæ seriem dictabo, scribe igitur: Probe scio opera tua, & labores tuos quos adhibuisti, ut officio tuo in cura pastorali satisfaceres, nec non & patientiam, qua tot sustinuisti contradictiones, quando Apostatas Gentium seductores nequaquam sustinens, nec minas illorum æstimans falsitatem ipsorum manifestam reddidisti, atque pro defensione honoris mei animo intrepido adversitates plurimas libens devorasti, verè ingenuum & bonum te Pastorem esse probasti, ac proinde omni dignus es laude. Veruntamen dissimulare non possum, quod nescio quid in tuis factis reprehendendum inveniam; fuit enim tempus, quando totus spiritus & fervor eras, in pectore tuo virtutum regina residebat charitas, verum eheu quam mutatus es à temetipso mutatus! pœnitentiam age, & in futurum sectio resipisce: *Sed habeo adversum te, quod charitatem primam reliquisti: memento itaque unde exciderit, & age pœnitentiam, & prima opera fac:* postea verò manum admittit & supplicia, nisi à malo resurgat: *Moveabo candelabrum de loco suo nisi pœnitentiam egerit,* id est, nisi vitam tuam mutaveris, dignitate Episcopali exueris, atque ab Ecclesiæ regimine deturbaberis: *Ecclesiam tibi commissam de manu tua regiminis auferam, & credam alteri gubernandam,* explicat S. Thomas. Videte igitur, ô Auditores, quam sit ipsemet Deus in hac correctionis litera scribenda & dictanda circumspectus: laudat etenim eum pariter & reprehendit, & quidem hunc esse verum, & ad eliciendum desideratum fructum, secutiorem peccatores corrigendi modum, notat Rupertus Abbas Tuitiensis, dum ait: *Notanda dispositio sermonis, quam artificiosa sit; priusquam admitteret auditoris amaritudinem reprehensionis, qua laudanda erant collaudavit. Et post ubi corripuit, ac mimus intentavit, rursus quod laudandum erat laudavit.* Id quod fecit quando dixit: *Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.* Tandem verò Rupertus concludit: Miscuisse Deum simul dulce & amarum, benignitatem & rigorem, laudes & minas, hastam & citharam: *Ita reprehensionem amaritudinem ne nimis offenderet, atque exacerbaret, collaudationis dulcedine circumlinivit:* nihil potest dici melius, idipsum Christus quoque insinuavit cum dixit. *Si peccaverit in te frater tuus,* est ergo delinquens peccator pariter & frater peccato igitur vultum severum, fraternitati verò placidum & amabilem exhibeto.

Seneca de verbo copia. Plutarch. orat. 2. de fortuna Alexand.

Apoc. 2.

17. Verum enimverò quid hæc omnia quantumvis bene observata prodessent, si nulla haberetur in correctione secreti ratio? Est hæc profectò magni ponderis & momenti: nunquid enim audis monentem te Salvatorem, dum ait: *Corripe eum inter te & ipsum solum?* id est, *non palam, sed in secreto, & in occulto,* inquit S. Augustinus; qui & postea subjungit: *In secreto debemus corripere, in secreto arguere, ne volentes arguere publicè, prodamus hominem.* Hoc autem intelligendum est de peccatoribus occultis, & non scandalosis, non & de peccatis secretis; ita enim nos docet S. Thomas, dum ait: *Institutus est à Domino ordo correctionis fraternæ,*

ut primo corripiat aliquis fratrem occultè peccantem inter se & ipsum solum; contra quem ordinem si fratrem præcipiat, ut peccatum fratris occultum 21. *dicatur, non est obediendum, & ipse peccat præcipiendo, quia oportet magis Deo, quam hominibus obedire.* Verum quidem est, quod contrarium fieri debeat, quando delinquens est publicus & scandalosus: *Si autem peccatum fratris non sit adeò occultum, quin multorum scandalum oriatur*, obligatus est illud revelare ei cui debet; in hoc tamen sensu in præsenti discursu loqui nolo, sed tantum in altero, qui ad ipsos usque genuflexus punctualissimè executioni mandatus fuisse videtur, cujus pulchra historia legitur apud Petronium Crinitum. Claudius etenim Imperator lautiusculum quoddam instituit convivium, cui adesse voluit multos inclytos nobiles, quorum unus fuit Titus Junius Prætor; prætereo hic fercularum copiam, pretiosissimorumque vinorum appositorum excellentiam, & obiter tantum insinuo vasa argenta nec non crateres aureos, aliamque in auro & argento suppellectilem in abaco mensæ expositam fuisse innumeram & quoad pretium inæstimabilem; dicturam Junius ex tota hac suppellectile oculatissimus vas aliquod direxit, quod tam ex parte contenti, quam ex parte materiæ, nec non & ornatûs, quibus adornatum & distinctum luculentissimum erat, opportunamque se occasionem nactum esse videns, *aureum Scyphum egregii operis suffuratus est*; verum furtum hunc adeò caute occultare non potuit, quin illud Claudius animadverteret. Quid autem imperator fecisse existimatis: *Furtum putavit dissimulandum?* Veruntamen tacuit, ne defectum Prætoris manifestaret, & ne ipsum in tam inclyto convivarum coronâ verecundiæ rubore suffunderet. Veruntamen audite quam pulchram hic Imperator excogitarit inventionem. Sequenti etenim die novum quoddam instituit convivium, ad quod eandem prorsus nobilitatem accersivit, quibus mensæ accumbentibus potum dari voluit in Scyphis aureis ex gemmis & unionibus elegantissimè elaboratis: solum præcipitur Junio potus daretur in cratere fictili, terreo & rustico: *Et cum singulis vasa aurea eadem gemma & pretiosa in mensa reponerentur, uni dumtaxat Tuo unio fictilibus ministratum est.* Hacque via furem correxit, verum modo adeò secreto, ut nemo id convivarum advertere potuerit.

18. Verum enim verò historias hasce profanas nos qui Christiani sumus, gentilibus atque paganis relinquamus, siquidem in Scriptura Sacra similes nequaquam desunt, prout expresse videbimus si à convivio Claudii ad cœnam Christi transitum faciamus. Ad hanc namque omnes vocati fuere Apostoli quorum unus erat, qui in interiori sinu cordis sui Magistro suo proditionem, sibimetsi verò laqueum, quo turpiter extinguendus erat, moliebatur. Dominus autem, qui abditissimos secretissimosque cordis humani sinus penetrat, ad hoc ut impius hic traditor ab errore suo resipisceret, vitamque suam emendaret, correctionem ei adhibere decrevit, dicendo: *Unus vestrum me traditurus est.* Silete. Ubi sumus? Christianus loquitur? Et quidem in mensa? Quot assident convivæ? Duodecim. Cur igitur ipse qui nobis præcepit, ut correctio inter quatuor oculos fieret, hoc est, *Inter te, & ipsum solum*, cur inquam ipsusmet præceptum istud non observat? vos interea aliam mihi enodate difficultatem, quæ ad præfatam resolvendam mire mihi deserviet. Pondero etenim verba Salvatoris, quæ communiter esse solent mysteriis valde referta. Ipse ergo dicit: *Unus vestrum me tradet.* Cur dicit *unus vestrum*? Cur digito suo non ostendit quisnam ille sit, aut cur eum proprio nomine non exprimit? Neque enim verisimile est, quod indeterminatè locutus fuerit, ut nemo intelligere posset, quisnam traditor ille futurus esset. S. Joannes Chrysostomus respondet, quod tametsi Judam in præsentia multorum reprehendere it, attamen correctio illa velut in secreto fiebat, & inter quatuor oculos, ut dici solet, eo quod nomen traditoris expressum non fuerit, sed tantum dictum sit, *unus vestrum*, neque enim devenire aliquis poterat in cognitionem, quisnam tam enorme & execrabile scelus commissurus esset, atque ideo dicit: *Unus vestrum*, vel unus ex vobis: *Ne vulgaret proditorem.* Ejusdem etiam opinionis S. Leo fuit, dum ait: *Unus vestrum me traditurus est. Non aperta impium increpatione confundit, sed tacita admonitione convenit.* Hoc igitur loquendi modo usus est, ut etiam post delictum manifestatum, occultus adhuc & secretus maneret ipse delinquens.

Matth. 26.

Chrysost. hom 1 de Lazaro. Leo Papa ibid apud D. Thom. in Cat fol. 101. cap. 3. lit. A.

19 In mente sive cogitationibus S. Josephi omnia susque deque vertebantur, quando Sponsam suam virginem gravidam esse videbat, neque enim sinistrum quidpiam de eadem vel suspicari, multò minus videre præsumebat,

nec aliud ab omni se pravæ suspicionis periculo eximendi remedium excogitare poterat, quàm ut molestè & sine strepitu à cohabitatione Sponsæ suæ sese subduceret. Dumque in ambiguis hisce imaginationibus perplexus hæreret, posita in dexteræ palmam gena, suavi somno correptus obdormivit. Interea verò Angelus de cælo descendit, Josephum de Mariæ integritate sincere certiorem facturus, qui proinde claris verbis ei edixit, gravidationem virginei uteri Sponsæ suæ cæleste non verò terrenum opus esse : *Hæc autem eo cogitante Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph;* Itane? Angelusne in somnis ei apparuit? quando actualiter dormiebat? Cur non potius ad eum jam expergefactum venit, inquit Chrysostomus: *Cur in somnis, & non potius aperte?* Cum tamen Zachariæ, virgini, & Pastoribus eo tempore Angeli apparuerint, quando vigiles erant. Num forte Josephus, non obstante quod miraculum quoddam esset sanctitatis, pulchritudinem & elegantiam Angeli alicujus facie ad faciem non merebatur videre? aut ex splendore vultus Angelici metuendum erat ne visus Josephi habitaretur? Os Chrysostomi aureum nulli alteri causam adscribit, quam illi cogitationi, quam sibi in imaginatione duntaxat formaverat, quamque nunquam cum aëre, imo (ut ita dicam) ne quidem cum semetipso unquam contulerat: *Quod nulli fuerat ipse confessus, sed ineluctum tantummodo mente volvebat.* Ne ipsosmet quidem corporis sui sensus, quantumvis illi chari essent, hujus rei conscios esse volebat, sed timor & turbatio hæc soli imaginativæ potentiæ suæ nota erat. Atque ideo mirum non est, quod cælestis hic nuntius *Apparuit in somnis Ioseph.* Eousque enim moratus est, donec oculi, aures, aliique sensus obdormivissent, ne oculus Angelum videndo & auris sermonem ejus auscultando suspicionem hanc honori Joseph, & Mariæ sanctitati multum præjudicantem penetrare possent. *Dormiant sensus externi* (concludit quidam Modernus) *& cum sopiti sunt & ligati, Angelus loquatur imaginationi & animo Iosephi, ne sensibus ignorantibus notificetur vel suspecta culpa.* Cum igitur Angelus respectu Josephi adeo circumspectus fuerit, cogitare quam quoad rationem secreti cautus esse debeat, qui fratrem suum corrigere disponit.

Matth. 1.

Chrys. in c. 1. Matth. ho. 4. f. 18. co. 2.

Didac. Cel. in Iudi c. 8. n. 9. §. 22. n. 84. f. 154 co. 1. & 2.

20. Enim vero fateor moveri mihi hìc à nonnemine difficultatem aliquam posse, prima quidem facie satis apparentem, nimirum quod S. Paulus non doceat omnino contrarium, dum Timotheo discipulo suo scribens ita loquitur: *Peccantes coram omnibus argue.* Ergo nullus haberi debet secreti servandi aut illi consulendi respectus? Videtur igitur quod Dominus & S. Paulus sibi mutuo contradicant, dum unus illorum dicit: *Corripe inter te & ipsum solum*, alter vero: *Coram omnibus argue.* Num vero id quod Magister nobis suadet & consulit, discipulus dissuadere præsumet! *Nunquid aliud judex nuntiat, & aliud præco clamat?* (Theophylactus hanc difficultati ita respondet) *Hoc est, eos qui in pravis sacinoribus perseverant, & quos inquirendo deliquisse compereris, propalam objurgato, non ut iracundia medearis, sed ut cæteri affecti formidine à peccatis abstineant.* Cajetanus constructionem sermonis quem S. Paulus facit, satis intellectu difficilem esse asserit: *Anceps est constructio, an (coram omnibus) referatur ad peccantes, an ad argue.* Si enim referatur ad peccantes hunc sensum facit, eos qui peccant in conspectu omnium, & sunt peccatores publici, *Quorum non oportet accusationem, & testes expectare, arguas puniendo.* Quod si vero referatur ad *argue*, ita ut hunc sensum faciat, reprehende ô Timothee peccatores *coram omnibus*, tunc vult dicere, *quod accusationem adversus eos non admittat, nisi sub duobus aut tribus testibus, consequenter subjungit, quod eos convictos in peccato publice puniat, ut cæteri timorem habeant.* Hæc est expositio Cajetani. At vero duo Sancti Patres Augustinus & Anselmus dicunt S. Paulum ita intelligendum esse, ut sensus sit, si peccatum ejus fuerit publicum, reprehende eum coram omnibus: Si autem fuerit secretum, *si peccaverit in te, id est, coram te*, corrige eum ô Timothee secretè, *inter te & ipsum solum.* Audite nunc doctrinam S. Anselmi, quæ nequicquam à jam data S. Augustini doctrina differt; dicit enim: *Nulla contrarietas est in his duobus præceptis, quia aliquando corripiendus est inter te & ipsum solum, aliquando coram omnibus: illa corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius, illa vero arguenda coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus.*

21. Hodierna die, quæ correctioni dedicata est, ob Evangelium quod hodie de illa legitur, partium mearum esset hoc charitatis officium erga vos exercere: verum ut veritatem fatear, nescio utri illa magis indigeant, an qui illam negligant, an verò qui eandem auscultare nolunt: hi similes sunt infirmis phrene-

phreneticis, qui medicum odio habent & medicinas abhorrent, posito enim quod Religiosus ille vel Pater Spiritualis juvenem aliquem dissolutum & perditum corrigere velit, eumque à vitæ licentiosa, quâ toti civitati scandalosus est, deterrere, mox videbis illum tumidum & impatientem venenum ex ore, flammas ex oculis evomere, & qui cum patientia te auscultare debebat, instar aspidis venenosæ adversum te exurget & reluctabitur: de hisce S. Gregorius Nyssenus loquebatur dicens: *Magistris & Doctoribus irascimur, & agre ferimus eorum admonitionem, & gravamur consilia: nauseamus ad rerum bonarum & honestarum eruditionem, utque cibum abhorrunt ægroti, nauseant ad obsonia, quæ eis porriguntur à medicis, & si fiat increpatio indignamur, & si asperius aliquod verbum audiverimus, intolerantes ferimus.* Nonnunquam minus malum fuit infligere alicui alapam per modum vindictæ quam unicum verbum dicere pro correctione: mira res esse videtur, quod eum qui venit ut te fœtido & obscuro carcere liberet, non solum odis videre, verum etiam pessimo, quo potuisti modo habeas: venit corrector, ut animæ tuæ, quam manibus dæmonis peccati catenis vinctam tenet, libertatem donet, tu autem in eum ejus exspuis. Audi finem, quem tibi Sapiens ominatur in proverbiis: *Vir qui corripientem se dura cervice contemnit*; quid fiet tali? ô infelicem eum! *Repentinus ei superveniet interitus, moritur morte subitanea, & perdet corpus pariter & animam.* Unde Plato vir sapientissimus aliquem amico suo interrogatus, quidnam in quo obsequium præstare posset, quod gratum haberet, respondit: *Si me correxeris*, quasi diceret: ubi me videris actionem aliquam reprehensibilem & vitiosam committere: *Si quid in me turpiter videris, libere me argue:* Similiter nunquid Alexander Macedo Philosophum quendam quocum ei per multos annos ingens intercesserat familiaritas ab aula sua dimisit? Et ab eodem Philosopho causam interrogatus, dixit: *Quia aut errores & defectus meos intelligis, aut non intelligis: si non, es insipiens; si autem intelligis, adulator: quia me nunquam eorum admonuisti.* Vides igitur quomodo viri illi licet eximii fuerint, correctionem tamen libentissimè se subjicierint: Et tamen hodie tanta repetitur in peccatoribus superbia & insolentia, ut correctiones velut injurias interpretentur, & manu se vindicent contra eum qui lingua eos corrigere præsumit. Veruntamen ex quo sum obligatus ut vos reprehendam, liberè officio meo fungor, siquidem soli simus, quidquid etiam inde sequatur. Vos charitatem contemnitis & laceratis, pauperes eandem à vobis sollicitant, vos autem eos auscultare detrectatis: vos rogo ut idipsum emendetis, efficatisque ut hanc meam correctionem fructuosam fuisse experiar, manumque loculis immittendo, liberalem pauperibus distribuatis eleemosynam, sic enim vos dociles & corrigibiles esse testabimini.

PARS SECUNDA.

22. REstat nunc, ut ea adducamus in medium, quæ unumquemque ad hoc charitatis opus præstandum excitare & animare possint. Multi, proh dolor, hodie inveniuntur, quibus nulla cura est, in quo statu anima fratris sui reperiatur; dicunt enim: quid mea interest, sive damnetur, sive salvetur; sive anima illa Dei, sive dæmonis sit, non parum præstitero, si animæ meæ & filiorum meorum curam habuero. Si Ecclesia corruat, de ejus reparatione Papa cogitet, cura mea me ipsius tantum mihi faciesse negotii, ut nihil mihi temporis supersit alienæ curæ impendendi. Audi igitur quisquis es talia dicens: si Hebræum vel Turcam aliquem videres, licet hi Catholicæ fidei manifesti sint inimici, qui in proximo esset ut in ignem corrueret, nunquid ad illi subveniendum accurreres? sine dubio, licet non ob aliam causam, quam quia opus pietatis esset creaturam Dei ab interitus periculo liberare: cum igitur anima fratris tui cespitando insinuet se proximam esse ut in ignem infernalem labatur, tunc adeo crudelis eris ut qui ipsum verbis adjuvare vales, id tamen abnuas? Per experientiam videmus quod omnia vel temporis diuturnitate collapsa renoventur, vel ex sinistro aliquo eventu destructa resarciantur: ædificia labentia aut jam humi collapsa de novo fabricantur: anni tempora quæ diuturnitate temporis extra orbitam egredi videbantur, tempore Gregorii XIII. videmus reformata fuisse: cur non deformatos fratris nostri mores & actus mediante correctione reparare conabimur. Idem credo Mercurialem insinuare voluisse, quando dixit: *Hinc factum est, ut indies cogantur homines obsoleta renovare, depravata reformare, abolita reficere, tandem neglectis & deturpatis splendorem restituere,* dato igitur quod frater tuus in culpam collapsus sit, cur ad eum sublevandum invitus eris? Si de illa

Hieron. Mercur in arte Gym. l. 3. c. 8. f. 161. l. C.

vitæ bonitate, quæ illum omnibus spectabilem reddebat, decidit: cur eundem ad pristinum statum reducere non curabis? Si per dissolutiones irregulariter vivit: cur non procuras ut mediante correctione reformetur & emendetur?

23. Creditote mihi, si quilibet vestrum sciret, quam laudabilis & digna actio sit fratrem corrigere, nullus ad eam se exstimulari pateretur, sed sponte propria ejus faciendæ occasionem captaret. Nullum invenitri potest opus correctione fraterna excellentius: *omnium divinorum divinissimum est cooperari Deo in salutem animarum*, inquit S. Dionysius: Quam sententiam tanto & tali authore dignissimam nonnihil si ita libet ponderemus; inter omnia opera, quæ ab homine fieri possunt, nullum est, quod magis de divinitate participet quam hoc; & ratio est: quia per hoc opus homo cooperatur & concurrit cum Christo (sanè & piè me intelligatis) cooperatur & concurrit cum Christo ad redemptionem alicujus animæ, quia ipse eam redimit pretio sanguinis, tu illam eripis ex manibus dæmonis moneta verborum corrigendo & reprehendendo. Unde S. Thomas Doctor angelicus docet: *quod correctio deliquentis est quoddam remedium, quod dicitur adhiberi contra peccatum alicujus*; id quod Salvator noster in Evangelio hodierno nobis significavit quando dixit: *Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.* Quod si igitur per tuam correctionem causa fueris, cur frater tuus è peccato extrahatur, certo quodam modo ejus redemptor dici mereris, quia animam ejus, quæ perdita erat, recuperasti; hoc autem est opus, quo dignius facere non vales, sufficit de eo dicere, quod divinum sit, *omnium divinorum divinissimum est.*

D. Dionys.

D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 10. fol. 67. col. 2.

24. Dum verbum incarnatum nuptiis Canæ assisteret, ex improviso murmur aliquod inter mensæ ministros subnascitur, mutuis sese obtutibus respiciunt, humeros contrahunt, sponso ad aurem in secreto insinuant, vinum in hydriis defeciisse; Virgo mater Christi defectum advertit, & ne sponsi confundantur, nuptiæque turbentur, hunc vini defectum dilecto filio suo insinuat, ejusque remedium ab eo exposcit, dicens: *Fili, vinum non habent*; postea vero ad circumstantes ministros conversa dixit: *Quodcunque dixerit vobis facite.* Dominus autem hydrias aqua adimpleri præcipiens, ingens illud cum applausu & stupore omnium fecit miraculum, aquam in vinum commutando: Gustavit *architriclinus aquam vinum factam*, S. Joannis Evangelista miraculum istud recensens dicit: *Hoc fecit initium signorum Iesus*: enimvero Dionysius Carthusianus multa alia signa affigurat Salvatore nostro ante hoc miraculum patrata, nimirum quod miraculosè egressus sit ab utero materno: quod Magos monuerit, ut per alium viam in regna sua rediret: quod tanta cum sapientia adversus primos Synagogæ Rabinos duodennis disputaverit: quod Petro, cum Cephas appellandum esse prædixerit; quod cogitationes in corde Nathanaelis reconditas penetraverit: *Quæ omnia erant supernaturam*, asserit Dionysius. Ergo mutatio aquæ in vinum non videtur dici posse primum signum a Christo operatum. Porrò ad hanc difficultatem respondendum esse censerem, signum illud primum fuisse, duobus modis posse intelligi, scilicet *ad ordine, vel dignitate*: Credo igitur Joannem dicere voluisse, signum hoc primum fuisse dignitate, id est dignius omnibus ad illud usque tempus patratis; unde Toletus ait: *Hoc quod est initium signorum fecit in Cana*, quasi diceret: Dignissimum miraculum; quia per hoc manifestavit gloriam suam, omniporentiam suam, & suam divinitatem, ut notant Carthusianus, Toletus, Salmeron, Maldonatus & alii. Et præcipuè D. Thomas docet, *hoc fuisse in nuptiis primum miraculum, quod Christus fecit, ad ostendendam suam divinitatem*, quod idem est ac dicere, quod Christus in nulla alia actione miraculosa gloriam & divinitatem suam demonstrarit, quam in ea, qua aquam in vinum convertit. Hinc igitur S. Ambrosius à fortiori colligit, quanto dignior & glorioſior, divinitatique proximior actio futura sit, qua peccator in justum, impius in sanctum, dæmonis mancipium in Dei filium mediante correctione fraterna convertitur? *Si mirabile est* (ecce tibi argumentum S. Ambrosii) *quia de aquæ fecerant convivis vina suppleſſe, quanto mirabilius est vitam quæ est exhausta hominibus reparasse? Et si gloriosum est aquam in vinum mutare, quanto est gloriosius peccata in justitiam commutare, & meritis potius temperare, quam pocula.*

Ioan. 2.

25. Isaias Propheta de DEO nostro duo miracula recenset, quæ post suam incarnationem in urbe Jerosolymitana operaturus erat. Primum est, quod per suam prædicationem omnem gentem Israëlis conversutus esset: secundum verò, quod supra montem Sion nubem quandam creatu-

maturus esset per diem, & fumum simul cum igne resplenderet de nocte, attentos vos esse debitos, ut ambo hæc Dei nostri opera tantò melius ponderare valeamus: in primo conveniens miraculo Prophetæ utitur hac auxesi, ut illud hisce terminis magnificentia & gloria plenissime exprimeret, dicens: *In die illa erit germen Domini in magnificentiam & gloriam, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui salvati fuerint de Israel:* at verò quando de operibus miraculosis a Deo factis creando nubes, fumum, ignem & splendores, in protectionem suorum loquitur, simplici stylo illa prosequitur, dicendo: *Et creavit Dominus super omnem locum montis Sion nubem per diem, & fumum splendentem ignis flammam in nocte.* Quonam autem obsecro vergit illa loquendi diversitas? nunquid magnificentiam & gloriam suam æquè demonstrat, quando in aere nova creat prodigia, quam quando peccatores convertit, illos ex scelestatis mutando in justos? Est quidem opus magnificum, hoc tamen istiom opus summam præ se fert magnificentiam, quæ divinæ possit majestati convenire. *Atque dubio* (concludit Carmelitanus mox citatus) *multò magis ostentatur Dei potentia, dum omnes trahit ad fidem, eorumque errores exprimit in via salutis incedant, quam cum nubem dat lumen ac splendorem in nocte, aliaque in elementis operatur mirabilia.* Etenim quod si nos istorem haberemus patrandi opera miraculosa, nunquam tantum faceremus, quantum fit in mediante correctione, anima aliqua à via perditionis ad salutis portum perducitur, *omnium operum divinissimum est cooperari Deo in salutem animarum.*

26. Quid autem de merito quod per correctionem acquiritur, & de fructu qui inde reportari dicemus? Sufficit fructus ille de quo Christus dixit: *Si te audierit; lucratus eris fratrem tuum.* Unde S. Bernardinus Senensis dicit: *Vide quam magnum bonum, quia & Deo, & sibi, & tibi, lucratus eris illum,* id est, salvabis ipsius animam, tibi autem comparabis meritum, & Deo gloriam conciliabis; ex unica actione, quæ non alio quam in verbis affectu & charitate plenis consistit, tantum bonum redundat. Verum loquamur tantum de interesse & commodo proprio, utpotè quod ad movendos animos nostros potentissimum esse solet. Enimvero postquam filii Jacob in Ægypto grana comparaverant, jamque ad patriam denuo appulissent, unus ex iis Judas nimirum sancto patenti suo Viceregem protestatum fuisse dixit, quod nisi revertterentur, & fratrem suum minimum secum adducerent, nunquam deinceps faciem suam visuri essent: *Non videbitis faciem meam nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum.* Gen. 43. Modernus quidam Scriptor verba Josephi vel Judæ Christo Salvatori nostro applicat, quasi hic dicat: Nisi per correctionem effeceritis, ut ad me redeat frater vester commissi erroris pœnitens, per quem procul à me recesserat, meam in Paradiso faciem visuri non eritis: *Non videbitis faciem meam in patria beati, nisi fratrem vestrum minimum, id est, peccantem, per minimum designatum adduxeritis vobiscum per fraternam correptionem.* Octav. Spatarius in conc. 15. fol. 45. col. 1. lit. C. Formemus igitur nunc argumentum *ab oppositio* dicendo: *Ergo qui secum adduxerit fratrem minimum peccantem, videbit faciem Dei in cælo.*

27. Circa hoc tamen nova quædam difficultas mihi oboritur, nimirum quod si ad videndam in patria Dei faciem necessum est fratris lucrari animam: ergo videtur quod si is cui intentata est correctio ex sua perversitate nollet redire ad Deum, corrector in vanum laborasset, deberetque sine sua culpa reus fieri pœnæ illius, quæ in visionis beatificæ privatione consistit, ac proinde talis hunc sibi formare posset discursum: Deus dicit: *Non videbitis faciem meam in patria beati, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum;* ego autem per correctionem illum non converto, & consequentet ad Deum non adduco, licet quidquid possibile mihi est faciam: ergo Dei visione privatus ero? Respondeo igitur negativè, imò potius remunerati meretur; lex etenim clara est, quæ dicit: *Si quis fideliter negotium alterius gesserit, dato quod ipsum negotium non fuerit suum effectum sortitum, nihilominus posse petere expensas.* Lex Imper. dig. de stil. tro §. si quidquid potest ad curandum infirmum, & tamen non sortitur suum intentum eum sanando, quia mors prævaluit; non ob id potest, aut debet ejus retardari, aut retineri stipendium: idem est in casu nostro, ex parte tua nihil defuit eorum quæ ad ipsum convertendum requirebantur, fecisti etenim quidquid ad animam infirmi peccatoris curandam facere scivisti & potuisti, opportunum adhibendo correctionis remedium, & tamen inanis omnis labor tuus extitit, quia non lucratus es fratrem tuum; ne tamen ob id diffidas, sed macte sis animi, quia si *non lucratus es fratrem tuum*, lucratus es tibi apud DEUM:

DEUM: *Lucratus eris teipsum*, nec erit metus ut à visione DEI excludaris.

28. Et quidem quandoquidem paulò antè Medici similitudinem adduximus, ad hoc ut meriti fructum non perdatis, necessum est ut Medicum imitemini: Docet itaque Galenus, medicamenta corporalia triplicis esse generis, scilicet unguentum, fertum & ignis: *Omne auxilium medicinæ totius corporis tripartitum est, videlicet unguento, ferro & igne:* hæc autem tria hoc ordine applicari debent, ut scilicet prius adhibeatur unguentum, medicamentum nimirum leve, postea fertum, quod doleantius est, tandem ignis, quod est remediorum omnium ultimum; quod si verò nullum ex his juvet, infirmum pro desperato habeto: *Quod si medicamento curari non potest, ferro & igne curetur: Si autem nec ferro, nec igne curatur, incurabile æstimetur:* idem in hodierno Evangelio nos docet medicus cælestis, scilicet ut primo adhibeamus unguentia: *Corripe eum inter te & ipsum solum.* Si hoc non juvat, fertum adhibe: *Si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos;* Si fertum malo medendo non sufficit, minas applica: *Dic Ecclesiæ.* Si denique vanum fuerit omne remedium: *Sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.* Audi nunc conclusionem Ruperti: *Medicamentum est occulta & charitativa correctio, fertum proclamatio ignis excommunicatio, vel sequestratio corporalis: & qui nullo istorum trium est curabilis, insanabilis judicetur.*

Galen in Dynamide apud Virinum lib. 31. natural. c. 102.

Idem Ibid.

Rupertus Holcot. in I. sap. lect. 198. c. 18. fol. 182.

29. Unum duntaxat verbum pro correctorum salutari monitione adjungere decrevi dicendo cum sancto Patre nostro Augustino: *Palam loquor, & in secreto arguo, aures omnium pulso, sed conscientias quorundam convenio,* idque ne vestrarum inordinatarum correctionum complicis pœnas incurram, siquidem S. Ambrosius opportunè monet, quod *quisquis fratrem non arguit peccantem, quodammodo hortatur ut peccet;* tametsi tu correctoris officium agas, quis scit an non quoque correctione indigeas? In eam domum, quam tu nonnunquam ingrederis, vidisti heri ingredientem religiosum aliquem, vel alium, qui bono fine eo accessit, hodie illum domi suæ convenis, monendo illum, ut ab ea domo sibi caveat, eò quod scandali occasionem perditius ingressum præbeat, multosque ipsum non sine admiratione eo ingredientem vidisse. Verum correctio hæc charitas non est, sed zelotypia, interesse proprium & passio: neque enim movetur à zelo honoris divini, aut salutis animæ illius, sed quia in illa domo solus lubricari desiderat. O quam benè horum naturam Oseas Propheta cognovit, dum illos falso arcui assimilavit, dicens *Facti sunt quasi arcus dolosus;* quâ similitudine horum simulatorum correctorum proprietas ad vivum exprimitur: arcus enim fallus & dolosus videtur sagittam in dextram partem ipsere velle, & postea ad vulnerandum egreditur ad sinistram: Similiter tales correctores extrinsecus simulant quod sagittam correctionis ad salutem animæ correcti, ad zelum honoris divini, vel ad conservandam famam proximi collimet, cùm tamen oculus & intentio eorum in aliud signum inclinet nimirum finem quendam illorum particularem, de quibus cum Psalmista dici potest: *Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.* Hoc igitur est, quod hic mihi dicendum occurrit tam correctoribus, quàm aliis correctione indigentibus: Hi liberter correctionem auscultent; illi cum charitate corrigant, observando debitas correctionis circumstantias, à peccato immunes sint, cum suavitate verborum procedant, & hoc præcipuè ob oculos habeant, ne peccatoris defectum revelent: sic enim correctio fructuosa erit, opus faciet inter omnia quæ Christianus exercere potest opera dignissimum & gloriosissimum, animam fratris lucrabuntur DEO, suam quoque salvabunt, ac denique illud sibi comparabunt meritum, quod ad cælestis gloriæ consecutionem medium est opportunum.

***

Augustin. tom. 10. ser. 16. fol. 16. col. 4. lit. L.

Ambr. de Margarit. ser. 6. fol. 190. cap. 4 lit. M.

SERMO

SERMO XIX.

IN FERIAM QUARTAM DOMINICÆ TERTIÆ QUADRAGESIMÆ.

Accesserunt ad JESUM Scribæ & Pharisæi dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum. Matth. cap. 16.

AD nostram confusionem, & ad majorem DEI gloriam ingenuè fatendum est, hanc esse perversam indolem nostram, quod magis ad vituperandum quàm ad laudandum propensi simus. Autor Plutarchum id attestantem, dum ait: *Ad vituperandum sumus, quam ad laudandum proclives*: contrariam in hoc habentes à pictorii muris consuetudinem, qui ut colorum adumbrationi in tela extensas tanto magis eleucescere hinc per vernicem sive sandracham peculiare illitum adjungunt: nos autem è contra ut illarum perfectiones obscuremus, easdem vituperationibus deturpare contendimus. O pessimum horum & præteritorum sæculorum contemptorem! Malitioso oculo virtutem aspicimus, non ut debita ei reverentiæ & laudis reddamus obsequia, sed ut illam per pungentia calumniarum fulmina destruamus & perdamus; hoc eum fine actiones humanas observamus licet inspecteasibiles, easque in censuratum nostrum tribunalibus comparere facimus, seu potius cogimus, sine ullius culpæ reatu eas ad hoc condemnando, ut tuborem, & larvam verecundiæ in vultu suo deferant. Quod si alius modeste, actiones suas aliquam bonitatem saltem extrinsecam habere glorietur, is necessario ad oppositionum certamina præparare se debet, quas sine ullis indulsis inducias, calumniatores illi machinabuntur: *Nulla tam modesta felicitas, quæ malignitatis dentes evitare possit*, inquit Valerius cognominatus Maximus. Sæpenumero quæritur nodus in scirpo, pilus in ovo, in sole maculæ, obscuritas in nive, in balsamo fœtor, frigus in igne, cicatrix in loco, qui nunquam affectus fuit vulnere. Pervicacissimi Quadragesimale.

tuperii venenum alienæ reputationis & honoris contaminatur integritas, per fumum contemptus seu detractionis virtuosorum illustres actiones obscurantur, bonorumque innocentia impostarum luto deturpatur. Quotquot autem ejuscemodi sunt, in illorum scribantur Poetarum catalogum, qui præter satyras componere nesciunt, bonum aliquem virum contemnendo, utpote quem nec amicum habere cupiunt, nec contubernalem. Cain vultu ex indignatione animi turbato, & flammescentibus oculis fratris sui simplicitatem respiciebat. Laban quoque diem illum perditum esse existimabat, quo Jacobi Patriarchæ integritati laqueorum insidias tendere non poterat. Quantò etiam magis elucescebat Josephi innocentia, tanto à fratribus plures contra eum excogitabantur accusationes & falsitates. Erubescit profectò uniuscujusque memoria dum illas recogitat insidias, quas Davidis sinceritati machinabantur tum perfidus Saul, tum ingratus Absalon. Quæ in montis vertice residet annosa quercus, non tot ventis conquassatur, quot malignitatibus Daniel petebatur à Darii Regis aulicis. Magdalena ad pedes Salvatoris prostrata, per veros contritionis actus culpas suas detestabatur, adeoque perfectam referebat animæ alicujus pœnitentis ideam. Et tamen non defuit, qui ad obfuscandam serenam conversionis suæ auroram, eidem objecerit nocturnas præteritorum criminum umbras. Enimverò ejuscemodi homines nulli rei aptius comparare liceret, quam Elephanti, cui ex natura congenitum est, ut aquam limpidam & crystallinam videns eandem conturbet. Eandem quoque proprietatem Coturnici attribuunt, adeò ut Ægyp-

tii ea emblematis loco utentes, aliud non prætenderent, ut refert Pierius Valerianus, quam illorum hominum repræsentare malitiam, qui claritatem nominis qua boni coruscant, obfuscare & inturbidare solent: *Hac maligna Coturnicis Natura Ægyptiis argumentum dedit, ut malignum hominem per illam avem notarent.* Unde Thales interrogatus (si Stobæo credimus) *Quid nocentissimum esset?* respondit *malitia: nocet enim illa bonis etiam.* Id quod Aphronio adeò efficaciter persuasit, ut malle se inter bestias habitare dixerit, quam in similium humanorum basiliscorum contubernio, existimans quod minus damnum perpessurus esset à ferarum quantumvis ferocium unguibus & dentibus, quàm à pestilentissimis talium hominum linguis. Verùm enimverò, priusquam in hac materia orationis meæ telam dilatare incipiam, mentem vestram ad hodiernum Evangelium deflectite, & observare horum Scribarum & Pharisæorum mores, qui ut scribunt Chrysostomus Leontius, & Euthymius, *Pejores alii erant, & omnium arrogantissimi.* Hi enim ut testatur Abulensis, cum Salvatore loqui quæ fiverunt *animo iniquo*, id est, non alio fine, quam ut Sanctitatem suam & Apostolorum integritatem verbis factisve calumniarentur culpando illos tanquam sanctionum à septuaginta satrapis vel senioribus promulgatarum temeratios prævaricatores, utpotè qui priusquam mensæ accumberent, manus non lavarent: *Quare discipuli tui non lavant manus cum panem manducant?* Et S. Marcus qui idemmet factum recenset, hisce illud verbis explicat: *Cum vidissent quosdam ex discipulis ejus manibus non lotis manducare, vituperabant.* O perversam generationem! ô impios Pharisæos bonitatis persecutores: *Prævitas probitatem culpat, & cæca obscuritas fulgores obtenebrat*; inquit quidam Modernus. De hoc igitur detestabili in hominum mentibus adeò profunde radicato defectu hoc mane discurremus discutiendum hunc ad tria præcipuè puncta restringendo. In primò quidem ostendemus proprium esse malorum sese coadunare, & inter se conspirare ad malignandum contra bonos: *Tunc accesserunt ad* JESUM *Scribæ & Pharisæi.* In secundò demonstrabimus quod Innocentia utpote quæ Deum defensorem habet, ne quicquam timeat: *Ipse autem respondens ait; quare & vos transgredimini mandatum* DEI? In tertio denique exponemus, qualiter malignitas contra innocentes attentata, tandem in ipsorummet malignatorum caput recidat, qui proinde à Christo tanquam in divinorum præceptorum observantia negligentes graviter reprehenduntur: *Vos autem irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.* Vos interea si innocentiæ devotiamatores fitis, eadem cum silentio veneremini, neque cum attentione auscultare pergite.

Pierius Valer. l. 24. c. 48. Stobæus.

Chrysost. in cat. D. Th. ibi f. 63. co. 1. Leont. Euth. ap. Maldon. ibi f. 347. co. 2. l. A. Abul. ibi q. 6. co. 2. l. G. Marc. 7. Cel. in Tob. c. 3. n. 9. §. 116. n. 1. f. 182. co. 1

2. Ponderatione dignissima sunt prima verba, quibus Matthæus Evangelista hoc Scribarum & Pharisæorum adversus Salvatorem ejusque discipulos habitum murmur describit, dum ait *Tunc accesserunt.* Primò enim hoc adverbium: *Tunc* ad aliquam Christi actionem relationem dicit, quæ vel facta erat à Christo, quando Pharisæi & Scribæ ad ipsum accesserunt. Ac proinde perlustravi capitulum antecedens & inveni quod paulò ante hoc murmur Salvator N. omnibus illis qui ad eum veniebant, ejusque vestimenta contingebant perfectam sanitatem pollicitus erit: *Et quicunque tetigerunt, salvi facti sunt;* Dum igitur hæc miracula operaretur: *Tunc accesserunt*: Altera verò particula quæ considerada venit; est Ly *accesserunt.* Enimverò Philosophi sciunt, impossibile esse dari motum aliquem sine termino *à quo* mobile recedit, sicut nec dari potest sine termino *ad quem* tendat; Et quidem quod ad hunc attinet, illum Evangelista expressè assignat dicens: *Accesserunt ad* JESUM: at verò de termino *à quo* nulla prorsus fit mentio. Solum Chrysostomi os aureum dicit, quod quasi ab omnibus Hierosolymæ metropoleos illius regionis finibus discesserint, in quibus hinc & inde dispersi commorabantur: *Per omnes tribus erant disseminati.* Combinemus nunc si placet locum unde discedunt, tempus quando discedunt, terminum ad quem accedunt, & finem propter quem eo se recipiunt, Erant igitur in subburbiis Jerosolymæ dispersi, at verò quando miraculorum patratorum rumorem & famam perceperunt, conjunctim convenerunt Salvatorem non alio fine, quam ut adversus ejus innocentiam texerent calumnias: *Tunc accesserunt ad eum dicentes: quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?* Quidquid hacteus dixi, doctrina est manifesta Chrysostomi, qui malignantium istorum hominum iniquitatem considerans, continere se non potuit, quin scriberet: *Tunc quando scilicet innumera signa operatus est, quando tactu solummodo fimbriæ multos curavit ægrotos: propterea enim Evangelista notavit tempus, ut magnam eorum malitiam ostenderet: Ab*

Ibi

Jerosolymis autem ait Scribas illos & Phariſæos fuiſſe, quoniam per omnes tribus in duodecim partes erant diſſeminati; ac nequiores aliis Hieroſolymitanis fuiſſe non eſt dubitandum. Hi potius dæmones quam homines ſunt, ſiquidem diſperſi inter ſe, adverſus bonorum ſanctitatem concorditer conjurant.

3. Non ſunt hæ primæ vices, quibus S. Matthæus ſimiles Scribarum & Phariſæorum malitias deſcripſit. Nam Matth. 9. nonnulli ex Joannis diſcipulis poſtquam Chriſtus paralyticum conſolidaſſet, & Matthæum ſedentem ad telonium vocaſſet, Salvatorem acceſſerunt, difficultatem aliquam eidem propoſituri, vel ut melius dicam, Diſcipulorum ſuorum bonitatem culpaturi: *Tunc acceſſerunt ad eum:* Ejà igitur quod tam eſt dubium illud, quod Domino meo proponeſtatiſtis, num fortè veram alicujus paſſus Scripturæ expoſitionem ſcire deſideratis? An inſtrui vultis quænam ſit ad ſalutem animam reſtratum via ſecuti or? Audite quænam in augem mentem venerint: *Quare nos & Phariſæi jejunamus frequenter, Diſcipuli autem tui non jejunant?* Quaſi dicerent: vel jejunare bonum eſt, vel malum; hoc dici non poteſt: Ergo bonum eſt: cur igitur tui Diſcipuli adeò ſe ab illo ſanctos demonſtrant? S. Petrus Chryſologus ingeniosè obſervat hanc Diſcipulorum Joannis cum Phariſæis conjunctionem: *Quare nos Phariſæi:* à quanto autem ab hinc tempore mutuoſque hæc fuit correſpondentia & colligno? Scio equidem inter ipſos aliàs exiguam fuiſſe neceſſitudinis familiaritatem, atque ideò hanc fraternitatem tantò nunc magis admiror. Enim verò ecce tibi punctum de quo in præſenti agitur, conſpirant ſimul, ut contra tertium agere poſſint; inſtituunt conventicula quæ collimare volunt adverſus Diſcipulorum Chriſti bonitatem, & innocentiæ candorem commaculare, eos tanquam guloſos & jejunii inimicos culpando: *Diſcipuli autem tui non jejunant.* Unde Chryſologus: *Et cum Diſcipulis Joannis quæ ſocietas Phariſæis? niſi quia junxerat invidia, quos diſjunxerat diſciplina.* Optimè in hanc rem Tertullianus ait: *Nihil enim intereſt ex diverſa tractantibus, dum ad unius veritatis expugnationem conſpirent.*

4. Inceſſerat Abſalonem tam ingens regnandi ambitio, ut nullam diebus aut noctibus habere requiem poſſet; adverſus regium Davidis patris ſui diadema ſubditam excitare plebem atque ad formandum integrum exercitum milites conſcribere & neceſſariis armis providere non ceſſabat: neminem bono oculo dignabatur, præterquam illos qui ut in ejus favorem militarent ſponte propria ſeſe offerebant. Rebellavit adverſus patrem ejuſque ſe apertè declarabat capitaliſſimum & infeſtiſſimum inimicum. In hiſce autem tumultibus certum quendam Architophelem in ſecretarium & conſiliarium ſibi accivit, qui ſanguinem & vitam in ejus favorem & commodum profuſurum ſe eſſe ultro citroque ſpopondit. Dentur mihi, inquit, duodecim millia militum, & ego hoc caput meum ſubtrahabo, niſi craſtino diluculo laturus ad te ſim regium Patris tui caput: *Dixit Architophel ad Abſalon; Eligam mihi duodecim millia virorum, & conſurgens perſequar David hac nocte.* 2. Reg. 17. Ecce tibi hic Achitophelem traditionum dolos & technas meditantem, ferro ſe obarmantem, mortis minas fulminantem: at verò adverſus quem adeò furor ejus ardet, foventur, odia conſcribuntur exercitus? adverſus Davidem Regem. Verùm ehem quantò melius feciſſes, ô Achitophel, ſi arma tua adverſus ſceleratum Abſalonem, vel tot alios regni rebelles & inquietos ſubditos levaſſes: Sed non id credebat Achitophel, quin potius rebellandum eſſe cenſebat adverſus Davidem qui ſanctus erat, adverſus Regem illum qui innocens erat ferrum acuendum eſſe putabat, non verò adverſus ſceleratos, ad bonos affligendos acceleratur, adverſus bonos & ſanctos ingenio & dolo dimicatur. *O innocentia* (exclamabat Chryſoſtomus) *quantum apud reos periculi ſuſcipis, quantum malitiæ per flagitioſos incurris! David ſanctiſſimus tot dementes exercitus, quia non deliquit offendit: tot populorum rabiem, quia non laſit, incurrit. Abſalon unus eſt reus, & univerſus contra patrem conſpirat exercitus. Armantur in eadem funeſta manus multorum, provocantur in innocentem ulciſci.* Acuuntur perverſorum hominum ſagittæ, ſed non in alium finem, quàm ad transfigendos & conficiendos innocentes. Chryſoſt. hom. de Abſalon.

5. Unigenitus Dei Filius oculo prophetico gentium revolutionem & bellorum horridos tumultus, qui in mundo ſuſcitandi erant, prævidebat: *Cum audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri.* Unde S. Gregorius: *Perituri mundi præcurrentia mala denuntiat Dominus*, verùm, inquies, cur igitur ſolos præmonet Apoſtolos ſuos, ne inter tot ærumnas futuraſque calamitates formident? Dominus etenim haſce ſeditionum & bellorum turbulentias & in- Luc. 21. D. Greg. ibidem. Luc. 21. D. Greg. ibi.

quietudines non contra ipsos susceitandas esse dicit, sed contra mundum, ut interpretatur Gregorius. Porrò si Christus dixisset: *Cùm audieritis prælia & seditiones advertum vos*. tunc aptè subjunxisset, *nolite terreri*, tunc autem cùm ita non dixerit, sed absolutè tantum: cum audieritis prælia & seditiones, quid opus est ob mala ista futura terreri, si illa ipsos non spectent? Enimverò eo ipso quo perturbationes à seditiosis suscitantur, non possunt non suscitari adversus homines bonos, virtuosos, & Sanctos; mali enim malignitatis suæ fulmina evibrare nesciunt, nisi in innocentiæ scutum oculis suis colliment, ipsorum persecutiones alio magnete nequaquam trahuntur quàm justorum integritate. *Equidem nescit mundus præliari, nescit irasci nisi in innocentes, & quo est aliquis innocentior, eò magis ad se putet spectare mundi iras, mundi prælia*? ac proinde mirum non est, quod Divinus Magister suos exhortaretur discipulos, ad constantiam, dicens: *Nolite terreri*.

Didac. Baez. t. 2. in Evang. l. 12. c. 4. §. 7. f. 711.

6. S. Paulus in medio Pharisæorum & Saducæorum qui in concilio quodam congregati erant, constitutus, coram ipsis & Principe Sacerdotum Anania, de resurrectione mortuorum summa eloquentia discurrebat; Ipso autem adhuc loquente factum est ingens murmur & tumultus, quippè multis, Saducæis nimirum, durum videbatur & difficilè ad credendum nos denuo à mortuis ad vitam revocandos esse; cùm tamen Pharisæi doctrinæ Pauli absque ulla difficultate acquiescerent, & consentirent. Ecce igitur concilium, ob natas inter se opinionum contrarietates, in duas factiones divisum: *Facta est dissensio inter Pharisæos & Saducæos*. Quod cùm ad Tribuni aures pervenisset, misit confestim hominum multitudinem qui Paulum raperent, eumque intra manus & custodiam suam salvum & illæsum conservarent & tuerentur: *Iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra*. Laborant hic Expositores in assignanda causa, ob quam Tribunus miserit ad rapiendum Paulum; & aliam ex sacro Textu non adducunt rationem, præterquam istam, nimirum quia timebat ne Paulus gravem aliquam à consiliariis utriusque factionis pareretur injuriam: *Timens Tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis*. Veruntamen exinde major adhuc nascitur difficultas, nam si Saducæi & Pharisæi opinionibus contrariis inter se dicebantur, credibile erat tam unam quàm alteram factionis partem causam Pauli defensuram fuisse. Porrò præsentem difficultatem modernus quidam Carmelita ingeniosissimè resolvit, dicens, quod non obstante hac Saducæos inter & Pharisæos opinionum contrarietate, Tribunus timendum esse haud immeritò judicabat, ne partes factionum dissimulato hoc opinionum dissidio inter se conspirarent, & in hoc unanimiter consentirent Paulum scilicet è medio tollendum esse. Est etenim infallibilis sceleratorum hominum proprietas, quod non obstante ea quæ inter ipsos viget animorum dissensione, ad texendas & struendas innocentibus insidias facilè inter se iterum jungantur & conveniant. *Quid ergò timet in eum Tribunus, ut imperet eum recedere à Concilio? Prudenter quidem, nã quamvis ipsi inter se acriter belligerarent, nimis facilè concordes erant, ut justum damnarent, ac morti traderent.* Enimverò quotidiana nos experientia docet, quod licet impii adeò inter se fiant animis divisi, ut oculos sibi mutuò eruerent, seque vivos dilaniarent & devorarent, attamen mox ut de homine aliquo honorato & studioso per persecutiones infestando & agitando agitur, veluti lupi inter se unanimiter conveniunt sanctitatem talis hominis malignaturi, illius condemnaturi innocentiam. Enimverò Judam hujusce veritatis arbitrum esse volo. Etenim hic Judas postquam lucri aviditate instigatus pretiosissimum Incarnati DEI sanguinem vilissimo pretio vendidisset, tandem licet infructuosè, de commisso errore suo resipuit, suæque pœnitudinis non obscura signa edidit, sed in vanum: *Tunc videns quia damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos*. Expositores hujusloci, quæruntur inter se quoniam ly (damnatus) referiatur, id est, an ad Christum Dominum, an verò ad Judam? Et quidem communior opinio est, quod referatur ad Christum quasi Evangelista dixisset: *Tunc videns Iudas quia Christus damnatus esset*. Unde apud Paulum de Palatio habemus: *Videns Iudas Christum à Iudæorum concilio damnatum, &c.* Verum enimverò, ut verum fatear, magnam in hoc sensu sustinendo invenio difficultatem. Quomodo enim Judas Christum damnatum vel condemnatum esse videre potuit, quando Præsidis sententiam nondum latam esse audierat? Condemnatio ad Judicis officium spectat, Judex autem illum nondum sententia aliqua plexerat, & Judas causam ejus desperatam esse censet? Imò Pilatus ad eum liberandum enixè laborat, omnemque viam

possi-

possibilem tentat, dum nunc illum innocentem declarat, nunc Barrabbæ seditioso eum antereponit, ut Salvatorem liberet, nunc denique manuum suarum lotione ejus sanctitatem probetur: *Innocens ego sum à sanguine justi hujus.* Unde igitur sceleratus hic apostata Christum mortis condemnatum esse colligere potuerat: *Quomodo vidit Iudas quia condemnatus esset* interrogat Origenes: *Neque enim adhuc condemnatus fuerat IESVS, neque à Pilato interrogatus*, ac demum objectioni respondet, dicitos: *Forsitan dicet aliquis, quoniam considerationem mentis suæ vidit exitum rei*, intra se etenim discutit, & postea concludit: *Quia damnatus esset.* At verò ex quonam antecedente hanc conclusionem elicuit: Nunquid auditis? *Mane autem facto consilium inierunt omnes Principes Sacerdotum, & Seniores populi adversus IESVM, ut eum morti traderent*, quasi diceret; ex quo maligni isti inter se coëgerunt concilium, alia inde nequit deduci conclusio, quam extremum Innocentis JESU præjudicium. Ex quo seniores in conciliabulo congregatos esse, ut deliberarent inter se *quid agendum de Christo*, cuiusmodi mortis suæ sententiam adeò certam efflagitaturus & infallibilem, ac si eam coram oculis suis descriptam legisset: Videns quia damnatus esset. Certissimum etenim est, quod *Armatur in cædem, sanctæ manus multorum provocantur in innocentium ulcisci.* Chrysost. hom. de Judæ.

7. Inter alia crudelitatis genera, quibus dæmon sanctum Dei servum Jobum vexavit, unum hoc fuit, quod dum filii & filiæ ejus in convivio quodam sese exhilararent, ventum quendam suscitaverit vehementissimum, quo domus convivantium adeò vehementer concussa & conquassata fuit, ut parietes illius hanc vehementiam sustinere non valentes, inter se collisi & collapsi fuerint, omnesque Jobi filios pariter & filias uno impetu opprimendo occiderint; effecit autem Dæmon, ut unicus tantum conviviministerialis salvus & intactus evaserit, ut esset novi cruciatus instrumentum funestæ hujus ruinæ nuncium patienti Jobo adferendo: Audite obsecro quomodo Spiritus Sanctus nobis factum istud describat: *Filiis ejus filiabus, qua vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, qua corruens oppressit liberos.* Cuca quæ verba Origenes pulchram quandam ponderationem instituit: quærit enim quomodo fieri potuerit, quod unicus duntaxat ventus quatuor ejusdem domus latera vel facies quatere potuerit, unicus enim ventus non potest nisi unicam duntaxat partem concutere, sicuti experientia nobis clarè demonstrat; unde videmus, quod ventus aquilonaris nonnisi illam domus partem petere possit, quæ vergit ad meridiem, & sic de aliis: quomodo ergò unicus tantum ventus molestare potuit quatuor illius domus angulos vel parietes? valdè id mihi difficilè videtur: quod si Sacer textus diceret, ventum unicam tantum domus faciem invasisse, ad cujus lapsum aliæ quoque ceciderint, nihil superesset opponendum: at verò Sacer textus affirmat, quod *ventus vehemens* (ecce unicum duntaxat ventum) *concussit quatuor angulos domus*, & hic ex una solùm parte veniebat, *Irruit à regione deserti*: quod si quatuor fuisse ventos dixeris, quorum singuli à sua regione veniebant, mox replicabo, quod si hoc verum esset, non diceret Scriptura: *Ventus irruit*, sed *venti irruerunt.* Enimverò nolo vos diutius tenere suspensos: siquidem certum est quod eversio domus illius, & mors filiorum Jobi opus fuerit diabolicum: quilibet enim ventus à dæmone quodam agitabatur, ac proinde quatuor dæmones erant, sed diversi & inter se contrarii, qui habitationem illam ex quatuor contrariis & diversis partibus infestabant: at verò concordes inter se erant in una voluntate evertendi domum Jobi ejusque filios occidendi, ac si omnes quatuor unicus tantum ventus ab uno dæmone per unam tantum voluntatem excitatus fuisset: *Per quatuor partes accurrentes quatuor angulos tetigerunt, ad hoc ut suam consonantiam, atque adversus invicem contrarietatem ostenderent. Nam ad iniquitatis perfectionem omnes sibi concordant, cùm invicem sibi discordes sint* Porrò homines iniqui nequidquam à dæmone degenerant: cùm enim inter se contrariissimi sint, tamen in hac diabolica iniquitate damnificandi domos innocentium & justorum familias concorditer inter se uniuntur: *Conveniunt in unum ad justos perdendos.* Origenes lib. 1. in Iob.

8. Equidem ô Auditores, nolite vobis imaginari perfidiam impiorum hic sistere, quia modum quendam extraordinarium invenire studuerunt, quo majori cum securitate bonorum integritatem calumniari possint, cujus nequitiæ vos monitos velim, ut in quovis obvio casu cavere vobis possitis; siquidem laudando

vituperant, & bona vobis conciliando damnificant. Fugiebat David persecutionem Saulis, atque ad protectionem Regis Achim, qui in Geth habitabat, recurrit. Rex ille perlibenter illum accepit, & per multas benevolentiæ significationes se ei in quovis casu obvio favorabilem exhibuit; dum autem David Regiis pedibus advolutus jaceret, nonnulli Magnates curiæ Regiæ eum agnorunt dicentes intra se: Nonne hic est David ille in regno Israelis adeò nominatus? Nonne hic est miles ille adeò intrepidus, ferarum terriculamentum, & gigantum formido? *Nunquid non iste est David Rex terræ; Nonne huic cantabant per choros dicentes: Percussit Saul mille, & David decem millia?* David horum applausus audiens verba ipsorum in terram cadere non permisit, sed eodem in corde reposuit: *Posuit autem sermones istos in corde suo*, eademque intimè considerando timere cœpit: *Eximuit à facie Achis Regis Geth.* Ehem quid hoc est: Se laudari audit, & timere cœpit? Quid si aulici eum tanquam rebellem & humani sanguinis sitibundum diffamassent, vel aliud quippiam quod famæ ejus præjudicare, vel Regem ad eum e conspectu suo repellendum, vel adversi aliquid ei intentandum movere potuisset, adversus eum evomuissent, justam haberet timendi causam; nunc verò cùm heroicas ejus actiones celebrent, quid timet? Refert Polybius Apellem Philippi aulicum in more positum habuisse certum quendam Principis intimum familiarem, qui Aratus dicebatur, malignandi, sed cùm ejus impostoras falsas esse deprehenderetur, nullus in tota aula erat qui ejus agendi modum approbaret, sed omnes ipsum velut maledicum hominem exhorrescebant. Quid igitur facit? stylum loquendi mutare cœpit: unde acceptâ occasione calumniandi Taurionem, ut eum Regis gratiâ excidere faceret, laudare eum cœpit in præsentia Philippi dicendo. Quod in tractandis armis adeò expertus esset, ut nemini cederet, imò cum ipsomet Philippo certare posset: *Novo suscepto criminandi genere Taurionem quendam, quem dejicere volebat, miris apud Philippum laudibus extollit, dignissimum affirmans qui cum Rege ipso in castris atque acie ageret.* Quid mirum igitur si David se tanquam virum generosum laudari & celebrari audiens malum aliquod suspicari & timere cœperit? *Novus enim calumnia modus est non culpando, sed laudando ladere, atque evertere alios*, concludit Polybius.

1. Reg. 12.

Polybius l. 4.

Io. Anto. Velasque c. 1. v. 17. adu. 3. f. 212. co. 1. n. 11.

Polyb.

9. Interea verò faciant quidquid libet, omnia namque in innocentiæ scutum evibrata calumniatorum fulmina illud penetrare adinnocentem offendendum minimè possunt? Unde Lactantius Firmianus ait: *Tanta est innocentia vis, ut ad suam tutelam armis non egeat*; & Horatius pariter subjungit:

Integer vitæ scelerisque purus,
Non eget Mauri jaculis, nec arcu
Nec venenosis gravida sagittis
Fusce pharetra.

Adeò ut innocens meritò cùm Prophetarum dicere possit: *Si consistant adversum me castra non timebit cor meum.* Legitur in historiis casus quidam non minus stupendus quàm compassione dignus: nam in ipsâ nocte, quæ festum omnium Sanctorum antecedit, diluvium aliquod aquarum in Flandria accidit adeò terribile, ut Oceanus præter solitum intumescens, littoris margines in nonnullis locis eousque pertergressus sit, ut horribilem, nec unquam sive in illa Provincia, sive in aliis regionibus visam inundationem causarit: si quidem aliquas Zelandiæ insulas omninò contexit, atque ulterius quasi in universam Holandiam penetravit, ut hæc, sicut & Frisia, inde fere submersa fuerit: strages facultatum exinde perditarum adeò ingens & excessiva fuit, ut vix ei possibile eam recensere: possessiones, villæ, pultia, terræ, & civitates in liquidis undis innatabant; in sola Frisia ad viginti millia perierunt personarum, quisquis fortunam habuit evadendi, cataractas cœli de novo apertas fuisse, præteritaque Noetica sæcula redisse existimare potuit; postrò Magistratus Frisiæ multas emisit naves ad colligendas aquis innatantes reliquias sepeliendaq; miseri illius naufragii cadaverea: enimverò rem audite summè mirandam: in culcitulo Schlech in cunis repertus fuit infantulus qui tempore durantis jam dicti diluvii una cum suo cattulo ad pedes illius jacente dulciter dormiebat. Videte quando terra, cœlum & elementa per diluvium armata creaturas mundi hujus ad extremum usque exitium infestant, parvulus infantulus absque ullâ inundationis aut naufragii molestâ cogitatione in cunis quietissimè dormit. Hunc ego casum dum legerem ô Auditores exclamando dixi: O innocentia benedicta, quæ cœlo in peraciem hominis conjurante tranquillo corde obdormis, absque

absque ulla vel minimi capilli tui lædendi formidine! Veruntamen id mirum non est, quia Deus illam particulari cura protegit.

10. Postquam cum Christo duo latrones crucifixi fuêre, milites amborum crura fregerunt, *Venerunt ergò milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo*; idem quoque Christo facturi erant, at quia eum viderunt mortuum, *non fregerunt ejus crura*. Erigamur hic nonnihil ad speculandum; siue ereum desidero, cur ossa duorum latronum fracta fuerint, non verò Christi? Respondebit quidem Toletus, & S. Cyrillus Alexandrinus, morem fuisse ossa crurum frangendi, ut tanto velocius morerentur, atque à Crucis tormentis tantò facilius expedirentur: ac proinde quia Christum viderunt mortuum, supervacaneum esse censuerunt ad acceleratam ei mortem & terminanda tormenta ossa ejus frangere: *Non enim frangebantur crura, nisi ut citiùs morerentur*. Ongenes, vult quod *integrum Christi corpus remanserit, significans citò resurrurum*, Sancti Patres Augustinus & Chrysostomus conformant se Jo. Evangelistæ verbis dicentis: *Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo*; atque ideò asserunt, Christi pedes integros mansisse, ut signum corresponderet figuræ, agno scilicet Paschali de quo Deus de libro Numerorum præcepit dicens: *Os ejus non confringent*. Et in Exodo: *Nec os illius confringetis*. Ubi Chrysostomus subjungit, quod *licet de Iudæorum agno hoc dictum sit, transivit tamen figura illa ad veritatem*. Veruntamen omnibus hisce responsionibus non obstantibus videtur mihi iisdem facile opponi posse difficultatis substantiam per eadem minimè enervari: nam hisce etiam responsis suppositis adhuc manet quæstio: cur Agni Paschalis, nec Christi ossa fuerint confracta? Potrò videamus, an David Propheta Regius aliquod nobis ad hujusce difficultatis, quæ verè non est vulgaris, intelligentiam lumen subministrare possit: Hic enim dum cum Doech adversario suo, qui *erat potens in iniquitate*, ut inquit Sanctus Augustinus & à quo ad mortem usque infestabatur, loqueretur in hæc verba prorupit: quid tandem ô Doheeh per malignitatem tuam meæ illaturus es innocentiæ mali? fortè eam opprimere, conterere, sepelire desideras? quantùm ò infortunate deceperis? Scito malignas technas tuas novaculæ similes esse: *Sicut novacula acuta fecisti dolum*, quasi diceret: quas adversus meam innocentiam fabricasti insidiarum machinas, novaculæ fuêre similes, quæ capillos radit, sed ossa non penetrat; id est, ad prosternendam innocentiæ meæ constantiam & integritatem non pertingunt: *Ecce quid faciunt Sancti mali, capillos radunt*, inquit Sanctus Augustinus. Nunc ad crucifixum Redemptorem nostrum revertamur: quid sibi vult quod *non fregerunt ejus crura?* Nimirum per hoc significarunt, quod licet pessimarum linguarum suarum novacula extinsecus raserint calumniando vitam suam, per impostoras & testimonia falsa, ad hoc tamen prævalere minimè potuerunt, ut videlicet interiora ossium suorum penetrare potuerint, aliquod puritati innocentiæ suæ damnum inferendo. Unde eruditus ille Poëta sapientissimè cecinit:

D. Aug. ib f. 105. co. 5. l. M.

Sed licet & barbam fecet improbus atq; capillos
Nil tamen is justi prorsus in ossa potest.

Iac. Bil. l. 1 anthol. 51 f. 79. co. 2

Permittant igitur innocentes, malevolos æmulos suos suam adversus virtutes illorum evomere perfidiam, ipsi nihilominus quam diu sub protectione DEI illos defendentis commorantur, securè dormite & hilares dicere possunt: *Si DEVS pro nobis, quis contra nos?* Ordiantur Scribæ & Pharisæi Apostolis, quas excogitare possunt, calumniarum technas, malignando eos tanquam si Seniorum præcepta transgressi fuissent, non lavando manus dum mensæ sunt accubituri: *Non enim lavant manus suas, cùm panem manducant*, quia lunam allatrant, & cœlum pugnis petunt; discipuli enim Deum habent qui eos defendit, eorumque causam sibi vendicans pro ipsis dicit: *Quare & vos transgredimini mandatum DEI?* Judas igitur Magdalenam pro suo habitu velut imprudentem arguat, eò quod unguentorum suorum pretium Magistri sui pedibus potiùs, quàm pauperum necessitatibus impenderit: *Quare hoc unguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis*: nam ipsâ tacente Dominus pro ejus defensione loquitur dicens: *Pauperes semper habetis vobiscum, me autem non semper habetis? Defendit MARIAM à murmuratione Iudæ*, inquit Cardinalis Toletus. Impetatur innocentiæ Susannæ integritas falsis criminum rumoribus; prodeant duo senes falsarii, ut ipsam velut impudicam accusent, condemnetur à Judicibus malè informatis, sine judicio ad lapides

Ioan. 12.

Tolet. in cap. 12. Ioan fol. 193. in comm.

pides, DEUS enim erit, qui viri maturi sapientiam puero donabit, ad ejus innocentiam vindicandam: siquidem *Suscitavit Dominus spiritum pueri*, fecit enim Danielem quendam in publicum prodire, qui in annorum teneritudine senem se esse probavit, dum velut Advocatus illius Susannæ puritatem à malè consultorum calumnia eorum suorum accusationibus defendit: *Ut eximiam Susannæ honestatem, & innocentiam declararet*, Servi Dei ob suam innocentiam in Scriptura ovibus comparantur, ac proinde Isais Propheta de Filio Dei, qui innocens ad mortem properabat, dixit: *Tanquam ovis ad occisionem ducetur*. Multæ repetiuntur inter ovem & innocentem analogiæ, quas tamen brevitatis causa prætereo, & solùm cum Joanne à S. Geminiano dico, mansuetum hoc animal ab omnibus aliis valdè differre, siquidem natura nullum ei armorum genus subministravit, nec offensiva, nec defensiva, cùm tamen leoni ferociam, tigridi crudelitatem, urso ungues, lupo dentes, ericio spinas, vulpi astutiam, lepori cursus rapiditatem, serpenti venenum, avibus alas, piscibus pinnas dederit; at verò ovis nihil habet, quo se à lupi ingluvie defendere possit: *Nullam natura dedit ei armaturam: quia nec cornua ad feriendum, nec ungues ad scindendum, nec dentes ad mordendum*: cujus hæc esse rationem credo: quia nimirum à suo pastore protegitur & defenditur: & in hac consistit unica ad propositum nostrum faciens similitudo: siquidem & innocens securus degit sub protectione DEI, cui proinde David dicebat: *Dominus custodit te, Dominus protectio tua*; cujus rationem reddit Chrysostomus, dum ait: *Ut sis inexpugnabilis, valens & potens, ut trophæum erigas, ut referas victoriam.*

Dan. 13.

Hest. Pint. ibid. fol. 683.

Isa. 53.

Joan. à S. Geminiano lib. 5. cap. 46. fol. 193. col. 2.

Chrysost. ibid. fol. 10. col. 4. lit. L.

11. Scio equidem, quod dum homo quippiam adversi in fama patitur, valdè inde exacerbetur, & tamen hodie Discipuli à Scribis & Pharisæis per calumnias pungi se audiunt, & silent: quod B. Laurentius Justinianus miratur, dum ait: *Ab adversariis veritatis justi opprimuntur & tacent?* Verum cur exacerbarentur per calumnias, si hæ in honoris sui incrementum potius quàm decrementum cedant? Adhibeant igitur malevoli omnem quam possunt, ad opprimendam innocentiam, vitium suarum virtutem, quia eandem nihilominus magis magisque sublimari videbunt. Vibrent maledici linguarum suarum aciem ad præscindendos pulcherrimæ arboris ramos, quia eandem magis magisque viteſcentem, suasque propagines progerminantem videbunt. Innocentia etenim est veluti linum, quod inter calumniarum pectines magis magisque purificatur: nihil differt ab auro, quod è flammis purius egreditur; exufflent calumniarum venti ad extinguendum famæ suæ lumen, qui eandem licet inviti ex calumniis emergere famamque lætam magis augescere conspicient, ut dici possit: *Crescit spirantibus auris.* Dentes lupi hanc habere virtutem dicuntur, quod carni equinæ infixi equum generosiorem reddant; idem innocenti accidit, qui postquam ab hujus malignis lupis malignitatis suæ dentibus morsum accepit, inde præstantior & spectabilior redditur apud Deum & apud homines; uva pedibus calcata, & torculari pressa vini suavissimam nobis dulcedinem subministrat; oleum sincerius efficitur, quando olivæ sub lapide molari graviter compressæ gemunt: granum quo magis infestatur, nunc flagelli percussionibus, nunc ventilabri agitationibus, tanto efficitur melius & probius; arbores quantò magis aëris injuriis, & ventorum turbulentis expositæ sunt, tantò conspiciuntur in vere pluribus floribus & frondibus conspicuæ, in autumno verò copiosioribus fructibus onustæ: Justi quantò magis ab hominum sceleratorum furiis & iniquitatum eorundem ventis impetuntur, tantò majorem sibi acquirunt ad florendum in virtutibus, & fructificandum in mestis vigorem; unde si de sancta Blandina scribit Emissenus: *Ecce profanus hostis nunquam tantùm prodesset obsequio, quantum profuit odio*; mihi quoq; replicare licebit, quod malè pleni laudis bonis afferant per vituperium, quam alteri fuissent per varios in eorum laudes panegyricos vel encomia.

Laur. Justin. cap. 2. de incor conflictu.

12. Spiritus Sanctus de iis justis, qui dum alii famam eorum traducunt, spem suam in Deum collocatam habent, loquens dixit: *Perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum.* Potiò quod hic sermo sit de iis, qui bonorum integritatem lacerant, certum est, & ex eodem loco deduci potest, præ ipsis verò ex verbis antecedentibus: *Qui loquuntur adversus justum iniquitatem in superbia & abusione, in superbia cordis, & in abusione oris*, declarat Hugo; nec non ex eo quod sequitur: *Protreges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.* Hoc supposito cum Lorino observandum est, quod ly, *in conspectu*, in duabus linguis

Græca

Græca & Hebræa, idem sit, quod *ex oppositio*, aut *è contrario*; unde Spiritus Sanctus dicere volle videtur: *Perfecisti eis*, id est, ô Domine, ita fecisti quod boni in te sperantes facti sint magis perfecti: sed quo modo id effecit? *ex opposito*, id est, per oppositiones, *ex contrario*, per contrarietates, quibus maligni eos molestando eis opponunt, ac proinde doctus ille Pater hunc textum exponens dicebat: *Nam dum percutiuntur patitur justus, non solum non patitur detrimentum: sed integrationem & perfectionem acquirit: Perfecisti eis qui sperant in te, contrario vel ex opposito filiorum hominum.*

13. Enimverò, ô Domine, scio equidem hosce sceleratos homines, qui servorum tuorum bonitatem adeò infestant & persequuntur, vehementer tibi displicere, ac proinde meritò curandum tibi esset ut pœnis supplicia dissipantur & tollerentur è mundo, ne semen suum ulterius dispergere pergant, ac proinde cùm Propheta rogabo, dicens: *Disperge illos in virtute tua*: minimè, inquit Deus, id bonum esse, imò verò oportet ut semper in mundo talesint, quod per sequentem Sancti Pauli locum melius declaro, hic enim ad Corinthios scribens, hæc inter cætera dicit: *Oportet hæreses esse*. Theophylactus dicit, quod ly, *oportet*, intelligendum sit, quasi idem valeat, quod *justum est, justum est*, vel *necessarium potius*, ut hæreses sint, imò Sanctus Anselmus (quod admiror) subjungit: *Vtile est fidelibus*: quandoenim possibile est justum, necessarium, & utile nobis fidelibus esse, ut maledictæ zizaniæ in mundo nascantur; suffocare enim poterunt fidelium spicas in agro sanctæ Ecclesiæ progerminantes: Oportet, inquit os aureum, non quod ideò necessario futuræ sint hæreses, quia Deus illas prævidit, sed potius ideò illas infallibiliter prævidit, quia futuræ sunt: *Si venturæ non fuissent, nec ipse futura prædixisset*. At verò Sanctus Anselmus aptius & convenientius ad hoc propositum meum dicit: quod *Oportet hæreses esse*, quia *semper prosunt hæreses fidelibus*. At verò non satis hoc ipsum intelligo, nec penetrare possum, qua ratione hæreses fidelibus utiles esse possint, imaginor enim mihi dicendum esse omninò contrarium. Aliam quandam difficultatem huic planè similem adfert Matthæus Evangelista, qui verba aliqua, quæ Christus Apostolis dixit in medium adducens ita loquitur: *Necesse est ut veniant scandala*; quia ut explicat Glossa: *Sunt necessaria, id est, utilia*. Ergone scandala sunt utilia fidelibus. Nunquam id hactenus audivi. Etenim Dionysius Carthusianus rationem hujus reddit, dicens: *Expedi enseest ad exercitationem & ad probationem aliorum*: Nunc incipio intelligere, sensus igitur est, quod scandala & hæreses non sunt bonæ *secundùm se & simpliciter, sed occasionaliter & ratione alterius*, siquidem fidelibus exercitii loco serviunt ut magis in fide perficiantur: audite Chrysostomum dicentem: *Qui non modò nulla à scandalis mala patiuntur, sed præcipuos quoque quæstus nanciscuntur*. Idem quoque respondere possumus ad difficultatem Sancti Pauli dicentis: *Oportet hæreses esse*. Sunt enim occasio, ut simus solicitiores, magisque cauti & vigilantes: *Vtamur ergò hæreticis, non ut eorum approbemus errores, sed ut Catholicam disciplinam adversus eorum insidias asserentes vigilantiores & cautiores simus*. Ecce igitur tibi nunc solutam difficultatem, quare Deus bonorum calumniatores ex hoc mundo non eradicet, sed velit ut huic mundo necessarii sint, quia sunt utiles & proficui, sunt occasio continui exercitii patientiæ, & efficiunt ut majora nobis merita comparemus, perfectioresque evadamus. Et hoc sensu credo intelligendum esse Origenem, quando ait: *Non potest esse verum bonum, nisi habeat impugnationem mali*: quantò enim malevoli plus crescit perfidia, tantò innocentis perfectio magis adaugetur; unde mirum non est, quod Discipuli Christi, dum se à Scribis & Pharisæis tangi & pungi sentirent, idipsum cum silentio dissimularint, idipsum enim fecerunt, quia nolebant impedire media ad suum in bonitate profectum adaugendum pertinentia.

Glossa in Cat. D. Thom. fol. 71. col. 3. lit. B.

Chrysost. ubi suprà

D. Ansel. ibidem.

Orig. tract. 5. in Matth. in Cat. D. Thom. fol. 71 col. 4. lit. B.

14. Veruntamen Magistrum ipsorum eorum vice promptè respondentem audio, dum ait: *Quare & vos transgredimini mandatum Dei.* Enimverò, ô Domine, Scribis & Pharisæis hoc mane nihil tecum intercedit negotii, sed cum Discipulis tuis scrupulum aliquem agitandum habent: cur igitur adeò promptè ipsis respondes, ac si timetipsi verbis suis præjudicassent? Respondeo, quod quisquis servorum suorum bonitatem malignatur, propriam ejus offendit personam. Id quod satis insinuavit, quando Apostolos suos fidem per totum mundum prædicaturos, gentesque pro lucro animarum adaugendo conversuros dimisit, dicens: Abite, estote intrepidi, nihil timete, quisquisenim

vos attentè & libenter auscultaverit, ego illum voci meæ aurem præbuisse censebo : *Qui vos audit, me audit* ; quisquis autem vos contemnere præsumpserit, injuriam hanc mihimetipsi illatam esse interpretabor : *Et qui vos spernit, me spernit*; sive ut Titus Bostrensis declarat: *In me vestra redundat contumelia* : quasi diceret : scio vos homines justos, sanctos esse, vos etenim estis oves gregis mei, qui innocentiam sanctitatis characteribus in fronte descriptam portatis, dicite proinde omnibus illis, qui temerario ausu vestram impugnare integritatem volent, ut firmiter sibi persuadeant, hanc se contumeliam divinitati meæ inferre, illosque non vestram contaminare famam, sed meum honorem & existimationem : *Audiant, pensent, & metuant hæc increduli & rebelles, perversi, duri, pertinaces, indociles, proprium sensum sectantes, quod vobis obloquendo non mediocriter peccant, nec vilesparvipendunt personas, sed cum cujus dignitate, & excellentia non est finis, unigenitum Dei*, scribit Dionysius Carthusianus

Luc. 10.

Titus Bost. in Cat. D. Tho. ibidem

Dionysius Carthus. ibid. art. 20. f. 176. 6. 2. lit. H.

15. Porrò veritatem hanc per passum quendam S. Lucæ in Actibus Apostolorum confirmemus. Saulus namque ut conceptum erga Christianos furorem suum evomeret : *Accepit Epistolas in Damascum ad Synagogas*, ad damnificandum Discipulos Christi, ejusque fideles, quâ commissione accepta, infestissimum se illis declaravit inimicum, jurando quod illis insidiaturus esset verbis, & factis eos persecuturus: cùm dormiret in plumis, in spinis se jacere putabat, nisi loco somni & quietis innocentem Salvatoris gregem persecutionibus inquietaret; factusque quasi phreneticus impatiens, aliud effrænis passionis suæ componendæ remedium invenire non poterat, quam per sævitiem & crudelitatem Christianismi exitio & totali exterminio studendo. Suam in Hebraismi auribus contemnendam esse famam existimabat, nisi nova quotidie vel sanguinolenta vel mortalia Christianis per ipsum illata ejusdem auribus innotescerent; Perpetuæ segnaviæ arguendum, & severa pœna castigandum esse putavit, quoties ad Principes Sacerdotum sine ingenti Christianorum sive captivorum, sive occisorum manipulo rediret. Suos honores melius triumphare non posse credebat, quam inimici sanguinis fluminibus innatando, nec victoriarum suarum vexilla superbius explicare putabat, quam in montibus ex congestis Catholicorum cadaveribus erectis, jamque

Actor. 9.

versus civitatem Damasci ut proficisceretur in procinctu erat, quando nunc instar crudelis Cæsaris, vel sævissimæ Megæræ venenum suum evomendo, nunc veluti equus indomitus & effrænis præcipitanter currebat, quo illum cholericæ stimuli adigebant, videbaturque quodammodo ferro comminando cælo pariter & terræ formidabilem redderet. At verò Deus ille, qui nutu suo cuncta regit & gubernat, quique cælorum sphæris morum impertitur, Saulum in qui cursum stitit, ingentem quendam & splendescentem nubis exercitum armavit, eoque fluvosum & tumidum hunc Ecclesiæ persecutorem aggrediens, si non mortuum, saltem mortificatum è sella in terram dejecit, quasi diceret: Tune mecum certare præsumes, ô Saule? Tu me exterminare contendes, in meæ domus conspectu? tuos contra meam personam furores exacues? *Saule, Saule quid me persequeris?* Et tametsi cor ejus tremeret, palpitarent membra, omnesque animi spiritus languerent, vox tamen debili aggressorem suum interrogare potuit quisnam esset. *Quis es Domine*, inquit flagitium suum à Filio Dei sibi exprobrantis audivit: *Ego sum Iesus, quem tu persequeris.* Verum quid audio? Saulus non persequebatur Christum? sed Christianos: Cur igitur Christus semetipsum persecutionibus Saulinis afflictari lamentatur? loco illorum verborum: *Quid me persequeris?* dicere potius debebat (ut observat Sanctus Pater noster Augustinus:) *Quid persequeris fideles meos?* Enimverò Christus hoc modo loquitur : quia qui molestus est servis, Dominum offendit, qui male tractat discipulos, contemnit magistrum; & ideò Christus Saulem contra semetipsum se erexisse credidit, dum suos persequitur Christianos. Deorum vitam eripere contendit, qui innocentiam inferre molitur. Unde Sanctus Marcialis: *Væ illis qui vos persequebantur, non enim vos, sed Deum persequuntur, patitur enim Deus in vobis, quem credidis.*

16. Verum enimverò lingnæ maledicæ nihilominus aliud non profitentur, quam lacerare dentibus, & moribus adimere Sanctorum hominum integritatem, adeò ut sicuti Tito eâ die Imperatorem non fuisse videbatur, qua nullam impartitus fuisset gratiam; ita hos esse homines non fuisse, aut diem perditum esse videatur, in quo contra honestatum personarum bonitatem aliquam non composuerint scripturam, tangendo illos in existimatione & facultatibus

tibus. Hoc sensu Deum per os Davidis Prophetæ lamentando locutum fuisse existimo, dum ait: *Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam ut cibum panis?* S. Athanasius, qui hunc passum exponit, ita legit: *Dilaniant innocentem*: Verùm cur panis metaphora utitur: *Ut cibum panis?* Idemmet S. Athanasius dicit: *Ut perinde ac si commederent cibum panis, ita delectantur in spoliis innocentium:* Cui Hugo Cardinalis etiam consentire videtur, dum ait: *Ut cibum panis, scilicet cum delectatione*, ostendendo se nihil ita appetere quàm calumniari innocentes existimantes se Deo sacrificium aliquod offerre, quoties bonos infestandi commodum eis ministratur: *Delectantur in spoliis miserorum.* Præ cæteris verò S. Pater noster Augustinus verùm hujus metaphoræ sensum tetigisse videtur, si reflexionem fecerimus, quod Propheta non dicat: *Ut cibum carnis pisces, lacticiniorum, mellis, pomi, vel aliorum similium.* Pro cujus intelligentia observanda est disparitas, quæ est inter manducare panem, & manducare quemvis alium cibum vel alimoniam: hæ enim non unquam manducantur, aliquando verò non; sed panis quotidianus est, quem comedimus mane, in meridie & vespeti: *Cætera quæ manducamus, possumus modo ista, modo illa manducare, non semper hoc olus, non semper hanc, non semper illam carnem, non semper hac poma, sempervum panem.* Propheta igitur tanquam *Augustinus hic.* lingua Dei dicere vult: *Devorant plebem meam, ita innocentes, sine intermissione & sine cessatione.* Nunquam videntur satiari, licet à mane usque ad vesperam, nihil aliud facerent, quàm innocentum bonitatem lacerare.

17. Meritò igitur dici possint similes statuæ illi Pasquini adeò nominatæ & famosæ non solùm Romæ, sed & per universum mundum; hanc etenim statuam, quæ alieno ore loquitur, nonnulli maledici multa dicere faciebant contra honorem & reputationem Magnatum. Unde Gubernator Romanus, ut inconvenientia, quæ hinc aliquando oriri possent, obviaret, statuam illam è medio tollere & in Tyberim projicere statuit, id quod à nonnullis subodoratum effecit, ut Pasquinus mane sequenti significaret, quod si ad hoc ut tacere cogeretur, illum in flumen conjicerent, factutus sit sicuti rana, quæ plus in aquis, quàm in terra cantant. Ita hi mali semper contra bonos obloquuntur, sive sint in terra firma prosperitatis, sive in aqua adversitatum, semper etenim instinctu calumniandi bonos pessimæ naturæ ductu utgentur. Verùm non est quod dubitent, quin tempore quò minus cogitant, ea fiat probaturi supplicia, quæ Deus justus malorum vindex talibus daturus erat: *Scient in pœna, quod ignorant in culpa, scilicet Deum esse punitorem malorum*, affirmat Hugo Cardinalis. Unicum duntaxat supplicii exemplum vobis recensebo, quod plurimorum loco, quæ adferre possum, sufficere poterit. Diospoli acidit quod latro quidam tenerum occideret infantulum: *Occiderat puerum quendam adolescentem* (inquit Abraham Bzovius) fortè quia is latrocinii suis impedimento erat, aut ob aliam quamcunque causam, cujus Scriptor non meminit: affirmat igitur umbram hujus innocentis infantis occisorem in omni loca, quo ibat, semper insecutam fuisse hisce lachrimabilibus vocibus querulando: *Quare me occidisti? quare meum sanguinem effudisti?* Heu ô homicida, in quo te offendi, quod vita me privaveri, non scio me tibi unquam fuisse fastidio, & tamen manus tuas innocentis pueri sanguine maculare audes? Quæ improperia adeò homicidam hunc molestabant, ut nec die, nec nocte aliquam ei requiem indulserint: accumbenti ad mensam umbra se ejus oculis objiciebat, adeò ut ex terrore expavefactus cibum capere non posset; quando ad captandam quietem somnus oculis imminebat, apparebat hæc umbra exclamans contra ipsum, ita ut inter noctis umbras oculos suos claudere non valens vigilare cogeretur. O quanta pœna, ô quale tormentum: tandem errorem suum confiteri, seque in manus justitiæ consignare coactus fuit, ut tot mortes quotidianas unâ morte exsolveret: *Pœnam sceleris promeritam Diospoli subiit.* Quisquis hujus defectus reus est, alieno malo sapere discat, vitæque suæ seriam emendationem instituat. Secus enim ab ictibus justitiæ vindicativi Dei exemptus non erit. Vos autem qui innocentiam diligitis, enixè rogo, ut eidem per charitatem subveniatis, utpote quæ indiga est ejus auxilii, quod in pauperum beneficium redundat.

Hugo Cardin ubi suprà.

Abrahamus Bzovius in Domin. 2 o. post. Trin. conc. 3. fol. 457. col. 1.

PARS SECUNDA.

18. *Quare & vos transgredimini mandatum Dei?* Cavillatores in laqueos, quos innocentibus tetenderunt, ipsimet communiter incidunt, & corruunt in fovcam aliis præpa-

ratam : *Incidunt in foveam quam faciunt, & captio, quam abscondunt, comprehendit illos:* certissimum enim est quod ut dicit S. Pater noster Augustinus: *Nemo malus, qui non sibi prius noceat:* & postea subjungit: *Equidem dico, quod malitia tua ut alteri non noceat fieri potest, ut autem tibi non noceat, fieri non potest.* Sagittæ ab arcu evibratæ in sagittantis caput sæpe recidunt, fabricet licet Perillus taurum æneum, ipse tamen primus erit, qui jubente Phalaride ejus accipere debet experientiam, unde Propertius :

Aug. in Ps. 34 f. 55. 60. 2. l E.

Propers. & Claudian. l 1. in Eutro.

——— *Non est lex æquior ulla*
Quam necis artifices fraude perire sua.

Huc adsis ô scelerate, quando maledicentiæ sagittas in personam honestam, quæ rebus suis prospicit, & nec tibi nec aliis fastidiosa est, ejacularis, quid tibi te facere imaginaris ? nunquid advertis illas rettorsum in te convertì ubi enim de innocentibus maledicere perrexeris, ab omnibus habeberis inquietus, fastidiosus, impertinens factorum alienorũ obfervator, calumniator, malignus, importunus, perfidus, falsarius, maledicus, iniquus, sceleratus, lingua venenosa, instrumentum diaboli, & quilibet de te tacitè tidendo dicet : *Congregavit iniquitatem sibi*, id est, ut explicat Sanctus Gregorius Episcopus Neocæsarienfis : *Si quis alteri insidias moliatur, imprudens sibi ipse primo & soli insidias struit*, cani similis est, qui calumniæ dente mordes qui te offendit, de quo proinde eruditus ille scriptum reliquit :

Psal. 40.

D. Greg. Neocæs. orat. 53. c. 10.

Et quos nulla gravant noxia, dente petunt.

Sed damnum totum in te convertitur, prouti ingeniosè Poëta ille ad hunc forte finem notavit, dum ait :

Andr. Alciat. Embl.

Vt canis in lapidem dentem tibi fregeris ipse.

Estque sententia à legibus humanis, nedum divinis promulgata, cùm dicitur : *Dignum est fraudem in suum authorem retorqueri* ; Et Sanctus Athanasius super citata Psalmistæ & regii Prophetæ verba asserit (descendendo ad particulare) damnum quod in calumniatorem recidit, & corporis pariter animæque perditionem respicit : *Congregavit ad damnum suum iniquitatem sibi, in detrimentum animæ & corporis.* Quapropter Pharisæi & Scribæ Christi discipulos censeant, quod seniorum præcepta non observent non lavando manus, dum mensæ accumbunt, erit enim tempus quando audient Salvatorem eos tanquam divinarum legum transgressores reprehendentem : *Quare & vos transgredimini mandatum Dei*, quasi diceret : ex hoc quod discipulorum meorum actiones consideratis, occasionem mihi præbetis, ut & ego vestras quoque observem & condemnem. Vestrum dicere: *Quare transgrediuntur* in vos recidit per meum dicere : *Quare & vos transgredimini.* Etenim pulchram quandam ad hoc propositum invenio historiam. Certus quidam pirata, cui nomen Donides, discurrebat per mare prædando, unde semetipsum, suamque familiam sustentare posset, at verò fuisset fortuna voluit, quod dum fugeret, ab aliquibus navigiis captus, & in servitutem redactus ad Alexandrum Magnum perductus fuerit, à quo severè reprehensus quod mare infestasset, & ex rapinis vitam traduceret, quæ actiones valde vitam humanam dedecent, pirata absque ulla formidine Alexandro intrepide respondit : *Et quare tu tòt bellis mundum infestas ? Ego tam ab omnibus vocor, quia in miserabili quodam ligno in mare prædaturus exeurro, tu verò cum exercitibus armatis per mundum vagaris depredando civitates, ut Imperatoris tibi titulum acquiras.* Quod ego rapinis dem operam, idipsum paupertas mea causavit; at verò quod tu integras Provincias ad te rapias, idipsum ab insatiabili tua cupiditate procedit : unde sicut magnus ille Macedo piratam reprehendens dixit: mare infestas ? ita ille reprehensionem contra eum retorsit respondendo. Et quare tu opprimis mundum ? eodem prorsus modo Salvator noster contra Scribas & Pharisæos utitur : *Hac ratione ductus Christus qui videns quod Scribæ & Pharisæi discipulos suos reprehendebant, cùm tamen ipsi scelerum & peccatis essent plenæ, in illos reprehensionem retorquens ait : Quare & vos &c.* inquit Didacus de la Vega.

Baltas Bonifac. L. penult C. de leg. aut. hoc amplius C. de fidei D. Asha. ibi f. 135.

19. In memoriam vobis revocare potestis, quot inventiones filii Jacob adversus Josephum fratrem suum machinati fuerint, nec gerentur : volebant etenim eum in primis occidere, postmodum in cisternam quandam demittere, ut moreretur fame ; tandem verò Ismaelitis eum vendiderunt : at verò impertinenter conceptæ tecinæ contra ipsosmet conversæ fuerunt, disponente divina bonitate, ut ejus venditio via esset ad sequentes ex-

cellentias & dignitates, & quia illum vendiderunt, ideò adotare debuerunt: *Consulunt, & attentant* inquit Chrysostomus) *& suam declarant malitiam: at sapiens & omnipotens Deus insidiatores ministrare etiam invitos facit dispositioni suorum.* Quisquis calumniarum pilam in innocentiæ lapidem excutit, adversus seipsum redire compellit. Audite S. Basilium idipsum expresè dicentem, dum ait: *Consilia adversus justitiam in caput malignè consultantium retorquentur, quemadmodum & tela, quæ semel incidentia in corpus solidum, non cedunt, sed repercussa in jaculatores resiliunt.* Id quod etiam Ecclesiasticus confirmat, dum ait: *Qui in alium mittit lapidem, super caput ejus cadit.* Optimè igitur dicebat Chrysostomus, quod impius in suamet aqua coquatur, & suismet armis sese vulneret: *impius propriis armis capitur.* Scribæ & Pharisæi Christum & discipulos ejus per unicum: *Quare* semetmolebantur; verum per idem: *Quare* à Christo vulnerati fuere dicente: *Quare & vos transgredimini*, &c. Est enim solemnis Dei consilio in damnum peccatoris omnes illas retorquere malignitates, quas contra justum moliri volebant. Loquatur hac de re casuum in sacra hujusce expressorum experientia, cum lingua aliis nonnisi demonstrandum inveniatur inhabilis.

20. Superbus Ægypti Monarcha Pharao suspicari cœpit, ne forte sceptrum suum aliquando ad manus devolveretur Hebræorum, ita ut hi dominarentur in Ægypto; atque ideò ut hoc impediret, iniquissimam legem condidit, nimirum ut omnes ab Hebræis nati masculi in fluminis undas projicerentur, ibique suffocati interirent: *Præcepit Pharao omni populo suo dicens: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite.* Porrò Deo ita disponente Moyses sub hoc edicto nascitur, cujus genitores, ne pœnam exilii vel mortis incurrerent, eum piscellæ scirpeæ impositum morti consignantes, undis reliquerunt prædam. Quid fit? Filia Pharaonis animi causa ad flumen concedens, vidensque piscellam hanc in fluminis fluctuantem, curtam puellarum gnaræ sui præcepit, ut eum tolleret & adduceret. Quæ dum eum ex aquis eripuisset & salvasset, mirata est ejus pulchritudinem dicens: *O quam pulcher puerulus, videte an conspexerit usquam facies elegantior? haud dubiè hic infantulus, quantum aspectus ejus declarat, ex stirpe est Hebræa progenitus;* Regia igitur Pharaonis filia ad palatium suum portari, eique nutricem quandam adhiberi jussit, quæ ipsum omni cum sollicitudine haud secus ac si filius esset educaret; imò ut Josephus Hebræus scribit, ipsemet Pharao, dum Moysi inter brachia sua jacenti abblanditetur, diadema suum regium è capite suo sublatum, infantuli hujus capiti imposuit quasi adversus semetipsum infelix quoddam omen prognosticando *fore, ut regnaret ille, quem Rex Pharao voluit necare.* Unde accidit quod lex contra innocentes Hebræos edita in conditoris retorqueretur præjudicium; nisi enim lex illa condita fuisset, non fuisset unquam Moyses fluminis expositus, nec à filia Regis inventus & educatus, quæ fuerant media ad Moysen exaltandum, Pharaonem verò ejusque Ægyptum deprimendam opportunissima. *Certe Dominî voluntas ita promovet* (inquit Lypomanus) *ut Pharao longe aliud agens adjuverit potius voluntatem Dei tyrannide sua, quam impediverit.* Et postea concludit: *Sic parabatur à Rege contra Regem volente Deo.* Cui opinioni sanctus etiam Augustinus consentit, scilicet Pharaonem aliis machinando interitum, suæmet infelicitatis propriæ factum esse fabrum: *Competens processit divina vindicta, ut suis affectibus punirentur.* Ad diminuendum Dei populum edictum promulgatur, ut omnes occidantur masculi, & ex eodem edicto populi Dei incrementum suam desumpsit originem. *Augetur populus dum opprimitur, & dum putat minui, quotidie crescit,* inquit Augustinus.

Lipom. in Exod. 2. v. 6.

August. ser. 89 de temp. ser. 2. f. 172. co. 2. & 3.

21. Quot ferra Dæmon adhibuerit, ad instituendam universalem corporis & membrorum Jobi anatomiam, notum est passim apud omnes. Neque enim miserabilis ejus vita tot erat vulnerum recipiendorum capax, quot eum inimicus infernalis exulcerare novit: *Percussit Job ulcere pessimo à planta pedis, usque ad verticem capitis;* at verò quis est qui nesciat, quod vulnera corporis, rubini sint animæ, & carnis calamitas, spiritus felicitas existat, unde Apostolus ait: *Judicavi tradere hujusmodi Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat.* Eodem igitur tempore quo Dæmon adversus Jobum integrum malorum exercitum, anima Jobi adversus ipsum integrum armat exercitum perfectionum; unde liquet quod aliis malignando homo semetipsum persæpè maximè damnificet. Audite S. Ambrosium: *Magna potestas, magna gratia, quæ imperat Diabolo, ut seipse destruat; se enim destruit, hominem quem tentando supplantare studet, ex infirmo fortiorem efficit, quia dum carnem debili-*

Iob. 2.

1. Cor. 5.

Amb. li. de pœn c. 13. f. 50. co. 1. l. C.

debilitat, mentem ejus corroborat. Illuditur ergo Diabolus, ut ipso mortis suæ vulnere contra se armet, quem debilitandum putavit.

22. Totius Hebraïsmi capita congregata fuere ad ineundum consilium & determinandum *quid agendum sit* circa miracula adeò rara à Filio Dei quotidie patrata. Nos videmus quotidie, inquiunt, hunc Christum talibus signis gentem nostram post se trahere, quia verè obstupescenda sunt. Doctrinam quandam constanter disseminat ab omnibus minimè receptam & approbatam, & quis scit, an non forte Romani videntes nos hoc dissimulantes in ipsum non animadvertere, adversum nos concitati per congregatos exercitus nobis non sint paraturi bellum; quod si fieret, in extremum res nostræ abirent exterminium, ideoque huic gravissimo inconvenienti mature & solide obviandum erit. Seponenda hic sunt omnia interesse propria, & unicæ publicæ saluti à nobis consulendum erit, hæc etenim nobis cordi esse debet, hanc nobis ob oculos continuo positam habere debemus. Mementote hanc vestram esse patriam, à cujus conservatione omne bonum nostrum dependet: perditâ enim patriâ nostrâ, omnia bona nostra hactenus à clementia cæli nobis concessa pariter perdemus. Quid igitur de hoc Christo statuendum nobis erit? Quid nostra interest de ejus miraculis curare? Quid ad nos spectat, quod unicum tantum à lepra mundet, & tum demum scabie quadam omnes inficiat, qua omnes fricando & scalpendo vexemur & molestemur? Quamobrem *quid facimus? quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem.* Ecquid tandem in hoc conciliabulo determinatur? Metu Romanorum, & ex timore perditionis patriæ commoti, mortem Salvatori inferendam esse decreverunt. *Expedit ut unus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat.* Notate obsecro punctum istud, Hebræi etenim Christum occiderunt, ne venirent Romani, & tollerent locum pariter & gentem. Jam verò scimus omnes, quod justè eo modo res eorum acciderint, quo ipsi fuerunt suspicati. A Romanis namque contra eos motum est bellum, amiserunt Civitatem, gentem, regnum & imperium, maximæque super eos inductæ sunt miseriæ, quæ unquam in toto fuerunt mundo auditæ. Optimè factum, neque enim meliora merebantur. Occasio quam captarunt ad concludendam alicujus innocentis mortem, conversa est contra ipsosmet, fuitque omnium calamitatum, quibus postea succumbere debuerunt, unica & sola origo. Hujus rei fidem nobis faciat Euthymius, dum ait: *Prætextum sumpserunt occidendi Christum, ne à Romanis internecioni traderentur, quia verò occiderunt, internecioni traditi sunt, & quæ fecerunt ut effugerent, ea quia fecerunt, non effugerunt.*

Joan. 11.

23. Habuit quidem ab æmulis suis valdè infestatus David, aliquousque patientiam, tandem verò intermittere non potuit, quin hisce verbis contra eos erumperet: *Quousque irruitis in hominem? Quousque vos impii* exponit S. Athanasius, *irruitis id est, congregamini.* Legit Hebræus *in hominem innocentem*, addit Athanasius, quasi diceret, quando ô persecutores mei, me calumniando saturabimini? Nunquid advertitis quod perfidiæ vestræ, quas mihi struitis, in vos retorqueantur, vosque sagittarum instar transfigant? *Interficitis universi vos.* Ego quidem innocentiæ scuto munitus sum, in cujus defensione secure confido, vobis autem colliso capite everti continget: *In vanum irruitis in me, quia mihi nocere non potestis, sed vobis ipsis nocetis, quamterficitis universi, non me, sed vos* Concludit Hugo Cardinalis.

24. Terminemus præsentem discursum per id quod S. Lucas in suo Evangelii Codice nobis recenset. Verbum etenim incarnatum in domo Simonis mensæ accumbens vidensque se non cum illis urbanitatis & benevolentiæ demonstrationibus receptum esse quæ illis temporibus in solemni usu esse solebant; mox ut vidit Magdalenam pedibus suis advolutam, quæ eosdem lachrymis suis rigabat, unguento ungebat, & devota iisdem infigebat oscula, ad Simonem conversus, suos ei defectus aperit objiciendo, dicens: Simon intermittere nequeo, quin coram te lamenter, hanc autem mulierem deprædicem, utpote quæ tuos sua pietate & urbanitate supplet defectus; Ingressus sum domum tuam, tu autem solita mihi benevolentiæ signa exhibere neglexisti, aquam pedibus, fronti osculum dando, oleum capiti infundendo: *Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, osculum mihi non dedisti, oleo caput meum non unxisti.* Enimverò Modernus quidam circa hoc difficultatem quandam movet, & causam inquirit, cur Salvator noster hanc inurbanitatem Pharisæo non exprobraverit diu ante, sed ad adventum usque Magdalenæ distulerit? Num forte defectum hunc antea non animadvertit? aut illius

illius obalium discursum intervenientem oblitus fuit ? Notavit quidem errorem, sed compatiens eum tantisper permisit, & dissimulavit. Cur igitur postea adveniente Magdalena eum adeò indigne tulit & exprobravit ? Dicam breviter. Pharisæus instar Medici malum scrutatus est, & sibimetipsi pessimè fecit : voluit obloqui & obtrectare Christo Domino dicendo : *Hic si esset Propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier, quia tangit eum quia peccatrix est.* Unde murmur retorsum in authorem suum resiliit, qui inde confusus remansit. Abi igitur, & adversus innocentiam obloquere, & vide quidnam inde lucraberis. Hoc inferre volebat doctus ille Epistolarum S. Pauli interpres, dum ait : *Deus supplicium rotam, quam impii adversus justos vertere vellent, super ipsos tandem reverit, propriis eorum machinationibus & consiliis in ipsorum capita reductis, ut suamet necis artifices esse videantur.* Quid igitur vos juvabit, si in innocentiæ perniciem conspiretis, quando ipsa sub Dei protectione constituta æmulorum suorum ictus nequaquam curat ? & omnium malorum farrago in vos retorqueatur ? Amate igitur bonorum innocentiam, malignitatem autem impiorum odio habete, & cum benedictione Domine abite in pace.

Io. Anto. Velasq. in ep. ad Philip. ad n. 2. f. 273 co. 3. n. 3.

SERMO XX.

IN FERIAM QUINTAM DOMINICÆ TERTIÆ QUADRAGESIMÆ.

Et continuò surgens ministrabat illis. Luc. cap. 4.

POstquam dator omnium bonorum Deus inimicum infernalem qui in creaturæ rationalis perniciem omnem suam evomebat tyrannidem fugasset & expulisset, è Synagoga Capharnaitica egressus ad humiles pauperculi piscatoris domum se contulit : *Introierunt in domum Simonis* ; ubi pia quædam mulier, conjux fratris S. Barnabæ, mater nempe illi. Aristobuli & S. Petronillæ amita lecto affixa jacebat, cruciabatur, tum à decrepita ætate annorum, tum à febris malignitate miserrimè ad usque vitæ periculum diversata ; Id quod Sacer Evangelista breviter insinuat dicens : *Tenebatur magnis febribus.* Nullus in illa domo erat, quin imparens videndi spiritus hoc cadaver tantopere afflagi, eidem pro refrigerio desideraret mortem, quæ solito crudeliori Megæra facta vitam ei non adimebat, ne eam à pœnis liberaret, effaciendo ut quovis momento veritatem experiretur dicti illius Philosophi dicentis : *Crudelius est quàm mori, semper timere mortem.* Tandem verò cælestis Medicus eam visitare dignatur, qui febris qualitate cognitâ ad Apostolorum preces, qui *rogaverunt illum pro ea*, opportunum malo huic applicavit remedium : *Imperavit febri & dimisit illam*, eamque quæ ab humanis auxiliis velut desperata, derelicta erat, è mortis manibus ereptam sanitati protinus restituit : *Ingressus in domum Petri ad quem venerat* (inquit Chrysologus) *aspexit gementum languentis, vidit periculum desperata, & statim manus ad opus suæ Deitatis extendit.* Hacque ratione plantas ei debilitatas restituit, languentia membra restaurat, ut negotiis domesticis liberè se denuò applicare & impendere posset, unde ut se erga benefactorem suum & Apostolos qui pro eo rogaverant gratam exhiberet : *Continuò surgens ministrabat illis* ; id est, præparando mensam & de fercùlis apponendis sollicitam se exhibendo, ut charitate debita pasceret, quos famelicos forsitan esse conspiciebat : *Ministrabat ad mensam, velin alus, utpote Christo & ejus discipulis*, exponit Dionysius Carthusianus. Porrò in præsenti discursu enixè

Seneca lib. 3. controv. fol 383. v. 16. 22. Chrysol. serm. 18.

Dionysius Carth. in cap. 8.

Matth. art.17 fol. 92 col.2. lit.H.

enixè vos exhortabor, ut strenuos vos exhibeatis imitatores hujusce socrus Simonis. Nam sicut ipsa Apostolis victus egenis liberaliter providit, ita nos quoque paupertum necessitatibus subvenire debemus, per Eleemosynas iisdem subveniendo. Quantò enim plus in hoc pauperum solum seminaverimus, tantò nobis copiosior obveniet fructuum & meritorum messis, assecurante nos S. Cyrillo, qui ait: *Quantò plura dabis liberaliter, tantò tibi plura largius confluent.* Quapropter muliere hac fercula sua præparante, vos quoque ad Dei verbum dignè & utiliter recipiendum corda vestra studiosissimè præparate. Ordiamur.

D. Cyrill. lib. 3. in Ioan. cap. 28.

2. *Et surgens ministrabat illis.* Enimverò priusquam de Eleemosyna ratiocinari incipiam, operæ pretium futurum esse existimo, si tum pro meliori simplicium intelligentia, tum etiam ad majorem Doctorum satisfactionem obiter vobis explicem, quod nimirum juxta doctrinam Magistri sententiarum: *Eleemosyna est opus misericordiæ*, vel ut docet S. Thomas: *Est opus quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum*; Ex duabus autem causis potissimum nascitur, nimirum ex charitate, & ex misericordia, cum hoc tamen ordine, ut illa sit mediata, hæc verò immediata & proxima. Porrò oculum suum continuo in egenorum necessitates directum habet, ideoque in tot genera distinguitur & dividitur, quot modis egenorum necessitates accidere possunt, ad quas eleemosynæ spirituales ordinantur, quæ tamen omnes breviter ad septem genera reducuntur hisce versibus contenta:

Magister sent. in 4. dist. 15. fol. 357. lit. C. D. Thom. 2.2. qu 32. nu. 2. fol. 64. col. 1. & 2.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Id est, doce ignorantes, bene consule dubitantibus, consolare afflictos, sustine injurias, remitte offensas, admone peccatores, & ora pro omnibus. At verò de hisce eleemosynis spiritualibus mihi hoc loco sermo non erit, sed de iis quæ ad corpus attinent & corporales dicuntur, quas exercere possumus juxta varias occurrentes casuum necessitates, tam ad vivorum quam ad mortuorum utilitatem. Si de vivis agitur, vel illorum necessitas est, vel esse potest communis omnibus, vel alicujus tantum in particulari: si est communis, vel consistit in interiori, vel in exteriori: si in interiori, iterum est duplicis generis, vel enim nascitur ex inopia victus, & generatur inde fames: aut ex defectu potus, & inde oritur sitis; Illi medela adhibetur per panem, ac proinde dicitur: *Pasce esurientem*: huic verò prospicitur per potum, de quo dicitur: *Da potum sitienti.* Unde S. Anselmus: *Medicamentum famis est cibus, & medicamentum sitis est potus*; Id quod Philosophus ille aliis terminis insinuavit, dum ait: *Provida natura quantum potuit, instituit efficere duos in nobis excitans appetitus, alterum calidi & sicci in subsidium famis & penuriæ alimenti: alterum verò frigidi & humidi in situ medelam & refrigerium.* Si verò necessitas sit exterior, duobus modis iterum potest accidere, vel enim consistit in nuditate corporis, & tunc obligamur ad nudos vestiendos: *Opari nudum*; vel consistit in defectu habitationis, in quam se recipere possit, & pro hoc defectu tollendo imponitur nobis hospitio suscipere peregrinos: *Suscipe hospitem.* Quod si verò necessitas fuerit particularis, vel illa provenit à causa intrinseca, qualis est infirmitas, & tunc nos obstringit præceptum: *Visita infirmos*; aut à causa extrinseca proficiscitur, & tunc tenemur invisere captivatos eosque quoad possumus liberare; *Redime captivum.* Vel denique necessitas accidit homini post mortem, & hæc in sepeliendis hominum defunctorum cadaveribus consistit, ne temporis vel etiam aeris injuriis afficiantur, aut ferarum dentibus dilanientur & lacerentur. Unde habemus versum illum, in quo omnia eleemosynarum genera continentur, nimirum

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Id est, *Visito infirmos, poto sitientem, cibo esurientem, redimo captivum, tego nudum, colligo hospitem, condo mortuum.* Habemus igitur in primis, quid sit eleemosyna, & in quot genera dividatur.

3. Nolo autem hic disputare, an divisio hæc sufficiens sit? & an alia Eleemosynæ genera inveniantur à supradictis differentia? aut an Eleemosynæ spirituales majoris sint meriti, an verò corporales? Item an corporales Eleemosynæ effectum habere possint vel fructum spiritualem? an date Eleemosynam sit opus præcepti, an verò consilii? an teneamur dare mendicis de illis substantiis, quæ nobismetipsis necessariæ sunt? an fieri possit de illis bonis, quæ male acquisita noscuntur? aut an necessario de licite acquisitis fieri debeat? An simus ad illam faciendam obligati, & à quo fieri debeat? An charitas illam prius proximis dari suadeat, quàm

quam exteris & nullam cum dante propinquitatem habentibus? An sit opus satisfactorium? An melius sit per hanc satisfacere, quàm per orationes & jejunias? An sint media proportionata ad lucrum bonorum temporalium, sicut ad comparandam gratiam & gloriam? sed relictis hisce speculationibus solum vos exhortabor, ut studeatis esse Eleemosinarii, pauperum egestati & necessitati succurrendo. Potrò multi sunt, qui hoc misericordiæ opus serió vobis persuadent, nimirum Tobias, dum ait: *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum, etiam hoc libenter impartiri stude.* Ecclesiasticus etiam dicit: *Propter mandatum assume pauperem, & propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum.* Isaias quoque ait: *Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque due in domum tuam, cùm videris nudum operi eum.* Deuteronomium: *Cave ne avertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens quod postulat commodare.* David inquit: *Eripe pauperem & egenum, de manu peccatoris libera.* Salomon dicit: *Qui obturat aures suas à clamore pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.* Imò ipsemet Christus idipsum nobis præcipit, dicens: *Quod superest date Eleemosynam.* Et alibi subjungit: *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam.* Ubi nos sanctus Pater noster Augustinus monet, hanc esse Salvatoris nostri intentionem: *Dicit tibi Christus, da mihi ex quod dedi tibi, de meo quare, da & redde, habebis me largitorem, fœnerem debitorem, habeam te fœneratorem, temporalia mihi das, æterna tibi repromitto, teipsum tibi redam, quando te mihi reddidero: quicquid enim datur pauperi, Christo dum esse intelligitur, id quod Christus ipsemet expressè declarat, dum ait. Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti, quicquid pauper accipit, Christus accipit,* affirmat sanctus Petrus Chrysologus.

4. Desectamus obsecro oculos & cogitationes nostras, ad documenta ab ipsamet natura humana ad præsens propositum tradita. Quamprimum etenim una pars corporis in egestate aut necessitate aliqua est, omnes aliæ concorditer conspirare videntur ad ferendas illi suppetias; docentes per hoc ut pauperibus libenter subveniamus, utpote qui in mystico corpore humani generis membra sunt, infaustis & infelicibus aliis subjecta, & miseriis adeò oppressa, ut omnibus fortunæ bonis extremè indigeant, Qui proinde in hoc necessitatis torculari oppressi, gemunt quidem, sed non est qui vel semel ad iis subveniendum manum extendat. Cor in pectoris regia residentiam suam habens, per venarum meatus omnibus vitalibus partibus, ut sustentare se possint, sanguinis nutrimentū benigne dispensat. In importuno æstivi tēporis æstu terra ab ignitæ caniculæ ardoribus male aduritur, dumque viscera sua ab intolerabili ardore penetrari sentit, tot ora expandit, quot in terra aperturæ apparent, quibus eleemosinam quandam à cœlo exposcere videtur (utpote cujus benignitatem aliàs sæpenumero experta fuit), qua importunæ egestati suæ subveniatur. Cœlum autem, quasi statum suum calamitosum videns, roris lachrymas continere non posse videtur, ac tandem clementiæ viscera aperiens, pluviarum suarum argentum charitativè diffundit, ad ferendum urgentibus necessitatibus suis, quibus fortiter adstringitur, oportunū remedium. Corvus qui natura sua vorax est & gulosus, nunquid compassione veluti tactus, quotidie panem attulit desertam solitudinem & etemum incolentibus Dei servis? ferè dixissem ipsum quoque canem, velut eleemosynarium celebrati posse, siquidem famelico peregrino Montispessulano B. Rocho victum quotidianū subministravit. Cerva quoque lac suum fœtibus suis quasi subtrahens eousque reservabat, donec illud sylvestrium spelunearum incolæ S. Abbati Athenensi erogate possent. Deneque à lupis misericordiæ ediscendæ argumenta accipere possumus. Duobus namque famosis gemellis, qui prima antiquæ Romæ jecerunt fundamenta, lupa quædam peregrina, affectu quodam benignitatis ab hac fera valde alieno, & in eadem nunquā altàs notato, ubera sua haud secus ac catulis suis porrigebat, ut à fatalis Parcæ insultibus eosdem liberaret. Verumenim verò si fortè fastidiosum vobis est à feris sylvestribus aliqua accipere documenta charitatis, ad minus non pigeat velut prototypum quoddam charitatis erga proximum exhibendæ ob oculos ponere inter eos, quos Sacra Scriptura recenset, viros præstantissimos. Loth etenim indefessis precibus suis viatores transeuntes, in domum suā ut diverterent, sollicitavit, receptosque summo cum affectu & charitate recreavit. Abraham peregrinis obviam processit, ut eorum membra ex itinerum continuis fatigationibus fracta, aliquo ciborum apparatu recreare posset. Antiqui sanctissimum Carmeli montem incolentes Prophetæ, veluti eximium benefactorem suum agnoverunt Abdiam, virum illum adeò charitativum, & mulieris illius maritum, erga quam Elisæus

Gen. 19.

Gen. 18.

Theod. q. 24. Nicol. Lyran.

4. Reg. 4.

4. Reg. 4. Propheta tanta fuit compassione motus, ut oleum ejus miraculosè multiplicarit, hic enim tempore persecutionis, prædictis Eremitis ab impia
3. Reg. 17. Jezabele intentatæ, eosdem aliquanto tempore ingenti satis sumptu sustentavit. Agnovit quoque Carmeli Patriarcha mendicans Elias, quam se liberalem & benignam exhibuerit vidua Sarephtana, dum eum frusti panis illius participem esse voluit, qui vix propriæ & filii sui sustentationi sufficiebat. Sanctus quoque Nicolaus Tolentinas famis necessitatem læto vultu sufferebat, eamque tenuem victus sui alimoniam, quam ei religiosa instituti sui paupertas quotidie impertiebatur, tanto cum affectu inter egenos dispensabat, ut eum pauperes ad monasterii fores quotidie ferè exspectarint. Fuitq; hac in re specialissimus S. Nicolai Episcopi Myrensis imitator, utpote cujus intercessione ex patre sterili & matre infœcunda natus fuit, qui tribus globis seu pilis aureis tres inopes & egenas puellas dotavit, quæ alias indeclinabili suadente necessitate vilissimo pretio vendere seu potius prodigere decreverant pretiosum illud corporis sui monile, quod semel amissum nunquam recuperari potest, licet quis universum totius mundi aurum adhibeat. Homines hujus nostri sæculi erubescunt, & confunduntur, in memoriam suam revocando Catechumenum Turonensem Martinum, & charitativum illum Assisinatem adolescentem Franciscū, qui dum pietatem vix primis labiis degustarant, tàm viscerosa charitate imbuti fuerunt, ut propriis sese palliis & vestibus exuerint, ut alienam vestire possent nuditatem. Nunquid enim sanctus ille Pontifex Gregorius Magnus pauperes in propria sua mensa convivas & commensales adhibuit? adeò ut ipsimet quoque Angeli commensales ejus esse ambiverint; fortè ut excessus viscerosissimi sui erga paupertatem affectus celebrarent. Quid autem de sancto Patre nostro Augustino dicemus, qui ut Christianum erga pauperes subsidium exemplo suo promoveret, voluit ut domus & habitatio sua propria eis in hospitale & diversorium ordinarium cederet, utpote quos continuos in mensa sua habebat convivas & commensales; imò postquam in eorum necessitates omnes consumpsisset reditus & census Episcopales, licere sibi censebat frangere argenteas lampades, calices, aliaque vasa argentea, quæ Dei honori & cultui alias deservichant, illiusque argenti fragmenta inter pauperes dispensabat: *Tanta benignitate fuit in pauperes, ut cùm non esset alia facultas, sacra vasa frangeret ad eorum inopiam sustentandam.* Quam ingens erga pauperes pietas in sanctissima illa Romana muliere Paula eluxerit, enarrare nobis ex Sacris scriptis suis poterit S. Hieronymus, qui in epitaphio quod ei erexit, ex hoc eam vel maximè laudat, quod solita fuerit per universalem urbem Romanam pauperes singulari studio perquirere, magnamque se jacturam passam fuisse existimarit, quando eos ab aliis hospitio susceptos filios vestimentis suis exuerit, ut mendicorum posset nuditatem obtegere: *Pauperes curiosissimè tota urbe perquirens, damnum putabat, si qui quam debilis & esuriens cibo sustentarentur alterius, spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos majorem se ea hæreditatem, Christi misericordiam dimittere loquebatur.*

In vita ejus.

5. Etenim de sancto Paulino aliquid hinc spectans legitur, quod si non (ut ita dicam) est impossibile, saltem valde ad credendum arduum est, atque difficile. Postquam enim sanctus hic Pastor, omnia quæ habebat dispensasset pauperibus, nihilque ei jam amplius superesset, mulier quædam paupercula eum convenit, cujus filius tanquam mancipium quoddam in Africam abductus fuerat, rogans eum, ut ad suum è servitute redimendum filium aliquo charitativo subsidio ei succurreret. Quam mulieris illius petitionem non sine intima compassione audivit quidem, at verò simul valde afflictatur in animo, nihil sibi præsto esse, undemulieris hujus petitioni posset satisfacere. Interim aliquamdiu intra semetipsum suspensus hæsit, cogitans qua ratione ipsam cum aliquali posset consolatione dimittere; cumque nil præter semetipsum aliud possideret, dixit ei: O charæ mulier noli dubitare, Deus etenim nunquam deserit sperantes in se; ex quo præter memetipsum penitus nihil in hac terra possideo, meipsum in eleemosynam accipito; ecce vita mea tibi præsto est ad obsequium tuum, meipsum in servum tibi cedo, ut de me ita disponas, ut filium tuum mei pretio redimere valeas: *Mulier Gregquod possim dare non habeo, sed memetipsum tolle, servum me juris tui esse profitere, atque ut filium tuum recipias, me vice illius in servum tradе.* Sunt ipsissima sancti Gregorii Papæ verba. Vidua ab affectu charum suum sui pignus, filium scilicet suum redimendi, totaliter absoluta, oblatam à sancto charitatem acceptavit, & cum eodem in Africam navigans, Dominum, cujus servituti filius suus addictus fuerat, invenit, eumque enixè rogavit, ut filium testi-

stituens, Paulinum ejus loco in servitutem acceptare vellet : *Ecce hunc hominem pro eo vitarum præbio ; sit mihi pro omnibus pietatem in me exhibe ; mihique unicum filium redde.* Portò Dominus in matris preces condescendens , filium suum et restituit , ejusque compedes ferreos cæteraque vincula sancti Paulini pedibus & corpori injecit : *Suscepit itaque servum , & roganti matri reddidit filium.* In quo heroico & generoso sanctitujus Episcopi facto considerandæ est actio agens , sive qualitas personæ ; Quod si enim ad hanc charitatem præstandam homo aliquis vilis & in humili conditione constitutus se obtulisset , haud dubiè is talis peregregium facinus, omnique laude dignissimum committisset ; at verò quod ad hoc se non tantum promptè obtulerit, sed & promptissimè executus sit Episcopus vir scilicet tantæ considerationis ; quod Pastor & Prælatus ad implendum misericordiæ opus semetipsum in eleemosynam dederit, seque ad redimendum captivum viduæ filium in servitatem redegerit , verè hæc fuit commutatio summe admiranda : erat enim hoc idem ac si quis commutaret aurum pro luto , vel gemmam pro plumbo. O inauditam Sancti Paulini pietatem ! Fortè id facere voluit, ut imitaretur Dei filium veraciter imitaretur , qui in redemptionem servi sui tradidit semetipsum

D. Greg. in hom. 16. in Evang. fol. 97. col. 2. in fin.

in mortem : *Illum videlicet imitatus* (concludit ibidem Gregorius) *qui formam servi assumpsit , ut nos liberos servi peccati , cujus sequens vestigia ruimus , ad tempus voluntariè servus fieri dignatus est , ut esset postmodum liber cum multis.*

Per eadem occasionem gratiosa mihi historia in mentem venit. Legitur etenim quod sanctus Amandus, sanctum Gislenum monachum sancti Basilii visitarit , qui licet hospitem suum ea qua potuit charitate recepisset, valde tamen in animo suo cruciabatur , quod nec panem , nec aliud quidpiam haberet , quod pro defessarum virium suarum restauratione ei apponere posset ; interim verò pro visitationis gratia accepta gratias quidem egit , simul tamen corde plorans , quod majorem ei charitatem exhibere non posset. Enimverò Amandus magna perfusus fuerat consolatione , quod Gislenum magnum illum Dei servum vidisset , acceptaque ab eo benedictione & abeundi facultate ambo simul in Haiian abiverunt , ubi navis Amandi reditum meditantem præstolabatur ; cumque ad mare venissent , pisces quidam ex improviso foras extra aquas prosilit , seque in conspectu utriusque servi DEI firmavit , & inter utriusque pedes palpitans atque subsiliens semetipsum in famescentis utriusque servi Dei subsidium ultro citroque offerre videbatur , quasi mutuo sermone palpando dixisset ; ecce hic præsto sum ad vestrum nutum atque imperium ; ex quo nihil ad manducandum habetis , ecce me, de me pro vestro arbitrio disponite, ad vestrum namq; obsequium Dei creatoris mei jussu è mari exsiliendo egressus sum. Quod si igitur non homines duntaxat veri Dei cognitione præditi , ejus instinctu ad eleemosynas distribuendas promoventur ; verùm etiam creaturæ rationales operibus se pietatis impendunt , qua ratione igitur pertinaces & ad misericordiæ opera præstanda in viti manere potestis ? aut sanctã hanc virtutem vobis persuadere non finitis ? quid ? num fortè vos excusabitis dicendo quod is qui eam postulat , illam non mereatur ? fallimini profectò , siquidem considerandæ necessitas est , non verò persona necessitatem patiens , cogitate non cui , sed propter quem detis : *Nil aliud consideret nisi paupertatem* , inquit Sanctus Hieronymus, non quæras cui, sed quare des.

D. Hieron. in epist.

6. Et licet tandem adhuc aliqua in te superesset repugnantia aut difficultas , quo minus huic operi pietatis incumberes , nihilominus ad minus saltem te moveat utilitas & interesse tuum proprium , cum certum sit , quod inopia & egestas pauperum maximus sit thesaurus divitiarum , quo divites nullum majorem possident : *Inopia pauperu , census est divitu* , nullum est ad acquirendum divitias medium securius , quàm frequentet eleemosynas largiri pauperibus. Quo plures palmites viti amputantur , tantò plures in præcisi palmitis locum progerminant. *Tantò uberius* ; Neque enim existimare debetis, quod id quod pauperibus erogatur, amissum sit, aut perditum, imò verò locupletius & cum usura possidetur. Legitur quod nonnullæ nationes Asiaticæ , dum audissent Alexandrum Magnum in procinctu esse , ut cum toto suo exercitu illos visitaret & transiret, obviã ei processerint, medietatem omnium bonorum , quæ possidebant , eidem offerendo, rogantes , ut eos in pace vivere permitteret , & bello nequaquam illis molestus esset ; quibus Alexander cum solita magnanimitate respondit : *Non ego hoc proposito in Asiam descendi , videlicet ut ea quæ mihi daretis possiderem, sed ut ea quæ ipse vobis darem haberetis.* Pari quoq; ratione non pe-

Phi. Diez in Quadr. p. 3. ser. 6. D m. 4. fol. 406. num. 24.

tuntur à vobis eleemosynæ, ut eo vos privetis quod in pauperes erogatis, sed ut illud quod pauperibus elargimini vere vestrum sit lucrum, cum idipsum quod datis, in vestram utilitatem fructificando, multiplicetur, siquidem:

Io. Ouven fol. 152. num. 85. *Nullum majus erit lucrum, quam pascere egenos. Fœnore nam grandi centupla dona feres.*

Imò idipsum quod possidetis, nunquam est vestrum, nisi postquam illud consignaveritis in manus egenorum. Notum ex scriptura sacra, quod postquam Deus mulierem ex costa Adami formasset: *Tulit unam de costis ejus, & ædificavit in mulierem.* Adam è somno expergefactus, cum adeò formosam ex se factam mulierem videret, sic loqui cœpit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Nolo hic causam inquirere, cur Evam conjugem suam os appellet, cum potius dicere debuisse videatur: *Hæc nunc mulier ex ossibus meis*, quia cum verè mulier fuerit, quomodo eam os aliquod appellare potuit? Responsionem etenim hujusce difficultatis in aliam usque occasionem mihi reservo, & hoc loco solum scire desidero, cur dicat: *Nunc ex ossibus meis.* Nunc? imò contrarium potius verum est, ô Adame; *Nam antea erat ex ossibus tuis*, nunc verò postquam Deus hoc os Evæ, nec tu in illud eandem, quam antea habebas, retines jurisdictionem, cur igitur id quod alienum est tibi usurpas? enimverò Adamus dicere volebat? Tunc quando os illud meum erat, quia mihi soli serviebat, meum esse non videbatur: nunc autem ex quo illud alteri dedi, ut scilicet sit pars integrans & subsistens corporis Evæ, meritò illud os meū appellare possū. *Nunc, nunc hoc est os ex ossibus meis. Quando costa membrum erat Adami ipsi agnatum & compactum, non tam dicitur res Adami, quam cum illi extraditur, extirpatur, & alienatur.* Quamdiu etenim panem aliquem vobis retinetis, tamdiu panis ille propriè vester non est, quia usum tantum illius habetis, non dominium: at verò si panem illum à vobis alienaveritis, tunc vere dicere potestis. Panis ille, panis meus est: Bonam igitur, ô Auditores, alienæ paupertatis rationem habere, quia in ea consistunt divitiæ vestræ; sicut enim Adam pro uno esse mulierem quandam accepit, facile imaginari vobis potestis, quantum facturi sitis, ex erogata in pauperes eleemosyna lucrum. Commendet igitur Plinius quamdiu volet terram quandam in Africa situatam, quæ agricolæ suo centum quinquaginta modios reddit pro uno: *In Byzacio Africæ campo ex uno modii centum & quinquaginta modii reddantur.* Et aggeret alius quamdiu libebit, fertilitatem agrorum qui sunt in Sicilia, Flandria, & Ægypto, nullibi enim solum reperietur fertilius & abundantius, quam sit ager & terra paupertatis. Hilari quoque vultu ij redeant navigantes, qui novi mundi insulas invenerunt, nobisq; stupenda hæc nova referant, quod scilicet in Provincia quæ Coti dicitur certæ quædam inveniantur oræ maritimæ, in quibus eodem modo demetatur aurum, sicut inter nos secantur grana & blada, nam messis illius Provinciæ nunquam adæquabit divitias messis illius, quam eleemosynarii ex agro paupertatis eleemosynis bene seminato percipiunt.

Gen. 2.

Didac. Celad. in Iud. c. 10. v. 4. §. 7. num. 51.

7. Lucæ 12. Dominus noster consulebat, ut omnia quæ possidemus, vendamus, & pecuniam inde comparatam eleemosynæ loco distribuamus in pauperes, prouti multos sanctos Dei servos fecisse novimus: *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam*, & postea subjungit: *Facite vobis sacculos qui non veterascunt*: quasi diceret, postquam omnes facultates vestras distribueritis inter pauperes, necessarium erit, ut de sæculis vobis prospiciatis, in quos, quod vobis est eleemosyna comparabitis, aurum recondere possitis. Verumenim verò sistamus hic nonnihil, nam videntur hæc verba aliquam in se involvere contradictionem. Quod si enim omnia sint in pauperes erogata, supervacanei sacculi erunt, quia nihil superierit, unde impleri possit. Veruntamen, ô Auditores, sermo iste Domini mysteriis & sapientia plenus existit. Vult etenim Deus, ut ob sui amorem omnia dispensentur inter pauperes, & quod eodem tempore nova quoque fiat de sæculis procurandis provisio, eo quod pauperibus erogata non censeantur esse amissa vel deperdita, sed potius multiplicata reacquirantur, quia Deus per vias incognitas, & eo tempore, quo minus id expectabas, id quod distribuistis inter pauperes, cum fœnore maximo restituet, rependendo centum pro uno. Unde S. Orientius ita cecinit:

Ferre tam è poteris contempta hic munera mundi,
Mitte secuturas, quæ duplicentur opes.
Nã servata nimis, quæ mox bona, non tua fassus
Si tibi non serves sic erit, ut tua sint.

Sanctus Germanus Archiepiscopus Germaniæ, datis dispensatori suo tribus scutis eosdem in eleemosynam erogari præcepit, qui duo tantum

scuta

scuta distribuit, tertiò in aliam occasionem sibi reservato: Quid fit? eodem ferè tempore missa fuit sancto huic Archiepiscopo apocha quædam de accipendis ducentis scutis. Redeuntem igitur Oeconomum suum ad se accersitum increpavit, & lamentando eidem dixit: Nequaquam deinceps domui meæ servies, siquidem magnum hodie eidem intulisti præjudicium, quando cautus fuisti cur eidem centum scuta deperierint, nam pro duobus scutis quæ solum ex tribus à me tibi datis distribuisti hac apocha ad me missa sunt ducenta scuta, qui utique trecenta scuta acceperus fuissem, si tertium quoque scutum, ut tibi præceperam in pauperes erogasses: Verè pauper terra quædam est valde fructifera, & ager omnium bonorum copiosissimus, in quem si unum scutum seminaveris, centum percipies. Marcianus Presbyter Ecclesiæ Constantinopolitanæ pauperem quendam nudum videns, proprium sibi pallium detractum eidem ob amorem Dei donavit, pro quo ei Deus aliam chlamydem restituit totaliter auream, qua indui solebat, quando ad factum altaris accessurus erat: *Aurea veste divinitus induit, cum pauperi nudo vestem suam dedisset.* Honlicius Episcopus Ferentinus, sanctissimæ vitæ Prælatus ob innumeras, quas in subsidium pauperum erogaverat, eleemosynas, suum exhaustum granarium, cumque mater ejus ad granarium, eis provisionem, quæ reliqua erat, victura, & ad illius anni victum futura esset sufficiens, examinatura, ascendisset, illudque quasi evacuatum vidisset, magnopere inde afflicta, non moderatum negligentiæ illius improperium in faciem ipsius ei ingessit, ipse autem probe sciens qualiter ea quæ pauperibus erogantur à Deo recompensari & remunerari soleant, dixit matri suæ, ut iterum vice in granarium ascendens illud visitaret, futurum enim ut aliam ejus faciem visura esset, prouti & factum est, nam ad granarium reversa, illud omnis generis frumentis aliisque bonis refertissimum esse deprehendit: *Qui paulatim egressam ab horreo materiem reduxit, quod ita tritici plenum inventum est, sicut plenum ante non fuerat.* inquit S. Gregorius Papa. De Adriano summo Pontifice legitur, quod cum ipsi veluti maximo eleemosynario, non nisi quadraginta scuta in erario ad sublevandam pauperum necessitatem manssissent residua: Hanc Deus illi gratiâ evidentem & manifestam præstiterit, quod licet in subsidium pauperum quotidie aliquid illis quadraginta scutis subtraheretur, idem tamen numerus salvus & integer semper absque diminutione permanserit; unde manifestè videre poterat, quod licet pauperibus ex sua substantia subveniret, illa tamen inde ne minimum quidem diminuta fuerit. Unde idem Pontifex dispensatori suo dixit: *Vides quàm benignus & largus sit Dominus, præsertim iis qui liberales & munifici in pauperes sunt.* Similiter de duobus pauperibus conjugibus legitur, quod cum paucolos quos habebant denarios vel nummos aliqua via licita augere contenderent; conjux marito, ut eos in eleemosynâ erogaret, persuaserit, id quod accedente mariti consensu ita factum est; cumque maritum dari consensus pœnituisset, utpote cui pecuniam aquis superseminatam fuisse videbatur; mulier eum continuò & affectuosissimè quidem consolabatur, exhortans eum ad patientiam, eo quod Deus fidelis esset omnium proximo exhibitorum beneficiorum remunerator, prouti reipsa postea comperetur: nam eum domo egredetur, in eadem via in qua eleemosynam dederat, in terram prospiciens monetam quandam invenit quæ unum Julium in valore adæquabat; quocum postea sibi piscem coemit, in cujus visceribus gemmam quandam deprehendit, quam pro trecentis scutis postea vendidit, & pro tanto recepto eleemosynæ suæ fœnore domum reversus, maximas Deo gratias retulit, utpote *Qui bonum, & liberalis tanto cum fœnore depositum reddidisset.*

Didacus Vega c. 2. in Dom. 1. post Pentec. fol. 49.

8. Certus quidam vir dives, postquam centum scuta in eleemosynam erogasset, de reliqua pecuniarum suarum summa interrogatus, respondit, se nihil in hoc mundo præter centum scuta possidere; cui cum ab alio replicaretur, divitias suas multas esse & ingentes, ac proinde in majorē usque quantitatem excrescere debere, prudenter respondit: Ea quæ habeo, mea non sunt, sed Principis mei, qui de domo mea, & omnibus quæ in ea sunt, pro suo potest arbitrio & beneplacito disponere: solùm quæ in eleemosynā expendi centum scuta, mea sunt, quæ in manus pauperum velut depositariorum meorum custodienda consignavi: *Illa non mea sunt, sed vel Regis vel Domini mei, qui cum voluerit sibi usurpare, & accipere potest, at centum aureos pauperibus oblatos accipere non potest, sed semper mihi per manus pauperum in loco tuto servantur.* Sic quoque Romæ in quodam sepulchro hæc in lapide sub quo vir dives sepultus jacebat, inventa fuit incisa inscriptio. *Expendi, donavi, servavi, habui, habeo, perdidi*, quasi mortuus tacitè dicere vellet; Id quod jam expendi; habui quidem,

Phil. Diex. in sum. prædic. 1. verbo Eleemos. fol. 207. c. 1.

sed nunc *non habeo : quod expendi habui* ; illud verò quod tanta cum diligentia *conservare studui, jam perdidi* : Denique illud solummodo quod pauperibus elargitus sum, ve è habeo: *Quod donavi habeo*. O quam pulchra & veritati consentanea est hæc in sepulchro viri divitis inventa inscriptio ! Quod si igitur ea quæ possides conservare & augere desideras, eadem liberaliter cum pauperibus partiaris & dividas. Hoc medio usus est Myron, si Prochoro Christi discipulo fidem adhibemus, qui ait: *Myron autem secundum Apostoli præceptum, pauperibus & egenis sua distribuebat, & multiplicabat ei Deus omnia quæ in domo sua erant.*

Thom. de Trusil t. 1. fol. 6. post Cin. con. 4 f. 175. col. 2. lit. H. Prochorus t. 1. Bibl. PP. in hist S. Ioan. Apost. cap. 21. in fin.

9. Porrò an turba illa quæ Salvatorem N. tribus diebus sine ullius ci bi sumptione secuta fuerat, fame vexata fuerit, an verò nō, vobis considerandum relinquo. Hoc saltem scio, quod Salvator pietate erga illam motus, dixerit: *Iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent, si dimitero eos jejunos deficient in via.* Etenim filius Dei turbæ huic in tam gravi necessitate libenter quidem succurrisset, sed undè id faceret, nō habebat; unde de possibilitate ferendi subsidii discipuli desperantes dicebant: *Unde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?* Christo autem interroganti, an aliquis in tota turba esset, cui nonnihil panis suppeteret, Philippus respondit: *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt, ut unusquisque modicum quid accipiat.* At verò S. Andreas puerum quendā quinq; panes hordeaceos, & duos pisces manu sua ferentem vidit, eumque ad magistrum suum perduxit, dicens: magister: Est puer unus hic quem vides præsentem, paucos hic quidem panes & piscē habet, sed provisio hæc modica est, si ad tot famelicorum millia comparetur, minus erit, quā si musca ori ursi alicujus se ingeret: *sed quid hæc sunt inter tanto.?* Verumenim verò scire percuperem, undenā panis ille venerit? Num fortè natus est de terra? aut de cœlo descendit? ex neutro horum locorum advenit, sed panis ille alicujus de turba erat. At verò cum omnes ferè præ nimia fame contabescere & languere cœperit, cur is ad quē panis ille pertinebat, eundē non comedit? nimirum ori suo panem illū adimere voluit, ut filius Dei pauperibus subveniendi occasionē haberet. Verum audite quod sequitur. Hunc igitur panē & pisces in manum accepit, omnibusq; distribuit, nec est qui se perfectē satiatum esse non fateatur, & tamen duodecim adhuc cophini reliquiarū manserē superstites: *Impleverunt duodecim cophinos fragmentorum.* Sed qua ratione fieri potuit, ut ex tām exigua annona tot pascerentur imò perfectē saturentur hominum millia, & tamen hiscē omnibus abunde satiatis duodecim adhuc cophini reliquiæ remanserint? nolite mirari, nam panis hic Christo præsentatus fuit ex *motivo charitatis*, quem proinde ipse velut eleemosynam quandam turbæ famescenti distribuit, quid igitur mirum si panis ille adeò multiplicetur, inde non tantùm saturetur turba, verùm duodecim insuper cophini superfint? S. Joannes Chrysost hocce punctum fine consideratione prætetire non potuit, dum ait: *Erat omnibus discipulis non aderant nisi quinq; panes, & quamvis ipsi paucos panes haberent, illos tamen libenter alijs indigentibus condistribuerant.* Sed quo effectu id fecerunt? lucrati sunt in numero, qualitate & quantitate: *Colligite quæ superaverunt fragmenta ne pereant: Et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum.* Dederunt quinq; & receperunt duodecim, dederunt panes, & receperunt corbes. *Per quod miraculum* (inquit Gabriel. Parisiensis) *datur intelligi, quod quidā modo per eā subsidium suam pueri, centuplum accipiunt in præsenti, & vitam æternam possidebunt in futuro.*

Mar 8. Ioan. 6.

10. Magnum videret charitati B. Archiep Valentini Thomæ de Villa nova, qui, per antonomasiam pater pauperum est appellatus, 'inferre præjudicium, si eandem sub silentio præteriret. Hic namq; postquam post multas luctas supradictā Prælaturam tandem acceptasset, in primo anni ingressu octodecim millia scutorū in redditibus annuis numeravit, paulò post verò iidem reditus crescere cœperunt, usque ad 22000. Denique in fine vitæ suæ eosdem reditus ad usque triginta scutorum millia ascendisse compertum est. Verum ô Deum immortalem! qua ratione hic census adeò excrescere potuit? qua id industria vel diligentia adhibita factum est? quas egit mercaturas, aut quasnam negotiationes exercuit? existimo ipsum bonum mercandi modum à Zachæo didicisse, qui domum suam præsentia filii Dei honoratam fuisse videns, dixit: *Domine dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.* quasi diceret, Domine tua me benignitate adeò tibi devinxisti, ut deinceps ex amore tui decreverim dimidium bonorum meorum pauperibus eleemosynæ loco elargiri, ex reliquo verò in quadruplum iniquè & fraudulenter à me parta restituere statuerim. Porrò hæc spontanea oblatio fortè adeò facilis non est, sicut sibi nonne-

Luc 19.

minoimaginari posset ; atque ideò attentè quæ-
sumus eadem ponderemus , sic enim mys-
terium hisce verbis contentum , nec non & pru-
dentiam à Zachæo demonstratam manifestius
videre licebit. Prius igitur dicit , se medieta-
tem facultatum suarum pauperibus daturum es-
se , id quod est opus ad consilium spectans ,
eo modo quo id Sanctus Thomas intelligit ,
quando ait : *Alius autem eleemosynas dare est in*
consilio : postea verò id quod justitiæ & præ-
cepti opus est, scilicet aliis ablata iisdem restitue-
re, vult adimplere. Verùm dicat aliquis: nun-
quid prius ad ea obligamur quæ sunt præcepti,
quàm ad ea quæ sunt tantum consilii ? Haud
dubiè. Cur igitur prius dicit , *do pauperibus* ;
postea verò ait : *Reddo quadruplum.* Pro hujus
difficultatis intelligentia necessario facienda est
ista quædam ponderatio, duo præsupponendo :
Primum est , quod omnia quæ possidebat , ex
male acquisitis , & per viam usuratum sibi com-
parasset. Secundum est , quia supponi debet
certus & definitus divitiarum & facultatum sua-
rum numerus , v. g. centum millia scutorum
in bonis , & in pecunia , plus minus. Quibus
suppositis dico Zachæum è centies mille scutis
dispositis voluisse pauperibus medietatem , id
est, quinquaginta millia : *Dimidium bonorum*
meorum do pauperibus ; manet igitur ei altera
medietas. Quid autem de ea facere disposuit ?
Restituere ea in quibus proximum defrauda-
rat, quadrupliciter , sed videamus an id futu-
rum sit possibile. Fraude & dolo , sive per u-
suram alios defraudando congregavit centum
mille scutorum ; ex his autem quinquaginta
millibus vult quadruplum restituere , quod as-
cenderet ad summam quadringentorum mil-
lium ? dicit enim *Reddo quadruplum.* Qua ta-
men ratione ei possibile erit ? Imò facile hoc ei erit;
unde bene dicit , & tanquam optimus arithme-
ticus rationes suas optimè instituit ; nec in suo
computu erravit. Sed quomodo ? nunquid
cassus ? faciendo opera quæ sunt de consilio ,
tribuendo eleemosynas pauperibus , idque prius
& ante omnia. *Dimidium bonorum do pauperi-*
bus , securissimè deinceps sperans quod Deus
quinquaginta millia reliqua ita sit multiplicatu-
rus , ut dubium suum sive iniquè partam pe-
cuniam quadrupliciter solvere, id est, restituere
quadraginta millia possit , *Reddo quadruplum:*
nec male ei conceptum consilium cessit ; testa-
tur enim Sanctus Leo quod. *Qui pecunias &*
opes suas multiplicare immodicis optat augmentis,
hoc sanctum fœnus exerceat , & hac usurarum de L. un.
arte ditescat. Hac eadem prudentia res suas mo-
deratus est Archiepiscopus Valentinus ; nam o-
ctodecim millia scutorum , quibus mensa ejus
Archiepiscopalis gaudebat , larga manu dispensa-
bat inter pauperes , unde Deus illa auxit , usque
ad viginti duo millia; & hæc pariter inter inopes
distribuit, atque denuò Deus illa adeò multipli-
cavit , ut ad summam triginta millium scutorum
annuorum excreverint ; & majora adhuc incre-
menta censibus Archiepiscopalibus accessissent ,
nisi Deus sanctum hunc eleemosynarium ex hac
vita evocasset in paradisum ; videbantur proinde
Deus & Thomas inter se certatim procedere ,
Thomas quidem dando pauperibus , Deus au-
gendo facultates & census , Thomas granaria e-
vacuando , Deus implendo ; & quidem sanctus
hic vir reditus suos omnes in tres partes divise-
rat , scilicet in nihilum , parum , & multum : ni-
hil etenim retinebat sibi, parum dabat nepotibus ,
multum verò impertiebatur pauperibus &
Ecclesiæ ; an alii contrarium faciant nec quæ
rere aut investigare , nec scire volo. Hoc saltem
scio ; quod divitiæ eorum auctiores forent , &
durabiliores essent , si in erogandis eleemosynis
essent Zachæi & Thomæ imitatores.

Paulus Diaconus in histor. Longobard. lib. 3. cap. 6.

11. Rem valde mirabilem recenset Paulus
Diaconus de Theodosio secundo Imperato-
re. Hic etenim Princeps erga pauperes visce-
rosissimus esse solebat , adeò ut quidquid auri
ad ejus manus deveniebat , id totum in pau-
peres mox erogare consueverit. Cumque ab
aliquibus aulæ suæ magnatibus moneretur ,
ne manus tàm largè aperiret ; hoc illis respon-
sum dedit : *Deus non deerit fisco nostro.* Audite
qualiter verè Princeps iste veridicus Prophe-
ta extiterit. In quodam palatii sui peristylio
obambulans , in lapidem quendam in pavi-
mento eminentem , cui crux quædam insculp-
ta fuit , offendit , quem inde eximi præce-
pit, eo quod indecens esse censeret , quod sig-
num illud, quod in fronte portare , & capitis in-
clinatione ab omnibus honorari debebat, trans-
euntium calcaretur pedibus ; dictum, factum;
at verò subtus hunc lapidem , alium quendam
repererunt similem , & simili signo notatum ,
quem etiam inde jussit erui , & in locum ho-
norificentiorem transferri ; dumque is erutus
esset , ingens sese in eodem loco prodidit thesau-
rus ; videte quæ media DEUS ad Eleemo-
natios suos liberaliter remunerandos non ad-
hibeat , ut nimirum offendendo ad lapidem ,

tantum

tantum inveniant thesaurum. Quid autem Imperator post hunc thesaurum repertum fecit? aut qua ratione illum impendit? totum hunc thesaurum in dotes puellarum, & ad miseros à cujusvis calamitatis generibus sublevandos adhiberi sedulò voluit, adeò ut ne tetoucium quidem ex inde in proprios usus reservarit, confidens semper in dicto suo, quo dicere solebat: *Deus non deerit fisco nostro*; Quæ ejus verba Deus nova quadam optima fortuna verificare dignatus est; Nam vix extremas præcedentis thesauri reliquias erogaverat, cum ecce vir quidam senex, venerabilem præ se vultum ferens, ei apparuit, qui ei alium quendam thesaurum priori incomparabiliter præstantiorem & opulentiorem ostendit, qui subtus terram ab Eunucho Narsete Justiniani Imperatoris thesaurario reconditus fuerat, fuitque auri & argenti tam immensa quantitas reperta, ut multi fuerint dies consumpti, donec eum perfectè & completè eruere potuissent.

12. Meritò igitur S. Pater noster Augustinus dicebat: Divites nullas habere possessiones opulentiores, quam siat pauperes, dum illis succurrunt: *Fœcundus est ager pauperum, cito reddit donantibus fructum.* Portò eleemosynæ sunt veræ negotiationes apud Deum, quæ nulla prorsus damna, sed potius maxima lucra secum trahunt. *Sivu esse mercator optimus* (repetit Augustinus) *& fœnerator egregius, da quod non potes retinere, ut recipias quod non poterit amittere; da modicum ut recipias centum, da temporalem possessionem, ut consequaris hæreditatem æternam.* O quot sunt, qui cum magno animarum nostrarum commodo acquiruntur fructus! & displicet mihi, quod ad illos pro meritis & dignitate satis explicandos, satis idonea non sim præditus lingua; conveniret etenim veritatem silere, ut credatur, siquidem periculu n sit, ne dicendo veritatem, fides ei adhibenda periclitetur; loquatur igitur vice mea os illud aureũ Chrysostomi qui dicit: *Eleemosyna est amica Dei, & semper ei propinqua est; pro quibuscunque voluerit, facile munus gratia impetrat, vinculo peccatorum ipsa dissolvit, fugat tenebras, extinguit ignem, huic cum multa fiducia portæ cœli aperiuntur, & veluti Regina intrante nullus janitorum, nullus custodum, qui assistunt, audent dicere quæ tu es? vel undè & semper ante solium regale consistit.* Huc igitur adsis, ô avare, qui ad eleemosynam eroganda ipso es lapide duriot. Ergone arida miseri illius hominis membra in medio hyberno frigore te ad pietatem non moverat? voces illæ languidæ te tuamque opem implorantes, & interrupta suspiria durum cor tuum transfigere non possunt? vultus ille macilentus, & præ angustia & necessitate attenuati oculi absque aliqua animi tui teneritudine possunt videri? nunquid illæ famelici pauperis lachrymæ, ipsammet emollire possent crudelitatem? & tamen quantum videre licet, hæc motiva nullam habent in tuo pectore operandi virtutem. Enimverò scire debes, Deum hunc tibi panem dedisse, ut illius partem dones famelico; Illæ tuæ vestes etiam ad medicorum nuditatem contegendam à te sunt adhibendæ; in istud quod sub tot seris reservas & custodis argentum, suam quoque pauper habet jurisdictionem; date igitur illi, quod suum est, Justitia est, illud autem negare, magna iniquitas est. Confirmat hoc S. Basilius dum ait: *Cur tu abundas, & ille mendicat, nisi ut tu bonæ compensationis merita conjaqueri, ille vero patientiæ bravviis decoretur? Panis famelici quem tu tenes; nudi tunica quam in clavi reservas, discalceati calceus qui penes te marcescit, indigentis argentum quod possides.* O quàm excellens est mercimonium, in quo tibi divitias acquiris per id, quod est alienum, & per quod, dum das pauperi, quod ad pauperem proprie spectat, magnopere lucratis; ac proinde S. Petrus Chrysologus dicebat: *Manus pauperis est Gazophylacium Christi & quicquid pauper accipit, Christus accipit, da ergo pauperi terram, ut recipias regnum; da micam, ut accipias totum, da pauperi, ut detur tibi, quia quicquid pauperi dederis, tu habebis, quod pauperi nõ dederis dabit illi.*

13. In actibus Apostolorum legimus beatitudinem nostram in duabus præcipuè actionibus consistere, id est, in dando eleemosynas, & in recipiendo illas. Verum quidem est, quod major beatitudo esse dicatur, dare, quam recipere: *Beatius est dare, quàm accipere.* Et ratio est, ut indicat Albertus Patavinus: *Quia dare est actus virtutis, recipere est actus indigentiæ & defectus.* Præterea, *qui dat eleemosynam liber est, sed accipiens obligatur danti.* Et Cajetanus doctè addit, dare ideò esse actum majoris beatitudinis, quia multum participat divinitatis: *Verissimum & manifestum est, magis beatum esse dare, quàm accipere, dare enim magis accedit ad divinum statum, accipere autem indigentiæ est.*

14. Comparemus obsecro virtutē misericordiæ erga pauperes actionibus miraculosis, hæc enim videbimus quod licet nõ transcendat ordinē possibilitatis naturalis, se tamen super opera miraculosa mirè extollat: Quod si enim ego mi-

tuum

August. de verbo Do. ser. 25.

D. August in Epist.

Chrysost. sup. Matt. serm. 9.

rum aliquem suscitare voluero, id facere nequeo vi & virtute mea naturali, sed opus est ut Deus mihi virtutem suam communicet; dumque mortuum illum ea virtute resuscito, Deo obstringor, quod talem mihi virtutem concesserit: at verò quando propter Dei amorem Eleemosynam alicui pauperi impertior, etiamsi Deus nullo obligationis vinculo obstringi possit, quia non potest super se admittere aliquam superioritatem, quæ eum obstringere & obligare possit, nihilominus si doctrinæ D. Chrysostomi fidem adhibemus, Deus in tali casu semetipsum obligatum & debitorem esse agnoscit: *Est major est gratia, quàm mortuos suscitare, namis mortuos resuscitando Deo debetur, in Eleemosyna verò Deum habes debitorem.* Imò Eleemosyna alterius gratiæ verè est impetrativa, quæ ad mortuorum resurrectionem requiritur. Quodnam existimatis S. Petrum habuisse motivum ut mortuam illam mulierem, de qua in actibus Apostolorum fit mentio, cui nomen erat Tabitha, revocaret ad vitam? Fortè eum adhibuerunt multorum preces? vel pietas compassio Petri? Hæsce quidem circumstantias ad idem miraculum concurrisse non dubito, principale tamen motivum, quod ad illud opus eum excitavit, consistebat in Eleemosynis, quas erogaverat: hæ etenim licet nominantur, intellectæ tamen fuêre, non pecuniæ aut imperatæ, & tamen eisdem data est obedientia, & nisi mulier illa Eleemosynaria fuisset, illam nequaquam resuscitatam fuisse existimo. Loquatur hic loco meo S. Cyprianus dum ait: *Qua laborantibus viduis larga fuerat subsidia vivendi, meruit ad vitam eorum petitione revocari.*

15. Enimverò non dico, quod in cælis non augeatur puritas Virginum, abstinentia Eremitarum, fides Confessorum, tormenta Martyrum, sapientia Doctorum, fervor Apostolorum, orationes, jejunia, & aliæ virtutes: at verò Eleemosyna inter omnes illas ex mente Chrysologi velut gemma inter lutum, & sicut inter metalla aurum: *Nimis est quod sapit Deo pauperis cibus in regno cæli coram omnibus Angelis, & conventu virginum.* *Quod Abel passus sit, quod mundum servaverit Noe, quod Abraham fidem exegerit, quod Moyses legem tulit, quod Petrus Crucem resupinus ascendit, ante Deum tacet, & clamat solum, quod comedit pauper.*

16. Etsi tamen non obstante tanta hac Eleemosynæ utilitate, nihilominus contemnitur & posthabetur ab omnibus, haud secus ac mors apud omnes in odio & horrore habetur, qui proinde pecunias, suamque substantiam sine ulla sua utilitate, imò cum periclitatione honoris & existimationis, & evidentia animarum suarum jactura ad ludos potiùs & meretricum prostibula adhibent, quàm quod facultates suas ad censum copiosum pariendum, inter pauperum manus collocent. Ergone possibile est, quod nulla vos moveat compassio? Estne credibile, quod nullus in vobis sit pietatis sensus? Videre aliquem extremè egenum, vel pauperes videre morientes fame, siti, frigore, iisque vel minimum misericordiæ actum exhibere? profectò si cor vobis lapideum esset, aut ipsamet tigride sæviores & crudeliores essetis, aliqua tamen in vobis esse deberet tenuitudinis umbra. Pulchram quandam ad præsens propositum satis aptam vobis recensebo historiam, ab Æliano relatam: Theodorus condictus Tragicus in præsentia Tyranni Alexandri Ferteſii, in Comœdia perorabat, atque inter cætera, lugubres mœstitiæ & doloris affectus adeò naturaliter exprimebat, ut Tyrannus à fletu sibi temperare minimè potuerit, & quasi lachrymis stagnantes oculos ab aliis videri & notari erubescens, à theatro sese subduxerit, dicendo Theodoro: *Pro certo habeas, me à loco surrexisse, non quod multum delectatus non fuerim ex tua actione, sed quia ad lachrymas me cogebas; unde ad condolendum tuis fabulis flecti me erubui, qui plerumque subditis meis non compatior.* Tyrannus quo nomine ipsissima crudelitas insinuatur, ad compassionem moveri & flere, dum fabulam sibi recenseri audit. Et Christianus, quo nomine homo aliquis charitativus significatur, extremas realesque inopum necessitates oculis suis prospiciens, Tyrannis, ipsissimaque crudelitate crudelior erit: *Audiunt pauperis lamenta, sed nec ejus lachryma eos ad misericordiam movent, nec ejus suspiriis eorum corda mollescunt;* neque alio compassionis actu moventur, quàm quod ne eorum cogantur videre miserias, mortem eis exoptent. O impietas inaudita, qua caritatis dentibus pauperes devorantur; adeò ut eos potiùs vivos sepeliri mallent, quàm ut illis unico tantum panis frusto mortem abarceant. Qua de re historiam vobis narrabo non minus incredibilem, quàm veram. Etenim cùm in urbe Moguntina magna oborta fuisset annonæ caritas, adeò ut omnis pauperum spes conservandi vitam in divitum pietate reposita esset. Præci-

Ælian. de var. hist. l. 14.

Hect. Pint. in cap. 18. Ezech. fol. 199. col. 2.

puus quidam vir, cui nomen Hatto erat, ut se à pauperum vexa redimeret, qui fame urgente in magna frequentia fores ejus sollicitabant, audite quam horrendo usus fuerit remedio: Omnes quotquot potuit pauperes in quandam villam sive possessionem suam congregari fecit, ubi illos in unum horreum sub spe liberalis annonæ recipiendæ congregatos, posito per totum horrei circuitum igne, omnes vivos concremavit & in cineres redegit, dicens pauperes extinguendos esse, eò quod veluti mures inutiles & ad fruges tantum consumendas nati esse videantur. Non tamen vindex Dei dextra acriter in eum animadvertere diu distulit, nam ingens quædam murium copia è terra illa egressa eum invasit, nec abigi, aut ulla vi coerceri potuerunt, donec omnem ejus carnem ab ossibus depasti essent, & nuda ossa in Divinæ vindictæ evidens testimonium post se relinquerent. Ita refert Seratius. Hoc igitur terribili exemplo terrefacti cavete vobis à justo Dei supplicio, quotquot estis ad eleemosynas erogandas inviti, ac minimè addicti. Licet enim Dei vindicta in ejusmodi immisericordes nonnunquam tardet, nunquam tamen remittet; Expandite igitur manus vestras quotiescunque pauperes vobis obvios habebitis: Pecunia secundus hominis sanguis appellatur, quia aliquam cum primo habet similitudinem; vos quotidie videtis quod sanguis eo dimanet, ubi opus est, & ad eam corporis partem, quæ læsa & vulnerata est, se recipiat, currat igitur pariter sanguis secundus, ubi pauperes necessitatibus oppressi inveniuntur.

Seravius in Moguntia.

PARS SECUNDA.

17. HActenus Eleemosynarum exercitium persuadere vobis volui, corporalem & temporalem utilitatem vobis ob oculos ponendo: at verò quia hæc lucra transitoria tantum sunt, & ad mortem usque (si tamen eousque) duntaxat durant, ideò hac ultima parte demonstrare vobis decrevi, Eleemosynam medium quoddam esse ad bona spiritualia & cœlestia, ad animam spectantia quæ incorruptibilia & æterna sunt comparanda efficacissimum; affirmante S. Paulino, quod

D. Paulin. Nat. 9. Felic.

——— *Res magna putatur*
Mercari propriam de re pereunte salutem,
Perpetuis mutare caducam, & vendere terram,
Cœlum emere? ———

Ehem quam bona auguria regius Propheta paupertatem benigno oculo respicientibus vaticinatur, dum ait: *Beatus vir qui intelligit super egenum & pauperem.* Quasi diceret: Felix & beatus est qui ut pauperibus benefaciat non eousque expectat, donec pauperem lamentantem audiat, aut donec ipse ad exposcendum subsidium sese mulrum fatiget, sed qui mox ut eum simplici obrutu respicit, ejus quoque necessitatem intelligit; Verum dicat aliquis, qualis erit illa beatitudo quâ perfruetur? Nunquid auditis quod sequitur? *In die mala liberabit eum Dominus,* quales dies sunt dies mortis & dies judicii. Unde Sanctus Augustinus ait: *Veniet enim dies mala: velis, nolis, venit, dies judicii aderit, mala dies si non intellexeris, super egenum & pauperem.* Postea verò Propheta prosequitur dicens: *Dominus conservet eum & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manum inimicorum ejus,* quasi diceret: In recompensam operum misericordiæ, quæ consulit in proximum, Deus obligabitur ad conservandum illum illæsum, & ab omnibus periculis intactum, quæ aliàs in terra, atque nec non in morte obvenire ei possent. Imò per gratiam suam, quæ vita est animæ nostræ eum è peccati manibus eripiet, & ad eum æternaliter per gloriam in Paradiso vivificandum, in ptissimum sanctitatis, quæ vera animæ vita est, statum restituet: *Dominus Deus conservet eum inter pericula & tentationes hujus vitæ* (ita explicat Sanctus Athanasius) *Laboriosæ, & vivificet eum suo spiritu & gratia.* Et Sanctus Augustinus subjungit: *Quo pertinet, vivificet eum? Ad futuram vitam, vivificatur enim qui mortuus erat.* Tandem verò Propheta concludit, & pro ultimo remuneratione, quam Deus ei daturus est, complemento, prædicit ei, quod Deus eum quoque in terra facturus sit beatum, non in hac mortalium terra, sed in terra viventium, cumulando & beatificando illum omni illa gloria, cujus futurus est capax, quamque creaturarum rationalium status desiderare potest; neque enim Deus unquam permittet, ut Eleemosynarius in infernalium inimicorum manus incidat, & quasi dicere videtur, eum ab æterna damnatione pœnisque infernalibus infallibiliter salvandum, nec permissurum Deum, ut Paradisus illâ animâ destitua-

tur,

tur, quæ ipsos pauperes necessario Eleemosynarum subsidio nunquam destruit, quin potiùs velit, ut cunctæ cælesti pro excellentissimo & pretiosissimo ejus ornamento deserviat : *Beatum vere facit eum in terra viventium, ubi sit perfecta beatitudo, & non tradat eum justum os animam, & voluntatem inimicorum Diaboli, & ministrorum ejus*, ait Athanasius, Et S. Ambrosius illud Davidis Regis prognosticum cùm non minori eloquentia exponens, hanc post se, ad consolationem omnium Eleemosynariorum, auream sententiam scriptam reliquit : *Beatus planè de cujus domo nunquam vacuo sinu pauper exivit; neque enim quisquam magis beatus quàm qui intelligit super pauperis necessitatem & infirmitatem inopis animam.* Quibus verbis haud obscurè indicare voluit, hominem facere non posse opus aliquod sive Deo gratius, sive sibi utilius. Enimverò cùm Christus duodennis puer, una cum Maria matre sua, & nutritio Joseph ad solemnitatem, quæ Hierosolymis celebrabatur, ascendisset, amiserunt eum parentes ejus, & velut vere perditum passim in omnibus vicis & domibus & locis eum anxiè requisiverunt : *Remansit puer Jesus in Hierusalem.* Porrò sacri Expositores hoc loco quærunt, ubinam puer Jesus illo triduo commoratus fuerit, & quonam fuerit moderatore seu gubernante usus? Certum est quidem, quod tanquam Deus sine cibo, & sine ulla necessitate victum sustentare potuerit, prouti in deserto per quadraginta diebus, & totidem noctibus omnino : Similiter indubitatum est, quod omnem necessariam annonæ provisionem habere potuerit ab Angelis, ei subministrantibus omnia quibus indigebat. Verumtamen hæc fuissent nova miracula, ad quæ nequaquam recurrendum est, quamdiu effectum aliquem ab hominum industria dependere, salvare possumus; Ac proinde nonnulli respondent, eum aliquam secum habuisse provisionem, quæ eo tempore, quo eum Pater & mater ejus amiserant, in ejus manibus permanserat : at verò responsio ista hæc mihi non placet, quia cùm Christus summus fuerit paupertatis amator, suosque debuerit non verbo tantum, sed etiam exemplo docere discipulos, ne sibi in diem sequentem sollicitè, & anxiè prospicerent, neque aurum vel argentum secum ferrent, ipsemet huic tam sanctæ ordinationi contravenisset, portando secum sibi in futurum necessarias provisiones. Atque adeò S. Bernardus duodennem hunc puerum alloquens, ita eum interrogat : *Dovine quisnam te in triduo sustentavit?* Multi graves Scriptores, scilicet S. Bonaventura, Alexander de Ales, S. Bernardus & Ludolphus Carthusianus respondent, quod sibi complacuerit eo triduo per civitatem circuire, requirendo ostiatim Eleemosynas, & accipiendo suum in aliquo pauperum Xenodochio, inter miseros pauperes hospitium : *Quid fecit puer Jesus in illo triduo? Conspice eum attentè, quomodo se ad aliquod hospitale pauperum reducit, & cum verecundia sibi hospitari petit, & ibi cum pauperibus Jesus puer hospitatur, & comedit, mendicat etiam ostiatim cum panperibus, quod & aliàs quandoque fecisse creditur.* Deus ille, qui dat escam omni carni, omnibusque totius mundi prodiga manu succurrit, postea Eleemosynas per civitatem ostiatim mendicare & colligere cernitur. Porrò id eum fecisse existimo, non tam ut suis necessitatibus prospiceret; sed sciens, quantùm per erogatas Eleemosynas homo sibi meritum compatet, ideò civitatem illam hoc merito destituere neutiquam voluit; & licet Hierosolymitani ad hoc sibi meritum comparandum multorum quoque aliorum pauperum habere potuissent, seu potiùs actualiter haberent occasionem, nihilominus quia ipse inter omnes pauperes, pauperrimus corpore & longè pauperior spiritu & voluntate erat, ideò voluit ut misericordiam suam erga pauperrimum omnium pauperum exhibentes, majores quoq; & auctiores fierent eorum in terra Spirituales profectus, in terra quidem gratiæa, demum in cælis gloriæ; sciens nimirum idipsum, quod divitibus postea ore proprio prædicavit dicens : *Facilius est camelum per foramen acus introire, quàm divitem intrare regnum cælorum*, quasi dicere vellet, si volumus ut funis ex canabe factus foramen acus transire possit, necessum est, ut resolvatur, & & extenuetur, & subtilissimus quoad possibile est, efficiatur : *Quemadmodum hujusmodi funis, etsi per foramen acus transire non possit, si tamen per fila dividitur ingreditur.* Erat quidem puer Jesus in hunc mundum natus, ut animas in cælum perduceret, divitibus autem utpote qui sunt ex cannabe facto persimiles sunt, id admodum difficilè erat : atque ideò Dominus noster Eleemosynas ab iis petendo, occasionem eis præbere voluit, ut sibi ea quæ possidebant adimendo, & inter pauperes distribuendo, aptos & idoneos se facerent, qui angustam cæli portam pertransire & penetrare possent : *Et dives cum*

Bernard. Bonav c. 14. de medit. Christi

Alensis 3. p. q. 31. memb. 2. art. 2.

Ludolph. de vita Christi.

Matt. 19.

Hoëst. Pinit. in. Ezech. c. 16 f. 180. co. 1.

Idem ibid.

divitiis ligatus in regnum cælorum interiore non possit, si tamen divitiarum suarum fila distribuit, hoc in peregrinum, illud conjectum in carcerem, si denique opes suas ob Christi amorem inter egenos distribuit, regnum cælorum penetrabit.

18. Ipsemet Dei Filius nuptiis Canæ in Galilææ astitit, & deficiente vino, famosum illud miraculum protinus patrat, ut necessitati illi prospiceret. Porrò S Joannes, qui hanc historiam describit duo præcipuè refert, magna consideratione dignissima. Dicit enim : *Hoc fecit initium signorum Jesus.* Ecce primum : postea verò subjungit secundùm dicens : *Et manifestavit gloriam suam.* Quod ad primum attinet, nescio profectò qua ratione Sanctus Joannes hoc primum à Christo Domino patratum signum fuisse asserat. Nunquid enim in Nativitate ejus tot facta fuerunt stupenda prodigia Nunquid quando in Ægyptum fugit, corruerunt Idola? Nunquid habita Jerosolymis anno duodecimo ætatis cum Doctoribus solemnis illa disputatio magnum censenda est fuisse miraculum ? Non igitur mutatio aquæ in vinum primum signum fuit. Respondent aliqui hoc miraculum dici primum *non ordine, sed dignitate*; quia proximi necessitatibus prospicere, est actio quædam in semetipsa ex sui natura dignissima, nobisque præ quibuvis aliis actionibus longè utilissima. Quod verò ad aliam particulam spectat, quod scilicet *manifestarit gloriam suam*; Interlinearis legit: *manifestavit Divinitatem suam* ; Ita quoque legit Salmeron, Toletus, Maldonatus, & S. Thomas de Aquino. Unde per hoc nobis indicare volunt, nullam inveniri posse actionem gloriosiorem, & diviniorem, quàm sit adferre egenorum necessitatibus efficax subsidium & remedium. Unde S. Ambrosius ait : *Dicitur hoc primum feciſſe miraculum ut aquam mutaret in vinum : magnum planè signum, & ad Dei credendam Majestatem sufficiens.* Unde facilè nobis imaginari possumus, quidnam Deum permoverit, ut Angelum suum Cornelio militum Centurioni & gentili submitteret, eique præciperet ut Petrum Apostolum conveniret, utpote qui eum cum tota familia sua sacro baptismate initiaturus esset. S. Joannes Chrysostomus hanc gratiam baptismi factis à Centurione Eleemosynis potissimum adscribit, cùm ait : *Hic enim militum curam gerebat, & faciebat Eleemosynem omni populo, & hæc faciens vidit Angelum monentem, quid ei facere oporteat, ut scilicet Petrum vocet in Iope, qui suæ opera ad viam salutis dirigat, atque perpetuum meritum acquirat.*

Interlin. Salmeron. lib. 4. tract. 7. Tolet. annot. 14. Maldon. ibid. D. Tho. 3 p. q. 13. ar. 3. D. Amb. ser. 13.

Chrysost. ap. 0. Gagnetum ibi f. 395.

19. Cùm Abraham ex prælio adversus quatuor Reges gesto gloriosus & victor reverteretur, Melchisedech ei obviam processit, eique panem & vinum obtulit, ut inde ipse & milites ejus defessi & fatigati sese nonnihil reficerent. Jason Palestinus refert, quod cùm Abrahamus Melchisedech tam provectæ ætatis virum vidisset adeò adhuc sanum, vegetum, & robustum, præ stupore attonitus hæsensisum interrogaverit, quidnam faciendo se in tam bona prosperitate fortem & incolumem conservaverit ; ipsum verò respondisse Deum per hoc beneficium remunerare voluisse charitatem, quam exhibuerat in arca durante diluvio, dum ipse omnibus animantibus ne simul perierent victum subministravit: *Ad quæ resp. dit Melchisedech hanc sibi à Deo concessam esse gratiam pro præmio Eleemosynarum, quas in arca durante diluvio distribuerat.* Cui responso argumentum aliquod à minori ad majus formando subintulit: Quod si ita remunerantur, qui bestiis subveniunt, quidnam Deus facturus est illis, qui pauperibus per Eleemosynas succurrunt: Deus *adeò beneficus est in eos, qui cum brutis animantibus misericordiam faciunt, quantò magis remunerabit eos, qui in homines sunt liberales.*

20. Verum enimverò, quid de Melchisedech loquor ? Venerabilis Beda de pictate erga pauperes ab Ofvvaldo Angliæ Rege exhibita eloquens refert, quod dum Rex ille una cum Aidano Episcopo mensæ accumberet, Eleemosynarius eum conveniens dixerit ei : Multos infirmus in perisylio palatii consistere paupores, Eleemosynam summo cum desiderio exspectantes, tunc dexteram suam extendens, eidem jussit ut omnia quæ in mensa erant delicatissima fercula ad eos delata inter singulos distribuerentur : Ex qua jussione sanctus hic Præsul magnopere ædificatus, dixit : *Nunquam inveteraſcet hæc manus* ; Id quod reapse quoque ita factum est, nam postquam Rex ille in multos jam annos mortuus toto corpore computruisset, manus ejus tamen illæsa manſit & incorruptibilis. Quid igitur miraris, ô Abraham, videndo quod Melchisedech in decrepito senio flore uteretur juvenilis ætatis, hi enim sunt effectus apud illos communiter notati, qui liberali manu necessitatibus subveniunt proximi.

11. Mulier illa Sunamitis situm suum mortuum illi lectulo superimposuit quem sternere solebat Eliseo in domum suam divertenti: *Collocavit eum super lectum hominis Dei.* Cur obsecro super hunc viri sancti lectulum mortuum puerculum collocavit? cur non posuit eum in proprium suum lectum, vel in eum in quo puer dormire facerentur consueverat? Existimo id eam fecisse, ut hac ratione se de resurrectione filii sui infallibiliter secuturâ securiorem redderet, adeoque eam existimasse lectum hunc necessariæ quieti nocturnæ Eliseo destinatum habere virtutem suscitandi mortuos, prouti revera habuisse deinceps compertum est: *Cur non in lectulo pueri proprio eum reposuit? Credo quia ille lectulus Eliæi et Eleemosyna datus fuerat, & propterea mirabilem quandam vim resuscitandi mortuos quodammodo obtinebat.*

12. Amedæus Dux Sabaudiæ à Principe quodam rogatus, ut canes suos, quorum in venatione studiosus esset, sibi ostenderet; eadem hora qua pauperibus Eleemosynæ erogari solebant, eunter in peristylium sive atrium ducalis palatii introduxit, eique multos ibidem pauperes demonstravit, dicendo: *Hi sunt canes mei quos alo quotidie, quibus cælestem gloriam me spero venaturum.* Multa hic dicenda mihi essent adversum illos, qui panem bestiis in magna copia objiciunt manducandum, & Christianis egenis vel frustum panis dare renuunt. Hi tamen non semper ab omni Dei vindicta immunes erunt. Cur obsecro Deus Civitatem Pentapolim igne conflagravit? eo quod juvenculam quandam Eleemosynariam trucidarint: *Dicunt Hebræi quod quandam puellam occiderunt morte insolita, quia dederat alimentum pauperi,* scribit Lyranus. *Hector in cap. 7. Ezech.* *Lyranus ibidem.*

13. Omnia Epulonis tormenta in unica lingua collecta simul erant, ac proinde illius duntaxat petivit refrigerium: *Ut refrigeret linguam meam;* & meritò, inquit Chrysologus: *Magis lingua uritur & ardet, quæ insultavit pauperi, quæ misericordiam denegavit.* Estote igitur liberales Eleemosynarii pauperibus vestra libenter subministrantes, prouti fecit sanctus Petri; ego autem præsentem discursum hac peregregia promissione terminabo. *Luc. 16. Chrysol. serm. 112.*

Quas Christi causa miseris donabis egenis,
In cælo æternas conciliabis opes.

SERMO XXI.

IN FERIAM SEXTAM DOMINICÆ TERTIÆ QUADRAGESIMÆ.

Venit Jesus in Civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, juxta prædium quod dedit Jacob Joseph filio suo. Joan. cap. 4.

Civitas Sichar in tribu Manasse situata fuit, juxta montem Garisi, antea vocabatur Neapolis ut refert S. Hieronymus, postea autem Sebaste vel Samaria appellata fuit, ut asserunt alii, è qua in secundi mundi ætate Melchisedech rex oriundus fuit. Erat autem civitas hæc Aquiloni exposita, tredecim leucis à famosa urbe Jerololymitanas distans; Erat que rum ob situs commoditatem, ob salubritatem aeris, gentium multitudinem, sanguinis nobilitatem, & ingentem divitiarum copiam, metropolis totius Samariæ: *Præcipua inter omnes Samariæ urbes,* ut scribunt Josephus Hebræus, & Thomas Beauxamis. In hanc civitatem Verbo Incarnato mulierem quandam veluti nuntiam vel Apostolam ablegare complacuit, ut eidem veracius Messiæ adventum, nec non & opera miraculosa in beneficium universale omnium hominum redundantia significaret: *Mulier reliquit hydriam suam, & abiit in civita-* *Ioseph. Hebraus.* *Braux in fer. 6. Dom. 3. Quadr. fol 195.* *Ludolph.*

Carthuſ. p. c. 62. f. 145. co. 4. Origenes in cat. D. Tho. ibid.

vitatem edocta à Chriſto (ſubjungit Ludolphus Carthuſianus) *ex fervore denuntiandi quæ audierat de Chriſto magnalia, monens cives egredi ad videndum hominem, qui dixit ei quæcunque fecerat, etiam occulta.* Et Origenes idipſum confirmat dicens: *Fere quidem quaſi quodam Apoſtolo ad cives utitur hac muliere, adeò eam inflammans per verba, ut iret in civitatem relatura civibus.* Verum dicat aliquis, cur non potius Apoſtolum quendam in eam civitatem miſit, qui ut nomini, quo inſigniebatur, Apoſtoli, factis ipſis reſponderet majori cum idoneitate, atque talento gratias & felicitates illas, quas benigna Salvatoris noſtri manus illis impertiri decreverat, eis annuntiaturus fuiſſet? Fortè id intermiſit, quia cum Apoſtoli ex ſtirpe Hebræa progeniti eſſent, non judicabat conveniens ut *Samaritanis conterentur*: at verò ex quo per neceſſitatem adacti in civitatem abibant, *ut cibos emerent*, poterant utique in civitate jam præſentes exiſtentes, illis quoque gentibus prædicare miracula, quæ in illorum commodum & utilitatem operatus fuerat Rex cœleſtis; aut forte ad id munus experientiorem & aptiorem judicabat mulierculam quandam, quam diſcipulos? fortaſſe Apoſtoli reſpectu hujus fœminæ Samaritanæ balbutientes & ſtolidi erant?

2. Pro hujuſce difficultatis intelligentia obſervandum eſt, Auditores, quod Moyſes in Geneſi ſcribit; In Sichar etenim gentilium ſuperba florebat nobilitas; ibi rerum potiebatur & gubernabat Hemor Hevæus, omnium totius terræ coronarum ſplendor & gloria. Princeps autem Sichem filius ejus Idolum quoddam erat oculorum ſuorum: ac proinde omnes ſubditi infinitas Deo gratias reddebant, ob conceſſos iis duos tam excellentes Principes, qui amabantur pariter & timebantur ab omnibus tam nobilibus quam plebeiis, eo quod juſtitiam in æquali bilancis æquilibrio ſuſpenſam haberent. Per totum Juriſdictionis ſuæ diſtrictum ætatem eliminaverant ferream, ejuſque loco ætatem auream in patrios denuo lares revocaverant. Nullus erat inter cives urbis illius vel minimus inimicitiis locus, quia adverſus omnia invidiæ venena præſervativum adhibebant charitatis. Verùm enimverò ô infauſtus & funeſtus caſus: Eo tempore quo ſub domeſticæ cujuſdam tranquillitatis umbra vivebant, Dina filia Jacob, quaſi novella Helena, cauſa fuit, non jam incendiorum ſed miſerabilis & exitioſæ cujuſdam ſtragis. Et veluti altera Pandora ſanguinem & mortem inter ſe commiſcuit, & ſuper civitatem Sichar miſerabiliter effudit: tunc nimirum quando ad vindicandam filiæ ſuæ illatam injuriam Simeonem & Levi adverſus Principem Hemor armavit, eumque tranſitivo per telum pectore è viventium numero ſuſtulit. Denique ſine pietate aut compaſſione aliqua quoſvis trucidavit obvios, fuitque ſtrages univerſæ urbis adeò univerſalis, ut ſanguinis fluvius per vicos & plateas copioſè manarit, fueritque afflicta illa civitas ſimul & ſemel ſuo viduata Rege, & per civium aliorumque incolarum ejus mortem mortua patiter & deſolata: *Arreptis duo filii Jacob Simeon & Levi fratres Dinæ gladiis, ingreſſi ſunt urbem confidenter, interfectiſque omnibus maſculis, Hemor & Sichem pariter necaverunt, & depopulati ſunt urbem.* Demum verò poſtquam interfectores ad prædas ſeſe applicuerunt, ſpoliarunt palatia, totam civitatem, quæ antea ingens quoddam erat divitiarum arcarium, omnibus pretioſis denudarunt, & emunxerunt. Matres quoque cum inclyto veniuſtiſſimarum puellarum flore, & pueros adhuc balbutientes catenis ad invicem vinctos & adnexos, ad fatalem perpetuæ ſervitutis ſortem condemnarunt: *Parvulos quoque eorum, & uxores duxerunt captivos.* O quam fuit funeſta hæc tragœdia, nullo alio quam ſanguineorum tapetum, & funetalium ac mortis proſpectivarum apparatu repræſentata. O miſerias nimiſ calamitoſas! O calamitates plus nimium miſerabiles! Una mulier tot malis portam aperuit; una mulier ruinæ Sichimitarum cauſa & occaſio fuit: *Propter raptum Dinæ occiſi ſunt habitatores illius à filiis Iacob.* Abeat igitur nunc alia quædam mulier (inquit Chriſtus) ad antiqua civitatis illius damna reſarcienda & reparanda; ſi Dina cauſavit mortem, Samaritana adferet vitam: ſi ab illa ſuam infortunia originem ſumpſerunt; ab hac fortuna mirabilis ſuum ſumet exordium. Si illa doloris ſpinas ſeminavit, hæc lætitiæ roſas demetere incipiet; denique ſi una mulier vulneravit, ſanabit altera. Unde Albertus Magnus: *Sicut olim una mulier exitii occaſio ruina totius civitatis Sichimæ, ita nunc una mulier iſta cauſa ſalutis ac vitæ univerſæ civitatis ad Chriſtum converſæ.* Idque nullo alio fine à Chriſto ita ordinatum eſſe mihi firmiter perſuadeo, quam ut creaturæ agnoſcerent Deum noſtrum ea eſſe proprietate conſpicuum, ut ſciat ab eadem ſcaturigine, unde malum naſci ſolet, elicere bonum, & ab eademmet vipera, quæ vitii patrum

vene-

Geneſ. 34.

veteres norent virtutum efformare electuaria: *De venena sapentiæ facit spirituale antidotum* (inquit Ambrosius) *ut quod venenum est, medicamentum fiat.* Vos interea à discursus mei tenuitate, animarum vestrarum profectum adaugere satagite.

3. Indubitatum est apud Philosophos, quod omnis effectus determinatam suam habeat causam, à qua velut à secunda sua genitrice progignatur. Radius producitur à sole, lux & calor ab igne, vinum ab uva, arbor à semine, frumentum à spica, à cespite rosa: *Ens fit ex ente, animal ab animali, & simile fit à simili.* Scribit Albertus Magnus, qui idipsum ab Aristotele Philosophorum doctissimo Principe didicit, quri naturæ eventus & effectus per experientiam observans, sapientissimè nos docuit, quod *omnis effectus assimilatur suæ causæ*, id quod de causâ universa præcipuè verificatur: Veruntamen alibi idem Philosophus significare videtur, quod lux cæterarum sit eu suos natales produxerit: *Ex privatione fit habitus, & ex non ente fit ens.* Imò hinc expressius declarat alibi, quod omnis effectus pro suo principio productivo causam aliquam agnoscat non solum dissimilem & disparem, sed effectui suo è diametro quoad esse & operationes contrariam. *Omne quod fit*, ecce effectum productus, *à suo contrario sit*, hæc autem dictum producens. Ita ex doctrina quam in Philosophiâ didicit, sufficienter colligitur, quod motus causa quietis, adeò ut si ille suo fine destituatur, hæc nunquam aliquod habitura sit principium. Et quis est qui nesciat, quod ex malis tumultibus tranquillitas nascatur pacis. Hinc erudirus ille emblema quoddam ex cassidis vel galea formavit, in quam apes favos mellis disponere cœperant, cum hac Epigraphe: *Ex bello pax.* Denique ex dissolutis & inordinatis morum moribus, suam deducunt originem leges sanctæ & benè ordinatæ leges, quæ veluti earum delinquentes coercent; & hoc sensu Salvatorem dixisse existimo: *Necesse est ut veniant scandala, quia sunt necessaria & utilia.* (explicat Glossa) *ut qui per hoc probati sunt, manifesti fiant.* Et S. Paulus testatur necessarium esse ut hæreses sint: *Oportet hæreses esse, id est, utile est fidelibus*, inquit S. Anselmus, ut ex errorum falsitate, fidei veritas tantò manifestius illucescat: *Deus propter multos ut veritatem DEI videant, & quærendam per Hæreticos de somno excitantur.* Populorum transgressiones Lycurgis & Solonibus quam decerunt matricem malis inde orinadis per leges opportunas prospiciendi. Unde legimus apud Macrobium, & solemne erat apud veteres proverbiū, ut scribit Manutius: *Bonæ leges ex malis moribus procreantur.* Ita Aristoteles, & Cornelius Tacitus ait: *Usu probatum est leges egregias, exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni.* Audite S. Paulum ad Corinthios scribentem.

Macrob. in saturna lib. 3. Manut. in adag. fol. 399. Arist. lib. 2. Rhetor. Corn. Tacit. lib. 5.

4. Hic etenim S. Apostolus gravissimè adversus quendam iratus, qui in prævaricandis Divinis præceptis nimis licentiosus factus, in illas usque enormitates, de quibus vix homo sine verecundiæ & roboris larva loqui potest, prolapsus fuerat, ac proinde litetam quandam ad Corinthios scribere decreverat, eo fervore & zelo conceptam, quo S. Paulus fulminate consueverat, quando de Dei honore defendendo agebatur; ac proinde sine ullis ambagibus aut præmissis præambulis, pennam arripit, & immediatè & ex abrupto talem arguere incipit dicendo: *Omninò auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes*; ac proinde cogor, ut solita mansuetudine mea depositâ, severissimis exaggerationibus, ac unquam è calamo meo emanasse recordor, manum & stylum meum admoveam; vulnus enim contagiosum fieri cœpit, quia malum factum est publicum, ipseque delinquens omne verecundiæ frænum excussit, Deique honorem pedibus suis substratum tenens, licitum sibi esse arbitratur, quod ipsimet etiam exhorrescerent gentiles Et quidem quod hac in re vel maximè me affligit, est, quod delictum istud neminem vestrum magnopere angat & affligat; cùm tamen quisquis salutis proximi & legum divinarum observantiæ zelo aliquantulum urgetur, idipsum sub silentio dissimulare, aut sine adhibito remedio pertransire nequaquam debeat. Enimverò nisi tam procul à vobis abessem, talem utique in eum animadversionem instituerem, ut semper & perpetim mei recordandi causam habiturus esset. Nihilominus firmiter & resolutissimè apud meipsum decrevi pervetsum hunc hominem in manus Sathanæ tradere, ut is de eo id statuat, quod facere novit & potest, eumque dirè tracter, prout ejus scelera jure exposcunt: *Iudicavi eum, qui sic operatus est, tradere Sathanæ in interitum carnis*; per quod S. Anselmus intelligit *validam corporis afflictionem per Diabolum factam.* Ubi Cajetanus ait: *Hinc apparet pœnitentiam hanc fuisse vexationem corporalem illius hominis usque ad mortem.* Tantane te corripiat cholera, ô Paule? ubinam est charitas, quam à Christo crucifixo Domino tuo erga peccatores

1. *Cor. 5.*

Anselm. ibid. fol. 311 col. 2 lit. C. Cajet. ibid. fol. 116.

tores exercere didicisti? tu in condemnandis delinquentibus nimium es præceps: Magister tuus sanguinis pretio peccatorum reos redimebat è manibus Sathanæ eosdem eripiendo & liberando, & tu eosdem ejusdem tyrannidi ultro consignas; parum abest, quin te in doctrina Evangelica, quæ omnes nos charitatem docet, parum versatum, aut practicum esse dicerem: Nolo tamen te sententiando ea libertate uti, sicut tu rigoribus uteris in corripiendo & castigando. Recordor etenim alterius cujusdam facti, huic non multum absimilis, è quo fortasse aliquod nobis mutuare lumen poterimus ad faciliorem hujusce difficultatis intelligentiam; In libro Job, uti nostis, legitur, Deum aliquando Dæmoni ad se accersito, in manus suas unum ex charissimis amicis, fidelissimisque servis suis consignasse, nimirum Jobum virum illum patientissimum: *Ecce in manu tua est*, ô Domine, lapis esse deberet, qui hic à locutione sibi temperare posset. Tu etenim probè tibi cognitam habes Jobi integritatem, scis quoque quantus hominis inimicus Sathanas sit; non ita dudum satis aperte insinuasti quod illum in dilectissimorum amicorum numero repositum habeas, utpotè virum simplicem, justum & integerrimum, qui te super omnia amet & timeat, & hac ratione illum tractas? Dæmoni illum consignas, ut is ei sanitatem eripiat, à vertice capitis ad calcem usque pedis exulceret, armenta, messem, divitias & filios ejus opprimat, occidat, dissipet, atque devastet, fiatque quædam ossium miserabilis catastrophe ulceribus macerata, & consumpta à vermibus? O qualis est isthæc tua justitia! Nunc ferè dicere ausim Paulum excusabilem esse, quis is quem hic Sathanæ tradidit, sceleratissimus erat, miser autem & innocens Job quem unquam errorem commisit? verum enimverò, ô Auditores, Dei nostri actiones prorsus irreprehensibiles, nec minus mysticæ esse noscuntur. Sanctus Ambrosius dicit, Deum ex hoc quod Jobum in manus Sathanæ tradiderit, majus Jobi bonum elicuisse: *Magna potestas, magna gratia; ex infirmitate & debilitate corporis vult ut nascatur sanitas & vigor spiritus: Ex infirmo fortiorem efficit, quia dum carnem debilitat, mentem ejus corroborat*, vult item, ut putredo carnis ei serviat pro remedio animæ præservativo: *Carnem ulcerat sed custodit animam*, similiter ut venena miseriarum à serpente infernali per omnia Jobi viscera diffusa in spiritus sui mutentur medicamentum, *ut quod venenum est ad interitum carnis, medicamentum sit ad salutem spiritus*, concludit Ambrosius. O Paule, cum quanta prudentia tuas es moderatus? verè in hoc evidenter probasti, re verum cœlestis magistri discipulum, cum dixisti: Judicavi tradere hujusmodi Sathanæ in interitum carnis, nam satis elatè video, quod ejactura corporis securitatem elicere voluerit spiritus, & ex infortuniis & morte carnis, fortunas & vitam animæ: ut *spiritus salvus fiat; Dum carnem debilitat, mentem ejus corroborat*, inquit Ambrosius; & in malo pœnæ verum invenit medicamentum ad liberandum spiritum à malo culpæ: *Nisi enim ejectus esset, non fieret salvus spiritus.* Id quod Theophylactus confirmat, dum ait, Paulum ex diabolicæ impietatis officina, ferrum producere voluisse, ad formandum clavem, quæ peccatori portam aperiat pœnitentiæ: *Nec Sathanæ prorsus hunc dicit dedendum sed committendum, perinde ac sibi aperiat ad pœnitentiam fores.*

Iob. 2.

Ambros. de pœnit. lib. 1 cap. 12. fol. 50 col. 1. lit. C & D.

Ambros. ibidem.

5. Eximiæ qualitates, quibus Joseph filius Jacob præditus erat, erant veluti magnes quidam, quo ad se affectum rapiebat paternum, adeò ut ei præ cunctis aliis fratribus in deliciis esset amoris, id quod in fratrum suorum pectoribus invidiæ incentivum erat; benevolentia enim patris lapis erat, in quo ferrum odii limabatur, & exacuebatur, quo postea simplicem juvenem conficere decreverant; hocque odium tanto majora sumebat indies incrementa, quanto ægrius somnium præcedenti nocte habitum, & illis seriatim relatum ferre poterant, hoc enim causavit, quod animis adeò in Josephi perniciem concitarentur, ut coram oculis suis illum eluctari sustinere non possent; unde nec eum videndi occasionem haberent è domo paterna commigrare, & extra illam in sylvis ad gregum suorum custodiam subsistere decreverant, quo in loco missus à Patre suo Josephus, fratres suos de quodam convenit, quem cum à longe vidissent, agitatis inter se consiliis passionem illam, quam in secreto cordis sui hactenus delitescentem conservarant, per vultus livores & pallores manifestare, ejusque rabiem in innocentem fratrem suum evomere cœperunt; unde nonnulli fuerunt, qui per illatas ei violentas manus tollerentur è medio, quod tamen ex conscientiæ remorsu facere dissuasi intermiserunt, ut tamen secum se redderent, eum nunquam ad illas evehendum esse dignitates, quæ ipsi cæcitus per somnium fuerant prognosticatæ, mercatoribus Ismaelitis cum pacta pecunia vendiderunt, qui de

Galaad

Galaad venientes secum abduxerunt in Ægyptum : *Venditurum eum Ismaelitis*, hacque ratione arbitrabantur omnem ei spem præcisam esse, pertingendi ad illa sceptrorum & coronarum prognolica, in somno ei proposita & promissa. O humanam malitiam, germanum fratrem vendere ad ejus impediendos honores, & præcidendam omnem viam, qua ad aliquod pertingere posset imperii fastigium ! verum quid hic Deus fecit ? voluit ut ab hac venditione, suæ acciperet fortunæ & prosperitates exordium : voluit iaquam ut hæc venditio ei purpuram tingeret, margaritis & gemmis adornaret chlamydem, sceptrum præpararet, & fronti necteret coronas : *Venditus est ne adoraretur*, scribit Eucherius ; at verò Deus, qui terram in aurum, lapides in gemmas transformare novit, quique ex persecutionibus summam prosperitatem potest elicere, voluit hanc ejus venditionem tantarum gloriarum suarum unicam esse genitricem ; *idèo adoratur, quia venditus* ; à servitute etenim Josephi coarctum est dominium, qui enim veluti mancipium quoddam venditus fuit, ideò Deus eum tanquam Regem ab omnibus honorari & adorari voluit ; Estque hæc peculiaris Rabani Mauri observatio, dicens : *Vincula tua quibus te fratres ligaverant, à Domino sunt & disrupta, ut ex tuo semine tribuatur Ephraim, fortia & stabilis, & instar filiorum invicta, imperans quoque decem tribus Israel.*

Rabanus Genes. c. 49. f. 304.

4. Cum sanctus Patriarcha Jacob proximus esse mini mortis, jamque vitæ suæ terminatum esse Calendarium, filios suos in conspectu suo congregari voluit, utpote quibus ultimam impertiri benedictionem, & singulis felicitates verumnas quas in totius vitæ decursu habituri sint, prædicere decreverat. Postquam autem ordo ad Josephum pervenisset, hunc in modum eum est allocutus : Ein fili dilectissime, ex hoc sæculo ad alterius vitæ fœlix sæculum transitum facio, corpus meum terræ, velut fatale tributum, spiritum meum verò totius universi Domino redditurus ; pro ultimo paterni mei in te affectus argumento, decrevi te ô fili mi, stirpis meæ decus singulare, præ cæteris fratribus tuis specialibus privilegiis condecorare. *Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & in arcu meo.* Scite etenim hoc loco, ô Auditores, deliderò, qualisnam hæc pars fuerit ? Forte Vexillum aliquod, ensis, scutum, vel aliud quoddam spolium ex prælijs reportatum, & hactenus à Jacobo veluti generositatis suæ trophæum studiosè conservatum ? Rabanus Civitatem Sichimitarum fuisse respondet, quæ ab aliquibus Sichem, ab aliis verò Sichar appellatur, de qua S. Joannes in Evangelio loquitur hodierno : *Dabo tibi partem unam, id est, Sichimam, quam emi in fortitudine mea, hoc est, in pecunia mea, quam multo labore & sudore quæsivi*, Id quod valdè est conforme præsenti Evangelio, ubi dicitur : *Venit ergo* JESUS *in Civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar juxta prædium quod dedit Jacob Joseph filio suo.* Enimverò videretur mihi Civitatem hanc longe convenientius cuivis alteri è fratribus Josephi dare potuisse quam huic Josepho : sciebat etenim civitatem illam quandam esse fœdam turpemque libidinis cloacam, omnesque Sichimitas carnis sensualitati apprimè deditos esse, ut vix ullus eorum reperiri posset, qui non esset turpissimis concupiscentiæ sordibus coinquinatus, cujus veridicum ipsamet ejus à Sichimitis notabiliter læsa & defœdata nominis sui existimatio dare poterat testimonium, quando Dina filia ejus irreparabilem in ea perdidit virginitatis suæ florem. Sciebat etiam qualiter innocens Josephi vita inimica esset omnis carnis fœtoris & putredinis, atque à similibus carnis lasciviis admodum aliena, utpote cujus candor putitatis suæ, ipsamet quoque Lilia longè superabat. Unde celebrans eum S. Ambrosius ait : Quod *adamatus non redamavit, rogatus non acquievit, comprehensus aufugit : qui cum ab uxore Domini conveniretur, teneri veste potuit, animo capi non potuit, ac ne ipsa quidem verba diu passus est.* Quo igitur motivo adeò dissoluta & lasciva civitas, honestissimo & modestissimo Josepho consignabitur ? quod idem est, ac si Herminium in medio immunditiei commorati & habitare decrevisset ; fortè id fecit, quoniam de ejus constantia securus existens eum velut solidam syrtem vel scopulum inter medias concupiscentiæ procellosas undas immobilem futurum esse prævidebat, veruntamen quidquid hac de re verum sit, consideratæ tamen Patriarchæ debebat Josephum verum & & fragilem hominem esse. Enimverò nemi nem hactenus invenire potui, qui huic difficultati opportuniorem adferat resolutionem, quam sit illa quam Eucherius tradit, qui id singulari Dei permissione factum fuisse dicit, ut nimirum Joseph è fœtore sensualitatis fragrantiam eliceret castitatis ; Ex lupanari erueret pudicitiam, ex prostibulis pateret continentiam,

Rab in Gen. li. 4. c. 14. f. 348.

Ioan. 4.

Ambr. de Ioseph. Patr cap. 5 f. 96. col. 4 I. K.

ac denique ut in medio libidinis ardore, flos germinaret virginitatis: *Ideò locum stupris & flagitiis vacantem adincolatum sanctorum verbis cœlestibus & gladio capiens spirituali, ut ubi habitatores antea lasciviæ & Principes luxuriæ versabantur, ubi fuerant incentiva libidinis & fomenta nequitiæ, ibi nunc sancti Sacerdotes magisteria doceant castitatis, & plurima virginalis integritatis exempla, quodam supernò lucis fulgore resplendeant.*

S Euch. ap. Sylveira t. 2. li. 4. c. 5. q. 8. fol. 145 b. 44.

7. Infœlix homo propter commissum à se peccatum in horrida lapsus est miseriarum præcipitia, factus vilissimum Principis infernalis mancipium; ut igitur à tot calamitosis infortuniis tandem aliquando eriperetur, Verbi determinatur fœlicissima incarnatio, ut factus homo hominem proprii sanguinis & vitæ pretio redimeret, atque à morte liberaret: Insuper quoque à tribus divinis personis decernitur, ut ad hoc ineffabile mysterium exequendum nasceretur Maria, quæ opera Spiritus sancti Christum in virginali utero suo conciperet: Verùm, inquies, quid opus erat ut ad Christi formationem Maria ejusque purissimus sanguis concurreret? nunquid enim Deus corpus aliquod perfectissimum creare potuisset, & quidem specialis aliqua congruentia idipsum exposcere videbatur; siquidem creatio recreationi correspondet, ideoque conveniens fuisse videtur ut Deus ita se in creatione haberet sicut se in recreatione & formatione hominis habuisse noscitur, ubi *nullam naturam assumpsit*, & consequenter idem quoque in recreatione vel redemptione hominis fieri debuisse videtur, idque tanto magis, siquidem Theologi docent, quod *sine carnis assumptione, si voluisset potuisset nos liberare.* Unde si poterat nos independenter à nostra humanitate & à Virgine Maria redimere, quo igitur tam humanitatem quam Mariam ad nostram redemptionem adhibere voluit. Quoad primum punctum respondent Theologi, quod sicut homo in miseriarum se abyssum præcipitavit, ita quoque conveniens fuerit, ut ab homine quodam, id est, à Deo incarnato reparationis sua auxilia reciperet, dum is nostras reparat ruinas, & sicut homo per ferrum culpæ graviter semetipsum vulneravit, ita quoque Deus ille homo factus nos curaret per adhibitum proprii sanguinis antidotum; Denique sicut mors nostra originem suam sumpsit ab homine, ita quoque homo Deus morte sua nobis restitueret vitam: *Cum incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignetur, convenientius dicitur incarnationis opus ordinatum esse à Deo in remedium contra peccatum.* Et huic Angelicæ Thomæ doctrinæ subscribit quoque doctissimus Ægidius, dicens: *De stirpe illa, qua erat vitiata, & per peccatum corrupta, congruum fuit Dei Filium assumere carnem, ut naturam sic vitiatam & corruptam salvaret & liberaret.* Quod verò ad secundum punctum attinet, vult S. Bernardus beatissimam Virginem Mariam in instanti Incarnationis purissimum sanguinem suum verbo subministrasse, ut sicut mulier lapsus sive ruinæ nostræ origo fuit, ita quoque salutis nostræ ædificium sua pariter à muliere quadam sibi sumeret fundamenta, *si vir cecidit per fœminam eam, non erigitur nisi per fœminam.* Ut proindè sicut una fœmina causa fuit malorum nostrorum, ita quoque fœmina cunctorum bonorum fiat origo: *Mater generis nostri pœnam intulit mundo; Genitrix Domini nostri salutem intulit mundo, auctrix peccati Eva, auctrix meriti* MARIA: *Eva occidendo obfuit,* MARIA *vivificando profuit: Illa percussit, ista sanavit.* Postè superius adductorum Patrum doctrinæ, præsertim verò ea quam tradit Magnus Pater noster Augustinus, qui tantam in mundo obtinet authoritatem, sufficerent quidem, intactam tamen præterire non possum illam Chrysologi, Innocentii Papæ, & Hugonis doctrinam dicentium: *Cum de viro produxisset* DEUS *fœminam injuniciam, de fœmina virum producere voluit in salutem, ut quæ fuerat principium humanæ damnationis, esset principium reparationis.*

Damasc. lib. 3. c. 2.

Arg. Arg. in 3. dist. 1. p. 2. arg. 3. in contr.

Idem ibid. dist. 2. p. 2. dub. 1. fol. 6. col. 1. d. C.

D. Tho. 3. p. q. 1. a. 1. in conclus. fol. 3. co. 2. n. 20.

Idem ibid. q. 1. a. 3. f.

8. Verùm enim verò novum velim ex incarnationis mysterio ad propositum præsens formemus argumentum. Etenim Angelus quidam missus est ad Mariam Virginem ut altum adeò & sublime eidem revelaret mysterium: *Missus est Angelus Gabriel:* scio equidem legatum aliquem negotii illius, quod nomine Principis sui tractandum habet, conscium esse debere, & tamen Angelus, licet mysterium hoc cognosceret quoad substantiam suam, quoad modum verò circumstantias illius imperfectam habuit hujusce mysterii notitiam ut volunt Theologi, & docet S. Dionysius. Præterea cum hocce infinitum mysterium ad favorem hominis conceptum fuerit, congruentius futurum fuisse videbatur, si homo aliquis mitteretur, verbi causa, Propheta aliquis seu aliquis Patriarcha, vel quivis alius merito & qualitatibus eximie excellens, quales Deo non deerant mittendi: vel etiam quia mysterium ineffabile erat, potuit Deus immediatè ipse

per semetipsum illud MARIÆ futuræ matri revelare. Mulcs equidem Scriptores sacri rationes adducunt. Aliqui dicunt ? *ut Natura Angelica offerretur bonore qua injuria erat depressa, cum ex eo prodisset Lucifer qui primos parentes à suo statu dejecerat.* Cardinalis Toletus ait: *Quia* DEUS *assumere voluit naturam Angelicam sed humanam, congruum fuit eos non omnino à tanti boni participatione excludere, idcirco nuntios effecit,* S. Gregorius Thaumaturgus ait: *Angelus cum virgine loquitur, ut non amplius cum multere serpens loquatur.* Vel etiam dici potest, quod ex quo jam discordia fuerit inter Deum & hominem, necessarium erat ut tertius quidam pacis fieret mediator. *Ergo multo convenientius extitit Angelus legatus quam homo, nam qui in bello erat constitutus, quomodo mediaret.* Et certè, ut inquit Bernardus adeò augustum mysterium à persona tali quàlis homo erat, non debebat tractari: *Tantum enim mandati mysterium, non hominis fuit, id Angelis ere promendum,* cujus rationem facilè videbant S. Petrus Chrysologus & S. Hieronymus dicendo, quod inter virginitatem MARIÆ, & Angeli nescio quænam parentela sive cognatio intercedat: *Angelus est cognata virgini.* Quæ quidem rationes, licet intellectui humano nonnihil satisfaciant, ad præsens tamen propositum nulla mihi aptior esse videtur ea quam ne aliam quandam occasionem adfert Petrus Ravennarum Archiepiscopus dicens, fuisse id esse singulari Dei dispositione, ut homo per eandem viam, per quam cucurrit ad mortem, ad vitam quoque rediret; nemo alius prorsus quam Angelus beatus cum Maria de humanæ salute, quia cum Eva ruinarum & malorum nostrorum matre tractavit Angelus refellis: *Ut homo cursibus eisdem quibus dilapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam. Agit cum Maria Angelus de salute, quia cum Eva Angelus egerat de ruina.* Et B. Ægidius Columna idemmet affirmat, dicens: *Quia sicut Angelus malus fuit causa mortis ita bonus esset nuntius vitæ;* adeò ut natura Angelica quæ venena invenit, efficacia quoque adversus illa nobis antidota attulerit.

9. Porrò nemo est qui nesciat, ô Auditores, quod ex peccato omnes nostræ natæ sint adversitates & ærumnæ; peccatum etenim officina fuit, in qua cusum est ferrum, ad nos sive vinculis innectendos, sive interimendos: ventus fuit Aquilonaris, per quem omnium fœlicitatum nostrarum flores evanuerunt: Taberna fuit unde egressa est miseriarum nostrarum merces. Formidabilis quædam hydra fuit, qui è septem horrendis capitibus venena, ad universam humanam progeniem contaminandam evomuit. Cerberus fuit triceps, qui contagiosos humores suos ab ore suo evaporando radicalem animæ virtutem, id est gratiam totaliter consumpsit. Flammivoma Ætna fuit, quæ corda nostra nivibus congelari fecit charitatis erga Deum fervorem extinguendo, eademque igne accendit concupiscentiæ carnalis: crudelis quidam fuit tyrannus, qui miseriarum nos pane sustentat, potentias animæ ligat & velut catenis innectit, eandemque gratia omnibusque aliis bonis à benigna Dei manu liberaliter concessis spoliat & exuit. Judex quidam fuit indiscretus & inhumanus, qui hominem iræ Dei reum fecit, ignorantiæ tenebris involvit, cœlesti gloria privatum Diaboli mancipium, flammarum gehennalium nec non atrocissimorum tormentorum, quæ in inferno inimicis Dei infliguntur reum esse decrevit, ô infœlicem culpam! ô impiam & crudelem Megæram! ô venenosum & horribilem Geraslen peccatum, quod pessimus & exitiosissimus nostrarum fœlicitatum destructor extitit. Verum enimverò, Auditores, dicite sodes, qua via tantis nostris ruinis allatum sit remedium? Unicum huic gravi malo medendo remedium Incarnatio Filii Dei extitit; Hæc fuit aurifodina illa in cujus visceribus pretiosissima fœlicitatis nostræ metalla invenimus. Hæc solum illud fuit, quod messem produxit meriti illius, quod gloriæ semen est fœcundissimum; Hæc fons est unde divinarum gratiarum aquæ suam acceperunt scaturiginem; Nubes est quæ à sinu suo in nos torem stillavit cœlestem: virgultum est, quod spei nostræ progerminavit florem: Arbor est quæ fructus nobis suavissimos, nostrisque necessitatibus sublevandis valdè opportunos produxit: Cælum est quod humanitatis nostræ terram innumerorum beneficiorum suavi & placida pluvia irrigavit, vas est unguento salutifero & pretioso, animæque vulneribus curandis efficacissimo plenum atque refertum; navis est omnibus ad status spiritualis conservationem necessariis mercibus onusta. Denique ærarium est & gaza, unde omnium bonorum, quæ humana desiderare potuit mendicitas, thesauri eruuntur. Veruntamen sistamus hic nonnihil, & unde verbum æternum incarnationis suæ nobis adeò necessariæ & utilis causam motivâ desumpserit, investigemus. Enimverò præreundo opinionem

Scot in 3. dist. 7. quæst. 3.

Scoti suorumque sequacium, S. Thomæ Aquinatis ejusque Angelicæ scholæ adhæreo, dicenti, tantum bonum Incarnationis *saltem occasionaliter* suam à nostra malitia habuisse originem; à nostris defectibus id quoque natum esse, quod illorum est correctivum, denique à causa tam infausta & infortunata adeò fœlicem processisse effectum: *Si homo non peccasset, Deus incarnatus non fuisset*; Alii quoque huic Angelicæ doctrinæ se conformantes pariter dicunt: quod *intelligitur previsio peccati absoluta scientia visionis præcedere prædestinationem incarnationis, & præbere voluntati divinæ occasionem ad eam decernendam, atque adeò Incarnationem habere connexionem cum peccato per modum effectus cum causa.* Ad eum modum (licet in diverso genere) quo à fœtida radice flos quidam nascitur fragrantissimus. Ac proinde cum peccata nostra tanti boni causæ existant, jure meritò dicere, & symbolum illud repetere possumus, quod vivax quoddam ingenium vas quoddam vitreum viperis ad theriacam conficiendam plenum cernens edixit, nimirum: *Salutem ex inimicis nostris.*

D.Th.3. p q.1.a.3. Divus Thom. ibid.

Ioseph Racusæ in 3.pag. q.1. a 3.disp. 28.fol. 203 col. 2.lit.B.

Philip. Picinell.

Luc.1.

10. Nequaquam mysterio caret, quod sanctus Lucas accuratè tempus & mensem specificet, quo Verbum caro factum est, dicendo mensem illum sextum in ordine fuisse *in mense sexto missus est Angelus Gabriel à Deo*; fuit autem mensis Martius, qui sextus dicitur, quia computatur à conceptione Joannis Baptistæ, quæ contigit in fine Septembris, ut multi Patres volunt, adeò ut ab ultimo Septembris usque ad 25. Martii sex menses interponantur, atque ideò S. Lucas scribit: *In mense sexto.* Quis hic non desideret causam scire, cur sacer Evangelista in specificatione hujus temporis adeò diligens fuerit? Et quidem curiositas idipsum sciendi tanto magis in me augetur, ex quo ignotum mihi non est Modernum quendam animadvertere, *senarium mensem non vacare mysterio.* Imò ut hæc difficultas tanto majorem vim habeat, observandum est cum Alberto Magno & nonnullis aliis, quod Nativitas Christi contigerit in sexta mundi ætate: *In sexta ætate venit in mundum Christus.* In Feria sexta flagella pro nobis & tormenta sustinuit: Hora sexta crucifixus fuit in aspero ligno crucis; Denique in hodierno Evangelio S. Evangelista Joannes specialissimè notat, Christum defatigatum ad procurandam mulieris istius salutem ad puteum consedisse Samariæ, quando hora sexta erat. Et beatus noster Simon de Cassia singulariter hanc horam notat, utpote pluribus mysteriis, quàm minutis plenam: *Dignior ista temporis, non parvum mysterium tribuit ad contemplandum.* Multæ quidem ad hanc quæstionem resolvendam adduci possunt rationes: Gouschelius dicit, quod *numerus senarius significat absolutionem peccatorum.* Atque ideò cum Christus hoc præcipuè fine venerit, ut nos à peccatis nostris liberaret, ætatem sextam, mensem sextum, diem sextum, & horam sextam elegit. S. Hieronymus numerum senarium laborem & ærumnas significare opinatur, cumque Christus ad conciliandam nobis in tribulationibus nostris consolationem in hunc mundum venerit, ideò in præcipuis quas operatus est actionibus suis, hujus numeri æcuratam observantiam habuit. Goropius asserit numerum senarium in se perfectionem includere, ac proinde de sexto die scribitur, quod omnia creata *erant valde bona*: & consequenter Christum hunc numerum elegisse dicit, ad indicandum mundo, quod omnia opera sua optimis meliora fuerint, atque in perfectione gradum superlativum excesserint. Possit hasce autem rationes & Modernus quidam suam opinionem profert aptam hic & ingeniosam; Etenim multi scriptores, & præcipuè alii referunt Adamum & Evam peccatum sumsisse hora sexta commisisse. *Sexta hora peccavit homo*, inquit Simon; & S. Joan. Chrysostomus dicit: *Erat hora sexta cum Eva mandatum in Paradiso transgressa est.* Unde patet quod præcise in eadem hora qua mundus culpæ contagione coinquinatus fuit, suæ quoque salutis receperit remedium: *Sexta homo deliquit: venit etiam Dominus visitare nos sexta mundi ætate, sexta die incarnatus, passus, & mortuus est. Sexta hora pullulatur delictum, sexta etiam hora parat medicinam ad sublevandam hominis miseriam, & hora qua fœdata fuerat ignominia culpæ, condecoratur medicamine salutis,* ac proinde Christus hora sexta fatigatur, patitur sitim, Samaritanæ salutem procurat; quia in fatali sexta hora natæ sunt in mundum omnes nostræ miseriæ. *Venit hora sexta, quandoquidem & cum Eva mandatum in Paradiso transgressa est, Horæ erat quasi sexta, ubique Samaritana servata est in fonte, eadem hora.*

Dio.Car. in c.1 Luc. art.3. D. Ambr. Beda Bonavent. Theoph. Didacus Stella ibi. f 18.co 1. Alb. Magn.

B. Simon Cass.lib. 11.cap. 1.

11. Congruè igitur de hoc profundo mysterio dicere possum, quod Poeta scripsit de ramo aureo: *Uno avulso non deficit alter.* Ortò S. Joannes postquam pluribus egisset de Filii Dei generatione æterna, mox ad temporalem transi-

tum

tum instituit, de eadem hisce verbis loquens: *Verbum caro factum est.* Valdè autem admirot quod accipiat denominationem ejus partis quæ caro est, & non potius denominationem sumat à toto id est, ab humanitate; potiùs enim dicere debuisse videtur: *Verbum homo factum est*: aut si omninò ab aliqua parte denominationem sumere decrevetat, desumi debebat ab anima, utpote quæ dignior est & nobilior: *Denominatio debet fieri à nobiliori, & digniora sunt præferenda*: juxta leges. Respondet Thomas, quod quia Manichæi veram Christi humanitatem negabant, affirmantes corpus ejus phantasticum tantum esse vel fuisse, ideò Evangelista data opera dicere voluerit: *Et Verbum caro factum est*: verum veram carnem assumpsisse testaretur. Similiter Sanctum Joannem hisce verbis hoc mysterium expressisse dicit, ad confutandum errorem Platonicorum qui eo tempore quo Sanctus Joannes Evangelium suum scripsit, adhuc vivebant, hi enim unionem supposiri Divini cum carne vel corpore humano negabant, utpote soli animæ unitum fuisse affirmabant, quo errore confutando expresè scribere voluit: *Et Verbum caro factum est*. Aut cum S. Cyrillo Alexandrino respondeti posset. S. Evangelistam per carnem totum humanitatis nostræ integrum compositum, quod ex anima & corpore ut partibus essentialibus constituitur? Quorum sensu Joel Propheta loquebatur, cum ait: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem*: *sæpè divina Scriptura solo carnis vocabulo integrum (ut ita dicam) & totum hominem significat.* Verum enimverò S. Thomas hunc locum denovo exponens existimat S. Joannem hanc terminum *Caro* usurpasse, ad significandum, quod sicut à carne mors nascitur, ita pariter à carne per Verbum assumpta venerit vita, *cum per carnem infirmabatur, ideò Evangelista voluit insinuare adventum Verbi congruum esse nostræ reparationi, mentionem de carne spirituali fecit, ut ostenderet quod caro infirma per carnem Verbi reparata fuit.* Cui doctrinæ Angelici Doctoris Cardinalis Hugo etiam consentit dicendo: *Eadem via qua ingressus est morbus, ponderatur medicina.* Eandem igitur specie carnem, quæ adeò noxia extitit, utilem quoque esse voluit & proficuam.

12. Hujusce dilcutsus veritatem majori cum evidentia ex vita & gestis Salvatoris nostri eruamus, hæc namque verum fuit actionum nostrarum exemplar. Enimverò tres illi Orientales Magi audita fama qua passim novum quendam Regem in hunc mundum natum fuisse nuntiabatur, qui Rex futurus erat omnium Regum, mox decreverunt iter ad eum invisendum & adorandum instituere, suaque diademata & sceptra ejus pedibus substernere; Quapropter de omnibus, quæ ipsis futura erant in itinere necessaria, providè & sollicitè sibi prospexerunt, ac tandem posthabita omni sua regia magnificentia, relictis regnis in uno eodemque die summo diluculo, auroræ ortum prævenientes iter suum adoriuntur, tametsi pede valdè anxio & ancipiti, eò quod via qua ipsis eundum erat, omnibus esset ignota, cùm ecce inopinatè stella quædam coram ipsis comparet, quæ illis ducatum fidelissimum præstans, per totum iter illos præcessit, & viam sine ullo errore eis indicans adveri Dei cognitionem illos perduxit: *Et ecce stella quam viderant Magi in Oriente antecedebat eos, usq; dum veniens staret supra ubi erat puer.* Enimverò quis unquam stellas hoc munere functas fuisse audivit? verum quidem est, quod resplendeant & illuminent, quod minentur, quod promittant quod influant: sed quod partes expleant viæ ducis, quod præcurrant & comitentur per viam inauditum fuisse videtur: cur Deus illis non potius obviam misit columnam igneam, vel nubem, prout olim factum est Israelitis per desertum obertantibus? aut cur non præstitit illis viæ ducatum per Angelum aliquem, sicut Tobiæ quando is profectus est ad Gabelum? vel sicut Abacuc Prophetam per cincinnum vel comam capitis apprehensum ad Danielis speluncam transtulit? Et quidem tantò magis hunc ducatum per Angelum aliquem fieri debuisse videtur, cùm multi Scriptores existiment hanc stellam novam à Deo recenter creatam, & ab Angelo quodam motam & agitatam fuisse; quid enim opus erat multiplicare hasce actiones vel miracula sine necessitate, si hoc totum & expeditius, & cum minori labore fieri poterat ab Angelo. Audite quam sit S. Joannes Chrysostomus more sibi solito delicatus in respondendo; Hic enim existimat stellas fuisse causas, quod Magi è natione Chaldæorum oriundi, ut dicit Remigius idololatrarint adorando stellas, Deo autem vivo & vero dorsum obvertendo: *Quidam enim dicunt eos Catholicos fuisse, Chaldæi enim stellam pro Deo colebant*: vult igitur ut stella sit mediatrix ad resarciendum damna facta, cooperando ad hoc ut detestantes Idololatriam, verum deinceps adorarent Deum,

Exo. 15.

Tob 9.
Abacuc.
Dan. 14.

Remigius in Cat. D. Tho. ibid.

vultumq; ejus & pedes ad ipsum converterent: Deus *ob deceptorum salutem per ea ipsa se coli passus est, per quæ illi dæmones antecoluerant, aliquamdiu illa in melius inflectens, ut eos paulatim & à consuetudine sua reduceret, & ad Philosophiam perduceret altiorem.*

Chrysost. ibi hom. 6. fo. 44. col. 2.

13. Observavi hactenus perspicuè, quod unigenitus Dei Filius primos Apostolos è Galilæa elegerit; ac proinde apud Evangelistam Matthæum legitur: *Ambulans Iesus juxta mare Galilææ vidit duos fratres Simonem & Andream, & vocavit*: Mihi autem videretur Christum hunc virorum pro Collegio suo Apostolico instituendo delectum potius ex quovis alio loco, civitate, terra, & Castello præterquam ex Galilæa instituere debuisse, maximè cùm ut docent Beda, Hugo & Euthymius gens Galilæorum fuerit barbara, rudis, inculta, vilis, & fæx, quædam plebeculæ cæteris omnibus pejor & deterior: *Inter cæteras terras Iudæ Gens Galilææ erat maximè barbara, rustica, rudis, & ignobilis.* Veruntamen complacuit Deo è luto seligere gemmas, aurum ex scoria, ex iniquitate perfectionē, è fœcibus hominum quintam essentiam, è fœtida radice odoriferas fruges, denique ex terra adeò perversa, tales colligere fructus, qui omnes in se habeant perfectionum circumstantias, quæ ad superlativum bonitatis fructum exiguntur; Ex illa etenim regione, in qua infidelitas prævalebat, in suam sequelam primos advocavit Apostolos, qui postea intrepidi verè fidei extitere defensores: *Ex medio tantæ pravitatis ac incredulitatis tres Apostolos præclarissimos eduxit; ubi enim abundavit nequitia, ibi superabundavit & gratia: Petri etiam, Andreæ, & Philippi fides radicavit, quia cùm essent ex illa civitate, ubi incredulitas maximè regnabat, omnium primi Dominum fuere secuti.*

Matth. 4.

Beda, Hugo Euthym.

Sylveira tom. 1. l. 5. cap. 6. qu. 10. n. 69.

14. Salvator mundi è Synagoga digressus in domum se contulit Simonis, cujus socrus molestissima febri afflictabatur, nam præterquam quod eam sine ullis induciis indesinenter torqueret, viscera ejus ascendebat, adurebat fauces, totumque corpus adeò efficiebat languescere, ut nec dies nec noctes vel minimum habere quietis posset; Hanc igitur cælestis Medicus visitatum abibat, & ad preces discipulorum suorum, *qui rogaverunt illum pro ea*, extendit dexteram suam, & apprehensam illam sanitati restituit: *Tetigit manum ejus & dimisit eam febris, & surrexit & ministrabat eis.* Verum quærat hic non inseritò aliquis, quid opus erat, quod Christus ad hoc pietatis opus implendum manum adhiberet? Nunquid voluntatis suæ sufficiebat imperium? Num fortè timebat, ne si imperaret febri, illa sese pertinacem exhibuisset & rebellantem? Quis hoc concipere vel cogitare audebit, cùm ad unius verbi *Fiat* prolationem, totum hoc universum è nihilo eduxerit, explanaverit fundamenta terræ, tenebras dissipaverit, lucem conspicuè prodire fecerit, incurvaverit cælos, arbores fructibus & floribus exornaverit, animalia quoque varia ad ornatum hujus universi produxerit, mare denique jurisdictioni suæ vastitatem longè lateque dilataverit; Imò ipsemet Dæmon licet Deo rebellis sit, & voluntatem habeat suis præceptis è diametro oppositam, ei tamen promptissimè obedit. Ergone tam potens Deus ad pellendam febriculam aliquam insufficiens erit, ut eam præcepto otiosi abigat, opusque habebit, ut manum quoque suam in auxilium advocet? Valdè id miratur Petrus Chrysologus dicens: *Quæ necessitas tangendi erat, ubi inerat jus jubendi.* Utiq; manum sanans extendere voluit, ut sicut manus Evæ marito suo pomū porrigendo causavit mortem, *ita* quoque manum suam esse voluit instrumentum afferens sanitatem, & restituens vitam: *Tetigit Christus manum mulieris ad vitam, quia Adam de manu illius acceperat mortem, ut quod manus præsumentis amiserat, manus repararet auctoris, ut acciperet indulgentiam manus, qua carnifex dederat sententiam.*

Luca 4.

Matth. 8.

15. Bonus ille Israëlita, in quo dolus non erat Nathanael nomine, sub meridiem subtus virescentem quandam ficum prostratus recumbebat, cùm ecce Christus licet tanquam homo præsentia corporali procul aberat, attamen tanquam Deus illi vicinus erat: *Cùm esset sub ficu vidit eo.* Unde Toletus: *Non dicit, novit, sed vidit; præsentiam Divinitatis sua insinuans, qua cunctis adsit, & præsens omnia videt.* Aspicit eum, & obtutu suo cor ejus penetrat, eumque justificat. Imò ex doctrina supradicti Expositoris deducitur, eum sub umbra ficus jacuisse, quando Philippus eum vocavit, eique ut ad verum Deum accurreret, persuasit, prout & fecit, dum illum Israëlis Regem confessus, & tanquam verum Dei Filiū proclamavit: *Rabbi tu es Filius Dei, tu es Rex Israel.* Hic autem scire desiderio, cur Christus Nathanaelem ad veram fidem attrahere volens, tempus illud & horam exspectaverit, qua erat sub ficu? cur non vocavit illum existentem in aliqua platea, vel in templo,

Chrysost. ibi hom. 6. fo. 44. col. 2.

plo, vel in domo, in alio quovis loco? Augetur difficultas: Quia si Philippus tantus erat Nathanaelis amicus & familiaris, ut idemmet Cardinalis asserit: *Philippus invenit Nathanael sibi familiarem & amicum*, cur non ante vel post eidem loquitur, veracemq; Messiæ notitiam ei communicat? cur ficus illius occasionem exspectat? Quid conversioni Nathanaelis commune intercedit cum arbore ficus? scio quidem quod quia inanis erat, & nuda à frugibus, à Christo maledicta fuerit. Etenim modernus quidam existimat sicum illam correspondere alteri sicui, quæ erat in Paradiso terrestri. Per illam Dæmon occasionem captavit exitium asserendi Adamo, ab hac Christus occasionem sumsit beneficiendi Nathanaeli; Illa arbore Dæmon usus est ad condemnandum & in infernum præcipitandum hominem; Et eadem Deus nitur ad justificandum Israëlitam, & introducendum illum in Paradisum: *Sub arbore fuit vidit seductor primos parentes, & in peccatum iurus, sub umbra ficus videt Deus Nathanaëlem, & ad gratiam vocat, ne arboris umbra manus ad vitam inserviret quàm ad mortem.*

16. Christus Dei Filius è cœnaculo egressus, cum aliquibus discipulorum suorum in hortum Gethsemani recepit, ut orationem ad Patrem illum æternum effunderet, faceretque per illonem operi Redemptionis nostræ aliquantum. Verum sistite paulisper, siquidem adhuc mihi hic difficultas subnascitur. Quo fine Christus hanc sibi incommoditatem adfert, quidnam tempore nocturno, quando obambulationes per plateas non minus suspectæ sunt, quam periculis multis expositæ? Quod ad horum etiam orationis attinet, opportunius orationi servisset templum, quàm hortus, siquidem templum *Domus orationis* appellatur. Præterea si volebat orditi passionem suam, Synagogam potius ingredi, seque sponte propria eorum dedere manibus debebat, qui tanta cum sitiem perquirebant, aut debuisset comparere eorum tribunalibus, ubi mille injuriis afficiebatur Justitia, adeò ut nihil præter nudum nomen haberet: vel publicè se per plateas civitatis exhibere debuisset spectandum, hoc enim sufficiebat ad allequendum intentum. Enimverò ex pomo horto, quem unquam mundus vidit, ideſt, ex Paradiso terrestri, natæ sunt omnium infortuniorum nostrorum spinæ, justum igitur erat, ut etiam ex horto fortunæ nostræ flores germinarent: occasione peccati spes nostra exaruit in horto quodam: eademque spes nostra pariter in horto quodam, rigata Christi sanguine, quando *Factus est sudor ejus, &c.* revivisceret & reflorescere cœpit: *Hortus hic Paradisum significat, ubi hominum ruina incepit, ut etiam in Paradiso & horto passio Domini, qua salutis fuit causa sumat initium*, inquiunt Cyrillus Alexandrinus, & Cardinalis Toletus; & Rupertus Abbas Tuitiensis, considerans quod prima actio quam Christus in horto fecit, fuit actus quidam obedientiæ: *Pater, non mea sed tua voluntas fiat*, quia actus primus quem fecit Adam, fuit quidem inobedientiæ actus contraveniendo divino præcepto, dici Filium Dei voluisse, quod sicut hortus quidam cicutam produxit inobedientiæ, ita quoque obedientiæ virgultum in horto quodam germinaret, utpote malignitatis illius antidotum præservativum. Audire verba ipsissima Rupetti: *Pulchre in horto voluit secundus Adam inveniri, quia videlicet primus Adam in horto scilicet in Paradiso, qui interpretatur hortus, inobediens fuerat.*

Cyrill. Alexand. lib. 11. cap. 31. col. 571. lit. C.

Tolet. ibid. in com. fol. 367.

Matth. 26.

Rupertus Abbas lib. 13. cap. 18.

17. Enimverò quod ad sacratissimam Christi mortem attinet, duas potissimum circumstantias observari velim, scilicet primo quod in Cruce mori voluerit: secundò, quod mortuus sit expansis brachiis. Quod ad primam attinet, scio quidem Patrem æternum voluisse, ut Christus pro redemptione peccatorum moreretur, non tamen eum ad Crucis mortem subeundam coëgit: veritas etenim figuræ suæ correspondere debet, hæc autem in sacrificiis consistebat, in quibus victimæ gladio vel cultro dissecabantur, & sectæ partes redigebantur in cineres, ex quo autem in Cruce mortuus est, nequaquam figuratum figuræ suæ correspondisse videtur. Porrò S. Thomas dicit, quod *Altare holocaustorum, in quo sacrificia animalium offerebantur, erat factum de lignis*, & hoc modo veritatem figuræ similem fuisse, & tandem concludit, quod *fuit congruum ut is qui pro omnium salute moriturus advenerat, & pro peccato primi hominis satisfacturus, non altâ quàm morte Crucis pateretur.* Cujus multas quidè adducit rationes quas brevitatis causa prætereo. Potissima autem juxta S. Hieron. & Damascenū, ratio hæc est, scilicet quod cùm primi nostri parentes de ligno vitæ mortis sibi venena attraxerint, congruum erat, ut Christus per mortem suam electuaria educeret salutis & vitæ: *Ut medicina morbo*

D. Thom. 3 p. qu. 46. art. 4.

Hieron. ad Galat. 3. Damasc. lib. 4. de fide cap. 11.

morbo responderet, fuit lignum causa mortis, sit ergò lignum causa vitæ. Quod verò attinet ad brachiorum manuumque extensionem dicit S. Augustinus Christum Evæ peccantis figuram in se repræsentare voluisse, quando in pedes erecta unam manum extendit ad arborem pomum decerpendo, alteram verò ad maritum extendit, idem illi pomum porrigendo ad manducandum. Unde sicut fœmina manus suas extendendo, nos in ingens quoddam conjecit malorum diluvium, ita Christus manus suas extendendo in arbore Crucis, ingentem nobis contulit bonorum copiam & plenitudinem, ut S. Pater noster Augustinus docet, cùm ait: *Sicut totum corpus mortui est ut manus ad vetitum extenderentur, ita corpus Christi per omnia membra sua in Cruce distenderentur, & totum quod reatu paterni delicti confractum fuerat, hoc emplastro consolidaretur.*

Augustin. serm. 19. de Annunc.

18. Denique omnes Redemptoris nostri actiones factæ ab eo tam in vita quàm post mortem, ad hanc quàm in præsenti discursu vobis propono veritatem confirmandam directæ videntur, specialiter quidem ut sint medicamenta præservativa contra venena ab Eva in nos derivata. Enimverò postquam Christus mortuus esset, miles quidam *dubitans fortassis an mortuus esset*, inquit Cyrillus Alexandrinus, forti quodam lanceæ ictu latus ejus aperuit: *Lancea latus ejus perforavit*; Verùm inquies, nunquid sacratissima Christi humanitas in alia corporis parte, quàm in latere, aperiri potuit? Respondeo quod quia ex latere Adæ formata fuit fœmina illa quæ nostræ est damnationis causa: *Tulit unam de costis ejus, & ædificavit in mulierem*, ideò Christus sibi quoque latus aperiri voluit, ut per hanc portam egrederentur sacramenta media ad salutem nostram consequendam optimè proportionata; *Vigilanti verbo Evangelista usus est* (inquiens S. August. & Beda) *Ut non diceret, latus ejus percussit, aut vulneravit, sed aperuit, ut illis quodammodo vitæ ostium panderetur, unde Sacramenta Ecclesiæ manaverunt sine quibus ad vitam quæ verè vita est, non intratur.* Et Euthymius subjungit: *Foditur lancea in latere Salvator, ut Evam lateris sui vulnere à plaga lateris sanaret.* Porrò Christus pro confirmatione fidei nostræ, & ad impletionem id quod prædixerat, gloriosus & immortalis post triduum mortis resurrexerit ad vitam, voluitq. mulieres tantæ lætitiæ annuntiatrices esse, quam adeò fœlix nuntium toti mundo allaturum erat. Dicat hic aliquis: Ergone mulieribus commissum est munus resurrectionis mysterium prædicandi? Cùm tamen Apostolus mulieribus nequaquam permittere velit, ut huic se officio ingerant, dum ait: *Mulieres in Ecclesiis taceant.* Ergone mulieres magistræ evadent virorum, docendo eosdem veritatem Dominicæ resurrectionis? Quis hanc eis licentiam indulsit, quàm Apostolus iisdem expressè denegans, dicens: *Docere mulieribus non permitto.* Respondeo igitur officium hoc mysterium prædicandi nemini aliorum præterquam mulieribus debitum fuisse, ut docent Sanctus Thomas, & S. Ambrosius, ut sicut mulier quædam nos destruxit & evertit per mortem, ita quoque mulieres nos lætificarent & consolarentur per gaudiosissima gloriosæ Resurrectionis Christi nutia: *Sicut mulier primo initium mortis ad hominem detulit, ita etiam decuit, quod primo vitam Christi resurgentis in gloria nuntiaret.* Et S. Ambrosius cum non minori vivacitate dicit: *Per os mulieris mors ante processerat, per os mulieris vita reparatur.*

Cyrillus Alexandr. cap. 3. fol. 62 col. 2. lit. D.

Iann. 19. Gen. 3.

Augustin. ibid. & in Cat. Div. Tho. ibid. Beda ibid.

19. O igitur fortunata Samaritana, quatopere chara patria tua tibi est obstricta & obligata, utpote cui omnia bona tua in accepti sis referre debet; per te namque civitatem tanquam Christo fidelissima in præclarissimo fidei curru ovans & festiva triumphat; ad vocis tuæ sonum pertertefacta errorum exercitum fugit, campum infidelitatis deseruit, & quam in civium cordibus Idololatria sibi nomen habebat evertit. Permitte igitur ut debitas referat Betulia gratias Judithæ eam a formidabilibus Holofernis manibus liberam arcus erigendo triumphales, tu enim invicti Christi bellatrix cives tuos à tyrannicis Sofernalis inimici manibus liberasti, eosdem à cæcitatis tenebris ad veram Catholicæ fidei lucem perducendo, dum hisce eam verbis ad Christum attraxisti: *Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæ feci*; dum tibi sufficere videbatur quod etiam honoris & existimationis tuæ impendio animas concivium tuorum lucraris, utpote thesaurum ipsamet vita corporali longè æstimabiliorem. Verùm enimverò quantum, O Auditores, veritati consonat id quod quondam eruditus ille scripsit, scilicet quod *Nocumenta fiant documenta.* Quot etenim mulier hæc Samaritana olim ad Deum offendendum pertraxit, & quot nunc eademmet ad veritatis notitiam & æternæ salutis semitas perducet

dicit? quot corda quondam ab ipsa per carnis ſpeciem prophanata fuere, & quot nunc in eadem transformantur ſacra Altaria in quibus omnes quaſi Samaritani voluntatis ſuæ victimam Salvatori noſtro devotiſſimè offerunt? Sermonem tibi ô Chriſtiane, mulier hæc Evangelica ad æternæ ſalutis tuæ documentum. Pondera tecum vitæ tuæ inordinatas diſſolutiones tuarumque culparum enormem gravitatem, & conſiderando, quam ſint iniquitates tuæ abominabiles Deo, tuæque animæ pernicioſæ, forma tibi exiſtem motivum virtutis, deteſtando eas in futurum & diſce venenum culparum tuarum transformare in theriacam pœnitentiæ humilitatis, aliarumque virtutum, & peccatorum commiſſorum viperas in antidotum quoddam præſervativum convertere, quo mediante animam tuam in gratia divina poſſis conſervare; ſi enim vere experieris quod vulnera animæ tuæ ſanctæ tibi non minus quam Jaſoni Theſſalo data ſint ſanitatem: *Vulnus opemque ferat*, poteriſque dicere cum illo quondam Philoſopho: *Periram niſi periiſſem*, ab eo, qui mortem tibi inferre machinabatur, recipiendo vitam.

PARS SECUNDA.

10. Hic autem cæleſti politicæ & doctrinæ Evangelicæ, peccatores è diametro oppoſuit, ſeque illius eſſe declarant inſenſibiles, dum velut araneatum imitatores, eam naturæ contrariantes loco mellis venena ſibi exſugunt, ſcilicet ex virtutum, malitiam ex bonitate ſibi comparantes adeò ut cum divina benignitas prodigam ſuæ manum ad eos extendit, ipſi qui ad in amorem & obſequium Dei trahi debebant, inde ſibi occaſionem capiant ſuam quotidie temeritatem magis magiſque adaugendi. Unde Tertullianus ait: *Redundantia clementiæ cæleſtis libidinem facit humanæ temeritatis*. Benefaciat illi Deus quantum vult & valet, ejus tamen beneficia convertentur in eſcam qua is malignitatis ſuæ flammas quotidie magis magiſque adaugeat: *Suſceptis beneficiis, quod extremum vitioſitatis eſt, ad malignitatem incitantur.* Enimverò Jeremias Propheta exaggerare volens, quouſque aſcendiſſet multitudo peccatorum Jeruſalem, hæc ſibi verba uſurpat: *Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam fecit malitiam ſuam.* Sicut enim æſtivo tempore aqua in ciſterna valde frigeſcit: ita tales populi in cordibus ſuis malitiam ſuam valde infrigidarunt. Veruntamen hunc Prophetæ loquendi modum, ut verum fatear, non ſatis intelligo, eſt etenim ſimilitudo nimis occulta, nimiumque difficilis metaphora, quæ proinde ponderationem à nobis non vulgatem requirit. Quidnam enim commune habet frigus aquæ in ciſterna, cum Jeroſolymitanorum malitia? Pater Ghisletius, inò omnes Philoſophi dicunt frigus illud oriri in ciſternis per quandam antiperiſtaſin, id eſt, à certo quodam conflictu, quem calor & frigus mediantibus qualitatum ſuarum armis inter ſe habent. Potrò habent & mali talem inter ſe antiperiſtaſin, ut nunquam alter alteri obviet, quin eundem quoque injuria afficiendo offendat, nec digladiantur inter ſe niſi cum pacto, quod dum manus inter ſe conſerunt, victus non ſe dedat, donec in eo manſerit vitalis ſpiritus, nec alter ſe victorem vocet, niſi prius ultimum videat perdentis exterminium. Calor à planetarum Rege diffuſus ad certandum cum frigore ſe præparat virium ſuarum copias coadunando, & audacter tertæ viſcera penetrat, & præſumptuoſus primos frigori facit inſultus, ut hoc in profundum ciſternæ ſe ſubducere cogatur ubi ſub murorum præſidio ſtationem ſuam vigilantiſſime cuſtodit atque tuetur in humida aquarum planitie; Non eſt adeò præſumptuoſus calor ut vires ſuas frigori imperii ſui nutribus ſubjiciendo impendat, ſiquidem frigus intrepide faciem ei obvertit, & in conſpectum adeò formidabilis inimici ſui exporrecta fronte procedit ſemper proficiendo, certiſſimeque augurando ei futurum ut vel turpem & verecundam mox inire fugam, vel debilitatis viribus victas dare manus debeat, unde gelidos humores ſuos in ſuperficie undæ recolligens ibidem velut in campo Martio ultima edit virium ſuarum ſpecimina. Quantumque calor cum fervore paulatim proficit, tantundem vigor quoque frigotis creſcit, videturque hoc ab illius incremento vires ſemper majores accipere. Unde tandem conflictum ſuum in admirabili quadam antiperiſtaſi terminat. Ecce tibi modo revelatum myſterium, & ſubminiſtratam metaphoræ Jeremiæ intelligentiam, quæ dicit: *Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam, &c.* Quaſi dicere vellet, ſicut frigus in medio ciſternæ alicujus clauſum, à calore occaſionem accipit ut intenſius & vehementius evadat, ita pariter peccatores adver-

Ghisletius.

adversus bonitatem & virtutes dimicantes efficiunt, ut ab hisce malignitas eorum vires quotidiè majores accipiat. Exhibeat Deus illis favores, hi eis servient velut incentivum quoddam per quod venenosiores evadant, sit Deus erga illos fervidus, amoris sui affectus eis demonstrando, ipsi per hoc non incalescent amore erga Deum, sed potius frigidiores semper in Dei amore fient; imò Dei erga nos amorem arripiunt veluti fomentum quoddam majoris in Deum odii atque avertionis: O quam malignans est hæc antiperistasis: *Quo nitidius & ardentius sol justitiæ circa nos splenderet, & beneficentiæ suæ radios opulentius emittit; quanto credi poterat, ipsos æstuare præ amore virtutis, tunc, tunc quidem corpore contrahuntur, & frigidius algent in pietatis studio: de benefaciendi fervore torporem haurimus, de calore algemus.*

Didac. de Celad. in Tob. c. 13. n. 7. §. 423. n. 3. fo. 678. co. 1.

21. Deus Opt. Max. mundi peccatis graviter offensus, tandem decreverat eundem per universale quoddam diluvium castigare; veruntamen ne pœnam hanc nimium acceleratæ videretur, centum viginti annorum spatium peccatoribus indulsit, ut resipiscere & emendare se possent: *Erunt dies illius centum viginti annorum.* Dicite sodes Auditores, quonam modo peccatores se eo tempore habuisse existimatis? Num forte sacco se induerunt? aut comam capitis fortasse asperserunt cinere? aut cœperunt mortificationibus operam dare? jejuniis se macerarunt? aut egerunt de malefactis suis pœnitentiam? vel postularunt à Divina majestate læsa veniam & remissionem? vel mitigare iram furoremque temperare studuerunt? Nequaquam; Imo prorsus fecere contrarium; nam à supplicii prorogatione, & a Dei clementia nefandum quendam majora indies scelera committendi ausum induerunt. Unde Basilius Seleucus ait: *Hi vero frustra fluentium annorum numerum despexerunt, ipsa opportunitate pœnitentiæ in impietatis patrocinium converja: maleficiorum accumulatio, supplicium erat amplificatio.* Faciant Moyses & Aaron per prodigiosam virgam suam, tot in mari, terra, Caloque miracula quot voluerint, ut Pharao tandem divinis obediat mandatis, atque ab ipsismet Creaturis insensibilibus observare discat divinæ nutus voluntatis; videbunt namque illum mirabili correptum antiperistasi, ex illis signis venena elicitum esse, adeo ut protervior futurus sit, fiatque cor ejus in obstinatione durius semper & durius: *Induratum est cor Pharaonis tot prodigiis factis* (inquit Euthymius) *Pharao cum suis ad extremum malitiæ percurrit.* Sic quoque Christus Zachæi domum ingrediturus, qui princeps & caput etat publicanorum; & ecce mox inter omnes id videntes de hoc facto ingens murmur subnascitur. Ille namque dicebat; si hic est sanctus, quomodo igitur se publicanis associat gentique eo perversæ & omnibus abominabili? Hic alii paupertatem commendat (subjungebat alter) interea vero ditiorum hominum domos ingrediens, eorum ambit familiaritatem. Prohibet negotiationes & commercia illicita, cum tamen usuratiis consentiat. *Et cum viderent omnes murmurabant, quod ad hominem peccatorem diverisset.* Quæro hic, num hoc, quod est Christum domum Zachæi intrare actio sit bona & laudabilis, an vero mala & reprehensibilis? Non potest dici mala, quia omnes ejus gressus mystici, irreprehensibiles & ad animarum salutem Deque gloriam directi erant: bonæ ergo erant, & laudabiles, ac sanctæ, quis dubitat? Videte igitur quonam usque peccatoris excrescat malitia, quæ ex bonitate filii Dei occasionem capiat murmurationis & vituperii: *Fuit eis murmurandi materia, quod erat occasio salutis,* inquit Chrysologus. Idemmet Dei filius paupertem hominem quendam paralysi oppressum, & miserabiliter in lecto jacentem immobilem conspiciens pietate motus, ad eum conversus dixit ei: *Confide fili remittuntur tibi peccata tua.* Ibi porrò nonnulli scribæ qui præsentes aderant sese mutuo aspicientes, convitiari cœperunt Dominum, eum tanquam blasphemum reprehendendo dicentes: *Hic blasphemat.* O perfidi scribæ, ex eo quod Dominus noster huic misero infirmo benefaciat, mundando eum à peccatis, vos consequentiam quandam adeò peregrinam, temerariam & falsam deducere non erubescitis! Ex adeo salubri antidoto, quale est *Remittuntur tibi peccata tua*, vos adeo perfidum exsugitis venenum, dicentes: *Hic blasphemat?* Sed quid mirum Auditores; Hæc est nominum sceleratorum solemnis consuetudo: *Iniquorum ingenium omne namque bonum in mortiferum venenum convertit, & salutiferum Domini verbum, Remittuntur tibi peccata tua, in contumeliam & blasphemias retorquet.*

D. Basilius Seleucus orat. 5.

Oecumenius.

22. Verum enim vero cur impium & venenosum Cerasten, Judam dico, ingens illud iniquitatis monstrum pertranseo? Hic namque ut Magistrum suum in manus traderet inimicorum suorum, militibus qui eum comitabantur insinuavit, ut eum firmiter & caute tenerent,

& ne

& aggredetentur, quem ipse pacis osculo honorantes esset : *Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum* : Itane? illum quem tu osculaberis constringent? Eigone efficere audes, ut ex osculo quod amoris & benevolentiæ signum est, nasceretur adeo execrabilis Domini & Dei tui proditio? ex osculo pacis ministro, & concordiæ mediatore tu traditiones & militiæ stratagemata eli

Luc. 22. cis? *Osculo tradis?* (interrogat Ambrosius) *hoc est, amoris pignore vulnus infligis? & pacis instrumento mortem irrogas?* Ego autem hoc loco obstupesco verba, quæ Salvator noster Judæ dixit: *Iuda, osculo Filium hominis tradis?* quasi insinuare voluisset traditionem suam adeo turbulentam futuram non fuisse, si ipsum absque sui osculo tradidisset: at vero quod ad bellum movendum, & insidias struendas osculum adhibeat Christus, quantumvis ad tormenta flagellorum, spinarum, ipsaque crucis promptissimus esset, sustinere non potuit : *Ac si non tam ægrè ferat Christus sæ-*

Dionys. Carthus. in Matth. 26. Art. 15. *vissima passionis cruciamenta, quam amoris pignoris, benevolentiæ specie, & virtutis prætextu illum traditor, & in illum sævire,* inquit gravis quidam Scriptor. Et quam esse causam existimatis quod nimirum in Sabbato sancto Missa solemniter cantata, in qua omnia ad Passionem Christi spectantia tanquam repræsentantur, cur inquam in illa Missa non detur? Causa hujus illa fuit, quia quod satis pacem adhibuerit ad machinandam Magistri sui traditionem, adeo vehementer Dei filio displicuit, ut non voluerit de hoc literaliter, nedum figurate ullam loquendo mentionem fieri. *Non datur Pax in detestationem osculi proditoris,* inquit Durandus. *Durand. lib. 6. Dom. 5. Pasch fo. 243. n. 7.*

23. O quot inveniuntur, qui bono utuntur tanquam medio ad committendum malum! quot, quot, inquam, sunt, qui ex virtute vitia, ex sanctitate peccata eliciunt. Enimvero hic intei nos confidenter loquamur: Die sodes sanitas & divitiæ quas Deus adeo liberaliter tibi donavit, quo fine tibi inservinnt? Num forte illa uteris ut tanto majori cum fervore Divinæ Majestati inservias? Hasce vero in pauperum administriculare subsidium impendis? Utinam ego mentiter, ambobus Dei donis uteris tanquam medio quodam ad satiandam effrænem carnis tuæ lasciviam & libidinem. Hoc, quo tanquam ministeo Justitiæ fungeris, officium, nunquid à te adhibetur tanquam medium ad deprimendum pauperes, conculcandas viduas, & dejiciendos pupillos? Quonam fine ad hanc vel illam te recipis Ecclesiam? forte ex fine vel motivo religionis, vel devotionis, ut scilicet lucreris indulgentiam? Minimè gentium. Sed potius quia in illam concursus instituitur domicellarum, ut illarum aspectu oculos tuos pascere possis: vel ut negotium aliquod concludas, quod ne in plateis quidem tractare liceret; adeoque ex devotionibus & indulgentiis, quæ sunt spiritualia animæ tuæ remedia, tu peccati venenum elicis, ut tibi mortem adscisas: absit, absit à vobis hæc politia Diabolica, & *Æmulamini Charismata meliora,* eruite ex terra aurum, non vero ex auro terram excerpite.

SERMO XXII.

IN DOMINICAM IV. QUADRAGESIMÆ.

IESVS ergo cùm cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus. Joan. cap. 6.

1. DUm homo ex utero materno in hunc mundum nascitur, tria potissimum in corde suo desidetia secum adfert. Per primum ambit in angustia intellectus sui omne objectum intelligibile comprehendere, & ad ultimas sive atomas usque rerum differentias omnium intelligibilium notitiam habere : *Omnia scire cupit*; unde forte Aristoteles occasionem sumpsit asserendi, quod *omnis homo natura scire desiderat.* Per secundum se infestissimum non esse inimicum declarans, semetipsum in hoc mundo æternare, & omnium futurorum sæculorum esse hæreditare, licet frustra & in vanum desideret, *Arist.*

neque cum esse ipsiusmet hæreditatis concertare erubesceret, si natura ei ad hoc vires subministrasset correspondentes: *Semper vivere.* Denique per tertium desiderium ad dominium quoddam aspirat, quod velut Gigas inter omnia reliqua emineat; & ad authoritatem, cui se reverenter inclinent & subdant omnium voluntates hominum, nec sit qui ad nutus sui fulmen promptissimè obediens cum ipsamet non contendat velocitate; unde alis desiderii sui ad fortunæ apicem evolare anhelat, & in supremæ dignitatis vertice considere, & superbos oculos suos demittendo videre pedibus suis advoluta sceptra ad jurandum fidelitatis Sacramentum, coronâsque potentum ad pendendum tributum: *Aliis præesse.* Unde Plutarchus scribit, quod Julius Cæsar alpes pertranseundo Castello cuidam appropinquans dixerit: *Mallem hic esse primus, quam Romæ secundus.* Verùm enimverò, ô Auditores, ut veritatem libere & ingenue fatear, nullum horum desideriorum est homini adeò connaturale, sicut tertium. Quæ non committuntur enormitates ab eo qui ad eum gradum ascendere præsumit, in quo aliis omnibus Prælatus & superior esse videatur? *Ubi de ratione status agitur, nulla habita ratione rationis, violantur jura, dilaniantur sanctiones, confringuntur fœdera, negligitur fides, & ut breviter singula omnia perstringam, nulla legum, nulla divini nominis & numinis reverentia;* Scriptor quidam Moderatus, sed eruditus post se scriptum reliquit. Antonius filius Severi Imperatoris, paterni nominis affectus in corde suo ferens ut securum se redderet, ne frater ejus de imperii prætensione secum concertaturus esset, eo tempore quo mater fratri infanti adhuc dulcia lactis alimenta subministrabat, atrociter eum occidit, ut sicut ab uberibus maternis lac vitæ sugebat, ita quoque mortis sanguinem pariter biberet. Agrippina Imperium filio suo proprii sui sanguinis pretio, & vitæ moneta comparare non abhorrescebat: *Occidat, modo imperet.* Astyages Rex Medorum præcepit genero suo, ut qui ei ex filia nasciturus erat nepotulus suus, mox ut natus esset feris protinus devorandus traderetur, eo quodab Ariolis sive Magis somnium aliquod quod habuerat, ita expositum fuerit, futurum nimirum ut hic ejus nepos regno eum exueret: & tamen è contra idemmet Nepos qui postea Cyrus fuit, bellum ei movit, in quo Medis in fugam actis Astyagem captivum accipit, seque Regni Medorum Imperatorem constituit. Audite insuper quonam rerum crudelitatis Lotharii ascenderit. Hic enim absque ullo innocentiæ vel sanguinis respectu filios suos ad parietes palatii sui affixit, ac eadem nimia impietate superatus ferro eos transfixit, ad mortis umbram eos condemnando, ne inter magnificentiæ suæ splendores deinceps comparerent. Nunquid Antipater etiam ad hoc ut Alexandri in Macedonia successor fieret, usus est veneno & toxico? Imo idemmet magnanimus Heros Alexander, nunquid mediante Pausania Philippum genitorem suum è medio tollere tentavit? Semiramis à Rege Nino marito suo unico tantum die Regni habenas moderari ut posset, impetravit, & mox velut per jocum Regem in carcerem conjici mandavit, atque ante diem illum expletum, eundem in carcere trucidari præcepit, ut hac ratione marito suo mortuo, ipsa absoluta maneret totius Regni Regina & Domina. Fredegundis Regina *quot innoxios truncavit regio sanguine natos?* Nunquid etiam Ptolomæus in convivio quodam Simonem Judæorum principem, una cum duobus filiis suis trucidari curavit *regendæ cupiditate*, Athalia quoque in extincto filio suo Ochozia omnem spem suam Coronam & sceptrum hæreditandi mortuam esse videns, adhoc ut nullus alius præter ipsam succederet: *Nempe interfecit omne semen regium?* Quid de feminam Thracum cupiditate dicemus? *Quorum Imperator ut primum suscepit regni gubernacula, confestim omnes fratres quamvis adhuc imbelles, & in cunis vagientes trucidari jubet.* Cum Alexander filius Herodis Regis Judææ occisus esset, juvenis quidam Hebræus defuncto simillimus, *dicebat se Alexandrum Herodis filium, non alio fine, nisi quod posset paterni Regni jura suscipere.* Sic quoque Rex Saul quendam Cantaticum chorũ victorum Davidis celebrantem audiens. *Saul percussit mille & David decem millia* furoris sui aciem in hujus invidiæ exacuens deficiebat præ timore, quo rebatur ne ejus conatus & facta heroica ad Judææ regnum ipsum everterent: *Quid ei superest* (dicebat) *nisi solum regnum?* Absolon quoque quot non fabricabat chymæras, quot male digesta phantasmata ferebat in mente, ratione coronæ accipiendæ, quam è vertice Capitis deturbare procurabat? Lucifer *ex nimia dominandi libidine*, & nullo alio fine temere sublimari prætendebat, quam *ut cæteris præesset, & nulli sub esset*, ut scribit Sanctus Bonaventura, Sanctus Augustinus & Divus Gregorius Papa Portio Salvator

Plutarch.

Ambros. Marlian. in Theatro polit. cap. 3. fol. 150.

Alexand. ab Alex. lib. 4. dieb. genial. c. 26. f. 164.

Quin. Curt. l. 4.

Salvator noller non ſolum ſimiles prætenſiones vel judicia non habuit, ſed potius quando turbæ Evangelicæ unanimi conſenſu ad eum in Regem eligendum concurrebant (*repugnantem et-iam Regem facere aggreſſi ſunt,*) inquit Toletus, ipſe regiæ dignitatis purpuras & ſceptra mediantia fuga eniré recuſabat: *Fugit in montem ne fiat Rex à turbis*, non quaſi illam dignitatem minime mereretur ſed *ut doceat nos honores humanos fugere, & ut omnem prorſus à ſe regni ſpem abſtinuſque removeret*, inquit Maldonatus, quia ut videbimus, regnare non eſt aliud quam ſervire: & in dignitatibus nil reperitur aliud quam mera angustiæ. Verum quidem eſt quod quiſquis illis deſiderat, illud credere nequeat, exiſtimatem tamen quod ad idipſum credendum vos omnes capaces reddere poſſim, dummodo cum ſilentio & attentione me dignati fueritis auſcultare.

1. *Fugit iterum in montem ipſe ſolus*; Et hæc quidem fuga cauſata eſt, quia prævidit quod turbæ illum in Regem eligere & proclamare vellent: *Cum cognovisset, quia venturi eſſent, ut raperent eum, & facerent eum Regem.* Enimvero Genitio Cippo ſi quis alius optimè cognovit quam grave pondus & onus ſit regnare, nam dum è Civitate egredienti prodigium aliquod accidit, prognoſticatum ei fuit, quod ſi revocatus in civitatem denuo rediret, in Republicâ liberè evehendus eſſet: *Genitio Cippo cum paludato portam egredienti, novi & inauditum prodigium incidit: namque in capite ejus ſubitò cornua emerſerunt, reſponſumque eſt eum hinc fore ſi in urbem revertiſſet.* Quid portentum eſſe exiſtimatis? Haud dubiè credendum quæ vis hora viſa fuerit in mille annos extendere, donec Civitatis portam denuo reintraret: at verò valde fallimini, ipſe etenim contrarium facit, nam potius perpetuum à patria exilium prælegit, ne eventus ei de regno adipiſcendo prædictus veritatem ſuam aſſequeretur: *Quod ne accideret, voluntarium ac perpetuum ſibi mortis indixit exilium.* Diocletianus poſtquam Imperium Romanum viginti annis gubernaſſet, tandem ſe à principatus moleſtiis quibus opprimebatur liberare decrevit; eumque jam ad depoſitionem ſceptri moderationem denuò deſcenderet, reſponditi malle ſe *terram colere quàm imperare*. Sit ſortè hi conſcii erant monitis illius quod Pythagoras in ſymbolis ſuis ſcriptum reliquit, dicens: *A fabis abſtinero*, quod licet à variis variè exponeretur, Plutarchus tamen exiſtimat ſapientiſſimum hunc Philoſophum indicare voluiſſe, cavendum eſſe cuivis felicitet vivere deſideranti ne ſe Magiſtratus aliarumque dignitatum muneribus oboneret: *Abſtinendum à tractandis Reipublicæ muneribus, propterea quod antiquitus in creandis magiſtratibus ſuffragia per fabas vice calculorum ferebantur.* Plato difficultet credere aut ſibi perſuadere poterat eum qui regimen ambit aliorum non aliqua maniæ vel inſaniæ ſpecie laborare: *Vnuſquiſque qui non amens ſit, potius eligit alium ſibi præeſſe, quàm dum alius ipſe conſulit, multis ſe negotiis implicare.* De Imperatore quodam ſcribitur, quod dum ſe à muliere quadam beatum proclamari auditet, is rumorem hunc tolerare non valens, turbato vultu ad eam converſus, dixerit: *O mulier ſi ſcires quanta mala ſub hoc diademate latent, non profectò beatum, ſed me infelicem appellares.* Rex quoque Syracuſanus ſuper caput cujuſdam aulicorum ſuorum, qui felicitatis florem in eo conſiſtere exiſtimabat, quod in qualitate regnantis Principis publicè conſpicuus eſſet, ſuſpendi fecit enſem quendam è tenui filo pendulum hæc ei inſuper verba ſubnectens: *Exiſtima ergo quando felix eſſe poterit, qui timere non deſinit.* Quænam enim inveniri poterit majoris ſervitutis ſubjectio, quam ſubditorum regimini deſtinatum eſſe. Valde etenim multi ſunt ſubditi, qui omnes à ſuo Principe vel Rectore audiri volunt, omnes autem attenta aure auſcultare, eſt iiſdem plus nimium ſubjici, unde niſi omnibus & ſingulis jam auditis deinceps pro voto ſuo ſatisfeceris, lamenta plurium audire cogeris. Quando Pharao Joſephum totius Ægypti viceRegem declarare voluit, catenam auream collo ejus circumvolvit: *Collo torquem auream circumpoſuit.* Ubi obſervandum, quod licet catena hæc aurea fuerit in ſignum ſublimis magnificentiæ & dignitatis, vera tamen catena extiterit qua velut mancipium vinctus & obſtrictus tenebatur: *In ſignum ſervitutis.* Unde & Antigonus Rex filio ſuo dixiſſe fertur: *An ignoras, ô fili, regnum noſtrum non fere aliud eſſe quàm ſervitutem gloriosam.* Alexandro Magno DEUM ſe eſſe præſumptuosè nimis jactanti Diogenes Philoſophus dicere non dubitavit: adeò à veritate alienum eſt DEUM te eſſe, ut te potius ſervum ſervorum meorum dicendum eſſe exiſtimem, verè enim illorum es ſervus & mancipium, quibus ego gloriosè impero: *Nequaquam, ô Alexander es Dominus, ſed ſervorum meorum es ſervus, illis enim cupiditatibus quibus ego impero, tu mancipium es.* Unde mirum non eſt olim in more poſi-

Man. fol. 27. col. 1.

Plutarch: apud eundem.

Plato lib. 1. de Republ.

Didac. Vega ſerm. 4. Domin. 2. fol. 171.

Macrob in ſomnio Scipio lib. 1. c. 10. fol. 37.

Gen. 41. Philo. lib. de Ioſeph. Cal. Ro. li. 21. cap. 35. fol. 837. Ælian. lib. 2. var. hiſtor. c. 20.

Laertius lib. 6.

positum fuisse frontem Regis non aureo diademate cingere, sed fascia quadam circumvolvere, fortè per hoc Regi insinuando se ligatum, non verò coronatum Regem esse.

3. Pœta quidam moralis Phataonem de magnificentiis regiis hunc in modum loquentem introducit:

Ludovic. Crucius in comm. Ioseph. act. 3. fol. 945.

Quicunque magni cupidus imperii invidet
Sceptro & Corona, & credit magnum bonum
Regnare populis regnet —— expertus malæ
Curæ que regni, discat in regno boni
Quid sit regendum.

Petrarcha. Unde Adrianus II. Si Petrachæ credimus, nihil deterius alicui inimico desiderare noverat, quàm superioritatem, excellentiam & imperium: *Nullum supplicium majus de hoste poscebat, quàm ut Papa fieret*; Enimverò haud scio an aliquando observaveritis, quod in cunctis vestimentis Pontificalibus manipulo, stola, planeta, &c. Crucis signum impressum cernatur, portò Paret Jacobus Pintus hanc reddit rationem: *Summi honoris & suprema potestatis Romani Pontificis insigne est*; *Iacob. Pin. de Christo crucifixo tom. 2. lib. 5. lib. 7. num. 5.* quasi per hoc demonstraretur, quod esse in dignitate positum nihil sit aliud, quam cruce portanda esse onustum. Multoties intra memetipsum causam investigavi, cur S. Petrus Apostolus, qui primus fuit Sanctæ Ecclesiæ Pontifex Maximus, non depingatur cum cruce, in qua crucifixus fuit, quæque martyrii sui instrumentum extitit, sed loco crucis in manibus ejus claves depingantur, signa authoritatis pontificiæ; cùm tamen S. Andreas exhibeat crucem, S. Bartholomæus cultrum, S. Paulus ensem, S. Thomas lanceam, S. Stephanus lapides, S. Laurentius craticulam: num fortè id factum est quod dignitas pontificia à S. Petro majoris æstimata fuerit, quam quod pro amore Magistri sui, pro defensione fidei, pro Ecclesiæ incremento sustinuit martyrium? Aut fortè timuit, ne crux ignominiæ patibulum aliquod majestati suæ inferret præjudicium, suamque gloriam obscuraret? Nequaquam: nam Salvator noster crucis ignominiam in summum transmutavit honorem: *Inter cuncta sanè martyrii genera* (ita loquitur Cardinalis Damianus) *Pet. Dam. serm. 57.* *illud nobilius, illud non immeritò judicatur esse præcipuum, quod in ipso Redemptore nostro, capite videlicet martyrum, cognoscitur dedicatum.* Aut ideo sit, quia secundum leges cum crux cælestis Regis speciale insigne sit, inconveniens esse videbatur, ut subditus eo uteretur? *Non licet privato apponere arma regis in sua domo.* Bartholus autem dicit: *quod hoc intelligendum sit principaliter, non accessoriè potest.* Ita enim S. Andreas crucem defert; sic quoque crux coloris albi portari solebat in præliis in pectore ab iis, qui liberè profitebantur, ut dignoscerentur & distinguerentur ab Adversariis; Angli quoque illam sculpere vel depingere in scutis suis solebant colore rubeo. Reges quoque Indiarum, Siciliæ & Cypri singulari sibi gloriæ ducunt, quod habeant crucem auream in campo argenteo armorum suorum. Cur igitur S. Petrus loco crucis claves in manu sua defert? Meritò id facit: dicite enim, obsecro, an non S. Paulus etiam cæsus & lapidatus fuit? *Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum*, portas igitur virgas & lapides, non verò ensem in manu tenere deberet, quod tamen non fit, eo quod ensis majus ei tormentum intulerit, ac tandem mortem accerserit. Videtur igitur S. Petrus claves manu sua exhibens dicere velle, martyrium quod claves dignitatis pontificiæ administrando sustinui, nec non & superioritas spiritualis, cui earum causâ superintendi, majus & atrocius fuit martyrio, quod passus sum in cruce: hoc enim leve, illud verò grave semper expertus sum. O quot & quanta occasione harum clavium videre debui, quantum peregrinatus sum? quot horrida loca adii? quot labores & fatigationes sustinui? quot persecutionibus subjectus fui? Si in verbis calumnias, in factis verò clavium causâ patiebar injurias, contractis humeris patientiâ me obumbrabam, adeò ut harum clavium causâ vita mea continuum meritò dici debeat martyrium. Unde S. Gregorius ait: *Mori à persequente martyrium in aperto opere est, ferre verò contumelias, & odientem diligere, martyrium est in occulta cogitatione.*

4. Portò nil verius, quàm quod regnare nihil sit aliud quàm vitam continuò inter fastidia transigere, unde qui fastidia non vult subire, sed vitam ducere fœlicem & tranquillam, non ambiat superioritatem nec imperium; Enimverò alius quidam dixit: Curas id sibi proprium habere, quod Superiores, qui regunt, & officia sua administrant gubernando subditos, ante tempus consenescere faciant; Mihi verò eum Superiorum conditionem miseriam non sufficienter expressisse videtur, siquidem ulterius addere debebat, quod curæ eis eripiant vitam, faciendo eos mori ante tempus accelerando mortem. In memoriam enim vobis; si placet, revocate primorum & præcipuorum Patriarcharum veteris

Testa-

Testamenti vitam, annorumque quibus in hoc mundo vixerunt numerum diligenter investigante, sic enim calculum ducendo inventetis Abrahamum vixisse 175. annis, Isaac 180. Joseph verò, qui ex eadem linea oriundus erat, tantum vixisse 110. annis, cum tamen utpotè inter omnes fratres suos junior, quantum est ex parte ætatis, præ omnibus aliis diutius vivere debuisset, qui ante omnes fratres suos mortuus est. Scio equidem, quod mors nullum habeat inter juventutem & senectatem discrimen, sive respectum, nihilominus cum Joseph adeò fuerit continens & castus, quod ad vitæ conservationem plurimum confert, imaginatus mihi fuissem, cursum vitæ suæ diuturniorem & prolixiorem futurum fuisse: undenam igitur sit, quod omninò acciderit contrarium? Abolensis hujus rei causam muneri attribuit, quod tanquam viceRex Ægypti summa cum laude administravit, conformando se illi sententiæ Ecclesiastici dicentis: *Omnis potentatus à Deo est.* Verùm enimverò dicat fortè aliquis, quod regnare sit fœliciter & prosperè vivere: qui enim gubernat, alienus est à disturbiis, & à omnibus sinistris eventibus securus, utpotè quæ accidere possunt obedientiæ subjectis, imò his qui ad imperandum destinati & electi sunt. O quam pulchra res est (dicet fortè aliquis) non tantum verba, sed & nutus alicujus observari, atque alios ad ejus pedes reverenter ponere. At verò ô Auditores valde fallimini, si eum habere existimatis, absit ut plumbum aurum, lapides gemmas esse putetis, tametsi exteriùs utrumque speciem nonnunquâ referant. Fieri possibile est, quod nondum didicistis, ut ex spinis à floribus, aut ab aliis herbis ut ortus? Certus etenim sum, vos nunquam regnandi cupidos futuros, si quid regnare sit perspicuè cognovistis: porrò David post illatam exercitui Amalechitarum crudelissimam stragem è campestribus in Siceleg integro biduo substitit, ubi coram ipso juvenis quidam Amalechita comparuit, qui genu flexus diadema regium, quod se in montibus Gelboe è regio Saulis vertice sustulisse dicebat, præsentavit, inquiens: *Tuli diadema quod erat in capite ejus, & attuli ad te Domine mum hoc.* In Scriptura Sacra non legitur Davidem acceptasse, vel gratum habuisse hoc diadematis oblatum munus, benè tamen exprimitur, quod unum è servis suis ad se accersiri in eum misserit, ut eum trucidaret: *Vocans quendam de pueris suis ait, accedens irrue in eum, qui percussit illum, & mortuus est.* Enimverò quis audito hoc facto attonitus non obstupescat? Quodnam est hoc præmium, quo mors irrogatur ei qui diadema & regnum præsentat? Hæne sunt gratiæ, quas reges retribuunt? Hæccine sunt stipendia, quæ iis dantur, qui reverentiam & honorem illis exhibent? Optimè hunc remunerandi modum prævidit Ecclesiasticus, quando dixit: *Pro honore & beneficio reddet illi contumeliam.* Et Tacitus idipsum confirmat dicens: quod sæpè numero pro gratia odium redditur. Verùntamen ô Auditores, si stylum & consuetudinem mundi hujus, & quæ in eo geruntur, attendamus, dicendum est, nec Davidem se melius habere potuisse, nec aliud Amalechitam hunc promeruisse præmium, propter verba, quæ ei cotonam illi præsentans dixit: *Et locutus est mihi, sta super me, & interfice me, quoniam tenent me angustiæ:* Tigurina legit: *Apprehendit me corona.* Verum quidnam coronæ cum angustiis commune habent? Si opprimebatur ab angustiis, cur se à corona juvasum esse dicit? Num fortè ideo coronam cum angustiis confundit, quia idem sit corona quod angustiæ? Imo verò ô Auditores; dicere etenim Saul volebat: omnes meæ ærumnæ & adversitates, quas hactenus perpessus sum, & etiamnum patior, ab hac corona suam trahunt originem: nihil itaque mirum est, si David juvenem Amalechitam morte punierit, si quidem eo ipso quo coronam ei deferebat, integrum quendam ei augurabatur angustiarum miseriarumque catalogum: ac proinde Demetrius imperium sibi offerenti hunc in modum respondisse scribitur: *Ego vero me adistud inextricabile pondus non alligo, nec in altam facem rerum hunc expeditum hominem dimitto: quid ad me defers populorum omnium mala*

5. Porrò diademata & imperia picturis illis simillima sunt, quæ nil boni in se continent præterquam exterioris appatentiæ vernicem; vel etiam pomis illis, quæ ab iis arboribus producuntur, quæ intet cineres & rudera flammis exustæ Pentapoleos enatæ videntur, de quibus refertur, quod intus plena sint cinere, in superficie autem nescio quid miræ pulchritudinis ostentent ob colorem ex auro & purpura mixtum. Lucianus autem diademata & imperia statuis comparat, quæ ingeniosus Praxiteles artificioso magisterio è matmore formabat: vidisses enim Jovem quendã formatũ à naturali effigie nequicquam differentem, qui cum gravi majestate in throno confidens, & dextra fulmina impugnan-

Eccl. 29.
Tacit. lib. 4. Annal.
Lectio Tigur.
Seneca lib. 7. de benef. cap. 9.
Paul. Oros. lib. 1. cap. 3.
Lucianus.

pugnando cælo, terræque iratus comminari videbatur: deprehendisse super Oceano repræsentatum Neptunum quendam barba humida & salsos humores stillante coma ex spumis insurgentem, dextram tribus fulminibus loco sceptri armatam sustinentem; dixisseque eum actualiter tempestates profligantem, marisque malaciam ad patrium littus revocantem ad tranquillandas undas, quæ ex ventorum furibundo impetu intumuerunt. Ab eo elaborati Mercurii adeò proxime ad naturæ lineamenta accedebant, ut eos volasse crediderim, siquidem in aëra elevati per solam unius digiti extremitatem terræ innitebantur, adeò ut jamjam in cælum remigraturi viderentur ad referenda Jovi terræ nuntia: hæ autem statuæ exterius quidem Deitatem exprimebant, per quam spectantium attrahebant & alliciebant oculos; at verò si quis oculis præditus fuisset lynceis in statuarum harum visceribus invenisset ingentem ferri, plumbi & clavorum copiam. Tales sunt Principes & Superiores, qui regunt & gubernant, si Cornelio à Lapide credimus: *Quorum si apparentiam & apparatum inspicias, nihil fœlicius, nihil Deorum vitæ similius: sin verò curas, quibus intus discruciantur, nihil calamitosius.* Porrò si Principes & Superiores seneſtram quandam in pectore collocatam haberent, prout omnibus hominibus Philosophus ille desiderabat, ehem quot clavi, quot cuspides, quot ferri & plumbi pondera eos opprimentia & transfigentia inveniremus. Unde Seneca.

Cornel. à Lapide in Num. c. 11. v. 11.

Seneca in Oedipo.

Quisquamne regno gaudet? O fallax bonum!
Quantum malorum fronte quam blanda regis!

6. Etenim ne forte vobis persuadeatis hanc esse particularem hujus duntaxat Philosophi opinionem, eidem Euripidem insuper adjungo, quocum alios facile adducere possem, sed hos brevitatis causa prætereo. Dicit igitur Euripides. *Regnum specie quidem externa latum ac jucundum, intus vero triste ac molestum.* Et meritò, quia regnare nihil est aliud quam servire; unde quisquis regit, servus potius subditorum & servorum suorum vocari, quam Dominus meretur: siquidem nihil Principis vel Domini in se præter extrinsecum habet, ac proinde ei adaptari potest, quod Poëta ille, qui Princeps principum mundi hujus cecinit, dicens.

Euriped. ap. Ni. Reusn. Symb. 12. fol. 43.

Vrbanus 8. in Ode Adulatio pernicioſa.

Non semper extra quod radiat jubar
Splendescit intra.

7. Samuel Propheta populum Israëliticum divinæ majestatis jussu in Maspha congregatum, cui postquam tot exprobrasset beneficia à liberali Dei manu recepta, nec non detestabilem ejus Deum exhibitam ingratitudinem dum sibi Regem constitui postularunt, tandem eis declarat complacuisse Deo desideratum illis Regem concedere, qui per sortem eligatur. Fecitque congregari omnes tribus & familias, easque ordine disponi, scribensque singulatum nomina uni ea imposuit, dumque inde sortes extraherentur, egressa est tribus Benjamin: *Et cecidit sors tribus Benjamin*, è qua Saul in regem electus fuit. Priusquam vero ad principale propositi mei punctum descendam prius obiter vobis referre statui verba quædam quæ S. Gregorius circa hanc electionem scripsit dicens: *Sed qui digni sunt, onus tanti ordinis suscipere vehementer expavescunt.* Nec immeritò regimina onera appellat, quia eorum qui regiminis naturam cognoscunt, mentem pariter & conscientiam aggravant, atque iidem non tantum illa nulla cum diligentia procurant, quin potius veluti mortem abhorreut & detestantur atque ad illa acceptanda constricti expavescunt: *Onus tanti ordinis suscipere vehementer expavescunt.* Unde si qui illa procurant, eadem quoque pro me. ità considerarent, utique dotsum in obverterent, & veluti insani ab iis fugerent; quoti ad exemplum omnium Salvator noster in hodierno Evangelio fecit. Veruntamen hæc per *modum transeuntis* dicta sunto, & revertamur ad sortem, quæ in electione Regis Israel cecidit super tribum Benjamin: *Et cecidit sors tribus Benjamin.* Tribus itaque Benjamin ad regimen tutius regni Palestinæ electa fuit. Enim verò originale Hebræum legit: *Capta fuit tribus Benjamin.* Sed quid significat: *Capta fuit?* Credo sectionem Hebræam inferre velle, quod Saul à tribu Benjamin in regem electus factus fuerit omnium servus, & velut subditorum suorum mancipium declaratus. *Captivi dicuntur* (scribit quidam Grammaticus) *quod non sui juris sint, sed in potestatem alterum redacti: quoniam autem qui ita capti sunt, non sunt amplius sui juris, sed liberate privati,* meritò dicere possumus, quod quotquot cum aviditate præeminentias & dignitates sibi procurant, aliud non sectentur quam libertatis suæ jacturam; & cum liberi existant, velut mancipia in servitutem se redigere: quod cum ita sit, aliud huic verbo *capto* significatum assignari posse videtur, dicendo quod tales *sint vere mente capti.*

8. Nec-

8. Nescio profecto, an fortitudo vel quantitas vini quod Noë biberat, fumo caput ejus repleverit, tantamque in oculis somnolentiam, & in visceribus calorem causaverit, ut vestes suas ferre, nec pedibus insistere valens, omnibus pannis denudatus eo modo supra nudam humum jacuerit, quo fuerat ab utero materno natus, siquidem, ut scriptura Sacra insinuat, vinum potatum adeo mentem ejus alteraverat, ut ne quidem tantum e lucidis intervalla indulserit, ut nuditatem suam advertere posset: *Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.* Verum quid tandem accidit? Cum hoc modo denudatum patrem Cham filius ejus deprehendisset, posthabita omni reverentia paterna, spretaque boni senis existimatione, qui illum, ne ab aliis videretur regere abhorruisset, fratres suos, Sem & Japhet advocatos ad locum perduxit, ubi pater somno, vinoque sepultus jacebat, erroris paterni eos conscios reddens, suamque illis nuditatem indicans. *Quod non vidisset Cham pater Chanaan verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiavit duobus fratribus foris.* Cum vero bonus hic senicidus expergefactus ea, quæ facta fuerant intellexisset, ob tantam à Cham filio suo injuriam graviter indignans per fulminatam in illum maledictionem se vindicavit, dicens: *Maledictus Chanaan, puer servorum erit fratribus suis.* At verò aliqui cum certum sit errorem à Cham commissum fuisse: cur igitur maledixit Chanaan? Idem Franciscus Georgius Venetus, dicens: *Filium maledixit Chanaan, cujus gratia Cham peccavit, & constituit ipsum servum fratrum suorum, quem ipse Cham illis indebitè præferre voluerat.* Alii subjungunt, quod Noë maledicendo Cham, eique perpetuam servitutem imprecando, non solum maledixerit ejus personæ, verùm etiam omnem ab eo descendentem progeniem. Verumtamen imaginari mihi nequeo, quomodo hæc servitutis maledictio in posteris Cham & Chanaan verificari potuerit, cum immediatè post hoc eventus Nemrod ex eadem progenie ortus fuerit, & factus sit Rex Babyloniæ: ergo maledictio servitutis, quam ad se trahere debebant posteri, adimpleta in illis minimè videtur; siquidem de Nemrod dicitur: *Cæpit esse potens in terra; fuit principium regni ejus Babylon,* regnare autem, & corona ac sceptro insignitum esse procul dubio a jugo servitutis. Verum enimvero maledictio illa etiam in Nemrod suum est assecuta effectum: siquidem regnare nil aliud est quam servire, unde mirum non est, quod Antigonus Rex, qui idipsum per experientiam comprobaverat, filio suo expresse declaraverit dicens: *An ignoras regnum splendidam esse servitutem* *Antigonus.*

9. Moyses in Genesi de sole & luna loquens, utrumque sidus luminare magnum appellavit: *Fecit* DEUS *duo luminaria magna,* è quibus ille *Genes. 1.* Rex est planetarum, hæc verò stellatum regina: Sol diem gubernat, Luna verò noctis pro dominium habet: *Luminare majus, ut præesset diei. Luminare minus, ut præesset nocti.* Hæc sunt duo illa luminaria cœlestia, quæ inter omnia principatum obtinent, suntque sphærarum cœlestium principes luce coronati: ac proinde David glorificaturus DEUM, atque inimitabilem operum suorum excellentiam magnificaturus, de sole & luna admirabundus dicit, *solem in potestatem diei, & lunam in potestatem noctis,* quasi diceret: Sol diei, Luna verò noctis dominium habet: Deaique hæc duo luminaria magna inter alia coronam in capite deferunt, & diei noctisque potestatem habentia totum mundum gubernant: verùm advertendum hic est, quod ly *potestatem* ab aliquibus expositoribus *passivè* *Felix Pratenſ. Franciſ. Titel. ibi.* intelligatur, *& non activè,* vel *per ministerium, & non per imperium,* quasi Propheta regius inferre vellet: creavit Deus Solem & Lunam, voluitque ut inter omnia cœlestium sphærarum lumina principatum obtineant cum hoc tamen pacto, ut Sol *serviat diei,* & Luna *serviat nocti*; unde S. Athanasius ait: *Solem in potestatem diei, ut esset lux illuminans diem, lunam & stellas in potestatem noctis, ut possint illuminare noctem.* Adeoque eorum excellentia & principatus, quem in terra obtinent, in nulla alia re quam in servitute consistit. Et quidem si adhuc servitus illa servitus quædam esset levis, & facilè tolerabilis, sustineri posset: at verò est pondus aliquod insupportabiliter molestum & onerosum, ac proinde Pater Barradas dicebat: *Ad honorem te vocatum existimas, ad onus potius adductum te puta: O onus giganteis humeris formidabile!* cujus rei fidem amplissimam Carolus V. Imperator faciet, qui cum esset confectæ ætatis, regimen Flandriæ & totius imperii Hispaniarum nauseans, illud Philippo II. Filio suo renuntiavit, lachrymasque doloris ab oculis fundens, suoque filio compatiens, hunc in modum eum est allocutus: *O fili magnum tibi onus impono, ego enim toto tempore principatus mei nunquam quadrantem horæ magnis curis & anxietatibus vacuum habuisse memini.* Moyses quoque princeps, rector & gubernator populi Israelitici à DEO constitutus fuerat, ac proinde die quadam dolore & mœstitia plenus oculis

Barrada tom. 2. concord. Evangel. lib. 3. cap. 5.

præ lachrymis ſtagnantibus in conſpectum DEI prodiit, eique ſuſpirantibus labiis dixit: O Domine non arguit me conſcientia mea alicujus tibi à me illatæ injuriæ, ſemper etenim in præceptorum tuorum obſervantia exactus eſſe ſtudui, aut ſi aliquem defectum commiſi, hic certè ex inadvertentia voluntatis, non verò ex malitia factus erit: Ad hæc noſti me hominem eſſe fragilem, omnibus aliis per omnia ſimilem, & tamen dum tuam conſidero clementiam, non modicæ admirationis cauſam mihi dari video: experior enim valde te mihi iratum eſſe, qui non ſum aliud quam terræ vermiculus, tuus tamen fidelis ſervus: ad minus dicito mihi, in quo
Num. 11. erraverim, & contentus ero: *Cur afflixiſti ſervum tuum?* Ergone fieri potuit ut poſt tantam tibi exhibitam ſervitutem nequaquam tuam lucrari potuerim gratiam? *Quare non inveni gratiam coram te?* Veruntamen ô Moyſes breviter edicam, qua ratione idipſum intelligam: dum enim de DEO lamentaris, canem qui lunam allatrat imitari videris: conſtat etenim quod DEUS tibi concedat quidquid deſideras, nec capillum unquam tibi læſerit, quorſum igitur tanta lamenta à te adverſus DEUM ſparguntur? Crede mihi quod lamentando multum à recto aberres. Nihilominus quia te mæſtum video, curioſitate & deſiderio ſciendi teneor, quamnam unquam à DEO tuo receperis moleſtiam, recenſe illam mihi, hacque me curioſitate libera, forſitan bonum mihi incidet conſilium tibi in conſolando non importunum: audite ô Auditores qua de re conqueratur Moyſes; dicit igi-
Ibidem. tur: *Cur impoſuiſti pondus univerſi populi hujus ſuper me?* Itane Moyſes, hæccine eſt lamenti tui cauſa? DEUS te honorat, dum caput populi hujus te conſtituit, & tu doles? Imperio te præfecit, & tu dicis ipſum te affligere? Superiorem te omnibus conſtituit, & tu inde mæſtitiam & dolorem concipis (Imò verò, hæc unica eſt doloris & afflictionis meæ cauſa, quod videlicet inſupportabili onere me gravarit: nihil enim aliud audio, nihil video niſi moleſtias: nullus apud me cibus proficit, totas noctes inſomnes ago, nec oculum claudo, nulla mihi ſuppetit hora, imo ne momentum quidem quietis; non poſſum amplius tegere, nimio etenim faſti-
Ibidem. dio teneor ut ſim quaſi deſperatus; *Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia gravis eſt mihi.* Juſtam habes Moyſes lamentandi cauſam, ac proinde vere tibi compatior, ſiquidem eſſe ſuperiorem & ſubditos gubernare, pondus eſt incredibiliter grave. Ac proinde S. Greg. M. dicebat: *Quanto quis altius erigitur, tanto verò gravioribus oneratur, iſque ipſis populus meus & mea corpore ſupponitur.* Verum enimvero replicet nonnemo dicendo, expertiam longe aliud docere, ſiquidem quotidie videmus, quod dignitates ſummo ſtudio affectentur, omneſque alii imperare ambiant, & qui in dignitate ſunt conſtituti, adeo illam gratam habent, ut ad eam deſerendam diſponi nequaquam poſſint, imo diſpliceat illis dum finiuntur, quod non ſint perpetuæ. Reſpondeo nec ſine dolore, talem nos ætatem devivere, in qua dignitates & honores grato quidem animo acceptantur, quæ autem annexa habent onera, aliis committuntur. Eligitur quod unde eſt & commodum, moleſtiæ autem & gravamina aliorum humeris imponuntur.

10. Quotquot ejuſcemodi ſunt, ad minus ſaltem periculum in quo degunt ob oculos poſtrum habere deberent: Quis etenim neſcit, quod ab altitudine culminis præcipitia menſurentur? *Evectio, everſio eſt*, ait quidam eruditus. Ubi opportunè mihi incidit, quod Rupertus Holcot de balæna recenſet & confirmat Pierius, ſcilicet quod hæc maris bellua in mari firma conſiſtens, procul poſitus ſcopulus vel mons aliquis eſſe videatur, unde Naucleri ex itineris gravitate fatigati atque in terram firmam exſcendere cupientes vela contrahunt, anchoram ejiciunt, navem ſiſtunt & ſupet Balænæ corpus ſeſe recipiunt, in terra, vel in ſcopulo quodam conſtitutos ſe eſſe credentes, cibo ſe refocillare incipiunt, quem ut ad ignem præparare & coquere poſſint, ligna dividunt & igni adaptant: at vero mox ut monſtrum hoc marinum ſe in dorſo gravari & moleſtari ſentit, movetur & in mare ſe demittendo omnes pariter ſubmergit: *Beſtia in mare ſe ſubmergit, & cum ea omnes illi in profundum ſervantur.* Verum audite applicationem propoſito noſtro convenientiſſimam. *Hæc beſtia mundi dignitatem poteſt ſignificare: hanc ſimplices navigantes in mundo deſiderant, æſtimantes ubi eſſe locum ſolliditatis & quietis, putantes ſe fore ſalvos, ſi ſtatum hujus mundi aſſequantur, ſed cum jucundum ſe habuerint, pacem & ſecuritatem ſolummodo cogitantes, ſuper venit interitus repentinus, & deſcendunt in infernum, priuſquam aſcendant talem gradum.* Porrò Tertullianus obſervat, quod cum filius DEI inſidias quas dæmon diſcipulis ſuis machinabatur, videret, eos animare volens ad Petrum converſus ei dixerit: *Ego rogavi pro te Petre.* Quaſi diceret: Macte animi ſis Petre, omni-

omnesque Sathanæ vel inferni machinas vel technas nequicquam timeto, Ego enim hasce omnes prospiciens patrem æternum *pro te rogavi Petre*. Quid audio? Ergone pro solo Petro oras ô Domine? Videtur hæc mihi magna nimis patrialitas esse: nunquid enim alii discipuli atque tibi chari sunt ac Petrus? Meritò itaque pro omnibus, & non solum pro uno rogare debebas: *Rogavi pro te Petre*. Respondet Theodoretus, quasi diceret: *Petit sathanas te ladere, quasi invidens tibi de mea dilectione*; at vero potissima ratio est, quam Theophylactus adfert, dicens: Petrus in culmine dignitatis positus, omnibusque aliis prælatus erat, & consequenter in majori hærebat periculo, ejusque lapsus plurimum fuisset pernitiosus; atque ideo cum tanquam caput tentationum diabolicarum ventis præ omnibus aliis exponendus erat, ideo filius DEI pro omnibus quidem rogavit, non est dubium, specialiter vero pro Petro, quia tanquam superior in majori periculo erat ne à dæmone in perpetuum detorqueretur. Credite idipsum Terulliano dicenti: *Qui præsunt, majori periculo patent, siquidem Dominus in Evangelio ad Petrum ait: Ego rogavi pro te*; cui opinioni Dionysius quoque Carthusianus consentit dicens: *Nec dubium quin pro aliis quoque electis Apostolis, Christus orarit, sed ideirco hæc specialiter loquitur Petro quia inter Apostolos principalior, & quoniam maximam tentationem fuerat lapsurus, ac magis omnes.*

11. Dæmon advertens quod in deserto in primo assultu quo filium DEI aggredi cœpit, confusus & pudibundus remanserit, novos dolos, novasque stratagemata adinvenit; siquidem in locum quendam eminentissimum templi eum conduxit: *Duxit eum super pinnaculum templi*; sed quo fine in hanc usque celsitudinem deportarit? Num forte alia sublimiora in civitate loca deerant? Cur non potius super palatium ejusdem Principis? Num forte id fiebat, quia Christum utpote hominem sanctum ad eum locum secuturum non fuisse providebat? Porrò multi graves scriptores, scilicet S. Anselmus, Dionysius Carthusianus, Albertus M. Hugo Cardinalis, S. Bonaventura, præcipuè vero SS. Remigius & Paschasius dicunt, hoc pinnaculum templi locum quendam eminentem fuisse super quo posita cathedra erat Doctorum, ex qua gentibus legebant & exponebant scripturas: *Sedes Doctorum supra pinnam templi erigebatur, ut exinde quasi in eminentiori loco positus Doctor ad populum loqueretur.*

Hic igitur dæmonis observate astutiam; vix ipsum ad illam usque sublimitatem & dignitatem doctoralem extulerat, cum ecce mox eidem præcipitia persuadet, dicendo ei: *Mitte te deorsum*: quasi inferre vellet acturus adversarius, celsitudines præcipitiis proximas esse, eumque qui ad honorem & imperiorum culmen ascendit, lapsibus & ruinis esse vicinum: & hæ sunt technæ & stratagemata diabolica, ut scribit Paschasius, dum ait: *Ducit eum ad altiora, & usque ad ipsum fastigium templi, ut ex hoc daretur indicium, ad quid elevet unumquemque, qui deorsum præcipitare desiderat.* Ehem quot sunt, qui in humili fortuna probi sunt & boni, & tanquam subditi sancte vivunt; at vero si postea ad aliquam dignitatem sublimentur, præcipitantur in scelera, omnem sibi in quodvis iniquitatis genus licentiam datam esse arbitrantes: de quibus cum B. Petro Cardinale Damiano dicere possum: *Decurrentium more fluminum ad ima absque ullo retentionis obstaculo devolvuntur*: de quibus verificari potest quod Caligula de certo quodam Imperatore affirmavit, dum ait: *Optimum ad imperandum fuisse nisi imperasset.* *Petr. Damianus t. 2. ser. 1.* *Mendoz. t. 2. lib. 1. Reg.*

12. Solent SS. Patres ad concilandam, quam Sancti Apostoli Jacobus & Joannes à Salvatore passi sunt repulsam, quando Mater eorum nomine, hunc ab eo favorem poposcit: *Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dextram, & unus ad sinistram in regno tuo.* Solent, inquam, hunc in finem mille expositiones in medium adducere. Dominus etenim non solum eos non consolatur, verum insuper ipsos reprehendit, dicendo: *Nescitis quid petatis.* Num forte sedere desiderabant sicuti Christus, ut S. Thomas explicat dicens: *Nomine sessionis quies intelligitur, quasi quiescere voluissent antequam laborassent?* Amabo vos, Auditores, vestra mihi venia liceat hujusce difficultatis resolutionem nonnihil suspendere, donec aliam similem proposuero. Moyses in Genesi de magno illo Enoch servo DEI loquens hæc verba effatus est: *Ambulavit cum DEO, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Quidnam significare voluerit per ly, *non apparuit*? Septuaginta explicant dicentes: *Non inveniebatur*? Idipsum patiter confirmat S. Paulus Apostolus, dum ait: *Fide Henoch translatus est ne videret mortem, & non inveniebatur.* Summa cum diligentia atque à vitis multis Enoch requisitus fuerat, ipse autem absconditus latebat ne inveniri posset. Veruntamen scire percuperem, quo fine fuerit inquisitus, & cur DEUS illum secretè ab oculis hominum subduxerit, & in paradisum terrestrem

cap. 8. admot. 32. sect. 1. n. 5. *Matt. 20.* *D. Tho. 3. p. q. 58. a. 1. in corp.* *Gen. 5.* *Hebr. 11.*

occultarit? Quod ad primam quæstionem attinet, respondet Genebrardus, quod inquirentes eum superiorem illum constituere, gentiumque gubernationem committere voluerint: *Non apparuit utiq; tanquam requisitus ad supremum officium.* Agedum igitur ô Pater (sic vos me alloquentes audire videor) abundè intelleximus, quidnam inferre velis, nimirum quod fugerit ne ad imperium assumeretur. Veruntamen nihil in hoc eximium elucet, siquidem Sancti vitam agere privatam volunt, ut eò melius & quietius Deo servire possint; unde S. Thom. de Aquino Archiepiscopatum Neapolitanum recusavit. S. Philippus Nereus Cardinalatum renuit; Petrus Cœlestinus Papatui cessit: Beatus Philippus Benitius ob tumorem quendam tempore sedis vacantis in Urbe sparsum, quasi aliqui Cardinales eum ad pontificatum extollere vellent, Roma fugit: Veruntamen ô Auditores, licet hoc solum dicerem, non tamen videri deberem de S. Enoch parum dixisse, at verò spero quod mox audituri sitis speculationem quandam vobis minimè futuram ingratam: Deus enim eum in paradisum terrestrem transtulit: *Transtulit eum Dominus.* Syriaca legit: *Estanni*, quod secundùm Cornelium à Lapide idem est, quod *Transtulit eum Dominus in meliorem sortem, & statum.* Verum inquies: Quænam sors melior Enocho obtingere potuisset, quam si Rex factus fuisset? Quis enim status fœlicior excogitari potest, quam se quovis alio superiorem, omnibusque aliis imperantem videre? Et tamen dicit Syriacus: *Estanni*, id est, *Transtulit eum Dominus in meliorem sortem & statum*: Verum quæ tua est sors melior aut status fœlicior regno, quod Deus Enocho contulerat? Paradisus terrestris, in quo securè conservatur usque ad novissimum judicii diem, Antichristi adventum expectans, cujus manibus atrox experietur martyrium. *Asservatur in paradiso ad finem mundi, dum homines ab Antichristo deceptos ad vitam revocat ab eo immaniter trucidandus.* Hiccine igitur est status quovis regno melior? hæccine est sors quavis potestate & imperio fortunatior? Ergone Deus eum ex eorum manibus, qui eum regio diademate redimire quærebant eripit, eumque ut ab impientissimo Antichristo crudeli morte enecetur, industrè conservat? Imo vero: Et quidem per hanc sacram historiam indicare nobis vult Spiritus S. longe meliorem & feliciorem sortem Martyrium quam regnum esse; longeque desiderabiliorem statum esse ejus qui in Theatro aliquo publico sedet, & denudato collo carnificis ictum expectat, ut mortem pro amore Dei sustineat, quàm sit conditio illius, qui purpura vestitus, atque in throno regio gloriosè residens, Imperii sceptrum sustinet, suosque subditos pro homagio reddendo pedibus suis advolutos videt. *Certè non obscurè videtur innuere quam amicè, quam benignè cum eo Deus se gesserit, quem ut eriperet è manibus eorum, qui ipsum ad regni fastigium quærebant, in savientis Antichristi manus non secus, ac in ferocissimi leonis ungues, transferre non dubitavit*, concludit Pater Joannes Antonius de Abila. Quidnam obsecro est quod Jacobus & Joannes a Christo postularunt? *sedere in regno*: Ubi S. Thomas dicit; quod *nomine sessionis intelligitur regia, & judiciaria potestas, & desiderabant sedere Jacobus & Joannes.* Unde cum Christus cognoscat, quam regnare grave sit & periculosum, mirum non est, quod responderit. *Nescitis quid petatis.* Quasi diceret, ut explicat Paulus de Palatio: *Si scirent homines quantum sit in prælatione periculi, nemo prælatus esse vellet: Nescitis igitur quid petatis, creditis vos petere honores, & petitis summum onus, summum periculum*

13. Dilecta sponsa à sponso suo cœlesti vocata erat, cùm enim illam non solum videre, verum etiam muneribus aliquibus afficere & honorate eam statuisset, ideo probe sciens eam montis Libani habitatricem factam fuisse, ut pulchritudine florum & suaviter ibidem spirantibus auris frueretur, ideo elata voce eam, ut inde recedens ad illum se reciperet, inclamavit, dicens: *Veni de Libano sponsa mea.* Ipsa autem sive quia non audivit, sive quia audire noluit, ei non respondit, nec loco se movit. Sponsus causam hujusce taciturnitatis penetrare non valens, vocem suam ad ejus aures minimè perveniisse existimavit, ideo iterata vice & voce fortiori ac validiori eam ut veniret invitavit: *Veni de Libano*, quasi diceret: Ergone ô sponsa non audis? Rogote ut montis Libani amœnitatem deserere te non pigeat, veni igitur: nam cum Deo tuo omnibus perfrueris delitiis imaginabilibus, in meo horto delitiarum flores colliges longè pulchriores, fragrantioresque, quam in tuis invenire valeas. Qui enim in monte Libani videntur, vix etiamnum nati sunt, cum ecce in stylo materni sinus mox languescentes deficiunt, quos autem in meo delitiarum horto reservo, prorsus sunt immarcescibiles: *Veni* igitur ad hosce flores colligendos, ut iis vel comam tuam exornare, aut in fasciculum quendam sive manipulū facere possis,

Genebr. lib. 1. Cronol.

Syriaca. Cornel. à Lap. in c 11. ad Heb.

Arethas in cap. 11. Apoc. Hi. Martin. Delr. in cap. 5. Gen. nu. 2. August. lib. 2. de gratia con. Pelag.

tum.

eumque sinui tuo inter ubera immittendo, tranquillâ inter se pace decertare facias. Veris jucunditatem, & nivium candorem: Sponsa autem haud secus ac ante se nihil audire simulavit, seque quodammodo fastidiosam sive morosam exhibuit ne dicam incivilem aliquantulum & inhumanam. Sponsus econtra nec quicquam inde indignatus, invitatorium *veni* tertia vice repetit, quasi diceret: Huc adsis ô Sponsa, quid morâ diutius ô speciosa mea. Num fortè ea quæ tibi purpura vestitæ in vultu residet modestia, tibi persuadet & consulit ne mihi respondeas? aut qua puellarum gynæcei tui conversationi assuevisti, meam conversationem dedignaris? Nonquid ego dilectus sponsus tuus sum? Agedum igitur propera ô dilecta mea gressibus tuis tandem aliquando ad me accelerare non differ, procul abiit omnis tardior mora, accurre ad DEUM tuum, qui ut muneribus te locupleter, ita te invitat: Et tamen suavissimâ hâc invitatione toties repetitâ non obstante, nihil ipsa respondet, nec vocem ejus audit, aut licet audiat, attamen non audire fingit. Quod penitius me tum considerans attonitus obstupesco & hæreo dilectam sponsam moveat, quod adeo se sponsi sui morosam & inobedientem exhibeat; Cantamen alias dicere solita fuerit: *Anima mea liquefacta, ut dilectus meus locutus est!* Sponsa quippe hoc gloriari consueverat, quod scirent omnes suum tantam in se activitatem habere, ut quidam cordium nostrorum magnes Zach. 10. de illa dixerit: *Sibilabo eis, & congregabo eos.* Beatus Stephanus Cantuariensis ait: *Quasi solo sibilo, non prædicationis tuba.* Unde igitur miror quod sponsa tam benignas atque amabiles Domini sui invitationes, vel non curet, aut saltem non attendat. Verum enimvero ô sponsa mea, quam es tu sapiens; utique si alius te veram incusatam arguere & reprehendere præsumeret, ego te velut prudentem defenderem atque tutarer. Verè etenim dilecti tui invitationibus minimè quiescens, prudentem te esse probabis, siquidem ipse coronam opulentissimam, gemmis & unionibus pretiosissimis copiosè distinctam vertici tuo imponere, tuamque comam auro redimire, teque Reginam declarare statuere dicens: *Veni. Coronaberis. Coronaberis?* inquit sponsa, idipsum neutiquam circa me fieri permittam; Ignosce mihi ô mi cælestis sponse, pavus enim alicujus inutilitatis argui, & quasi alicujus inobedientiæ notam incurrere, quam Coronas in caput meum admittere, aut dignitates acceptare decrevi; Diademata mihi nequaquam serviunt, nolo illa, ac proinde aliis illa cedo, sunt etenim onera nimis gravia & insupportabilia, quæ secum subinferunt, sunt denique celsa cacumina, quæ proxima comminantur, valdeque periculosa præcipitia. *Quomodo ergo hoc in loco non semel sed tripliciter repetitio, veni, ob sequentissimus sponsæ animus indiguit, ut non tam sponte ipsa venire, quam renitens trahi adducique videatur: vis scire? Audi quid sponsus, cum vocavit adjecerit, veni coronaberis: Nimirum ad coronam, & ad regii splendoris & prælationis fastigium evocata, non contumaciter sed prudenter venire metuit, qua lapsus periculum non ignorat.* *Abul. c. 3. in Ep. ad Philip. v. 8. ad n. 6. num. 3.*

14. Quisquis constitutus est superior alterius, ut ei superintendat, à S. Gregorio Nazianzeno, histrionibus seu funambulonibus haud ineptè comparatur: Nullatenus dubito, quin sæpius in platea aliqua extensum ab una ejus parte usque ad aliam quendam ex cannabe contextum grossum funem videritis, in quo cum non modico circumstantium stupore funambulo liberè & imperterritè ambulat & saltat, non tam ut universalem à spectatoribus reportet applausum, quam ut egregium sibi in moneta comparet lucrum, ad cujus tinnitum, in convexo funis illius tanta cum securitate saltitat, ac si pavimento tertæ inambularet. Nunc enim instar Capitanei cum hasta seu lancea graditur ab uno funis extremo ad aliud; Nunc capite se dimittit deorsum, atque ex manibus suspensus remanet: mox dexteritati vires adjungens in funem denuo sese erigit; paulò post velut alter quidam Absalon ex capillis pendulus immobilis subsistit; Mox in aëra se librat haud secus ac si alata quædam avis esset, & absque ullo gradientis pedis errore in funem suum revertitur; Nullus est, qui eum non respiciat attonitus, & sæpè tremulo corde vereatur, ne paulò post in eodem renovari videat Icari & Phaëtontis casus. Hic jocus vel ludus mimicus talis naturæ est, ut cum delectatione pariter tremorem incutiat, utpotè cujus accidentia inseparabilia lapsus sunt atque ruinæ. Et huic eidem ludo à Magno Nazianzeno superioritates comparantur; quisquis enim gubernat, in fune velut funambulo constitutus est; quisquis super alios eminere iisque imperare ambit, in manifesto est imminentis lapsus periculo, & priusquam cogitet præcipitatur: *Quemadmodum sublimi & pendulo funi gradientibus, hac vel illac deflectere minimè tutum est, nec quamlibet parva* *D. Greg. Nazianzenus orat. 1.*

parva inclinatio parvum periculum affert : Ad eundem quoque modum utramvis in partem quispiam sive ob vitium, sive ob imperitiam propendeat, haud leve periculum tum ipsi tum subditis imminet. Lucifer vix etiamnum creatus cum ecce sursum in Empyreo hunc ludum tentare voluit & experiri, quando se ad omnia dexterrimum, vivacem, valdeque levem esse conspiciens, primos suos gressus per ambitionis chordam sive funem movens, saltum quendam facere voluit, ad superiorratis sive superemineotiæ excellentiam sese erigere conatus, cum ecce tanta cum velocitate deorsum lapsus est, ut deficiente in eo pede humilitatis ab altitudine cœli Empyrei in profundum præceps dejectus fuerit ioferni. Unde Isaias eum veluti deridendo & exsibilando ei
Isaiæ 14. dicere non dubitavit : *Quomodo cecidisti de Cælo Lucifer, qui mane oriebaris ?* Audite lethales ejus periculosissimos saltus, quos facere meditabatur, supra omnes namque Angelos sublimari, omnibusque potestative imperare, omnesque ne Deo quidem excepto pedibus suis advolutos desiderabat : *Qui dicebas in corde tuo : In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis;* Vix autem passum aliquem movet, quin sibimetipsi casus minitetur valde perniciosus: *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo* ; verum ecce tibi eum protinus & ex improviso præcipitatum : *Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum laci.* Ecce tibi, quod superioritatem ambiendo comparasti miserum lucrum, qui si in qualitate & conditione subditi constanter permansisses nec superiotitatem ambivisses, tantam tibi pernicicm non accersivisses:
D. Basil. orat. 23. *Lucifer ad naturam talem evectus dignitate, excidit per mentis altitudinem de dignitatis altitudine deturbatus,* inquit Basilius magnus ille Seleucus. Dentur igitur primatus illis qui eos desiderant & ambiunt ; meo namque judicio coronæ non tam capiti superimponi, quam pedibus calcari debent ; Quisquis imperare ambit, per me pro voto suo, quod cupit obtineat, neque enim illi imperium invideo, imperet quisquis imperare prætendit; ad me saltem quod attinet, ita statuo, quod scilicet ne veluti data opera, in imminentia nos proturbemus pericula & præcipitia, precibus ferventissimis pulsandum sit cælum, ne me ex quieto ac tranquillo subditi statu ulla ratione dimoveat, utpote in quo libentissimè perseverabo usque ad mortem ; eo ipso enim quo subditus, nequaquam servus ero, tametsi si mihi inter superioris & servi conditionem eligendam optio esset, servus & mancipium potius, quam superior esse eligerem ; Hæc quidem mea est animi sententia, a qua me unquam recessurum esse existimo, nemo id mihi, nisi qui quid superiorem agere importet, ipsemet experientia comprobavit. Unde Philosophi illius generositatem valde laudo & opprobio, qui per plateam incedens, & coronam quandam regiam in tertam delapsam inveniens, nequiret se inclinare paulisper dignatus est ad illam è terra levandam, sed dicebat : *Accipiat te quitenus invenit.* Et Seleucus Rex coronam è capite suo deque positam manu ostentans, ductis altis è cordeIlo spiritis verbisque per suspiria dimidiatis, extensa in coronam minaci dextera, hunc fere in modum locutus fuit. O utinam omnibus notæ atque perspicuæ essent illæ, quæ sub hac Corona latent miseriæ, utique nullus eam in loto jacentem videns de terra levaret in altum. Et tamen hodie tot repertiuntur, quitad ararum potius quam ad sceptrum tractandum & moderandum, ad ovium potius custodiam, quam ad subditorum imperium apti esse noscuntur, qui tamen abrogantia & temeritate propria seducti atque perversi sese optimis meliores esse existimantes honores sibi aucupantur, ut iis mediantibus quæ per propria merita pertingere nequeunt, alieno merito infallibiliter assurgant ; verum cum verum sit antiquum illud proverbium quo dicitur : *Magistratus virum ostendit*, quanto ad altiores honores evehuntur, tanto inhabilitatem & ignorantiam suam accidentibus demonstrant, fiuntque miseri simiæ imitatores. Porro unigenitus Dei Filius, licet coronarum tractandarum & moderandarum expertissimus esset, eas tamen constanter fugit semper & recusavit : *Cum cognovisset, quia venturi erant ut raperent eum, & facerent eum Regem fugit in montem ipse solus.* Et hic quidem stylus mundi est ordinarius, quod videlicet ii qui honores vel maximè meretur, eosdem fugiant ; qui vero vel ob ignorantiam, vel propter motum improbitatem iis sese indignos reddunt, illos sibi per quæsiti amilicita media adsciscere alloborant. Plura in hanc rem dicerem ; verum pauperes nimis cupide eleemosynarum vestrarum præstolantur subsidium. Vos interim iis subvenite, ego vero paulisper quiescendo substitam.

PARS

PARS SECUNDA.

17 OMnia quidem Evangelia mysteriorum divinissima sunt; hodiernum tamen iisdem præ cunctis aliis est refertissimum; ac proinde operæ pretium haud dubiè erit, si eadem cautim & paulatim maturius consideraverimus, inde quo optima animabus nostris curandis documenta elicimus. In primis igitur filius Dei *abiit* trans Bethsolymam. Ratio est juxta Dionysium Carthusianum, ut se subduceret furori Judæorum, quorum animi in eum concitati & exacerbati erant: *Cedens persecutioni Judæorum, ne ante tempus proximum ab eis occideretur.* Et quidem per hoc pariter demonstrat, prudentis hominis esse videntiæ cedere, faciendo ex necessitate benevolentiam, vel donando (ut dicere solemus) quod vendere non potest. Porrò alii dicunt ut Toletus, *Abiit quasi, Abiit sævitia tyranni cedens:* vel *Hominem se esse, & non verum demonstrans*, asserit Toletus, adversus opinionem eorum, qui filium Dei non humanum & naturale, sed æreum & phantasticum corpus assumpsisse credebant. Unde deduci facile potest, quam imprudenter faciant illi, qui in inutilibus circa articulos fidei mille confingunt Cymeras & Phantasias, suamque mentem in his sequium captivare renuunt.

18 Hominem autem sequebatur ingens, imò innumerabilis hominum multitudo: *Et sequebatur eum multitudo magna*, concitata desiderio videndi miracula quæ faciebat: *Quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur:* ut vero sequebantur eum ad impetrandam corporis sanitatem, animæ salutem nec quicquam curantes. *Hac de causa ex oppidis circum vicinis undique eum confluebant, ut sanarentur à suis infirmitatibus*, inquit Toletus: *utilitate enim corporis magis quàm animæ ista multitudo concurrebat.* Alii verò necessitate adacti eum sequebantur, futurum sperantes, ut de pane eis prospiceret. Quot sunt hodie qui ad Deum confugiunt, eumque sequuntur propter interesse, non quia Deus est, sed quia ejus subsidio opus habent! *Multi hodie sequuntur Christum, non quidem propter ejus, sed magis, ut de panibus ejus manducent*, inquit Guilielmus Parisiensis: In quorum numero in quoque comprehenduntur, qui postquam mundo, Diabolo & carni diu servierunt, eandem Religionis aliquam habitum assumere statuunt, sive ad illam pensionem obtinendam, sive ad impetrandum hoc beneficium. Id quod S. Patrem nostrum Augustinum permovit ut diceret: *Vix quæritur Iesus propter Iesum.* Unde cum Seneca de talibus dicere possumus: *Prædam sequitur turba ista non hominem.* *Augusti. tract. 25. in c. 6. Io. Senec. lib. de remed. for.*

17. Dionysius Carthusianus opinatur hanc turbam Christum insecutam fuisse, illectam à majestate vultus sui, suique sermonis mira suavitate attractam: *Quoniam Dominus Iesus et iam secundum corpus speciosus valdè & eloquentissimus fuit. & optima habitudinis, verisimile est quod multi sequebantur eum delectati specie & eloquentia ejus.* Scitisne quænam sit causa, quod Deum voluntatis nostræ affectu non prosequamur super omnia illum amando? quia non delectamur oculis intellectus nostri infinitam ejus contemplari beatitudinem: neque nos à suavi divini verbi sui energia vel ab immissis nobis inspirationibus attrahi sinimus, eo quod aures ei porrigamus, nec corda nostra illi aperiamus. *Dionys. Carth. ibid. l. C.*

18. Christus elevatis oculis turbam prospicit, eamque famelicam esse videns pietate motus, eidem subvenire decrevit: *Cum sublevasset oculos Iesus, & vidisset &c.* Porrò in Deo videre & providere synonyma sunt. Cælestem atque divinam hanc Politicam addiscant quotquot superiores existunt. Non enim solum ministrorum suorum relationi insistant, sed ipsimet abeant & videant, sic enim cessabit omne deceptionis periculum, nec præsument Principum ministri Dominis suis, vel Commissarii Prælato album pro nigro, & verum pro falso inculcare & persuadere: Contingit enim sæpe subditos fame interire, & tamen Principibus persuadetur, quod sint in Apolline, & *super ollas carnium.* Qui si oculos suos aperirent, nec semper obdormiscerent, *si sublevarent oculos, & viderent*, aliam ipsorum regimen faciem referret, nec adeo affligerentur subditi, aut ministri è facultatibus pauperum tantas sibi acquirerent divitias.

19. Filius Dei ad Philippum conversus, eundem qua ratione tantæ hominum multitudini exsaturandæ sufficiens procurari annona possit, interrogat: *Dicit ad Philippum; unde ememus panes, ut manducent hi?* Ad Philippum? *Non est alienum considerare quare ad Philippum*; Nunquid interrogare poterat Petrum, Bartholomæum, Joannem? Cyrillus Alexandrinus, Philippum satis docilem, valdeque discendi cupidum & avidum fuisse respondet: *Libenter Philippus dicebat, quærebatque sapius, sed non erat adeo acutus, ut altiora posset intelligere.* Aut dici potest Christum obser- *Cyril. Alex. ib. lib. 3. c. 12. p. 155. l. C.*

observasse Philippi diffidentiam, quam & manifestavit, dum ait: *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt ut unusquisque modicum quid accipiat.* Ideoque eum interrogasse de modo quo turbæ huic de pane prospici posset, non quod ipse modum id faciendi ignoraret, sed ut ipsum ad agnitionem & emendationem erroris sui perduceret: *Tentat Deus justos, ut suos agnoscant defectus, & eos corrigant.* Quisquis enim Zelo honoris Divini, & salutis animarum ardet, ex charitate obligatur hoc Christianæ charitatis munus exhibere ei, qui peccato immersus reperitur, ut ab errore suo resipiscat.

Phi. Diez p. 4. Dom. 4 Quadr.

20. Quid autem Philippum interrogat? *Unde ememus panes, ut manducent hi?* Non dicit: *ut manducemus sed ut manducent hi.* Hic etenim versus est Civitatem, Diœcesin, vel Statum aliquem gubernandi modus, non esse de se sollicitum, nec proprio commodo, sed subditorum utilitati duntaxat intentum. O quot hodie reperiuntur Principes, qui eo tantum fine Consiliarios secum habent & adhibent, ut scilicet cum illis consiliando deliberent de modo congruo & facili per tot gabellas & data panem ex ore pauperum eripiendi, non solum, *ut manducent, sed ut devorent?* ludos suos ex pauperum continuant marsupio. Mimos & Histriones pauperum pecunia vestiunt, & lucra sive mercedem diurnam victui quotidiano acquirendo (qui laborum & sudorum quædam est veluti quinta essentia) necessariam iisdem subtrahendo, causa sunt, quod vili pretio ab iisdem vendatur honestas, & prostibulorum habitatrices evadant.

21. Enimvero quodnam est Philippi ad Christi interrogationem subnexum responsum: Magister, ait, sunt hic præsentia aliquot famelicorum hominum millia, nos autem & panis & pecuniarum inopes sumus, ac proinde nullum prorsus occurrit horum hominum necessitates sublevandi remedium: *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt, ut unusquisque modicum quid accipiat.* Mira profectò res est, quod quotiescunque homo bonum aliquod opus facere disponit, mox millena ei occurrant impedimenta quibus retardatur aut prorsus omittitur. Sic verbi gratia si hic Ecclesiam frequentare proponat, mox amicus aliquis superveniet, qui eum ab hoc proposito divertat: si est dies vigiliæ, sive jejunii Ecclesiastici, mox invitatur ad convivium: si jejunare voluerit: stomachi mox oritur indispositio. Si in Ecclesia fuerit ad Missam audiendam, mox nobilis quædam transiens mulier te distrahit: si velis facere examen conscientiæ pro rite instituenda peccatorum tuorum exomologesi, mille tibi occurrent negotia, impedientia quo minus sancto huic exercitio vacare possis: si puellam aliquam nuptui tradere & dotare volueris, ut à vitæ turpitudine præservetur, quilibet aliorum te ad eam dotandam jam ante obligatum fuisse obmurmurabit: si pro testamentum vel donationem inter vivos, mille scuta huic vel illi Ecclesiæ liberaliter donaveris, mox in plateis rumor dispergetur, quo dicatur, non donum sed restitutionem quandam esse rei alicujus perperam acquisitæ. O quot intercurrunt impedimenta bonum aliquod opus facillimè retardantia! Cum tamen si malum quid facere volueris, viam mox invenias apertam, montes omnes complanatos esse experiaris, nulla sit tam gravis difficultas, quæ non facillimè complanetur. Ad ludos te paras, nec habes pecunias, mox tamen centum reperies, quia ad pecunias mutuandas tibi ultro citroque se offerunt. Armata manu procedis contra inimicum, sumpturus de eo vindictam; & promptum eum ad duellandum esse deprehendis, vix de explenda libidine cogitasti, cum ecce annuentem tibi ex nestra scortum vel meretriculam aliquam conspicis, &c.

22. Accepit Jesus quinque panes & duos pisces à puero quodam sibi oblatos, eosque discretatem usque unicuique distribuit. Verum qua ratione fieri potest, ut unus panis vulgaris multis hominibus saturandis sufficiat, ita ut quinque mille hominum famelicorum, qui intra triduum non manducaverant, abunde satientur ex quinque panibus? Porro sacri scriptores hanc modicam annonam tertio multiplicatam fuisse affirmant; Primo scilicet ut Sanctus Augustinus existimat, in manibus Christi: *Hac multiplicatio primo facta est in manibus Christi;* Secunda vice, ut existimat Chrysostomus multiplicata fuit in Apostolorum manibus: *Secundo in manibus Apostolorum* Tertia denique vice multiplicata fuit, ut opinatur S. Hilarius in manibus turbæ illius: *Tertio in manibus discumbentium* Mira profecto res & ferre incredibilis, quod scilicet & facultates per alienas manus transeuntes multiplicentur, siquidem sæculi nostri experientia omnino contrarium docet, manus namque in alienis facultatibus, sunt veluti Aquilinæ pennæ alitarum avium pennis commixtæ. Cujus rei fidem præstare potest, qui illas administrat & tractat.

23. Enim-

21. Enimverò, ô Auditores, non dubito, quin audientes me de panibus & piscibus discurrentem, aliquo moveamini manducandi vel prandendi apperitu: atque ideò displicet mihi quod ruinæ hosce panes & pisces omnes consumpserint. Dicetis fortasse superesse adhuc reliquas duodecim sportas: verum quidem id est, verum supersunt quoque esurientes, & nondum refecti duodecim Apostoli: *Duodecim cophinos secundum numerum duodecim Apostolorum*; ac proinde pro vobis nihil amplius reliquum invenio, unde si comedere desideratis, in domos vestras abite.

SERMO XXIII.

IN FERIAM SECUNDAM DOMINICÆ QVARTÆ QUADRAGESIMÆ.

Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.
Joan. cap. 2.

DIssolutiones & delicta populorum, quæ tàm contra humanas, quàm contra divinas leges in urbe Hierosolymitana committebantur, innumera, & in quocunque demum genere exectabilia. Major etenim hominum pars in sentinam tetro pædore putrefacta fætebat; & licèt Filius eos qui hoc fœtore contaminati erant, optimè nosset, nullo tamen in eos animadversionis genere vindictæ. Nonnulli in plateis locis ludosque fraudibus miscentes staqbant, ut dum fortuito ludendo jacturam patiebantur, tanquàm comminabantur, horrendisque blasphemiis Deum cœlitesque imperebant, nec tamen Christus unquam de iis aliquam visus est sumere vindictam. Corda eorum per suscitatas lites in ira accendebantur atque vindictas, meris vivendi simplicitatibus impliciti, machinabantur tractationes, continuisque dediti erant hostilitatibus & insidiis, nec aliunde quam per adversarii sui sanguinem compescere aut exunguere poterant conceptiodii & ardores, vel indignationis flammas; & tamen Christus idipsum se animadvertere dissimulat, & punire intermittit. Alii inter medios noctis horrores, utpote qui committendorum latrociniorum egregii sunt fautores, & complices, rapaces manus suas mercium intulerunt tabernis vel officinis, aliisque auri lapidumque pretiosorum reconditoriis; & Christus Dominus nihilominus iram suam fræno quasi coercens, punire distulit delinquentes: ipsimet denique Angeli ex tot enormitatum nausea stomachati, eosdem deserere sunt coacti, hisce in aere vocibus manifestè resonantibus: *Transeamus ex his sedibus.* Et tamen filium Dei nusquam ad flagella apprehendenda motum fuisse lego. Porrò Hierosolymam veram quandam fuisse vitiorum sentinam, Isaias propheta testatur, dum eidem comminando suas evidenter ob oculos statuit dissolutiones, dicens: *Vaegenti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel abalienati sunt retrorsum.* Isa. cap. 1. Moxque idem sanctus Propheta subjungit: *A planta pedis* (per hanc plebem intelligens) *usque ad verticem*, id est, usque ad primates & nobiles, *non est in eo sanitas, vulnus & livor & plaga tumens*; Circa quæ verba Illustrissimus Episcopus Monopolitanus dicit, quod ea *varias indicabant animarum agritudines, quibus & nobiles & plebeii, Ecclesiastici & seculares, divites & pauperes afficiebantur.* Et tamen Redemptor

Josephus Hebr.

Hieron. ib. Io. Episc. Monopol. fer. 2. Dom. 4.

Paulatim Quadragesimæ.

noster nullum inde sentire fastidium videtur, utpote qui transgressores nequaquam castigat. Et quidem difficultas hæc magis augescit, si consideremus quod Deus ante incarnationem, licet vocatus fuerit *Deus ultionum*, Psalm. 93. nunquam tamen per iracundiam suam eousque permotus fuerit, ut propriismet manibus in transgressores per pœnas inflictas animadverteret, sed omnem potius vindictam creaturarum manibus & potestati commissam esse voluit, prouti sanctus Ambrosius observat, dum ait: *Ubi gratia largienda est, Christus adest: ubi exercenda severitas, solum adsunt ministri.* Ambr. l. 1. de Abraham c. 2.

Porrò ab ardoribus concupiscentiæ procreatus fumus ad obscurandū solem, stellasque obnubilandas ipsamque incorruptibilium sphærarum temperaturam penetrandam, cœlos petebat, jamque ad usque contaminandum Empyreum temerario ausu pertigerat: *Ascendit malitia ejus*; Genes. 6. Ad eum igitur compescendum Deus aquas adhibuit, earumque diluvio per quadraginta dies continuos perdurante mundus inundavit: *Cataractæ cœli apertæ sunt.* Genes. 7. Populus quoque Pentapolitanus velut morticinium quoddā, spurticiebus summè detestabilibus infordescebat, adeò ut ipsis quoq; bestiis hòrrori esset & abominationi. Cœlum itaque sordium illarum ferendarum impatiens, ad eas è medio tollendas sulphureas in severæ justitiæ fornacibus flammas accendit, quæ ita exigentibus delictis populi illius contra naturam de cœlo descendentes nefandam gentem illam funditus extirparunt, adeò ut brevi tempore inferno similis visus fuerit locus ille, in quo antea consitus esse videbatur paradisus: *Pluit Dominus ignem & sulphur de cœlo.* Genes. 19. hoc autem, juxta Abulensem factum est *Angelorum ministerio.* Abul. ib. Pari quoque ratione quando Dathan & Abiron muneribus ad sublimiorem dignitatem pertinentibus se temerè ingesserunt, voluit Deus ad temeritatem illorum condignè puniendam, terram veluti instrumentum adhiberi. Similiter quando David ob graves ab eo commissas culpas debitis pœnis castigandus erat, per manum Angeli cujusdam eas executioni mandavit: *Hæc omnia Deus hoc modo operabatur, ut per creaturas animadverteret in delinquentes.* Io. Episc. Monop. ubi sup. 1. Reg. vigesimo quarto. Et tamen hoc mane pietate, quæ Deo propria est, omninò depositā, essentialisque benignitatis suæ penitus oblitus, non vult ut ad puniendos templi prophanatores, Angeli, vel discipuli, aut quævis aliæ creaturæ se ingerant, sed ipsemet in persona propria, suismet manibus, arreptis è terra funibus essent, graviter percutit, & flagellat: *Manu propria & flagello à se facto, fecit flagellum de funiculis.* Verumenimverò nunc utriusque supra infinitæ difficultatis resolutionem auscultare, hæc etiam præcipuum erunt præsentis discursus mei subjectum. Quapropter omni mansuetudine depositā, flagellum manu sua iratus apprehendit, qui in loco sacro, sive in domo Dei constituti erant. *Intravit Iesus in templum Dei*, illudque in publicum forum quoddam commutabant: Vel autem *fecisti illam speluncam latronum.* Sed cundò munus hoc castigandi delinquentes alii alteri committit, quia hi prævaricantes personæ religiosæ erant; nimirum Scribæ, Phariszi, & Sacerdotes, prouti multi sacri Expositores volunt. Ut hac ratione omnibus manifestum fiat, quod forum sæculare circa personas ecclesiasticas nequaquam se ingerere debeat. Quæ duo puncta in prima hujus discursus mei parte prolixius explicare constituī. In secunda parte aliquas circumstantias ad præsentis Evangelii, intelligentiam spectantes considerabimus, dummood in silentio & devota attentione me auscultare dignabimini.

2. *Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis.* Doctissimus Abulensis hoc loco insignem quandam difficultatem movet, nimirum, an tàm emptores, quàm venditores æqualiter peccaverint, an verò emptores aliqua ratione ab omni culpa excusabiles dici possint? Et quidem haud immeritò videri posset emptores nequaquam culpabiles existimandos esse, ad eum scilicet modum quo reprehendi merentur venditores; cujus hæc est manifesta ratio: *Quia vendentes intendebant bonum sibi, id est, accipere pecuniam*: emptores autem *intendebant emere propter bonum finem*, scilicet *ob gloriam Dei & cultum divinum*, siquidem animalia quæ ab iis emebanturi, in sacrificium immolanda erant. Videtur igitur emptores ab omni pœnæ reatu manere debuisse immunes, & consequenter nequaquam meritos esse qui è templo turpiter ejicerentur, vel certè si ipsi quoque emptores culpabiles esse censeantur, saltem majori videntur compassione digni, quàm venditores, & consequenter minoris pœnæ rei. Etenim antecedens hoc per ipsiusmet Abulensis doctrinam comprobemus: *Non potest quis emere nisi ubi alius vendit, qui autem vendit, potest vendere ubi vult.* Unde manifestum est, quod emptor eum locum adire co-

negatur, qui venditori ad explicandum mercis suæ commodior esse videtur, & consequenter venditures *faciebant malum sponte*, *Emptores verò tantum per concomitantiã*. Præterea venditores emptoribus emendi præbebant occasionem: *Cessante enim venditore, cessat emptor*, unde emptores saltem non videntur æquè culpabiles ac venditores: Et tamen factum ex fasciculis flagellum utrique æqualiter immittit: *Cum fecisset quasi flagellum de funiculis ejecit omnes oves & vendentes de templo*. Enimverò quisnam adeò temerarius erit, ut divinam justitiam reprehendere audeat? ideòque prudenter utique filius Dei fecit, omnibus ejusdem qualitatis supplicium irrogando: cujus jam summistas hæc est ratio: *quia uterque participat in facto damnato, est enim negotiatio domus in domo Dei*: Cui addi potest quod uterque scilicet tam emptor quàm venditor in errore mente dispares fuerint: *Communiter enim inter vendentem & mentem intercedit dolus & mendacium*, siquidem unus illorum merces suas justo carius & majori pretio quàm par est vendere satagit, verò justo viliori pretio emere contendit. Unde Ecclesiasticus dicit: *Inter mentem & vendentem non deerit mendacium*. Eccles. 27. Hunc igitur Abulensis circa hanc quæstionem conclusionem audite, qui totam peccati ex parvitate causam, in exiguum, quem uterque lucro deferebat, respectum refundit: *Hæc ait in omni loco illicita sunt, sed in domo Dei detestabiliora, & tamen hæc ita procedunt, ut ex parvitate & vendentis, ideò uterque de templo ejici debuit*. Quam etiam pœnæ infligendæ causam Christus assignat, dicens: *Quia faciebant domum patris mei domum negotiationis*. Verumenimverò quod si Christus hisce nostris temporibus nostras ingrederetur Ecclesias, quid facturus esset? utique habiturus esset abunde quod castigaret, imò ad defatigationem omnimodam usque multos in iisdem prophanatores flagellaturus esset, nec fortè tot invenire funiculos & testes posset, qui ad flagella facienda suffiocrent, quibus in eos animadvertendum esset, qui majorem cum ire verentia in Ecclesiis, quam alii in plateis commorantur.

3. Mirum quid apud Aulum Gellium de Socrate magno illo Philosopho legitur, nimirum quod dum studiis suis vacaret contemplando, tanta cum vehementia animum suum iisdem applicare solitus fuerit, ut integris diebus atque noctibus velut mente in ecstasim raptus immobilis steterit, adeò ut nullum in eo deprehendi potuerit pulsus, aut respirationis vestigium, nec ullus palpebrarum motus, neque hisce speculationibus deditus quiescente corpore jacebat, aut sedebat, sed erecto corpore stare solebat. Quis nostrum idipsum in ecclesia orationis tempore faciet? certus sum quod si confessarius hanc alicui pro peccatis suis imponeret pœnitentiam, ut scilicet per integram horam in Ecclesia immobiliter vel genuflexus, vel in pedes erectus persisteret, eandem non sine impatientia peracturus esset. Et tamen Socrates vir gentilis non christianus, in studio suo, non in oratione; in domo sua, non verò in Ecclesia; inter muros aut parietes, non verò in conspectu & præsentia Dei; speculando non orando, animo erat adeò compositio, recollecto, & intento. *Stare solitus Socrates dicitur pertinaci studio perdiu, atque pernox, à summo lucis ortu, ad solem alterum orientem, inconcussus, immobilis, iisdem in vestigiis, & ore atque oculis eundem in locum directis cogitationibus, tanquam quodam secessu mentis atque animi facto à corpore*. Duo quoque Romani Imperatores Diocletianus, & Maximilianus sacrilegi erant Christi totius christiani nominis persecutores & hostes, quorum tyrannidem quam in Martyres Christi sæviendo exercebant, terra per scriptos in eam effusi Martyrum sanguinis characteres veraciter attestari valet: Et tamen Claudius Mamertinus (Genes. 3. ad Mam. August.) de iisdem scribit, eos in venerandis Deorum suorum templis assiduos fuisse & diligentissimos locupletando illa donariis suis atque imaginibus, eademque magnificis, sumptuosisq; fabricis adornando: *Primũ omnium quanta vestra est erga Deos pietas? quos aris, simulachris, templis, donariis, vestris denique nominibus adscriptis, adjunctis imaginibus ornastis, sanctioresque fecistis exemplo vestræ venerationis*. Similiter de quodam Alexandri Magni ephebo legitur, quod dum hic Macedonum Monarcha sacrificandi actui adsisteret, is facè accensam, vel ut alii volunt, thuribulum igne plenum manu sua tenens, cadentem super manum suam lychnum ardentem, aut accensum carbonem incredibili cum patientia, ne quicquã se aut brachium movendo, sustinuerit, licet cato ejus inde intolerabili cum dolore adureretur, idque non ex alio motivo, nisi vel quia altari, in quo sacrificium immolabatur, vicinus erat, vel ob Alexandri Domini sui venerabundam præsentiam; Non est lamentatus, nec se movit, aut vultum suum in diversa mutavit, nec aliam actionem

indecoram commisit ob solius loci in quo erat, personæ coram qua stabat, & quam exercebat actionis respectum. Dicite, amabo vos, haberetne christianus hosce respectus & considerationes, dum est in Ecclesia; in conspectu & præsentia ipsiusmet summi Dei, ubi sanctissimum celebratur Missæ sacrificium: certus sum quod Alexandri Ephebus non tam indignè accensum carbonem manum suam adurentem sustinuerit, quàm christianus molestè fert Sacerdotis missam celebrantis moram & tarditatem, quem giganteis passibus ad divini officii finem properare exoptaret. Utpote qui majori cum repugnantia animi commoratur in Ecclesia, quàm in ardenti flamma. De Alarico etiam Gothorum Rege refertur, quod dum post diuturnam obsidionem Romam tandem invasisset, severissimè militibus suis vetuerit, ne alicui nocerent eorum, qui vitæ & saluti suæ consulere volentes in loca sacra confugissent, utpote quos in iisdem omni libertate perfrui deceret: *Alaricus Gothorum Rex Romam obsidet, turbat, irrumpit; dato tamen præcepto prius, ut si quis in sancta loca, præsertim in sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Basilicas confugisset, hos in primis inviolatos secure quæ esse sinerent.* Et tamen Rex ille vir barbatus erat. Quid igitur de præsentis temporis christianismo dicemus, in quo multæ reperiuntur civitates catholicæ, quarum Ecclesiis tàm exiguus defertur respectus, ut si in illas reus aliquis cõfugisset, is non majorem in iis habiturus esset securitatem, quam si in publico foro consisteret, imò majori reverentia prophanam aliquam domum afficerent, vel eo tantum respectu, quod domus esse noscatur famosi viri nobilis, quam ipsammet Dei Ecclesiam.

Aloſ. Lippom. in hiſt. SS. lib. 1.

4. Porrò qualis locis sacris debeatur reverentia, tùm ex sacra Scriptura, tùm ex repetitis sæpius Dei præceptis clarè satis deducitur. Quorum uno prohibebatur ne viri & mulieres una eademque via ad templum procederent. Ita enim affirmat sanctus Bernardus, Haymon, Beda, Bonaventura, Lyranus, Cajetanus, Hugo Cartusianus, & alii: *Tunc vigebat consuetudo, ut viri per unum iter, mulieres per aliud incederent.* Id quod à Josepho Hebræo pariter confirmatur, qui addit, quod in diverso templi atrio mulieres substiterint, ab eo in quo viri degebant; Id quod ea de causa potissimum observatum fuisse existimo, ne scilicet ob utriusque sexus nimiam viciniam sinistra aliqua cogitatio subreperet, quæ mentem contaminando, debitæ erga locum sacrum reverentiæ præjudicium aliquod inferret.

Joſeph. l. 6. de bell. Iud. c. 6.

5. Perfidus Absalon, qui in patre suo nihil præterquam diadema regium diligebat, nil adeò desiderabat, quam ut patris sui, regno per eum exuendi, funeralia pio officio agere & concelebrare posset; porrò ut populi sibi applausum conciliaret, fictis benevolentiæ pigmentis impia consilia sua deaurare contendebat summque benevolum favorem omnibus ea, quæ Principem decet, liberalitate offerebat dicens: *Quis me constituat judicem super terram, ut ad me veniant omnes qui habent negotium, & justè judicem?* Tandem sub religiosæ pietatis prætextu patrem deserere statuit, ac proinde pro facilioti pessimorum consiliorum suorum executione, & ut quod jure non poterat, armorum saltem violentia obtineret, & occupare posset, validum quendam erexit & instruxit exercitum. Porrò David paret ejus postquam repentinas & ambitiosas perfidi filii sui resolutiones percepisset, ne fortaller improviso interciperetur, Hierosolyma loma cum suis subduxit, & cum ingenti generosorum fidelium que militum copia ad retundendos impios Absalonis conatus & ausus in apertum campum se recepit & stetit; ad custodiam verò regi palatii sui, ut sacer Textus inquit, non nisi decem fœminas concubinas, post se reliquit. *Egressus ergo est Rex, & dereliquit decem mulieres concubinas ad custodiendam domum.* Res profectò mira hæc est. Tametsi enim in palatio suo centum & quinquaginta reliquisset mulieres, ita tamen omnes Absaloni militum ingenti turma stipato appropinquanti nequaquam voluisse resistere, neque enim credibile est mulieres has sub cereo & fragili pectore æneo quodam aut ferreo corde fuisse prædictas: Unde meritò nonnemini videri posset, Davidem Regem notabilem valde errorem commisisse. Neque enim palatium istud à semetipso adeò forte, validum fortique præsidio communitum erat, ut suis viribus confidere posset se validis adeò inimici furoris insultibus posse resistere; ex altera verò parte Absaloni nihil adeò impensè cupiebat, quàm ut Regiam patris sui sub suum posset Dominium redigere; Eo ipso enim quo hanc occupabat, suaque vexilla in illius regiæ turribus explicabat, David inde exulare cogebatur; videte igitur quæso quamq; manifesto periculo regia habitationem suam exposuerit. Verumenim verò nolite ante tempus judicare, quin potius regia Davidis consilia & cogitationes penetrare contendite. Hic etenim hunc in modum secum discurrere voluit-

possit videri : Persuadere mihi nequaquam possum, quod filius meus adversus regiam patris sui domum conversurus sit arma. Quomodo enim bellum, aut mortem introducere præsumet in domum istam, in qua vitam primitus accepit, & in qua perpetua fruitus est pace ? ergone sub tecto, quod in illa mensa in qua ei juxta latus steterit, quod in illa mensa in qua ei juxta latus meum sedenti ab Architriclinis ministrabatur & annuerens, digito demonstraretur tanquam infame quoddam mancipium ingratitudinis ? impossibile esse videtur quod filius meus adeò spurius sit temerarius, ut in illam aulam regiam pedem suum inferat, aut superba cum Majestate in illo throno sedem suam statuat, coram quo ad impetrandam offensis suis veniam sæpius ad pedes meos prostratus jacuit. Ergone sanguine commaculabit muros & parietes illos, intra quos lacte cibatus & educatus fuit ? inferetne ferrum loco illi, in quo cunas suas habuit ? aut discordiæ voluptiones eo introducet, ubi hactenus in hanc usque diem tranquillitas pacis conservata fuit ? sum eminùs nequit, ut ejusmodi cogitationes ullæ ejus ascendant, potius aliud quodvis scelus etiam in quo filio patrandum esse mihi imaginabuntur quod adeò indignum facinus commissurus sit in domû paternam, ac proinde certo sibi futurum persuadeo, quod temerarius ejusdem ad limen usque portæ regiæ ipsum persequatur, alterius autem procedere minimè præsumat, ac proinde custodiæ domus regiæ abundè prospectum erit, si etiam à solis meticulosis mutuis custodiatur : imò tametsi vacua prorsus ab omni inhabitatore, nihil est sinistri quod timeretur possim, ac proinde animo sum quieto, & prorsus tranquillo Quod si igitur Absalon, qui in patrem suum insurgens bellum illi movit, & diadema regium ab ejus vertice eripere tentavit, respectum nihilominus debitum domui patris sui detulit. Quo vituperio & supplicio christianus ille dignus erit, qui Absalone pervertior & imprentior in magni Regis gloriæ augustissima aulæ regia, in qua eum ad cœlestem mensam olim & reficit, scelera, aliasque actiones locum illum minimè decentes & indecoras committit. Ille etenim augustus locus à nobis exigit, ut in eo simus mente compositi, sanctasque cogitationes versante, poplite & genuflexo, manibus simul ante pectus junctis, vultu venerabundo, demissis oculis, & corde humiliato, est enim domus Dei, in qua in conspectu ipsius met Dei cum Deo agimus, in qua quot confessionalia videmus, totidem thronos certimus, in quibus Deus suam erga nos exhibet misericordiam, dum nobis in iisdem per sacerdotes ministros suos generalem impertitur peccatorum omnium commissorum absolutionem. Unde sanctus Bernardinus Senensis Ecclesiam parvum quendam paradisum appellat : *Ecclesia est parvulus paradisus*, volens per hoc nobis persuadere, quod sicut Angeli in Paradiso summa cum reverentia in conspectu Dei degunt, ita nos quoque in Ecclesia summa enim devotione & reverentia agere debeamus. *Bern. t. 1. ser. 3. post Dom. 2. Quadrag. 20. c. 7. f. 131. col. 2. lit. F.*

Ardentissimus ille divini honoris zelotes Elias sustinere haud quaquam poterat honorem DEO vivo & vero debitum, Idolo Baal deferri, ideòque Achab Regem & universum populum aspernimè reprehendit, dicens : *Vsquequo claudicatis in duas partes ? si Dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal sequimini eum.* Ad hoc verò ut per experientiam manifestum fieret, Baal falsum, Deum autem Israel vivum verumque Deum esse, hisce cum Baalitis conditionibus pactus est, ut scilicet omnes quotquot Baal adorabant, altare quoddam erigerent, erectoque bovem victimæ loco imponerent, tum verò si in victimam illam ignis de cœlo descenderet, eamque consumeret, Baal tanquam vero Deo acclamandum, eumque cultu Latreutico adorandum esse ; quod si verò ignis cœlestis victimam Baalitarum pertransiens victimam ab Israelitis oblatam corriperet penitusque consumeret, rejecto Baal solum Deum Israelis à cunctis adorari & coli debere. Acceptatis itaque pacti hujus conditionibus Baalitæ primi fuêre qui veritatis DEI sui facere voluêre experientiam, & licet bis terve hunc adorationis ritum adhibitis lanceolis & cultris, quibus corpus & faciem suam cruentabant, repetivissent, in vanum nihilominus laborabant, quia non erat qui exaudiret eos. Quapropter Elias sese ad Deum suum adorandum accinxit, Dominum instantissimè rogans ut preces suas vanas & irritas esse & manere nequaquam permitteret : *Domine Deus Abraham, & Isac, & Israel ostende hodie quia tu es Deus Israel.* Et ecce aër ex improviso rutilare cœpit, & mox turbo quidam igne gravidus apparuit, qui quas parturiebat flammas in victimam demisit, eique tenaciter adhæsit, donec in favillam eam redegisset & cinerem. *Cecidit ignis Domini & voravit holocaustum, & ligna, & lapides.* Addit verò sacer textus. Ignem hunc aquam quæ in aquæ ductu circû altare erat, flamma haud secus ac lingua levi-

leviter lambendo attigisse : *Aquam quæ erat in aquæ ductu lambens* ; sed dicet hic aliquis cur ignis ille qui per summam ardoris vehementiam, ligna, lapidesque patiter cum victima avidè devorabat, aquam etiam pari cum aviditate non absorpsit, aut consumpsit, sed leviter veluti lambendo attigit? Respondeo igitur, duo hæc elementa, utpote qualitatibus contrariis imbuta ad mutuam sui consumptionem uniri non posse, nisi inter sese pugnando rumorem multum & strepitum simul excitent, atque ideò cum altari in quo offerebatur sacrificium, proxima essent, ad cavendum strepitum omnem atque tumultum toris inter se viribus dimicare noluerunt, sed leviter tantum velut lambendo attigerunt se mutuo. Duo igitur hæc Elementa creaturæ inanimatæ erant & insensibiles, & tamen loco sacto altari videlicet aliquem videntur detulisse respectum. Ita Theodoretus : *Ne injuria afficeretur altare Dei.* Addit quidam Modernus quod cum aqua & ignis natura sua discordes inter se essent inimici, ex quo tamen coram altari consistebant, ignis ad aquam osculandam eamque sibi reconciliandam peramanter sese inclinasse : *Aquam, quæ erat in aqua ductu ignea lambens, veluti pacis signo osculans.*

Pars in cant. Moys text. 7. admon. 3.

7. Abraham Patriarcha tres viatores ab itinere venientes à longè prospiciens obviam eis procedit, eosque ut donec ardor solis nonnihil remitteret, in domum suam diverterent, peramanter invitavit, qui hanc Abrahæ benevolentiam gratam habentes iter suum sistunt, ut quieti & membrorum refocillationi aliquantulum indulgeant. Interea verò quotquot in domo Patriarchæ domestici erant, charitatis officiis tribus hisce viatoribus [qui Angeli, seu potius, ut nonnulli volunt, tres personæ divinæ erant] exhibendis se totos impendunt cibos parando, aliaque necessaria exactissimè curando. Dum verò omnibus rite præparatis mensæ accumberent, ut egregiæ charitati qua sanctus Patriarcha eos susceperat, grato animo respponderent, se, ut ex uxore ejus filius ei nasceretur, curaturos esse promiserunt: *Habebit Sara uxor tua filium*, Sara autem, quæ *Post ostium tabernaculi* recondita latebat, continere se non potuit, quin super hac ei facta promissione rideret, eo quod tam ipsa quàm maritus ejus incanuisset, jamque ad generandum inhabiles essent. *Risit occultè dicens : Postquam senui, & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo* ? Angeli autem risum hunc animadvertentes subitati ad eam se convertetunt, ex eaque quamobrem risisset fuêre scisciati : *Quare risit Sara* ? quasi dicerent : Audetne Sara coram nobis hic præsentibus ridere ? Enimverò audiatis velim quotnam in hoc facto concurrent circumstantiæ : Mulier hæc in domo sua propria consistit, tecto portam tabernaculi se tuit, & Angelos esse hosce viatores minimè cognoscens leviter tantum subrisit, adeò ut risus ille tàm quoad ejus circumstantias aliquam culpæ materiam minimè attigerit, aut si aliquam attigerit, ea levissima esse debeat, & tamen adeò graviter eam ob hunc risum reprehendunt, ut ipsa per timorem ad hoc inducta fuerit, ut se risisse constanter negaret : *Negavit Sara dicens : Non nisi timore perterrita.* Formemus hoc loco si placet, aliquod *à fortiori* deductum argumentum : Quod si levissimus cachinus Saræ in domo propria in præsentia alienigenarum quos minimè agnoscebat, factus, existimatus fuerit quandam in se continere indecentiam reprehensione dignam, facilè imaginari nobis possumus quid dicendum sit, si non cachinus aliquis in domo Dei ubi ipsemet Deus verè & realiter præsens est, edatur, sed torsiones indignæ committantur, tot proferantur verba parum honesta, tot impudici quaqua versum dirigantur oculorum obtutus, quantam hæc omnia promerebuntur reprehensionem & pœnæ supplicium? Quid! Dicesne fortasse ad te excusandum, quod si Deum ibi præsentem esse cognovisses, majorem utique exhibiturus fuisses modestiam & reverentiam ? Ergo metipsum veluti manifestum Ethnicum & atheistam redarguis ? Considera quantum tibi insultent Angeli, si te videant indigna in Ecclesia loquente m aut facientem. Accipe igitur salutare hoc sancti Nili monitum: *Ecclesiam ut ecclesium adi, nihil in ea aut loquere aut age, quod iram sapiat.*

Gen. 18.

8. Quin universa magnifici illius Salomonis templi fabrica, tàm quoad ordinem, quàm quoad muros, portas, fenestras, pavimentum, trabes, lapides, aliaque omnia quæ ad ejus erectionem concurrerunt, omninò mystica fuerit, nullus est, qui dubitet. Specialiter verò Salomoni à Deo præceptum fuit, ut singulari studio caveret, ne ad secandum, diffindendum, aut dolandum & elaborandum lapides, ulla adhiberentur ferra, mallei, secures, scalpella, ferræ, palæ, aut quodvis aliud ferreum instrumentum: *Malleus & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo*

suam

tum adiscretur. Quis unquam aliquid prodigiosius audivit? Qua enim ratione fieri poterit, ut fabrica aliqua tam ingens, magnifica, & sumptuosa engatur, nec tamen ulla audiatur mallei, securis, aut cujusvis alterius ferri percussio. Negari enim non potest quin fabrica, & totum architectorum opus tanto exactius, nitidius, & elegantius futurum sit, si debita & necessaria ad id adhibeantur instrumenta; Eccur igitur illa adhiberi neutquam voluit. O miram Salomonis sapientiam! Agebatur enim de sacro Dei Templo ædificando, procul igitur sunto mallei, securis, limæ, serræ, aliaque simillia ferramenta, quæ sine excitato rumore aut strepitu ad opus adhiberi non possunt. Hinc igitur edisce possumus observantiam, modestiam & reverentiam quam in Ecclesia nobis est commorandum, cavendo ne ullam demus alicujus tumultus vel scandalo occasionem, nec ullam edamus actionem indecoram aut verbum proferamus unde turbetur silentium: *Deus non vult in Ecclesia nec minimum strepitum, neminem vult strepere, vult omnes, imperat silentium*, ait quidam Monachus.

9. Cum tempus illud appropinquasset, quo modo Salvator una cum discipulis suis Pascha celebraturus erat, duos è discipulis suis ad se accersitos civitatem dimittit, iisque futurum esse quodcunque virum quendam sibi habituri sint obviam, lagenam aquæ portantem, jubetque, ut eum viro insinuent, statutum sibi esse apud eum quoddam domus suæ, per eum præparato conclavi suum celebrare Pascha: *Ite in civitatem, & occurret vobis homo, lagenam aquæ bajulans, sequimini eum, &c.* Scire equidem hoc loco percuperem, cur Christus Dominus nolluerit viri illius, quem deprehensuri erant, propium nomen discipulis suis non edicat, sed tantum hominem eum vocet: *Ite in civitatem, & occurret vobis homo.* Utique si nomen viri discipulis manifestasset, tum distinctius requirere & facilius invenire potuissent: aut certe aliquem fortasse habuissent viri illius notitiam, adeoque directe domum ejus adire eumque inibi requirere potuissent. Num forte Christum nomen hoc vel ignorasse, aut ejus recordari non potuisse dicemus. Nequaquam inquit Beatus Ambrosius, optime enim viri illius nomen cognoscebat: *Scibat autem Dominus nomen ejus, cui jam sciebat mysterium & occursum.* Pro cujus intelligentia advertendum est, cænaculum, in quo Christus Pascha suum celebravit, primam fuisse à Christo consecratam Ecclesiam, ut Flav. Lucius asserit, in qua Apostolos in Sacerdotes & Episcopos consecravit, & sanctissimum Sacramentum instituit. Id quod etiam Sanctus Hieronymus testatur, dum ait: *Cænaculum grande* (Ita enim à Christo appellatum fuit.) *Ecclesia magna est.* Nomen igitur viri illius quem discipuli inquirere debebant; eis non revelavit, quia cum Judas Christo discipulos dimittenti præsens adesset, Christus prævidebat futurum, ut si is nomen viri illius intellexerit, subito ad Christum tradendum ad Synagogam Hebræam se conferret, iisque diceret. Mittite milites mecum, scio enim nomen viri illius, in cujus domo suum manducaturus est Pascha, ibi igitur eum facilè & sine turba capere & comprehendere poterimus. Unde Christus apud se hunc in modum cogitasse videtur: Ergone Christus in cænaculo capitur? Milites in Ecclesiam violenter irrumpent? Apostoli inibi dissipabuntur? Petrus gladium stringet? Malchus vulnerabitur? variæque per milites & satellites movebuntur insolentiæ? Absit, absit. Ne igitur hi strepitus in loco sacro nascerentur, Christus cavit nomen illius edicere, sed tantum dixit: *Occurret vobis homo*, suppresso viri nomine. Ita opinatur Theophylactus & alii dum ajunt; *Dixit autem quidam, quod idcò non dixit nomen hominis, ne proditor cognito nomine, domum panderet Pharisæis, qui venientes cepissent eum.* Et Origenes ad præsens propositum ingeniosè concludit, dicens: *Non enim conveniebat, ut ibi caperetur, ubi cum discipulis manducaverat Pascha.*

Flavius Lucius.

S. Hieron. in c. 14. Marc. in cat. D. Th. fol. 144. col. 3. l. D.

Theoph. in cat. D. Th. c. 12. Luc. f. 228. col. 3. l. E. Orig. ap. D. Th.

10. Absit ut hoc loco insignem quandam S. Vincentii Ferretii ponderationem præteream, quam is circa visitationem Mariæ instituit; Beatissima namque hæc Virgo è domo sua recedens, dilecto sponso suo Josepho comitata in civitatem Juda se non ob alium finem recepit, quàm ut Elisabetham cognatam suam præcursore Baptista gravidam visitaret. Ut autem domum Zachariæ ingressa fuit, sanctus ille senecio hoc sanctitatis miraculum contemplatus, cor suum quodam beatitudinis jubilo adimpleri sensit, ideoque tacitus intra semetipsum dicebat: quænam vel qualis est hæc nova stella, quæ insignes felicitatis & gratiarum domui meæ promittit influentias? Etenim ex quo hac vitæ aura sum perfruitus usque in senectam præsentem non memini voltum aliquem vidisse tanta venustate ac pulchritudine effulgentem, unde licet mulierem hanc tanquam creaturam

hono-

honorandam esse censeam, ex altera tamen parte videor mihi id faciendo magnum ejus excellentiæ facere præjudicium, utpote quam tantam Majestatem præ se ferre video, ut nisi veterer, quod humilitatem illius offenderem, eandem veluti Deam adoraturus essem. Interim verò Beatissima Virgo & Elisabetha in mutuos ruunt amplexus, suavibusque sese verbis mutuo salutant, unde sancta hæc anus tantum in se animi jubilum sensit, qui vix verbis expiimi potest. Inter hosce autem mutuos complexus ipsemet quoque Joannes, licet matris utero adhuc clausus esset, continere se non potuit, quin gaudia quoque sua, quæ ex tam vicina parvuli Jesu in sinu Mariæ, velut in animato quodam paradiso delitiantis præsentia concipiebat, saliendo & exultando manifestaret: *Ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth exultavit infans in utero ejus.* Verum enim verò quinam sunt hi insoliti motus in Joanne pro eo tempore, quo a Christo visitabatur? nonnulli existimant Joannem, qui adhuc ad se movendum inhabilis erat, exiluisse præ nimia lætitia: *Saltat in utero, quod maximo existit in gaudio.* Chrysostomus opinatur Joannem violentiam adhibuisse ut ex utero materno egredi posset, ad videndum Deum incarnatum: *insultabat calcibus clausus in natura, tal a matri dicēs: Inique facis ō mater, qua tardas Prophetam.* Sanctus autem Vincentius Ferrerius dicit, quod *Retraxit se in utero matru, humiliter inclinando.* Retrocessit humiliter se inclinando, ut se coram Maria constitutum, venerabundum exhiberet, utpote in qua velut in altari quodam animato sacratissimum Salvatoris corpus consistebat. Id quod nobis omnibus optimi exempli loco servire potest, ut ab inde omnes discamus, qualiter nobis omnibus in Ecclesia coram altari in quo sanctissimum Sacramentum asservatur, standum sit. Notate ipsissima sancti hujus Doct. verba: *B atus Ioannes ostendit nobis quantā reverentiā debemus facere altari Christi: Virgo maria erat tunc altare, in quo erat corpus Christi, & quando Ioannes accessit ad Christum, per amplexus matris B. Ioannes retraxit se humiliter inclinando.*

Luc. 1.

Chrys. in cat. D. Thom. fol. 155. col. 4. l. C.

Vinc. Ferr. de S. Ioan. Bap. f. 65. col. 1.

Ferrer. ubi supra.

11. Refert Seneca mulieres illas, quæ aliquando in carceres conjectæ, vel aliquamdiu in prostibulis commoratæ fuerant, sæculis antiquis indignas æstimatas fuisse, quæ sacra templa ingrederentur. Unde Ludolpus Agricola ibid. in com. fol. 667. versu 10. subjungit: *Quasi quibus in lupanari aut carcere locus dabatur, illas indignissimum sit in templa recipere.* Quibus verbis & gentilibus hominibus, templisque prophanis eorum agitur, ad illa namque similis fœtiæ hominibus nullus prorsus indulgebatur aditus. Nunc autem in ecclesiam Dei vivi & veri, ejusmodi hominum fœci, quorum fœtor coram Deo & hominibus valde est abominabilis, non solum libet conceditur aditus, verum insuper infamesejusmodi homines adeò sunt inverecundi & temerarii, ut obtutu oculorum impudico, nutibus, risibus, cachinnis aliisque indignis & indecoris actionibus ex ecclesia prostibulum quoddam faciant, & quod peius est, atq; in maximam confusionem nostram cedit, quod non erubescat aut dissimulabatur à gentilibus, nunc faciè à Christianis toleratur. Unde dæmon inteutum suum, quod cum Christo in deserto tentando dimicans in eo obtinere non potuit, hisce infelicibus temporibus plenissimè & pro voto assequitur. Etenim quando Christus Petro Ecclesiam administrandam consignavit, eandem humeris illius imposuit, dicens: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*; è quibus verbis clarè deducitur, quod Petrus instar lapidis fundamentalis sub Ecclesia consistat, eamque sustentet. Quid autem diabolus fecit? Christum Dominum in deserto convenit, eumque supra altissimum templi verticem collocavit: *Duxit eum Iesus supra pinnaculum templi.* Supra? imò verò supra pinnaculum templi, volebat enim ut Christus Ecclesiam pedibus suis conculcaret, atque contemneret, eumque conceptum de Ecclesia haberet, quem de iis rebus habemus, quas per contemptum pedibus calcamus, quod licet in Christo obtinere minimè potuerit, multi tamen hisce reperiuntur temporibus, qui dæmonis desiderio plenissimè satisfaciunt. Sunt etenim nonnulli Ecclesiæ Officiales qui optimè quidem rectrus suos curant, & administrant, Ecclesiam autem pedibus suis substratā habent, id est, totaliter negligunt, parum curantes si hinc muri corruant, altaria denudata & prophanata conspiciantur, illius trabes patiantur ruinam, alibi tectum pateat aut lapsui proximum sit; fores Ecclesiæ seris delitutæ claudi non possint, intra centum annos vix una Missa in ea dicatur, prophanis usibus cedat, dum fœnile, aut equile, aut porcorum haram exinde fieri permittunt, cum tamen Ecclesia dives sit & locuples; ut sex sustineat mediis conservari satta tecta illius facilè potuissent. Unde tantus Ecclesiæ illius neglectus, nisi

Seneca declam. 2. de virg. prostituta fol. 666. col. 1.

nisi quia curatus illius dorsum eidem obvertit, & de solis ejus redditibus curam habet, quos in proprium, nepotumque suorum commodum impendit & applicat? Pascæ curam relinquentes Ecclesiæ, frilla neglecta corruat. Verè tales Diabolo deditorio plenè satisfaciunt, Ecclesiam pedibus suis conculcantes & contemnentes. De hisce utique David Propheta loquebatur, dum ait: *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam* id est, inquit Cardinalis Hugo: *Fecerunt eam desertam ablatis omnibus bonis ejus, collectu fructibus vacua remanet, cultum ejus destruxerunt.* Nil aliud hodie superesse videtur, quàm ut ea in locis sactis fieri conspiceretur, quæ Neptunum inter & Medusam in templo Minervæ accidisse leguntur; Imò vetulla quoque hodie in multis locis sactis fieri ostendi possit, nisi verecundia illa manifestari prohiberet. Verumtamen certum est quod ii qui nullum aut valdè exiguum locis sactis deferunt obsequium, à flagellis Dei minimè sint futuri immunes.

Qui cultui Ecclesiam elementi navigat aura
Et qui contemnit, tendit ad exitium.

Scribit Baronius de quibusdam qui contumeliosis pottas templi cujusdam impetentes, ungues suis iisdem foribus mansere affixi, nec inde non potuerint, nisi sanctus Remigius, cui sacrilegi isti sese recommendaverant, his orationibus gratiam illis à Deo impetrâsset liberationis suæ: *Quidam essringentes portam Ecclesiæ, pedem juxta impactum, & in eadem manum remansisse, nec avelli potuisse nisi oratio* Baron. an. 532. *sancti Remigii ajunt.* Quidam etiam Ungari usque quoddam lapideum in Ecclesia sancti Basilii demoliri conati sunt; sed quid iis accidit? manus eorum lapidibus illis veluti confixi adhæserunt, adeò ut illas abinde dimovere nequaquam potuerint: *Manum impactam lapidi Deus miraculo affixit, quam ille nullâ ratione retrahere* Vinc. Fer. *potuerit.* Lattones quoque qui Ecclesiam sancti Germani Antissiodorensis deprædari præsumpserunt, quam gravis & dolorosus iis fuerit ejusdem sancti baculus pastoralis reipsa comprobatum est, unde & fugientes inde elata voce clamare coacti sunt: *Potentiores in Ecclesia hac vivi, quam mortui sanctus Germanus nos baculo percussit.* Idemmet sanctus Remigius fecit, dum perbonum quandam bonorum quorundam Ecclesiasticorum usurpatricem baculo suo pastorali graviter verberavit. Sic quoque de Saracenis quibusdam legitur, quod dum post violatum ab ipsis templum, fluvius quidam iis transeundus esset, duo sancti illis apparuerint, à quibus primo quidem ob errorem commissum verbis acerrimis reprehensi, ac demum postea miseræ submissionis supplicio in eodem fluvio fuêre multati. Cambyses item Rex Persarum postquam universam sibi Ægyptum subjugaverat, omnia regionis illius templa destrui & funditus everti fecit, præcipuè verò unum quod Jovi consecratum fuerat; & non obstante, quod diruta hæc templa prophana essent, mirum audire, quod eidem accidit, supplicium, dum enim cum exercitu suo in Africam denuo regrederetur: *Ventus forte elevatus est validissimus, tempestatesque maximæ adeò ut ingentissimi etiam arenæ montes usque adeò elevarentur, ut totum exercitum operirent, & earationæ universus periret.* Regis quoque Xerxis exercitus miserè quoque universim interiit, stragisque suæ perpessæ causam persequendo, tandem id cælitus sibi à Deo immissum supplicium fuisse confessus est: *Putavit exercitum suum periisse, quod post bella illata variis nationibus ab eodem exercitu jussisset etiam eidem, ut templa omnia spoliarent.* Dum serenissimus Castellæ Rex Sancius ad venationem procedens, cervam quandam ingentem obviam haberet, illam fugientem eousque est insecutus, donec eandem juxta murum Ecclesiæ assequeretur, ubi cum elevato in altum brachio lanceæ ictum eidem impingere conaretur, accidit, quod quia nullum habuerat Ecclesiæ, juxta quam fera suum quæsierat refugii locum, respectum, Deus temerarium Regis ausum protinus castigarit, efficiendo ut extensum in feram Regis brachium subitò exaresceret, ut debitum deinceps honorem Ecclesiis deferre perdisceret: Rex autem ab equo mox descendens, veniam quam à Deo instanter petiit, impetravit. Pompejus in omnibus prælis, quibus cum Cæsare dimicavit, gloriosam semper victoriam reportavit; postquam verò cum exercitu suo Jerosolymam versus processit, ibidemque atrium templi in stabulum equorum commutavit, suos in eo equos collocando, tantam à Cæsare passus est stragem, ut exercitum suum, imperium quoque & vitam pariter amiserit: *Pompejus & Cæsar de Imperio contendebant, & Pompejus semper fuit victor. Iste Pompejus contigit quod venit Jerusalem, & non sufficiebant stabularia, firmavit in atrio templi equos*

Idem an. 846.

Justin. l. 2. ap. Th. de Trus. p. 2. f. 135.

Idem ib.

Vinc. Fer. serm. 2. Dom. 4. ser. 1. sol. 152. col. 3.

equos non in templo, & ideò ista ratione semper fuit victus, nec fuit Imperator, Ergo quia non dedit honorem templo Dei Cum certus quidam Gaufredus tempore sancti Bernardi ex Ecclesia fortalitium quoddam faceret, accidit ut templi illius sacri parietes sanguinem sudarint, quasi lapides muri illius templum illud prophanari videntes exhorrescerent, suoque sanguine præsagire vellent, futurum brevi ut temeratium hoc scelus morte à Deo puniretur, prout etiam paulò post revera accidit. Theodorici Gothorum Regis milites, quod templum sancti Juliani Martyris civitatis Atvetnensis spoliassent, à dæmonibus confestim obsessi sunt universi, cumque illatum à dæmonibus tormentum diutius sustinere non possent, proprii corporis sui membra suismet dentibus horrendum in modum dilaniarunt. Proculus à Genserico Wandalorum Rege ad templa prophananda & dehonestanda missus. *Cum Ecclesias diriperet, & sacra volumina igne exureret, non multo post sibi ipsi frustulatim linguam pracidit dentibus & interiit.* Pyrrhus una cum prædis in Proserpinæ templo direptis in Siciliam revertens, optima quæque prædarum suarum navibus commisit, ipsemet autem per terram iter suum confecit Quid fit? Omnia ista hæc à Pyrrho navibus commissa spolia per tempestates miserè interierunt, atque submersa sunt: *Omnesque naves quæ sacram pecuniam habebant, in littora nostra ejectæ sunt, qui tanta clade edoctus, tandem pecuniam omnem conquisitam in thesauros Proserpinæ referri jussit*: Notate autem quod sequitur: *Nec illi unquam postea prosperè quicquam evenit.* Cogitate igitur, quid de illis futurum sit, qui nullam prorsus Dei templis deferunt reverentiam: Meritò dixeris: Bona Ecclesiastica sunt veluti ignis sancti Antonii omnia consumens: ideoque debito semper honore Ecclesiam, cunctaque ad Ecclesiam pertinentia prosequere, si fœlices in rebus tuis experiri eventus velis. Optimè idipsum Alaricus Gothorum Rex intellexit, qui Romam deprædaturus ingrediens, serium cunctis militibus suis præceptum imposuit, ut sub pœna reatus mortis; debitam locis sacris reverentiam habentes, ea nequicquam offenderent, sicut nec illos qui refugii causa in ea se recepissent: *Alaricus Gothorum Rex Romam obsidet, turbat, irrumpit, dato tamen præcepto prius ut si qui in sancta loca, præcipuè in sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Basilicas confugissent, hos inprimis inviolatos, securosque esse juberet.* Accidit autem, quod dum barbari civitati damna illaturi, quaquaversum discurrerent, miles quidam locum sacrum ingressus, vagientem quandam templi custodem inventit, ab eaque ubinam thesaurus Ecclesiæ depositus esset sollicitatus fuerit. Quos illa mox ei dæmonstrationem dedit: *Hæc Petri Apostoli sacra ministeria sunt, præsume si audes de facto, tu videris: Ego quæ defendere nequeo, contendere non audeo.* Quibus verbis nequicquam impedire se sinens Barbarus thesaurum invasit, quem cum ad Alaricum Regem detulit, is *continuo reportari ad Apostoli Basilicam universa, ut erant imperavit* Forte quia probe sibi perspectum habebat, quod si secus faciset, magnam sibi ruinam conciliaturus esset; Etenim hi barbari erant, quid igitur non faciat Christianus? Verùm enimverò nil mirum, si plurimi è Christianis omninò contrarium faciant, siquidem qui id præsumunt ipsismet Barbaris longè sint deteriores.

Abrah. Bzou ser. 3. post Do. 1 Quadr. f. 48. co. 1.

Abrah. Bzou. ib.

Tit. Liv. l. 29. de urbe cond. fol. 723.

Aloys. Lip. in histor. sanct. lib. 1. fol. 306 Et Paul. Oros lib. 7. hist. c. 39.

12. Quid mirum igitur si Deus nos flagellet, nunc immittendo grandines omnem messem nostram devastantes, nunc famem ad extremas nos angustias & necessitates perducentem, nunc bella irreparabilibus nos damnis infestantia: nunc pestem civitates in solitudines civium morte sublatis convertentem: sæpè etiam flagellis nos particularibus castiget, infirmitate, vinculis, paupertate, tribulationibus, charissimorum amicorum nostrorum morte? Hæcque omnia non stellis aut fato, sed exiguæ reverentiæ quam Ecclesiis deferimus, dum illas per nimiam temeritatem nostram ex domo Dei domum negotiationis, in prostibulū quoddam, in speluncam latronum convertere præsumimus, adscribere debemus: *Vos fecistis illam speluncam latronum.* Porrò quod sanctus Bernardus lachrimabundus dicere solebat, potius, si munum nostram sinui nostro immittere volumus, singuli nostrum jure dicere possent: *Ideo placeo, ubi peccata mea emendare debeo.* Ecclesiam quidem eo fine ingredimur, vel saltem ingredi deberemus, ut bene ibidem pro salute animæ nostræ operaremur, at verò si Ecclesiam egredientes, fructum quem fecimus, recogitare velimus, deprehendemus majorem esse jacturam quam lucrum. Et hoc sensu Christus domum Patris sui in domum negotiationis convertere prohibebat; *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* Etenim domus orationis est Ecclesia, in qua nimirum pro necessitatum nostrarum obtinendo subsidio nostras ad Deum, beatam Virginem, alios que Sanctos orationes effundimus:

dimus: at verò qua fronte ad Sanctos invocandos, ad templa properabimus, si illa prophanauerimus, illos ad iracundiam provocamus.

13. Æsopus qui optima nobis documenta moralia per doctas fabulas ingeniosè ministrat, refert juvenem quendam corvum infirmatum fuisse adeò, ut nullum suis doloribus aliud superesset remedium, præterquam spes, qua dolores ipse una cum vita sibi per mortem adimendos esse confidebat. Mater cordialiter pullum suum diligens, ob ejus ægritudinem inconsolabiliter plorabat. Quod pullus videns, matri suæ dixit, desine lachrimas ab oculis in terram effundere, & harum loco potius ardentes ad Deum preces pro me in cælum emitte: Cui mater respondit: Dilecti fili? *Quem tibi Deorum forte propitium putem, cum nullus sit ex cujus aris sacra non rapueris?* Vix ulla est in tota Civitate Ecclesia, quam non contempseris, aut per indignas actiones tuas non prophana veris, ut proinde Deus non immerito de te per os Prophetæ sui lamentetur dicens: *Dilecti mei in domo mea fecit scelera multa.* & tamen isdem tempore necessitatum te prementium erandiendum te existimas, quin potius servum in isdem præstolate supplicium: *Unde omni flagellari, ac de Ecclesia ejici debeas*, inquit Bern. Porrò duo sunt negotiationum genera; quorum aliquorum sunt illicita, in quibus fraudes & dolositates intercurrunt, taleisque negotiationes ad lucra temporalia spectant, & hæ in Ecclesiis nequaquam agitari debent, unde & ementes & vendentes indè è templo exturbantur: *Ejecit ementes & vendentes.* Alia autem est negotiatio licita, atque omni fraude & dolo valdè aliena, estque illa quæ ad animæ salutem spectat, & in meritorum auctio sive augmento consistit, eaque in Ecclesia agitari & exerceri licitè potest. Hortor vos igitur, ut unum illius genus in hac Ecclesia exerceatis, estque negotiatio Eleemosynæ in qua centum pro uno vobis lucrabimini, cavete igitur ne præsentem occasionem negligatis.

PARS SECUNDA.

14. CHristus Redemptor noster nulli alteri permittere voluit, ut accepto flagello impios templi prophanatores castigaret, quin potius quia hi (ut ab initio dictum est) sacerdotes erant, ideò ipsemet in propria persona causam inspicere, formare processum, sententiam definire, proinque ad flagella condemnare voluit: *Ementes* scilicet *& vendentes.* Per hos nobis insinuans, quod forum sæculare nequaquam se in res Religiosorum vel Ecclesiasticorum dijudicandas ingerere debeat, idque ad immunitatem Ecclesiasticam sartam tectam conservandam; siquidem causæ ad forum sæculare deducendæ ad Cæsarem, non verò ad Deum spectant. Enimvero Hebræi Gallioni Achajæ Præsidi atque Proconsuli libellum querulatorium tradiderunt, in quo Paulum & Sosthenem accusabant, quod relicta & posthabita Hebræorum lege observatores se profiterentur esse legis Christianæ, ac proinde rogabant debitum illis à Gallione decemi pœnæ supplicium. Sed quid in hoc casu Gallionem fecisse existimatis? Num fortè porrectas sibi querelas acceptavit? aut Paulum & Sosthenem in carceres conjecit? vel pro habenda informatione examen quoddam vel processum instituere & formare cœpit? Minimè gentium, quin potius protestatus est, sese in causam hanc nequaquam ingerere velle, dicens: *Iudex ego horum esse nolo.* Dices fortasse: Quænam est judicis hujus ignavia & socordia quod delatas ad Tribunal suum querelas, rejiciat, & aliorum placito causas sibi oblatas remittat? alii judices dedito studio & opera causas ultro quærunt sibique attrahunt, quas hic ultro citroque sibi oblatas ablegat & dimittit. Respondere quidem possemus, judices ordinariè nil adeò quam lucrum suum respicere, ideoque pro illo habendo omnem aquam molendino suo adscisere, è contra verò parum vel nihil de illis causis curare, quæ nil nisi cessans lucrum secum adducunt, ideoque mirum non esse quod Gallio de Pauli & Sosthenis causa cognoscenda non curavit, utpote à quibus tanquam pauperculis Christi servis nihil omninò lucri sperare potuit: Verumtamen hoc Gallionis motivum nequaquam fuisse, ipsemet expressis verbis sufficienter declarat, dum ait: *Quæstiones sunt de verbo, & nominibus, & lege vestra:* ac proinde, *Vos ipsi videritis.* Quasi diceret: Agitur de gente Christum Ducem sectante, & de rebus ad Mosaicam legem veltram pertinentibus, in quas me ingerere nequaquam volo: *Iudex ego eorum esse nolo:* Quid igitur fecit? *Minavit eos à tribunali*, id est, ut Cajetanus exponit: *Depulit eos à tribunali.* Paulus persona erat Ecclesiastica, cujusmodi & Sosthenes declaratus fuerat, ideoque illos ad suum forum minimè spectare judicavit, utpote qui debitum immunitati Ecclesiasticæ respectum deferri voluit,

Actor 18.

15. Sanctus Aelredus forum sæculare Lunæ comparat, quia instar illius suum prædominium & jurisdictionem habet in Laicos per noctem repræsentatos : Forum autem Ecclesiasticum Soli assimilat, quia dominatur diei, id est, Religiosis & Ecclesiasticis : *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præesset diei, & luminare minus ut præesset nocti.* Quis autem vidit unquam, quod Luna circa diem, Solis functionibus sese ingesserit, vel quod Sol authoritatem suam aliquando exercuerit circa noctem ? *Sunt & in sancta Ecclesia firmamento à Domino creata magna luminaria, sacerdotium, & regnum, Rex & Episcopus, Princeps & Clericus* (sunt verba sancti Aelredi serm. 10.) *dies spiritualia nox significat sæcularia: itaque luminare majus sacerdotium, ut præesset diei, id est spiritualibus: luminare minus, regnum, ut præsit nocti, id est, sæcularibus.* Quod idem etiam hac ratione diceret, sicut forum sacerdotale in sæculi causas se non intromittit, ita pariter ratio debiti exposcit, ut forum sæculare, authoritatem spiritualem prorsus relinquat intactam, sese neutiquam Religiosorum vel Ecclesiasticorum causis immiscendo, sive civiles illæ sint, sive criminales ; Ac proinde præfatus Sanctus prosequitur, dicens : *Contra naturam proinde est, si Sol nocti, si præsit Luna diei, si Princeps ad spiritualia se inferat, si Sacerdos sæcularium negotiorum tenebris consentiens suæ serenum obnubilet.* Jurisdictio igitur sæcularis ad fori Ecclesiastici subditos extendere se nequaquam debet.

Gen. 1.

Idem ibid.

16. Christus tametsi innocentissimus esset, ante tribunal Pilati tamen productus fuit; A quo Præside multa filio Dei proposita fuere interrogatoria. Specialiter autem eundem de veritate examinavit : *Dicit ei Pilatus : Quid est veritas ?* Joan. 18. Quæ verba vix ab eo pronuntiata fuerant, cum ecce nullo exspectato responso, subitò se protripuit: *Et cùm hæc dixisset, iterum exivit ad Judæos.* Unde Beda : *Nec exspectavit audire responsum.* Et Cardinalis Toletus : *Non exspectata interrogationis suæ responsione.* Videte monstrosum hoc animal. Interrogat enim ut sciat, & tamen ne sciat, quod scire cupiebat, auscultare responsum negligit. Quis unquam rem magis peregrinam audivit ? Lyranus difficultatem hanc resolvit, dicendo. Pilatum errorem suum animadvertisse, quem in hac interrogatione commiserat ; atque ideò eundem corrigere voluit subitò recedendo, & non exspectando responsum. Quisnam autem error iste fuit ? A Lyrano idipsum interrogamus. (Hujus quæstionis Pilatus non exspectavit responsionem, quæ erat de regno spirituali:) Sed quid inde ? Audire: ipse autem non habebat se intromittere, nisi de temporalibus, & ideò hoc advertens dimisit illius quæstionis prosecutionem.) Veritas enim ad forum Dei pertinet: Forum autem Pilati ad res temporales, & humanas spectabat, atque ideò dum se authoritatem suam extra sphæram sui fori extendisse advertit, errorem suum coarctat, discedendo & responsum non exspectando. Pilatus igitur inadvertenter in res divinas se intromisit, subitò autem ut excessum suum notavit, retraxit pedem, atque à cœpto conatu remisit. Verum enimverò utinam hisce nostris temporibus nulli inveniantur, qui data opera manus suas divinis rebus ingerant, licet se malè facere sciant, eaque de re sufficienter sint moniti, quique authoritatem justo majorem usurpative sibi arrogent, atq; à male cœptis non solùm nequaquam desistant, sed ad ultimum usque. Et atque *ad sententiam* studiosissimè prosequantur. Credo equidem quod similis mordinatio in Italia, aliisque provinciis & civitatibus Christianissimi, in quibus timor Dei hominum mentes occupat & sancta Fides floret, nequaquam accidat. Ideoque licet Baronius hæc nostra sæcula valdè deploret, ambigo tamen vehementer an de Pinnephonis nostris o: thodoxè Christianis loquatur, quando dicit: *Unde magis Lector deplores nostra miserrima tempora, quibus nihil sollicitius vigilantius, ac vehementius Præsides provinciarum agant, quàm ut Ecclesiasticum tribunal solitarium reddatur, causas Ecclesiasticas in sæculare judicium quibus vis prætextibus trahant.*

Beda ibid.

Tolet. ibid.

17. Constantinus Imperator strenuus fuit immunitatis Eccl siasticæ defensor, non verò destructor, dum enim nonnulli Episcopi synodo Nicæna pro nonnullarum emergentium difficultatum, quæ inter illos vertebantur, compositione ad ejus tribunal recurrissent ; dictus Imperator iisdem semullatenus ingerere voluit, ad eos dixit; *Deus vos constituit Sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi. Et ideò nos à vobis rectè judicamur, vos autem non potestis ab hominibus judicari: Propter quod Dominus inter vos exspectate judicium* Immere volens, neutiquam convenire, ut sæcularis in causis Ecclesiasticorum manus vel authoritatem suam ingerat. Id quod etiam ex ipsamet Scriptura sacra satis liquet.

18 Deus

18. Deus ob mundi peccata graviter irasci, eundem debitè castigandum Angelo cuidam commisit, qui vasa iræ Dei totaliter effundens, omnem Dei iram terræ superinduxit, adeò ut hæc non terram solùm, sed etiam maria & flumina invaserit : Et simile quid etiam ab aliis Angelis fieri voluit, qui tantum effundere sanguinem, ut in cadaverum strage mors ipsa triumphare videretur : *Ite & effundite septem phialas iræ Dei in terram.* Apoc. 16. Postea verò eram de culpis & negligentiis suis castigandi erant nonnulli Episcopi : Quam functione Deus nequaquam Angelorum operâ & ministerio uti voluit, sed immediatè per semetipsum loquitur, reprehendit, pœnasque minatur & supplicia : *Age pœnitentiam & prima opera fac, sin autem, veniam tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo.* Apoc 2. Similiter alteri cuidam Episcopo dicit : *Si ergò non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.* Apoc. 3. Porrò cum hoscè eventus nonnihil accuratiùs discutimus, Et quidem non immeritò videri non unum convenientius posset, si Deus in gradu sublistens, Angelis permisisset, ut causas hujusmodi illorum revidere, formare processus, sententias fulminare, eos quos temerè deprehenderent punire, innocente verò suâ veritate absolvere potuissent. Nunquam Angeli ad transgressores puniendos minimè apti esse censentur? Si ita est, cur igitur eodem Deo, ut suprà mox dictum est, Angelis ut super terram, maria & flumina, flagella & pœnas fulminent, commissum fuit. Hoc enim est, ob quod doctissimus Pater Sylveira Carmelitanus vehementer admiratus, hanc quæstionem instituit : (Cur ergò ad nutum gentium Angeli destinantur : ad gustum Principes verò Ephesi, & aliarum Ecclesiarum plectendos ipse Dominus se venire promittit ? Et quo eodem Patre præsentis difficultatis erudita deducitur solutio, nimirum Deum id voluisse, ad demonstrandum quod causæ Ecclesiasticorum solùm à Deo, & ab iis qui cultui Divino dedicati sunt videri & judicati debeant : *Sacerdotum causas ad alium præter se devolvi non permittit.* Vultne veritatis hujus ulteriorem confirmationem ? Deus Optimus Maximus Israëlitis graviter indignatus multoties isdem comminatus est totale excidium, gentium desolationem, destructiones civitatum, multasque alias ærumnas iisdem per Chaldæorum & alterius ferocis robustæque gentis manus inferendas, prouti in Ezechiele cap. 9. & 8. & Baruch 4. clarè satis liquet. Tandem verò Heli Summus Sacerdos factus divinatum Legum transgressor, ipsummet Deum in propria persona vindicem habuit, qui eidem & toti ab eo descendenti progenici dira est comminatus : *Præscindam brachium tuum, domus Patris tui.* Ubi bene observandum est, quod licet adversus Reges terræ & Israëlitarum, Chaldæos, aliasque barbaras gentes esse voluerit justitiæ executores, attamen postea dum Heli Summus Sacerdos castigandus erat, ipsemet eidem debitam infligere pœnam voluit, & toti progeniei suæ. Cur obsecro non Chaldæis aut alteri cuivis barbaræ genti præcipit, ut ad domum Heli eradicandam, destruendam, & castigandam sese recipiant? Nimirum Heli Sacerdos erat, quorum causis, sive civiles illæ sint, sive criminales, Deus nequaquam vult, ut sæculum manum suam intromittat : *Sacerdos ante tribunal nullum aliud, quàm Ecclesiasticum, ubi Dei vices agantur, sistere debet*, inquit supranominatus Scriptor Carmelitanus. Ob eandemmet causam Salvator quoque noster Sacerdotes, qui in templo negotiabantur, nulli alteri castigandos committit, sed ipsemet accepto flagello eosdem punire voluit : unde Anacletus Papa ait : *Per se ipsum, & non per alium vendentes & ementes ejecit de templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium proprio evertit flagello, ejecit de templo. Unde liquet, quod Summi Sacerdotes, id est, Episcopi à Deo sunt judicandi, non ab humanis, aut pravæ vitæ hominibus sunt lacerandi.* *Anacler. Papa de ordin. Epis.*

19. Et quidem undenam existimatis multorum hominum, imò & civitatum ruinas & lapsus enasci? Certè non aliunde, quàm quod forum sæculare in forum Ecclesiasticum sese intromittat. Interrogate idipsum à Basilio qui Porphyrogenitus dicitur, hic enim advertens quod à Phoca prædecessore suo leges nonnullæ datæ essent, Ecclesiasticæ immunitati valdè præjudicantes, universo Angliæ regno horrenda auguratus est infortunia, & quævis calamitatum genera : (Ex quo lex ista robur *Basilius* habuit, nihil boni penitus in hodiernum usque diem vitæ nostræ contigit : sed potiùs è contrario nullum omninò genus calamitatum defuit.) *Nomo Canon. 1.*

20. Porrò sancti Patres multas alias ratio-

nes insuper adducunt, ob quas Filius Dei manum suam ad flagella extenderit. Sanctus etenim Bernardinus Senensis dicit, quod ex quo venditores illi Sacerdotes erant, actio illa illicita facta fuerit, respectu personarum: *Fit mercatio illicita ex circumstantia personæ, minimè enim licet Christus & Ecclesiasticis viris mercationi vacare.* Et Sanctus Paulus expressè idipsum prohibet, dum ait: *Nemo militans Deo, implicet se negotiis sæcularibus.* Timoth. 2. Et tamen verissimum est quod nonnulli Ecclesiastici, adeò se negotiationibus & mercimoniis involvant, ut ob id servitium Dei prorsus negligant, Ecclesiæque obligationes & divina officia totaliter omittant: *Decet Clericos sanctè vivere, & non cupiditatibus seu mercationibus, vel lucris, sed Deo adhærere, qui summum bonum est,* inquit idemmet Sanctus Pater Bernardinus ibidem.

D. Bern. Sen. tom. 2. serm. 33. c. 2. Dom. 4. Quadr.

21. Alii vendentes & ementes à Christo ideò flagellatos fuisse dicunt, quia nimirum vendebant columbas, atque ideò illos reptæsentabant, qui ad Simonis Magi imitationem vendere præsumunt Spiritum Sanctum, eò quod illum quoque pretio sibi comparârint, de quibus proinde Beda dicit: *Vendunt columbas, qui acceptam Spiritus gratiam, non gratis, ut præceptum est, sed ad præmium dant.* Scio quidem multos dedignari Eleemosynam aliquam licet sponte pro administratione Spiritus Sancti datam acceptare, interim verò nullam sibi conscientiam faciunt, si aliquot scutorum millia, imò etiam nonnunquam integras hæreditates oblatas acceptent, nihili facientes, quod ob id in malam crucem orphani & pupilli, & pauperes puellæ ob suam

Beda in cap. 2. Ioan.

necessitatem redigantur in honestatis suæ perditionem: Hi parum accipere dedignantur, & tametsi cum Atalanta in via virtutum currant, ad Hippomenis tamen conspectum cursum sistunt, & convertuntur retrorsum.

22. Sunt denique alii, qui pro Ecclesia nil passum quidem facerent, aut digitum moverent, cùm tamen in causa mercimoniorum suorum, & pro adaugendis illicitis lucris, nulli labori parcant. Quibus proinde cum Osea dici potest: *Ephraim vitula docta diligere trituram,* Oseæ decimo. Potrò in tritura certum est esse labores, sub quibus è fronte sudores manant, Sol laborantia animalia aduritur, motus triturantis est violentus, sæpè sæpius etiam animalia triturantia nimia cum violentia urgentur, & tamen Oseas dicit, quod *diligant tritutam,* quod idem est, ac si diceret, amant labores, sudores, defatigationes. Sed cur non potiùs easdem omni studio fugiunt? Respondet Modernus quidam: (Assuescunt in tritura libero esse ore, ut quantas petit gula, tantas dapes accipiant.) Quodlibet autem modicum lucrum, lapis quidam Philosophorum est, qui ad fertum laborum in aurum convertendum abundè sufficiat. Veruntamen omnia hæc vendentium & ementium genera è templo flagellis abigenda sunt, ne domum Dei in domum negotiationis transmutent. Quemcunque hactenus dicta fortè tangunt, sollicitè curanda sibi prospiciat.

SERMO

SERMO XXIV.

IN FERIAM TERTIAM DOMINICÆ QUARTÆ QUADRAGESIMÆ.

Nolite judicare secundùm faciem, sed rectum judicium judicate. Joan. cap. 7.

Signa exteriora sunt indicia, à quibus manuducimur (ut docet Doctor Angelicus in 4. sent. dist. 1. q. 1 a.) *ad cognitionem alicujus occulti*; vel ab aliis definimur, quod *sint nota indicantes totius rei qualitatem*: at verò sicut somnia non semper sunt vera, quæ reatus in iis prævisi non semper consequuntur, ita quoque signa nonnunquam fallacissima sunt. Nec est quod quis mihi replicet, quòd *ex externis cognoscantur qualitates internæ*, quia utrumnè illa communia sint ginunt opinionum, ut vult Aristoteles, & sunt apparentia tantùm, quæ visum decipiunt deficiuntque ut plurimum hominis deludatur: (Circa sensibilia communia etiam debitè approximata, constat posse falli sensus externos (scribit Philosophus quidam) ut circa motum aquæ, nec non & numerum, nam facilè judicat sensus quod corpus debitè approximatū moveatur, dum verè non moveatur, vel quod non moveatur dum movetur. | Et in hisce casibus *sensus debet corrigi ab intellectu*. Et quidem experientia est manifestata quilibet enim simplex idiota credet, sibiqui facilè persuaderi sinet cicatrices esse easdem numero in cadavere extincto, quæ erant in corpore vivente. Philosophi autem hanc opinionem condemnant & ejiciunt tanquam à vera Philosophia alienam: *Cicatrix cadaveris* (inquit Ægidius) *est alia similis ei quæ erat in vivo*. Arbor vel baculus in unda consistens judicabitur ab oculo fractus vel tortuosus: *Virga integra apparet fracta*. Ipsimet montes, qui sublimes verticem suum ad stellas usq; erigunt, si radices suas fluminibus vicinas habeant, verticem suum sub aquis habere videntur: *juxta aquam videntur transversi*, inquit Joan. à S. Geminiano. Terra denique licet natura sua firma sit & stabilis, immobilitatis suæ fundamentis insistens, iis qui haud procul à littore per mare iter faciunt moveri videbitur. Sic quoque à Potentia visiva persuasi facilè induci possent, ut crederent Solem uno pede majorem non esse, cùm tamen certissimum sit, eum hoc terræ globo quantus is est incomparabiliter majorem esse: *Solem què toto orbe terrarum majorem probat ratio* (dicebat Seneca) *acies nostra sic contraxit, ut sapientes viri pedalem esse contenderint*. Alii similiter facilè judicarent eundem planetam immobilem esse, siquidem pupilla oculi nostri non est adeò perspicax, ut ejus progressum advertere possit; & tamen si Astrologorum computus verus est, decurrit in unica tantum hora integrum millionem, centum & quadraginta millia milliarium; & in eo temporis spatio quo Psalmus *Miserere* dici posset, absolvit currendo novemdecim millia milliarium, adeò ut per quemlibet illius Psal. versum conficiat currendo millia milliaria, ac denique priusquam quis dixerit *Miserere*, rapidis passibus centum miliaria conficit, juxta observationem Cardinalis Bellarmini lib. 5. Asc. grad. 5. Unde Seneca: *Solem velocissimum omnium esse scimus, nemo nostrum videt moveri nec ire crederemus, nisi appareret iste*. Famosissimus Zeuxes adeò admirabili arte uvæ botrum depinxerat, ut jam jam à vite decerptus fuisse videretur, siquidem colores ejus adeò veraciter reptæsentabant, ut ipsæmet aviculæ veram uvam esse

Seneca l. 1. nat. qu. fo. 450 v. 35 & 36.

Seneca ubi sup.

esse credentes, ad eam degustandam advolarint, & delusæ fuerint. *Zeuxis quidem aves fefellit in pictas uvas advolantes.* Verum quidem de volatilibus loquor? Ipsemet Zeuxis verisimilitudine deceptus; manum suam extendit ut velum à Parrhasio depictum apprehenderet & removeret, adeò hoc affabre & naturaliter efformatum erat: *Parrhasius ipsum artificem linteum in tabula ex rebus verum esse arbitrantem fefellit.* Quis obsecro Carthaginenses timidos & devictos fuisse non existimasset, quando Almicaris Ducis sui præcepto protas fugitivi verterunt: Et tamen *simulata fuga* (scribit Polyb.) *repentè simul conversi insequentes Romanorum naves invadunt, & victores evaserunt.* Laban ex fuga Jacobi eum Idola sua aurea & argentea furatum esse conjecit, qui tamen innocens fuisse noscitur. Ex silentio Annæ Prophetissæ Heli Sacerdos eam temulentam esse judicabat, & tamen sobria & continens erat: *Vinum & omne quod inebriare potest, non bibi.* Quod simile conceptum populate vulgus de Apostolis formavit, audiendo quod *loquebantur variis linguis*, omnibus est manifestum: *Musto madere deputant*, & tamen id ipsum effectus quidam erat causatus à Spiritu S. Eodem modo viatores una cum Paulo è navi exscendentes, cùm viderent viperam quandam in eum insilire, ejusque manum mordendo vulnerare, eum mox gravem quendam peccatorem esse pronuntiarunt: *Homicida est homo iste, & ultio non sinit eum vivere.* Act. 28. qui tamen eum nequicquam læsum fuisse videntes, *Dicebant eum esse Deum.* O levitas hominum in actionibus alienis ex signis communibus, & apparentibus conjecturis dijudicandis nimis præcipitum & temerariorum! *Leviſſimi hominis est secundùm faciem judicare.* inquit Gregorius. Et ratio est secundum Theophylactum: *Quia fallitur humanum judicium.* Unde non debet quis esse adeò facilis in fide, signis tantùm apparentibus adhibenda, & in judicando *secundùm visionem oculorum, vel secundùm auditum aurium.* Isaiæ 11. Nunquid ô Roma Salvatorem nostrum id expressè in hodierno Evangelio præcipientem audis dum ait: *Nolite judicare*, id est, ut explicat Dionysius Carth. *Superficialiter secundùm solam apparentiam, secundùm signa incerta & sensum exteriorem.* Et ratio est. *Tale namq; judicium semper fallit.* Id quod in præsenti discursu prolixius ostendemus. Absit autem ut ex prolixitate Exordii hujus sermonis, prolixum quoq; reliquum sermonis futurum esse judicetis, id enim si suspicemini, fi-

Franc. Mend. in vind. l. 7. prog. 2.

Polyb. l. 1. hist.

1. Reg. 1.

In hym. Pent.

D. Greg. l. 6 mor. ca. 3
Theoph.
1. Cor. c. 4.

Dionys. Carth. in c. 7 Ioan. art. 19.

nistrè judicabitis, & decipiemini. Exordium.

1 *Nolite judicare secundùm faciem.* Potiùs judicium humanum, quando actiones proximi veras vel falsas, bonas vel malas judicat, temeritatis notam sibi adscribit, si moveatur ex aliquo probabili tantum indicio, imaginatione, vel suspicione. *Puta cùm quis de his judicat quæ sunt dubia, velocculta propter aliquas leves conjecturas, & absque certitudine rationis,* ut docet Angelicus Doctor S. Thomas. Ac proinde ut abiit notabili defectu nobis caveamus, optimè nos monet Apostolus, dum ait: *Nolite ante tempus judicare,* Cor. 4. ubi glossa dicit: *ante tempus scilicet cognitæ veritatis.* Et ratio est secundum S. Gregorium: *quia satis grave & indecens est in re dubia certa dare sententia.* Id quod ex malis capitibus nasci potest, præcipuè verò, ut indicat Rainerius de Pisis, *ex ira, vel antia principis,* quod est intentio operantis; siquidem vera nos Theologia docet operationes nostras quoad hoc quod sint meritoriæ vel dementoriæ, ab intentione & voluntate operantis dependere, quam ab hoc sit vel mala, directa vel indirecta, cognoscere non possumus. Sic v.g. videbimus aliquem facientem Eleemosynam, eamque actionem meritoriam & gloria dignam existimabimus, & tamen fieri potest, quod sit dementoria & malitiosa, solùm ex eo quia voluntas ejus est indirecta & vitiata, quia alias alio fine non intendit facere quàm *ad captandam inanem gloriam.* Alius autem actionem aliquam elicit, quam quoad materiale apparentiæ existimabitis indecentem, at verò quia intentio ejus à virtute regulatur, opus id illud vere & realiter fructuosum & ad gloriam Dei directum erit. Unde cùm voluntatem humanam penetrare difficillimum sit, utpote quod soli Divinæ Majestati est reservatum, non minus ardum erit de actionibus humanis rectum & æquum ferre judicium: Nunquid Pharisæum illum veluti sanctum canonizasses, quia in sacro templo tam altari hunc in modum semetipsum deprædicabat: *Non sum sicut cæteri hominum rapaces, injusti, adulteri, jejuno bis in Sabbatho, decimas omnium quæ possideo?* Luc. 18. Et è contra nunquid Publicanum illum veluti reum condemnaturus fuisset, qui oculos suos indignos, qui cælum aspicerent, judicabat, utpote culpæ falsero laborantes: *Nolebat oculos ad cælum levare.*

3. Et tamen Pharisæus non justificatur ob voluntatis defectum, quia opera sua ad consecutionem vanæ gloriæ, non verò ad gloriam

Dei

Deordinabet: Publicanus autem *descendit justificatus in domum suam*, Ecquis autem ob defectum rectæ voluntatis, utriusque non potius judicasset omninò contrarium? Unde S. Augustinus ait: *Incertum est nobis quales futuri sint, qui nunc boni vel mali videntur: & ideò temerarium est propter aliquod bonum præsens vel malum de aliquo judicare.* Quis non stultitiam potius quàm mortificationis actum esse dixisset, si in frequentissima totius urbis Romanæ plateâ B. Philippum Nerium è manu Beati Felicis de Cantalitio Capuciati pilulam quandam accipientem ex eaque in conspectu totius populi bibentem, postea verò biretto suo caput Beati Capucini contegentem, ipsum verò nudo capite coram eo astantem vidisset, audissetque eum B. Felici præcipientem, ut hoc biretto contectus per totam civitatem Eleemosynarum quæstum facturus procederet? Ettamen prout jussus fuerat, abivit, atque actio illa licet apparenter spectantium judicium eo induxerit, ut ab iis contemneretur, *exigno vanæ principii*, nihilominus quia voluntas utique viri sancti bona erat, actiones quoque utique laudem, non verò vituperium meretur. *Ad profundam sententiam* (est monitum S. Gregorii Papæ) *nunquam præcipites esse debemus, ne temerè indiscussa judicemus.*

4. Thomas nos in hunc errorem duobus potissimum modis incidere posse docet: vel autem levibus de bonitate alicujus, & sic committitur peccatum veniale: *vel ex indiciis levibus de malo alicujus*, quod si est considerabile de gravi, peccatum mortale esse censetur, ut mecum ex tali judicio damnum illi accidat, de quo tale judicium formatur. Atque ideò cavendum nobis est, ne alquo horum modo ruina judicium apud nos proferamus. Et quidem hoc nunquam homines nonnunquam suspiciones evitare non possimus, nihilominus abstinere possimus, ne tanquam veritatem affirmemus, quod propriis oculis non vidimus, aut ex certa scientia non cognoscimus, prout ex Glossa habemus, quæ dicit: *Etsi suspiciones vitare non possumus, judicia tamen id est, definitivas firmasq; sententias continere debemus.* Est ratio est juxta Hippocratem, quia valdè difficilè est judicare de illo, de quo nullam certitudinem, sed opinionem tantum habemus: *Ars longa, vita brevis, occasio præceps, experimentum, judicium difficile:* Ac proinde priusquam judicemus, videre debemus, ipsamque linguæ vel mentis sententiam,

Paulatim Quadragesimale.

oculi præcedere operatio debet. Postquam Deus cœlum & terram formasset, mox ad lucem à tenebris dividendam sese applicuit: *Divisit Lucem à tenebris.* Circa quod difficultas quædam mihi subnascitur; Nam ex quo Deus lucem à tenebris divisit, signum est quod antecedenter unitæ vel saltem ad minus conjunctæ fuerint, quod tamen verum esse nequit, cùm inter se contrariæ existant, unde lux tenebras pellit, & tenebris invalescentibus lux ipsa quoque fugit: quomodo igitur dividi potuerunt, si conjunctæ non erant. Raban Maurus hunc passum interpretans, satis rationabilem sensum eidem attribuit, dicens: *Lucem videlicet in superiori orbis parte diffundendo, in qua humana erat conversatio futura, inferiora verò ejus priscis in tenebris remanere sinendo.* Alii verba illa de visione Angelorum bonorum à malis intelligi volunt: *An hoc intelligitur de distinctione Angelorum lucis, ab Angelis tenebrarum?* Ita Fr. Georgius Venetus. Ægid. Columna dicit tenebras nullum habere esse positivum, sed privativum, ac proinde subjungit, quod *Deus à principio quædam corpora fecit, quæ nondum erant decorata per lucem, ideò illa corpora dicuntur tenebræ, quia erant tenebrosa propter carentiam lucis*, conformiter ad doctrinam S. Basilii, qui docet, *Has tenebras non secundùm essentiam subsistisse, sed affectionem esse circa diem quæ ad privationem lucis successit.* Ac proinde Hugo præ omnibus aliis aptius proposito meo quadrat, quo loco verbi divisit, legit, judicavit, id est, Deus per actum intellectus judicavit, hæc est lux, & hæ sunt tenebræ: *Iudicavit lucem non esse tenebras.* Verumtamen observandum est quod Moyses Deum fecisse referat, prinsquam in hunc judicii actum prorumperet: *vidit Deus lucem quod esset bona*, unde prinsquam judicaret voluit ut videre præcederet; non quod Deus antea non viderit, vel opus ei esset ut videret, cùm per suam scientiam quæ à sacris Theologis *visionis* appellatur, *unico intuitu* videat, sciat & cognoscat omnia objecta præterita, præsentia, & futura, sed ut nos doceat quod non debeamus judicare aliquid, nisi id primo videremus, vel nisi id per certam scientiam hoc vel illo modo se habere sciamus: *Noluit prius dividere vel judicare quam vidisset, adducit enim opus in judicium contra præcipitantes sententiam.*

Genes. 1.

Raban. l. 1. in Gen c. 2.

Georg. Venet. ser. 1. de mundi fab. Ægid. p. 1. in Hexam. Basil. ho. 2. in Exam.

Hugo in c. 1. Gen.

5. In Apoc. Deus S. Joan. Evangelistam ad se accersit, eique præcipit, ut ad singulos Episcopos Ephesi, Smyrnæ, Pargami, Thiatiræ

scribat, iisque voluntatem suam declaret; vult autem in Epistola ad Episcopum Ephesinum

Apoc. 2. hæc particulatia inserat: *Angelo Ephesi Ecclesiæ Scribe: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum &c.* Porrò singulas ad alios tres Prælatos conscriptas literas diligenter pervolvi, & postquam singula observassem, inveni quod circum stantia illa de stellis, candelabris à S Joanne inserta fuit soli literæ Ephesino Episcopo inscriptæ, in cæteris autem nulla stellarum aut candelabrorum mentio fiat, ac proinde statim cogitavi cur soli Ephesino Episcopo, non verò aliis Coepiscopis Asiæ talia scribuntur? ac tandem inveni quod Deus hujus Pastoris opera consideratit: *Scio opera tua*, eaque reprehensibilia esse invenerit, utpote qui in charitate & servitio Dei refrixisset: *Habeo adversùm te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti.* Verum ad quid huic rei conferunt splendescentes in manu stellæ, & candelabra per circuitum ejus accensa? Num fortè Deus stellis & accensis candelabris opus habet, ut sibi ambulanti lucem adferant? Jam id edicam: Nimirum voluit Deus hujus Episcopi actiones & vitam judicare, eumque velut in quo charitas refrixerit, & in servitio Dei negligens extiterit, tanquam defectuosum atque nisi pœnitentiam ageret reprehensione & supplicio dignum sententiando proclamare: hoc autem judicium in obscuro edere aut cæco modo sententiam hanc decidere noluit, sed ad septem stellarum quas habebat in dextera sua, & septem candelabrorum ardentium perspicuum

Alexander Allegr. lumen: *Vt intelligamus quam circumspectus sit in damnando, quàm in judicando cautus Dominus Deus, & accendisse se candelabra, & advocasse stellarum lumen testatur.* Ergone Deus qui totus quantus est, merus est oculus, cui nullum secretum non est manifestum, qui reconditissima cordis humani penetrat, qui remotissima abyssi penetralia assequitur ad dijudicanda Episcopi Ephesini opera, quæ ipsi evidentiora sunt, quàm lux Solis esse possit oculis humanis, lumine alicujus opus habebit? Et nos qui talpæ sumus actiones reconditissimas humanæ voluntatis ex solâ apparentia exteriori judicare vellemus? nimis temerarium est nostrum judicium, si Divino simile aut eodem perspicacius se esse prætendat; sequemur nam enim majorem posset errorem committere, quàm existimando se non errare quando judicat?

6. Matth. 22. Solemnissimæ habitæ fuere nuptiæ, ad quas omnis imaginabilis lautitiei apparatus concurrit, ut proinde meritò regiæ dictæ fuerint, ad quas unicuique pro libitu licuit indulgebatur aditus & accubitus, ac proindo ingens ad illas virorum & matronarum illustrium multitudo confluxit, qui inter se certe videbantur, uter esset opulentiori & pretioti veste indutus; dum autem in lætitia & hilaritate cordis omnes convivarentur & epularentur; Rex movere se cœpit, & in medium triclinii digressus, ubi à convivis promore agebantur tripudia, cùm singulos accurate consideraret, certum quendam obscurum hominem, qui totam hanc nuptialem solemnitatem mirè confundebat, notavit, qui non erat paricum aliis veste amictus. Unde Dominus graviter iratus, cùm eum ad hoc ut in tot tamque illustrium convivarum societatem admitteretur, judicasset indignum, interrogare eum cœpit, qua fronte aussus fuisset isti se immiscere solemnitati: *Non habens vestem nuptialem?* Matth. 22 Morque dirum hanc adversus eum perministros suos protinus exequendam pronunciavit sententiam: *Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Potiò nonnullorum opinio est hunc indignum convivam à ministris notatum & visum esse, qui licet obvestis suæ neglectum & immunditiem eminùs arentur eumque exhorrescerent, non tamen ausi fuerunt eum dimittere, sed hanc ejus temeritatem Domino suo indicarunt, ut is eum vel puniret, vel tanquam indignum e convivio turbaret. Qui tamen servorum suorum relationi credere nolens, priusquam sententiam adversus eum pronuntiaret in propria persona sese movit, ut oculis propriis certiorem se metipsum de eo redderet, quod ministrorum voce ad se delatum audivetat: *Intravit autem Rex ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.* Observandum autem quod eum Rex vel Dominus ille non judicarit, nisi prius ad se de rei veritate omnibus certificandum, ipsemet in propria persona eò se contulisset, neque eum ad cæteris tenebras condemnat, priusquam oculis suis facti spectatum vidisset: vidit ibi hominem. Unde videmus ipsummet Deum quem hic Rex refert, neminem judicare, nisi de rei veritate per oculorum suorum aciem securum se reddiderit, idque non alio fine, quàm ad nostram doctrinam. Unde Gregorius Papa ait: *Omnipotens namque Domi-*

nus

mus & omnia sciens, cur ante prolationem quasi dubitabat, nisi ut gravitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante præsumamus credere quàm probare?

7. Postquam ille Paterfamilias in agro suo seminasset triticum, quidam fortunæ suæ invidentium æmulorum de nocte surrexit, & tritico zizania superseminavit: *Venit inimicus homo, & superseminavit zizania in medio tritici.* Matth. 13. Servi autem ejus aliquanto post tempore in agrum illum ingredientes ut viderent an semen germinare cœpisset, & triticum zizaniis plenum esse animadvertentes, Domino suo id nuntiarunt, eique paritet operæ pretium futurum esse dixerunt si zizania eradicarentur, ne ex illis impediretur, aut suffocaretur fœmentum: *Vis imus & colligimus ea?* quibus tamen Paterfamilias minime consentiens, dixit: *Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum* q.d. Non inferatis vobis vobis aliquam per ejusmodi eradicationem molestiam, sed sinatis utraque crescere usque ad messem, tunc enim tempus erit ea eradicandi. Verum dicat hic aliquis cum hoc pernitiosum genus tritico impedimento sit, ne crescere possit, cur non exstirpatur, dum adhuc est in herba, sed messis expectati præcipitur; tunc autem quod poterat facere damnum, utpote jam adultum illatum, tardius prævaletur; differre malorum eradicationem usque ad messem idcirco est, ac malo alicui tunc velle mederi, quando malitia & pernicies ejus eousque excrevit, ut prorsus sit irremediabilis, cur igitur famulus operam suam ad extirpandum promptè offerentibus, absolutè prohibet ne faciant, cum tamen Apostolus nos doceat & moneat dicens: *Auferte malum ex vobis* 1. Cor. 15 S. Paschasii difficultatem hanc ingeniosè resolvit dicèdo, quod triticum pariter & zizania tunc in herba fuerint, quo tempore difficulter inter utrumque discerni potuit, utrum bonum vel malum sit, atque periculum fuberat, ne forte triticum zizania & econtra zizania triticum esse arbitrarentur alterius loco eradicassent, atque ideò eos expectare voluit *usque ad messem*, tunc enim manifestè cognoscuntur, atque sine ullo errorum periculo eradicari zizania possunt. Enimverò cristimo cœlestem Magistrum nostrum nobis per hanc parabolam persuadere voluisse, ut in judicando nimis furibundi simus atque præcipites; siquidem in agro mundi hujus naturam, zizania malorum, bonorum tritico valdè similia; ac proinde iis non est accelerandum judicium, quia facillimè fieri posset, ut error committeretur zizania triticum, vel triticum zizania, sive malos tanquam bonos, aut bonos tanquam malos judicando; ac proinde, *Sinite utraque usque ad messem*, id id, expectate donec actiones humanæ fiant manifestæ, & tunc illas judicate prout sunt, scilicet triticum vel zizania, id est, bonas vel malas esse: (Aliud est de manifestis apertisque criminibus judicare, aliud de his quæ adhuc quasi in herba latent; nam zizania antequam in culmen veniant, aut dum in herba sunt, tanta similitudo in eis est, ut discerni vix aut nunquam possit, & ideò Dominus finite, inquit, usque ad messem, dum aliud protenditur in specie, aliud ministratur in flore,) inquit Paschasius l. 7. in Matth.

8. Phatisæi habito inter se consilio stratagema aliquod adinvenire decreverunt, per quod Dei Filium calumnia aliqua aspergere possent. Cùm enim Cæsareis tributis valdè gravarentur, se ad ea pendenda minimè obligatos, sed ab iis se exemptos esse prætendebant, adeoque in pleno consilio in similes ferè inciderunt discursus: Remittamus hanc de tributo Cæsari pendendo vel non pendendo causam ad judicium Christi; quod si enim eam in favorem nostrum decideret, tunc nos quidem intentum nostrum habebimus, ipse autem Cæsaris super se indignationem magnam concilabit: quod si autem sententiam pronuntiaverit nobis adversam, hanc nos velut justæ offensæ occasionem datam interpretabimur dira ipsi deinceps inferendo sub prætextu excusationis hujus legitimæ: quod consilium ab omnibus acceptatum & subscriptum fuit *nemine discrepante*; ac proinde nonnullos de Collegio suo eligunt, qui ad Salvatorem nostrum se recipiant, ei totius concilii nomine dicant: Magister, est nobis cum Cæsare gravis quædam controversia, ipse namque tributa à nobis pendenda esse prætendit, nos verò ab hac obligatione immunes nos esse credimus, cùm itaque constet, te non minus justitiæ, & æquitatis, quàm personarum Religiosarum defensorem esse, nec ulla passione duci, aut personarum acceptiones moveri, hinc te in Advocatum & Judicem causæ nostræ eligimus, determina igitur nunc, & judica causam nostram conformiter ad justitiæ & debiti rectitudinem: *Dic ergò nobis, quid tibi videtur, licet censu Cæsari dare, an non?* Verum quidem etiam, quod Pompejus Julii Cæsaris contemporaneus Judæam

Matth. 22.

dæam subjugaverit, noſtrique Majores Romanis neſcio quod tributum dare acquieverint, ut eo expedito in pace deinceps vivere poſſent. veruntamen nonnulli Rabinorum noſtrorum, præcipuè verò Judas Galilæus in ea ſunt opinione, nos utpote populum Dei huic legi de pendendo tributo minimè ſubjacere, ſed potius liberos eſſe, nobiſque noſtris utendum eſſe privilegiis. Quicquid ſit, totam cauſam ad tuum remittimus judicium, noſtraſque rationes manibus noſtris conſignamus. Chriſtus autem, qui ipſorum clare ſatis cognoſcebat inſidias, eos primò tanquam hypocritas & ſimulatores reprehendit, dicens: *Quid me tentatis hypocritæ?* Poſtea verò monetam ſibi exhiberi petiit: *Oſtendite mihi numiſma cenſus.* Enimverò fortaſſe dicis: Nunquid monetæ figura & inſcriptio jam ante Chriſto nota erat? Haud dubiè: quid igitur opus erat, ut illa ei monſtraretur & videretur ab illo? Jordanus noſter de Saxonia optimè reſpondet, quod Chriſtus priuſquam judicaret illorum cauſam, eamque hac ſententia determinaret: *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo;* voluerit prævidere cognitionem viſualem: Et tametſi totum ex certa ſcientia cognoverit & ſciverit, nihilominus voluit ut diſceremus non eſſe judicandum priuſquam habeamus notitiam certam rei judicandæ, ſecus enim facilè nos incurrere poſſe evidens periculum, ne judicium noſtrum tanquam temerarium arguatur: *Voluit Dominus videre materiam quæſtionis, ut nos taciturnè informaret, ne ſimus præcipites in ſententiando, ſed maturè inquiramus, antequam deſiniamus.* Ac proinde Græci judicium humanum in ſchemate quoddam repræſentaturi, jumento cuidam inſidentem depingebant puerum oculos habentem obvelatos, manu verò ſua arundinem geſtantem; per hoc nobis indicare volentes, quod judicium actionum alienarum, ſi cæco modo & oculis obvelatis veluti a juvene imprudente & ignorante pronuntietur, tandem inſtar arundinis vacuum & inane eſſe comperiatur. Unde Sanctus Joannes ad hoc ut nullum judicando errorem committeremus, optimè nos monuit, ne exteriori ſpeciei, aut relationi ſubitò fidem adhibeamus, contingeret enim vos Religioſum aliquem habitu regulari indutum videre, qui tamen interius diſſolutior & ſceleratior ſit quovis flagitioſo homine, ſi ſpeciei exteriori crederetis, aliud dicere non poſſetis, quam eum verum quendam Catonem eſſe, quem tamen poſtea familiarem vobis factum verum deprehenditis eſſe Neronem: Accidit proinde multis idem quod ſimplicibus ruſticis illis evenit, qui Lunæ imaginem in fluvio, è quo aſinus biberat, non amplius videntes, eam ab aſino una cum aqua abſorptam eſſe credebant, ac proinde aſinum exanimantes Lunam in ejus corpore ſerepentures eſſe exiſtimabant: quod ſi hi idiotæ peſpicia è vitro vel cryſtallo rubeo formata oculis adhibuiſſent, judicaſſent utique omnes homines Cardinales fuiſſe purpura veſtitos. Iodelebilibus ergò characteribus hoc menti veſtræ monitum Joannis inſcribite: *Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint;* docente nos Seneca: *ut nihil, niſi quod in oculis inciderit, manifeſtumque erit, credamus.*

Iord. de Saxo. ſerm. 444. lit. B.

9. Imò ſæpenumero etiam in ſuſpicionem trahendum non eſt id, quod oculis vidit, vel auris audivit, unde Iſaias ait: *Non ſecundum viſionem oculorum judicabit, nec ſecundum auditum auris arguet.* Porrò ex ipſiſſimis Salvatoris noſtri actionibus, quæ prorſus irreprehenſibiles fuêre, idipſum diſcamus. Etenim eorum quidam homo validus apparente quidam devotione, & ficto animam ſuam ſalvandi deſiderio ſtimulatus ad Chriſtum accedens ad ejus ſe pedes provolvit, ſumma cum inſtantia eum rogans, ut veram ad Paradiſum cæleſtem perveniendi viam eum edoceret, ac proinde hoc in modum eum interrogavit: *Magiſter bone, Mag. quid faciam, ut vitam æternam percipiam?* Mox Dominus bonum ſe appellari audiens, ab ipſo ſe avertit, ipſumque iratus reprehendit, dicens: *Quid me dicis bonum?* Verum, ô immanniſſime Redemptor: cur bonus appellari tenuis? Num fortè nomen iſtud tibi non convenit? Sanè equidem te ipſiſſimam bonitatem in abſtracto eſſe, nec ullam tua bonitate majorem inveniri poſſe, aut certè, ſi tu bonus non es, quomodo nos boni dici poterimus, qui ipſiſſima malitia ſumus? Quod ſi igitur hic veritatem dicat & confiteatur, cur ipſum reprehendis? Si nunquam veritatem aliquam enuntiavit hac certiorem, cur illam in voce arguis? Tu quidem ei reſpondes, neminem præter Deum, cui ſoli bonitatis titulus debetur de bonitate gloriari poſſe: *Nemo bonus niſi ſolus Deus;* at verò tu ipſe verus Deus es, igitur ſapientiſſimè facit, ſi teranquam bonum publicè celebret. Audite S. Ambroſium, ô Auditores, quid hac de re diſſerat; dicit enim: *Verſuta interrogatio, & ideò acuta reſponſio.* Ac re-

Ambr. lib. 10 Luc.

in quo malitiosa hæc interrogatio, & prudens Salvatoris responsio consistit? Respondet idem met S. Ambrosius, hunc sollicitantem non credidisse Christum Deum esse, & tamen eum bonum proclamasse, ac proinde jure à Christo reprehensum fuisse dicente: Bonitas in solo Deo est, cùm igitur tu me Deum non esse sentias, quomodo me bonum esse confiteri audes: *Quid me dicis bonum, quem negas Deum? quid bonum dicis, cùm bonus nemo nisi solus Deus?* Ac proinde credo Filium Dei ipsum reprehendisse, eò quod præsumpserit eum tanquam bonum judicare, cujus nullam prævriam habebat cognitionem; esse quidem poterat, quod alios de sua bonitate discurrentes audivisset, vel quod in eo bonum laudeque dignum opus observasset, ac proinde judicium suum nec injustum, nec sinistrum, falsum, nec temerarium esset; nihilominus eum reprehendere voluit, ut nos ex hoc disceremus, non formare de illis proximi actionibus aliquod judicium, quæ nobis ex certa scientia non sunt manifesta, quam etiam causam sanctus Gaudentius affert, dicens: *Nolite vocare bonum, quem vos nescitis.*

10. Quod si autem prohibemur judicare *ex dubiis de bono*: quantò minus *de malo dubio*? Et tametsi signum aliquod apparens & probabile videremus, quia tamen illud fallere posset, retinendum à nobis est judicium notum. Postquam Joseph MARIÆ Virgini desponsatus esset, mox eam gravem uterum ferre vidit, dicitque sacer textus, quod *voluit eam occulte, id est, tanquam adulteram tradere, seu secundum legem exponere*, ut explicat Dionysius Carthusianus, idque non alia ratione, nisi quia tametsi eam videret gravidam, nunquam tamen dubium de ea formavit judicium: nam si pertinaciter de MARIA cogitasset, *& non traduxisset eam, fuisset injustus, quia secundum legem non solum actor sceleris, sed consciis ejus obnoxius est peccato silentii*; adeoque ut sanctus Joannes Chrysostomus scribit potius possibile esse judicavit, quod mulier aliqua miraculosè & absque opera humana intervenente gravida fieret, quam quod sponsa sua MARIA aliquem committere scelerum vel defectum potuisset: *Possibilius esse credebat, mulierem sine viro posse concipere, quàm MARIAM posse peccare*: Postea verò expresè subjungit: *Manifestè videbat, & suspicari non poterat.* Eum replicate quis in contrarium posset, si Joseph nihil mali de MARIA judicavit, qua igitur ratione salvare poterimus quod sacer Evangelista subjungit: *Voluit occultè dimittere eam?* Ergo supponitur quod perperam facta de ea suspicatus fuerit. Nequaquam (respondet Origen,) sed *ideò dimittere voluit, quoniam magnum Sacramentum in ea cognoscebat, cui approximare se indignum æstimabat.* Atque ideo, ô sanctissime Patriarcha, meritò justi titulus tibi attribuitur, tum quia adeò fuisti in judicando circumspectus; tum etiam quia adeò te humilè exhibuisti, quando indignum te esse censuisti, qui MARIÆ sanctitatis Ideæ proximus atque vicinus esses. Hinc igitur nostri sæculi homines addiscant pessimè ab ipsis fieri, si se ad illud etiam quod oculis propriis vident, temere judicandum induci sinant.

Origen. apud D. Thom. in cat.

11. Et tamen his non obstantibus homo temeratium judicium suum refrænare non potest, sed ab iis quæ extrinsecus videt, etiam ad ea quæ homo in corde suo latentia habet, judicanda se ingerere non dubitat. Job in signe illud patientiæ speculum de quibusdam eum in extrema miseria sua constitutum visitantibus (quos an amicos, vel inimicos ejus dicere debeam valdè hæreo) vehementer est lamentatus, qui postquam eum in maxima miseriarum præcipitia collapsum esse viderunt, ejusmodi de eo faciebant judicium, quod scilicet ex quo Deus, qui justus est tanta cùm severitate & rigore eum castigaret, infallibiliter talibus onustus esset peccatis, quæ vulgares peccatorum limites enormiter excederent; Id quod invictus hic patiens animadvertens, ad eos conversus graviter de temerario eorum procedendi modo est conquestus, dicens: *Quare persequimini me sicut Deus?* Veruntamen, ô invicte patiens, sine causa lamentari videris; Deus enim justus est, & sine ratione non movetur, atque ideò si hi amici tui Dei more tecum agunt, justè utique & non irrationabiliter tecum procedunt, atque ideò silere potius, quàm lamentari debebas. Porrò S. Gregorius Papa S. Jobum defendit, quasi diceret: *Ita me ex infirmitatibus meis afflixisti ac ipsi more Dei de infirmitatibus nihil habeatis.* At verò S. Paschasius verba Jobi penitius examinans, alium eorum sensum adducit, nimirum quod de amicis suis ideò fuit lamentatus, quod hi ex eo quod eum extrinsecus valdè afflictum & calamitosum viderent, eum quoque in interiori conscientiæ suæ sinu pessimè constitutum esse judicarent; adeò ut quando Job in hæc verba prorupit: *Quare persequimini me sicut Deus?* verba hæc nullo modo censeri debeant ac si fuissent patientis hujus viri querelæ, sed justæ reprehensiones, quasi dicte

Iob. 19.

D. Gregor. ibid. cap. 25. fol. 90. col. 2. lit. F. Et Strabo Fulgensis ibid.

cere voluisset: Proprium quidem hominis esse videtur sinistrè judicare de eo quod non videt, qua autem ratione vos scire poteritis, quisnam sit conscientiæ meæ status; ad Deum hoc pertinet, qui occultissimas perspicit cordis nostri cogitationes; vos autem cæco modo judicatis, atque ideò judicia vestra tanquam temeraria reprehendi merentur: *Auctori tantum debetur hoc privilegium, ut conscientiam possit intrare secretam.* Etenim eo ipso quo eam vobis arrogatis licentiam, conscientiam nimirum sententiandi humanam, nimiam vestram proditis arrogantiam, & cum ipsomet Deo contendere velle videmini. Audite Tertullianum. *Æmulantur Divinitatem, dum furantur Divinitatem.* Enimverò inficiari haud quaquam possumus, quod homines in hunc errorem facillimè labantur. Sic Cajus Furius Cresinus possessionem quandam habebat valdè modicam, quæ tamen multos ei annuè pariebat fructus. E contrà verò ex vicinis suis nonnemo possessionem valdè magnam & præpinguem habebat, é qua tamen exiguum sibi annuè censum colligebat. Hic igitur Furium quasi per viam maleficiorum & incantationum vineam suam fertiliorem & fœcundiorem redderet, accusavit, qui in judicium ut se purgaret, accersitus, palis, ligonibus, vomere optimè instructus, in conspectu judicum comparens, dixit: Hisce ferris, ô Domini mei, judices, terram meam incantavi: Hæc instrumenta pariter & labores mei sunt maleficia, quibus agros & vineas meas fertiles reddo; quisquis possessiones suas fœcundas & fertiles videre desiderat, easdem industriè & sollicitè cultivare debet; Non sum ego qui messem vicini mei sterilem effecio, sed propria ipsius met negligentia, labores, non verò otium terram impinguant & fœcundant, malè igitur & valdè temere vicinus meus judicavit: *Instrumentum rusticum omne in forum attulit* (inquit Plinius lib. 18. hist nat. cap. 6. *(ferramenta egregiè facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos, postea dixit: veneficia mea, Quirites hæc sunt, nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigilias que & sudores.* Enimverò, quia Pompejus tibiam quandam confractam habens, eidem medendæ fasciam quandam, qua olim Regum frontes cingi solebant, circumligavit, ideò in hanc mox raptus est suspicionem, ut de eo judicarint, & publicè divulgarint, eum sibi tanquam Regi, Romani imperii diadema vendicare, Reipublicæ autem libertatem conculcare decreviisse: *Alligato crure usurpatum imperium*

D. Pasch. lib. 2. cap. 1

Tertul in Apologia cap. 22.

puerat populus Romanus, atque crimini illi datum fuit, quod Regium diadema vindicaret, inquit Alexander ab Alexandro. Dicite autem, vos amabo, an judicia aliqua magis temeraria, aut alo vioribus motivis desumpta inveniri possint, Galba à Cornelio Tacito injustitiæ & imprudentiæ magnæ arguitur, eo quod Cingonium Varronem, & Petronium Turpilianum cæco quodam modo mortis reos esse judicarit: *Tardum Galbæ iter, & cruentum inter fossas Cingonio Varroni Consule designato & Petronio Turpiliano consulari, ille ut Nymphidii socius, hic ut Dux Neronis inausus, atque indefensi velut nocentes perierant.* O quanta temeritas, quis actiones proximi bonas vel malas clausis oculis dijudicare non dubitet?

12. Joseph Vicerex Ægypti inter fratres suos qui in Ægyptum frumenta sibi comparandi causa venerant, amabilem quendam jocum instituere volens, jussit ut dum mensis frumentis implerentur sacci, scyphus suus argenteus in saccum Benjamini inter frumenta clam poneretur; postea verò fictâ quadam voce proclamari fecit hunc ab illis furto sublatum esse: mox igitur ut discessissent, apparitores post illos missi, qui eos insequerentur, ac scyphum sublatum saccos explorando investigarent. Hi igitur strenuè eos insectantur ac tandem assecutos subsistere jubent, lustrant, quaquaversum saccos etonctant, ac tandem in sacco Benjamini missis inter frumenta manibus, quem quærebant, scyphum inveniunt: *Quos scrutatus incipiens à majori usque ad minimum invenit scyphum in sacco Benjamin.* Perfacilè est judicare omnes reliquos fratres inopinatum hunc casum videntes veluti præ stupore mortuos sese mutuò respiciendo attonitos obmutuisse, atque in doloris sui signum suas sibi laceraisse vestes; adducuntur igitur in carcerem & conspectui Viceregis sistuntur, per viam autem, inquit S. Ephrem Syrus, adversus Benjaminum, quem ob furtum in ejus sacco repertum transgressorem esse judicabant, ira accensi, præ rabie vivum devorare velle videbantur, suum ei errorem, quem ipsum commisisse credebant, continuò exprobrantes, eidemque his & similibus verbis comminantes: Revera pessimi omnis filius tu es, verus es Josephi illius frater, qui ambitione ductus omnibus aliis major esse prædebat, unico verbo dicere sufficiat, te filium esse Rachelis istius, quæ Labani patris sui idola autea furto subripuit, commissumque furtum postea negavit: ex matre rapace alius nasci non potest, quam qualis tu es pessimus latrunculus. Verum

ne dubites quia si hunc errorem commisisti, graviter pœnitebis: *En filius Rachelis es, quæ furata est idola, & vacuit.* O misera innocentia subitò tot judicata & condemnata! Amabo vos ô Auditores, dicite mihi: fueratne Scyphus hic à Benjamino sublatus: Certum est quod non. Quomodo igitur reus furti judicatur? imò verò ex quo scyphum in ejus sacco inveniunt, quid aliud judicare possunt, quam furti eum reum esse? Indicium etenim nimis est manifestum; quomodo enim non judicabitur fur esse, apud quem furtum reverà deprehenditur: Unde fratres omnes Benjamino dicebant (prout illos S. Ephrem loquentes introducit:) *Vos scandalum fuistis patri nostro, & Joseph filii Rachel: Joseph enim super nos regnare voluit, & meritò à fera comestus est. tu autem rursus frater ejus, in ignominia & probro nos constituisti: Nonne vos estis filii Rachel, quæ patris sui idola furata est & negavit?* Sed quis tandem rei hujus finis? Benjamin innocens est, & judicia à hominibus suis facta temeraria fuisse apparuit; Ita accidit iis, qui judicant *secundùm faciem.*

13. Conjux Putipharis pallium in manibus suis deferens coram marito suo comparuit, magnum dolore & lamentis recensens, qualiter domus suæ ephebus vim sibi inferre non erubuisse. Unde hunc in modum eam lamentatam fuisse nihil dubium. Famulis domus nimiam indulgentiam nihil est aliud, quam evidentem occasionem præbere, ut effrænes fiant & dissoluti: Noster servus ex domus sibi commissæ administratione, jus quoque sibi in ipsam Dominam vendicare voluit. Heri dum sola in cubiculo domesticis dedita essem exercitijs, sibi persuadere ausus fuit in tantam se mecum familiaritatem ingerere posse, ut ad condescendendū lubricæ suæ libidini facilis futura essem: *Ingressus est ad me servus Hebræus, quem adduxisti, ut illuderet mihi.* Ego quidem ob inauditam ejus temeritatem continere me non potui, quin furore accensa hisce manibus de eo justam sumerem vindictam: ipse autem super errore suo se reflectens, meumque furorem metuens alio medio præterquam fuga sibi consulere non potuit, cujus autem ejus, quæ transgressoribus supplicia super induxit, factum est, ut pallium ex humeris ejus decideret, ut mihi innocentiæ meæ argumentum, ipsi verò libidinis suæ testimonium esset: ulterius quidem dicendo non progredior, quia verecundiæ rubor genas invadens non permittit, hoc solum dicam, quod pallium hunc impudicum juvenem in fuga sua comitari dedignatum fuerit; res quoque ad eum spectantes ipsum exhorrescunt, utpote quæ ad sui condemnationem in manibus meis remanserunt. Et qualem servus aliquis majorem errorem committere posset, quam si quis eò temeritatis ascendat, ut amborum nostrorum reputationem contaminare non erubescat? Hanc ei pœnam hujus criminis causa imponere, ut scilicet pedem vel oculum hisce muris inferre non amplius audeat, pœna non est, cùm in nostro semper arbitrio positum sit ipsum etiam cum omni irreprehensibili fidelitate domui nostræ servientem sine causa dimittere, ac proinde vide quid de ipso statuas, meam namque, imò tuam existimationem tuis tibi manibus consigno. Enimverò ô Auditores: cogitate an non quot verba hæc mulier protulit, tot muscas Putipharis naribus ingesserit, maximè quando manifestum vestis Josephi indicium cum energia sermonis Conjugis suæ conjunctum vidit: *In argumentum ergo fidei pallium retentum ostendit marito revertenti domum.* Porrò Putiphar audita hac relatione adeò vehementer exanduit, ut omnia sibi relata veritati consentanea esse judicans, maximè dum accusationes Conjugis suæ pallium veluti testis stabilit & confirmat, servum hunc judicans veluti reum perpetui carceris condemnarit, nec erat qui pro Josepho loqui auderet: *His auditis Dominus, & nimium credulus verbis Conjugis, iratus est valdè, tradiditque Ioseph in carcerem.* Dicite sodes ô Auditores, eratne Joseph verè culpabilis & reus? Minimè gentium: cur igitur à Putiphare judicatur & sententiæ subjicitur? Nolite mirari hoc: ipse namque judicavit *secundùm faciem,* atque ideò sequi non poterat, præterquam sententia injusta & temerarium judicium. Verùm dicat aliquis: non apparebat pro Josepho vel minimum innocentiæ indicium: Sed nec minimum stellarum vestigium in cælis de die apparet, nec tamen quis inde affirmare auderet, illas non esse, *non cernuntur, sed adsunt.* Dicetis ad hæc, accusationes mulieris, & testimonium pallii manifesta fuisse reatus sui indicia: Respondeo, si hoc valet, pati quoque ratione Iridem rubeam & viridem esse judicaretis: hisce namque coloribus sese prodit, cum tamen verè illis tincta non sit, sed colores hi lumen quoddam sunt in aere per reflexionem formatum.

14. Principes Sacerdotum, & universum Pharisæorum concilium laborabant ut testem aliquem reperirent, qui querelam ad Chri-

stum

stum mortis condemnandum sufficientem de-
Matt. 26. poneret: *Principes Sacerdotum & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent*; at verò quacunque tandem diligentia adhibita ejusmodi testimonium invenire difficile illis erat. Tandem duos subordinarunt, qui coram universo concilio se sistentes attestarentur se audivisse Christum dicentem, quod templum Dei demoliri veller, illudque intra triduum denuo reædificare: *Novissime venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit, possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.* Optarem hoc loco certior fieri an hæc verba à Salvatore nostro dicta fuerint, an verò sit falsum à testibus confictum mendacium. Informat nos hac super re sanctus Joannes Evangelista: Hic etenim refert Filium Dei templum ingressum dum illud prophanati videret, prophanatores facto é funiculis flagello inde profligasse; quod Judæi cernentes ita accensi interrogarunt, qua authoritate hanc illis vim in-
Ioan 2. ferret: *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?* quibus Dominus respondit: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* In hisce igitur verbis prædicti se testes fundarunt, ac proinde verba illa nonnihil examinemus, ac videamus an querela ab iis allata verbis Salvatoris nostri conformis sit: Christus dixit: *Solvite templum hoc*, dextræ suæ digito corpus suum de-
D. Pasch. in c. 26. Matth. monstrando: *Templum corporis quasi digito tangebat*, asserit S. Paschasius, quia *intelligebat de templo corporis sui*, quid autem testes deponunt? *hic dixit possum destruere templum Dei.* At verò si Christus verba illa de corporis sui templo intelligebat, quomodo testes illa de templo Dei asserere audent, de quo ipse nunquam locutus est aut loqui cogitavit? vides hic manifestè ob oculos positum præsentis discursus argumentum, siquidem testes hi temerarium fecere judicium credentes Dominum de materiali Dei templo
Abul. in ep. ad Phil. c. 2. m. 15. n. 8 f. 164. fuisse locutum: *Qui rem non satis perceptam eo concidi impetu falsum ac temerarium de ipso tulerunt testimonium.* Solemnis etenim hominum mos est actiones alienas *secundùm faciem* & pro libitu arbitrii judicare, unde fit quod judicia pariter & testimonia fallant.

15. Notum vobis esse existimo, nullum in Scriptura sacra verbum vel punctum imò ne jota esse, quod suo non sit affectum mysterio, ut
Hier. ad Paulam Euseb. l. 10 de prapar. Ev. c. 2. docet S. Augustinus, Hieronymus, S. Eusebius & alii. Qua veritate suppositâ pater Osorius ingeniosam super litteras alphabeti Hebræi ordinate in Threnis Jeremiæ Prophetæ dispositas, facit observationem: dictus enim Propheta in capite primo Threnorum ponit *Ain*: ante *Phe* id est *A* ante *P.* eo quod hoc ordine præfatæ litteræ in alphabeto recenseantur; postea verò in capite secundo & tertio hunc ordinem mutando ponit *Phe* ante *Ain*, id est *P* ante *A*. Quænam est hæc Prophetæ variabilitas vel potius quodnam est hic à Propheta intentum mysterium? cur in secundo & tertio capite litteras prædictas non eodem ordine disponit uti in primo fecerat? impossibile est hujus mysterii difficultatem penetrare, nisi prius studuerimus prædictarum litterarum significatum agnoscere: Dicitur igitur Osorius, quod *Ain* significat oculos & *Phe* denotat os; Deus qui linguam Hebraicam prodidit & docuit, prædictas litteras hoc ordine exposuit, ut *Ain* ponatur ante *Phe*, id est oculi ora præcedant exercitium, quasi Deus dicere velit, priusquam ore judicium efferatis & sententiam pronuntietis, opus est ut per oculos de veritate reddamini certiores; ac proinde Jeremias in capite primo litteras illas disposuit juxta ordinem alphabethi; At verò in capite secundo & tertio easdem transposuit & ordinem variavit, qua demonstrare voluit, quænam esset hominum consuetudo, ut pote qui præmittunt *Phe* ante *Ain* id est P. ante A. sive ante oculos actiones humanas ore judicando & sententiando priusquam de illis per oculos facti sint certiores. Consuetudo nimirum ab Jeremia valdè deplorata, qua homo ore affirmare non dubitat licet id oculo suo nunquam viderit: *Vt ergo figuraliter Jeremias, Hebræos peccatis suis invertisse hunc ordinem, prius loquendo ac judicando de rebus, quam illas vidissent, ideo Propheta eum literarum ordinem invertit, quia illi temerariè de rebus judicabant, ac loquebantur quæ non viderant.*

16. Verum enimverò quod si adeò temerarii nascantur judicia, quando *Phe* præcedit *Ain*, cogitetis velim quid futurum sit, quando *Ain* præcedit *Phe*. Supponamus igitur vos nunc temporis in hunc mundum nasci, nec ullam habere cognitionem sive Judæ, sive latronis, ejusque vitam & mortem vobis repræsentatam: Scitote igitur, quod Judas fuerit unus ex dilectissimis, quos Filius Dei in hoc mundo habuit, latro verò unus ex pessimis, qui dæmonis servierunt: Judas erat Christi Apostolus, latro verò homicida, & viarum insidiator truculentus: Judas intrinsecus erat amicus Salvatoris, latro verò iniquitatibus confœderatus: Judas sequa-

Sequebatur Redemptorem tanquam discipulus Magistrum, latro vero Deum sibi fecit inimicum: Judas Collegii Apostolici necessitatibus opsonicbat, latro alienas facultates diripiebat: Judas nonnunquam in gratia Dei erat, Latro autem in continuâ Dei irâ vivebat: Judas amabatur a Magistro, latronem sancti prosequebantur odio: Judas Episcopus fuit, Latro sicatiorum caput: Judas fecit miracula, latro commisit homicidia, & alia crimina. Quid igitur de ambobus dicetis? aut quodnam de utroque fiet judicium? Quod si qualitates personæ ex actionibus judicari debeant, necessum erit, ut Judam veluti sanctum canonizemus, latronem vero condemnemus tanquam perversum; verum ignoscite mihi ô Auditores, nam in judicando temeratium feci stis judicium: Latronem, quem reprobum existimabitis, factus est sanctus, ab ipsomet Dei Filio canonizatus, dum ait: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso*: Judas autem, cui tanquam sancto acclamabatis, dæmonem se esse probavit: *Unus vestrum diabolus est*; ac tandem *suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus.* Unde Eud. Rhedius Sinaita ait: *Latro ille, qui una cum latrone crucifixus est, sicarius erat & homicida: Judas autem erat Apostolus & Discipulus Christi, & ex famulorum suis discipulis: in exiguo autem tempore magna rerum commutatio facta est, & latro quidem regnum, discipulus vero in perniciem abiit.* Videte igitur, qualiter actiones humanæ fallant nostram mutent? ac proinde temeritas est judicare secundum faciem. Quis Saulum lupum voracissimum esse non dixisset, quando *accepit epistolas in Damascum ad synagogas, ut si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem?* Et tamen deinceps factus est Matth. 1. *Vas electionis iste, ut portet nomen meum coram gentibus*: Quod si Herodem audisses loquentem dicentemque Magis: *Ite & renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum.* Nunquid eum veram credidisses esse devotionis & sanctitatis ideam? & tamen fæx erat malitiæ, omnisque iniquitatis excrementum: *Quærebat puerum ad perdendum eum.*

17. Pro majori hujusce veritatis evidentia observare, si ita libet, duarum Hebræarum mulierum vitam & mores, ut justum de utraque ferre 1. Reg. 25. possitis judicium. Thamar earum una est, mulier quidem maximæ virtutis, regiâ stirpe orta, atque inter delitiarum flores contrita; quocunque oculos vertebat, Majestatem spirabat & decorem; in ejus vultu pulchritudo pariter & honestas in tranquilla pace residebat, adeoque pudica erat & casta, ut vel minimum inconcinnum verbulum ad puritatis suæ candorem cum nive decertantem contaminandum sufficeret: Hæc tam pudica mulier ex præcepto Regis patris sui jussa est infirmanti Ammoni fratri suo assistere, cui illa obediens summâ cum sollicitudine huic se curæ accinxit; atque charitate plena fratrem suum nunc ad patienter ferenda fortunæ adversæ mala exhortabatur, nunc eum consolabatur, reddendo eum securum, morbum non esse periculosum; nunc spem ei faciebat, infirmitatem non futuram esse diuturnam. Nunc sudorem è fronte candidis linteis abstergebat; nunc ventilabro ex diversi coloris plumis confecto febris mitigabat ardores, quibus eum excoqui videbat; nonnunquam nobilis promæcondæ præstabat officium, propria manu victum ei præsentando, hacque ratione testabatur majorem in pectore suo flagrare charitatis ardorem, quam esse poterat ardor febris Ammonis viscera depascentis. Observate igitur nunc ô Auditores conversationem, indolem & benignitatem Thamar virginis erga fratrem suum: postea enim vestrum mihi referte poteritis judicium; ego interim cogitationes meas ad id reflectam, quod de venerabili Juditha sacra refert historia: hæc etenim relicta vidua pulchertima erat omnium mulierum Hebræarum: Cum vero Holofernes Bethuliæ civitatem obsideret, deposito omni appatatu viduali, omnique vestitu lugubri, rejectisque obscuris velis, quæ veluti vexilla interiorem animæ mœstitiam explicabant, eo quod omnem suam lætitiam simul cum dilecto suo Conjuge intra sepulchri angustias condidisset, vestibus se pretiosissimis & jucundissimis quæ inveniri aut excogitari poterant, induit, in quibus post viduitatis suæ tenebras quasi novella aurora læta & ridens apparebat, ut per artis ornamenta incomparabilis pulchritudinis suæ florem adaugeret, eoque fine speculum frequenter velut fidelem suum secretarium in consilium adhibuit; studiosa quoque pectine eburneo veluti rastro auteum comæ suæ agrum colebat, & universale vultus sui forum crispatâ capillaturâ suâ in formam gratiosæ pyramidis exornabat, candidam colli sui arcem numeroso margaritarum & corallorum circumdabat exercitu, atque duos tremulos ex auribus rubinos suspendebat. Tandem vero usâ ducatu mulieris

cujusdam ætatis confectæ & maturæ ad tentoria se recepit inimici exercitus, militumque copias audacter pertransiit, inter quos nullus erat, qui ad ejus aspectum non hæreret attonitus, pulchritudinis in ea miracula summè admirantes; tandem ad Holofernis tentorium generosa & intrepida accedit, obedientiam ei exhiber, minusque honestis sibi per Holofernis Ephebum indicatis nuntiis minimè contradicit, imo ad omnes ejus nutus promptissimam se obtulit dicens: *Judith. 12.* *Quæ ego sum ut contradicam Domino meo? omne quod erit ante oculos suos bonum & optimum, faciam.* Enimvero nunc inter Thamar & Juditham comparationem quandam instituamus. Hæc nativâ suâ pulchritudine, quæ terminos excedebat, minimè contenta, vanè adornatur, obambulat de nocte, in tentoria sola cum Holoferne homine non minus sensualitatibus quam armis dedito commoratur, seque ad omnia arbitrii sui beneplacita promptissimam offert; Thamar vero modestissima Virgo è palatio paterno non egreditur, patri suo in cunctis promptissimè morem gerit, infirmi fratris sui curæ summâ cum charitate assistit, eamque ne vel minima invadere potuit cogitatio, quæ vel mentem, vel castitatis suæ candorem maculare potuisset. Dicite nunc sodes ô Auditores, quodnam vobis de duabus illis mulieribus formabitis judicium? Etenim mentis vestræ sententiam me percepisse existimo: existimatis enim non posse vos aliud quàm malam præsumere de Judith, de Thamar vero optimam: Verumtamen contrarium conjicere debebatis: Judith namque tanquam mulier bona ingressa est tentorium, indeque exivit tanquam Sancta; Thamar autem ingressa est casta ad fratrem, verum ab ejus indomitis concupiscentiis depressus est irreparabilis flos suæ puritatis. Num hoc vobis difficile videtur ad credendum? Legite Scripturam, & verum esse invenietis quod dixi: *Oppressit eam, & cubavit cum ea.* Nunquid igitur vobis dixi quod judicare secundùm faciem sit idem, quod exponere se periculo impingendi in scopulos temeritatis. Vere mundus ejusmodi judiciis falsis plenus est, quæ raro formantur *ex indiciis levibus, de bono alicujus*, sed potius econtra, non obstante quod sanctus Thomas dicat, *D. Th. 2. 2. q. 60. a. 4. f. 19. co. 1. & 2.* quod *dubia in meliorem partem sunt interpretanda.* Portò dæmon Patris æterni vocem de cœlo lapsam audiverat, qua Christus Unigenitus ejus Filius esse declarabatur: *Matth. 3.* *Hic est Filius meus dilectus.* Et tametsi sciret, quod vox Dei fallax non sit, nec esse possit, nihilominus ad credendum eum Dei Filium esse induci non potuit: iterata vice eandem Patris cœlestis vocem, Christum Unigenitum suum esse acclamantis in monte Thabor auscultavit: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui*; Et tamen à pertinaci incredulitate sua non dimovetur, ut ipsum hominem, non vero Deum esse judicet, ac proinde in deserto eum aggreditur, & tametsi sciat, quod inibi jejunarit quadraginta dies & quadraginta noctibus, qualis abstinentia pura & simplici homini prorsus est impossibilis, nihilominus induci noluit, ut ipsum Deum esse crederet, sed potius hominem fragilem & vilem & cuivis alteri similem esse judicat: ac proinde ei dixit: *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Quasi dicere vellet: licet prolixitas observati à te jejunii te Deum esse præconizet, ego tamen ad te talem judicandum minam habeo repugnantiam. O iniquitas diabolica! videt & audit signa Divinitatis, & humanitatem judicat! Audit & videt certitudinem nobilitatis & gloriæ Divinæ, & tamen ignominiam, vilitatem, & miseriam humanam esse apprehendit? *O cæcitas diaboli manifesta!* exclamavit contra dæmonem Chrysostomus homilia quinta in Matthæum: *quomodo suspicatus est eum non esse Filium Dei, quem post quadraginta dies esurientem sensit, & per quadraginta dies esurientem non intellexit? Per quadraginta dies non esurire, hominis non est.* O quot sunt hodie diaboli sequaces & discipuli! Contingat enim, quod Mercator ille vel nobilis in agone constitutus Testamentum condat, & tali Ecclesiæ mille scuta relinquat, quatuor millia pro dotandis puellis in matrimonium collocandis, duo millia tali hospitali, quingenta dispensentur inter pauperes, hæcque omnia executioni mandentur; priusquam corpus sepulturæ tradatur, idque non alio fine, quàm ad majorem Dei gloriam, & in beneficium animæ suæ. Plebecula id videns vel audiens subito in tale prorumpet judicium, hæc legata non sunt opera pia, sed potius furtorum factorum restitutiones, quas quia in vita & sanitate non fecerat, in morte facere coactus fuit. O judicia humana, potestne major hâc temeritas audiri? Optimè tali cuipiam temerè judicanti adaptari potest dictum illud sancti Pauli: *In quo alterum judicas, eadem enim agis, quæ judicas.* Similiter est qui ambulat per hanc vel illam plateam, in cujus extremitate Ecclesia quædam situata est; tu qui ipsum transeuntem vides, subitò judi-

cas,

nis, quod non ad Ecclesiam, sed ad domum meretriculæ in illo districtu habitantis se recipiat. Curautem tibi in mentem non venit, quod facilius est, scilicet quod Ecclesiam petat? Num forte Turca vel Hebræus quidam est, quibus aditus ad Ecclesiam non patet? Breviter dicam qua ratione id ipsum intelligam, & quomodo id declaret sanctus Paulus; nimirum quod tu facturus esses, alios quoque facere judicas: *Eadem ergo qua judicas* Verum enimvero punctum illud in præsenti dimittamus, utpotè de quo in secunda parte prolixius dicemus: Etenim si mihi de vobis hic præsentibus aliquod formandum esset judicium, benè & non malè de vobis judicarem, existimando vos chastitativos & elemosynarios esse, vos interim curate ne meum me judicium fallat, sed in judicando verax existam, quo fine pauperes & inopes vobis enixè commendo.

PARS SECUNDA.

HActenus vidimus, quod cuivis judicare volenti procedendum sit pede plumbeo, ne quod judicia repentina communiter temeraria existant; nunc vobis demonstrabo, quod quilibet sui judicii ideam à semetipso accipiat, cum certissimum sit, quod qui malè facit, malè cogitat: *Mala mens, malus animus*; Tales etiam dum semper de aliis male judicant, quasi in se ipsi sint, clarè demonstrant: *Ostendunt quam sibi ipsi vivant, qui malè de omnibus suspicantur*, inquit S. Hieronymus Mulier mala vicinum quoque suam talem esse credit, scriba qui in se est judicem quoque furati cogitat: *ex hoc quod aliquis ex seipso malus est, ex hoc ipso quasi fundamento suæ malitiæ faciliter de aliis malum opinatur*, allerit Doctor Angelicus conformiter ad illam Ecclesiasticæ sententiam, quâ dicit: *In via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, omnes stultos æstimat.* Seneca de quâdam ancillâ suâ refert, quod cum præ senectute oculorum lumen amisisset, dicere solita fuerit, domum esse obscuram, atque à Domino frequenter petierit, quando tandem ab hac adeo obscurâ domo egrediemur, in qua semper tenebræ esse videntur. Et de milite quodam surdo scribit, cum semper lamentari solitum fuisse, quod omnes nimis submissè loquerentur, credebatque hanc introductam esse consuetudinem, deinceps elata voce minimè loquendi. Nero qui omnium fuit vitiorum sentina, alios quoque tales esse judicabat, ut hisce verbis refert Suetonius: *Ex nonnullis comperi persuasissimum habuisse eum, neminem hominem pudicum, aut ulla corporis parte purum esse, verum plerosque dissimulare vitium, & calliditate obtegere.* *Sueton. c. 29.*

19. Desperatus Cain, jamque proterviot factus semetipsum violentæ cujusdam mortis condemnavit, dicens: *Omnis qui invenerit me, occidet me.* Gen. 4. O inique, quid loqueris? quemnam adeò temerarium esse existimas ut te sine causa morte conficiat? Abel enormissimè à te læsus jam morte occubuit & tametsi adhuc vivus superesset, vindictam tamen quantumvis posset, nullam de te sumpturus esset: num forte genitores tuos Adamum & Evam formidas? sed qua ratione ab iis mali quid metuere poteris, qui te velut unicam oculorum suorum pupillam diligant? id quod etiam sanctus Ambrosius admiratus interrogat, dicens: *A quo timebat occidi, qui solos parentes habebat in terris*; & quidem quando nullus eo tempore in mundo erat præterquam pater & mater ejus, quomodo dicit: *Omnis qui invenerit me occidet me?* hoc ly, omnis, quo referetur si nullus præter parentes in mundo aderat? existimo equidem Cainum mortem sibi à patre & matre sua inferendam metuisse; & ratio est: quia cùm ipse nullum habuerit proprii sanguinis in violenta fratris sui trucidatione, respectum, judicabat suos quoque genitores, pariter affectos fuisse; quasi dixisset: Sicuti ego me non reflexi ad hoc, quod Abel frater meus esset, sed eo respectu sepositio, manus meas in ejus sanguine contaminavi, ita quoque Adam & Eva genitores mei me utique occident, minimè attendentes, quod unicus eorum sim filius: *Solemne enim est, scribit quidam Modernus, ut de aliis malè judicent, qui de seipsis ejusdem sceleris conscii sunt.* *Ambr. de Cain & Abel lib. 1. cap. 10.* *Alexand. Pelleg. in Matth. Parad. 1.*

20. Matth. 4. Dæmon solitarium quoddam, inaccessum, & à nemine præterquam ab umbris, feris, & filio Dei inhabitatum desertum ingreditur, in eoque se eundem Dei Filium superaturum esse temere præsumens; malitiosis tentationibus suis eum aggreditur, variosque cum eo ambulando miscet sermones, tandem ad pedem montis cujusdam cum pervenissent, non attendens stirpium saxorumque in via passim occurrentium difficultatem, sensim ac paulatim ad ipsum usque montis verticem perducit: *Assumpsit eum Diabolus in montem excelsum & altum*; Matth. 4. indeque juncto dexteræ oculo

eidem demonstrat, quidquid orientem inter & occasum claditur, omniumque se ei dominium daturum esse sponte promittit, nullo alio retributionis genere ab eo postulato, quam ut vasallum & subditum se ejus declarans, vel semel duntaxat eum genuflexus reverearur & adoret: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Pendebunt à tuis jussibus sceptra & coronæ; Provinciæ obedientiam, & regna servitutem se tibi debere agnoscent, si me adorare decreveris: num fortè dubius hæres, ubique impossibile videtur adeò vili pretio monarchias à me divendi? pretii quidem quod exigo vilitatem non inficior, veruntamen qui donum aliquod libenter tribuit, ad jacturas & damna sua non respicit: At verò Dominus, cui fraudes & malitiosi spiritus insidiæ perspectæ erant, eum derisit, & turpiter à se pepulit, dicens: *Vade Sathana, Dominum tuum adorabis, & illi soli servies.* Verum enimverò quamobrem Dæmon mundi dominium Christo offerendo eum tentat? existimo quod quia primam gulæ tentationem hisce verbis: *Dic ut lapides isti panes fiant,* intentatam, infeliciter cessisse vidit, sicut & secundam, qua eum de vana gloria tentavit, dicens: *Mitte te deorsum, Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.* Ideò aggressus est tertiam, qua eum de ambitione tentare voluit, singulari studio ad id conando, ut aliquem in eo imperandi & dominandi appetitum excitaret, ac proinde: *Ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit: Hæc omnia tibi dabo. Ut quem neque cibo pellexerat; nec loco moverat, ambitio corrumperet,* inquit sanctus Hilarius. Amabo vos, ô Auditores, dicite mihi, quamnam existimetis causam esse quod Dæmon Christum per ambitionem tentaverit? Dicet fortasse aliquis, Dæmonem credidisse Christum ambitioni deditum fuisse; verum undenam idipsum conjicere poterat? non enim Principum aulas, sed deserta inhabitabat; nec quicquam humanos curabat respectus aut excellentias, siquidem sua semper erat paupertate contentus, nec ullam unquam actionem commisit, unde eum ambitiosum esse deduci posset. Enimverò nescio, an aliquando observaveritis, ô Auditores, quale fuerit illud Dæmonis peccatum, ob quod è cælo empyreo præcipitatus & exturbatus fuit: Hoc etenim apud Isaiam Prophetam manifestè se prodit, ubi dicit: *In cælum ascendam, super astra cæli ponam solium meum, sedebo in monte excelso, ero similis altissimo;* Isaiæ 14. quibus verbis evidenter aperit, se tanquam ambitiosum singulari quodam exarsisse desiderio & cupiditate in cælis regnandi & imperandi æqualiter ipsi Deo, ut asserit sanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 7. tom 4. dicens: *Paululum ut à divinæ præstantiæ celsitudine abesse putasti, ut lumique forte ipsum tibi fore pervium exspectasti, tuum solium supremo throno adæquasti, Deo æmulem te esse, supra creaturam stolidè existimasti, ut ultra nubes scandere, & in ipsis stellis considere cupidisti.* Imò tanta fuit ambitione incensus, ut ipsum quod Deus illi concesserat, & deinceps communicare volebat ex gratia, ex Justitiæ debito sibi deberi prætendebit: *Videns se excellentiorem in naturalibus omnibus aliis, voluit quod per naturam posset alios illuminare, quod debuit sola hoc posse per gratiam.* Ambitio igitur stultas ei hasce cogitationes persuasit, ut jus aliis imperandi, dominandi, eosque pro arbitrio regendi justitia sibi deberi existimarit; atque ideo quod mirum est, quod ipsummet quoque Dei filium de ambitione tentarit? siquidem eum aquali ambitione obnoxium esse credebat, ac ipse erat. *Unde hunc ambitioni sensum ebibit?* Interroget Scriptor quidam Modernus, & respondet, quod cum ipse ambitiosus fuerit, regnandi cupiditatem ipsimet etiam Christo prædominatam fuisse judicarit: *In conscientia sua legens, quod de alieno præsumpsit: itaque in eo quem suspicabatur* [illegible] *Deum, vitium sibi inditum esse censuit, in sua conscientia malè prælegens alienam, propriamque malitiam vel in Deum ausu temerario reverberans.*

Hilarius can. 3. in Matth.

21. Videor mihi ex ipsa Inferni abysso querelosam quandam valdeque formidabilem vocem audire, nec tamen agnoscere eam valeo, auscultemus obsecro illam in silentio: *Pater Abraham;* Luc. 16. interpellat Abrahamum, sitiè nonnemo ex Rabbinis erit qui ab eo sibi deposcat auxilium: *Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti in aquam, & refrigeret linguam meam.* Enimverò ex nunc vocem clamantis agnoscere incipio; vox etenim est Epulonis: sed ô infelix quid facis? pietatem fortè tibi exhiberi expostulas? Nulla tibi deinceps reliqua est putas, nec alia tibi quam flammarum debetur consolatio? In hoc mundo te delicijs tuis gavisum fuisse sufficiat: *Recepisti bona in vita tua;* nec est à Patre Abraham exauditus. Verum cur non potius ad Lazarum mendicum confugit? Nimirum probe recordabatur exercitæ in eum nimiæ crudelitatis, dum vivus esset vel minimam ei panis

micam

ficiam negando, ideo Lazarum quoque sibi crudelem futurum fuisse judicavit, ne hanc quidem aquæ stillam ei indulgendo: *Cur Abraham orat, & non Lazarum?* respondet idemmet Epulo: *Ego in tanta felicitate positus contempsi illum in sua angustia derelictum, multò magis ipse contemptus, vindicabit injuriam, & non veniet ad me.* Omnium etenim malorum proprietas est, quod alienas actiones mensura malitiæ propriæ metiri soleant, alios iisdem defectibus coinquinatos esse judicando, quibus ipsimet se obnoxios esse sciunt; unde si vultis scire in quodnam aliquis peccatum promtior existat, observate quod de aliorum defectibus sibi formet judicium.

2. Verum enimverò quis est qui ignoret, quod *oppositorum est eadem disciplina?* atque ideo quamquot boni sunt & virtuosi, nihil mali de alio cogitant; imò tametsi tale quid de alio audiant, vel videant, id tamen verum esse non credunt, & benignius interpretantur, nullum facientes judicium *de malo alicujus.* Portò tres Reges Orientis stella duce Hierosolymam usque perveniunt, ibidem locum in quo recenter natus Rex Judæorum invenire valeat, inquirunt. Etenim ab Herode regio splendore, prouti illorum meritus augusta conditio fuere exceptæ, qui eadem cur regnis suis relictis in eas se regiones contulissent interrogati, respondérunt, se alio fine non venisse quam ut debita veneratione novum Judæorum regem adorarent: *Ubi est natus est Rex Judæorum?* Verum, ô sancti Reges, quid dicitis? Convenitne in regno alieno mentionem facere alterius Regis in eodem adhuc vivit, & coram ejus conspectu dicere audetis de applausu quo alteri Regi instituere paratis? An ignotum quod in Judæa alius Rex non agnoscatur præterquam Herodes? utique non cognovistis eum, quod si enim nosletis quam sit dirus & crudelis tyrannus, cautius utique loqueremini, nimiam vobis noxam conciliatis, directè namque regiam personam offenditis, maximè verba adeò offensiva in ipsissimam ejus faciem ingerendo. Verumenimverò nolite mirari, tres namque hi Orientales monarchæ Principes boni erant & pii, natoque novo Regi optimè affecti, atque ideo Herodem quem minimè noverant, talem quoque esse existimabant: *Ipsi quidem prorsùs fuissent ad sceptra, coronas & regna sua novello recens natum Regi renuntianda eandemque de Herode opinionem conceperant. Et quia bona erant mente præditi, talem quoque Herodis mentem esse credebant.* *Balth. Arias ser. 2. de Epiphan fol. 159. col. 2.*

23. Quid ulterius dicam? Christus manifestum satis signum Apostolis ediderat, unde Traditorem suum agnoscere potuissent, dum ait: *Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet,* Matth. 26. Vident etenim hunc Judam esse, nec tamen ullus eum alloquitur, ut à suo eum errore respiscere faciat, atque à tam enormi scelere eum divertat. Quid igitur facitis, ô Discipuli? In vestra potestate positum est ingentis hujus malirremedium & negligitis? Cur debitum Judæ charitatis officium non impenditis? Num fortè Judam traditorem esse dubitatis? Difficulter id credere possum, cum idipsum Magister vester per signa nequaquam obscuta insinuarit: Chrysostomi os aureum, aureamque profectò ad hoc responsionem subnectit, dicens: *Cùm enim longè à tali scelere abessent, neque de aliis suspicabantur.* Quilibet enim suomet manum pectori admovebat, & quales ipsi intus erant talem quoque Judam esse judicabant. Habetote igitur, ô Auditores veritatem hanc veluti Maximam infallibilem: *Eadem agis quæ judicas.* Et iterum: *Nolite judicare secundùm faciem.* *Chrysost. hom. 71. in Ioan.*

SERMO XXV.

IN FERIAM QVARTAM DOMINICÆ IV. QUADRAGESIMÆ.

Præteriens IESVS vidit hominem cæcum à Nativitate. Joan. cap. 9.

1. VItiæ quidem sunt, quæ in corde humano latent, passiones, veruntamen incredibile est, quantum inter cæteras impia illa Circe crudelis Megæra, & venenosus Cerastes invidia

prævaleat. Quæ proinde variis probrosis nominibus à diversis indigitatur; siquidem à nonnullis vocatur fœtidum sepulchrum, ab aliis clavus acutissimus: à Plutarcho ulcus animæ; à Cælio Pestis mundi; à Socrate serra animæ; à Salomone putredo ossium; à sancto Basilio ærugo spiritus; à Chrysostomo tinea cordis; à Gregorio Nazianzeno defectus injustissimus, & juste injustus; injustissimus quidem quia injuste adversatur bono, & virtuti proximi, *quia est contra bona*; justissimus autem est pariter, quia juste eos torquet qui eam fovent: *ustissimum, quia magis auctorem suum torquet.* Ærugo est quæ sensim ac paulatim invidi viscera consumit: *Sicut ærugo ferrum, ita invidia animum hominis, ubi insita est, consumit.* Putredo est, quæ quod nullum ei adhiberi possit remedium præservativum, membra macerat, & ad usque viscerum interiora penetrat: *Putredo ossium est invidia.* Serra est, quæ per copiosum dentium caninæ cujusdam tabiei lima exacutorum exercitum, invidi animam intolerabili quadam pœna dividit & lacerat: *Serra quæ semper abscindit animam.* Vivus dolor est, qui sine intermissione invidum de monumento in momentum, ad terminos mortis millies perducit, efficiendo ut millenis mortibus qualibet hora conficiatur absque ullo vitæ fine, vivat autem sine ulla spe fatales perpetuæ cujusdam mortis manus evadendi: *Vivus dolor.* Vulnus est incurabile, cui si fistulæ & Gangrænæ comparentur, arcus vel muscarum punctiuræ esse videntur: *Vulnus incurabile.* Pestis est vel venenosum quoddam toxicum à quo bonitas animæ non minus destruitur, quàm ab ardore flores, à grandine frugum spicæ vel aristæ, aut arbores vel herbæ a vermibus: *Perniciosa mali vis, & radius pestifer ab oculis profluens.* Ulcus est animæ cui curando omnia ab Æsculapio, Hippocrate, & Galeno adinventa antidota minimè sufficiunt: *Ulcus animæ.* Tinea est quæ radicalem humanæ stirpis humorem corrodens, vitam ipsam brevi tempore consumit. *Tinea cordis.* Clavus est qui iteratis mallei alienæ felicitatis ictibus repercussus profundius penetrat, quàm clavus Jaelis in tempora Sisaræ penetravit: *Clavus animæ.* Sepulchrum est fœtidum, in quo non jam cadavera, sed mortua virtuosorum hominum fama & facta heroica redigunturin nihilum: *Sepulchrum patens.* O maledictum germen è semine ab infernali agricola in agrum cordis nostri injecto prognatum. Vere omnis quis in voluntatis suæ domo invidiæ locum parat, vivum quendam infernum secum portat: *Inferni damnum absque ullo commodo.* Tu, ô crudelissima inferni furia funebres animarum nostrarum natales addocis: eos progenitoribus nostris miserum è terrestri Paradiso prosrasti exilium, nosque à vita sequestrans condemnasti ad mortem: *Invidiâ Diabolimors intravit in mundum.* Sap. 2. Tu in jucundissimum humanæ ætatis Aprili Abel justo, pulcherrimum amputasti aut præscidisti juventutis florem: *Parvulum occidit invidia* Proverb. 14. Tu acerbæ vindictæ flammam odii susphure hispidi Esau pectore crudeliter accendisti: *Occidam fratrem meum.* Tuarum persuasionum incantationes Jacobi Patriarchæ filios in eorum innocentis Josephi fratris sui perniciem armarunt: *Fera, id est, invidia pessima devorvit filium meum.* Gen. 27. Tu in pestilentorum consiliorum tuorum flamine persecutionum lam per manum Saulis feratum domitori, terrori gigantum, fortiumque exercituum victori texuisti: *Non rectus oculus aspiciebat Davidà die illa & deinceps.* 1. Reg. 18. Ac proinde optimè de te Eruditus ille dixit: *Nulla tam munita felicitas, quæ invidiæ dentes vitare possit.* Quisquis enim nobilis, dives, vel virtuosus fuerit, eo ipso scopus fiet in quem invidi iniquitatum suarum sagittas evibrent. Unde vir quidam excellens à nescio quo, de modo quo quis ab hisce malignantibus hominibus securum sese redderepossit, interrogatus, respondit: *Similis ex magnis rebus habueris, aut nihil feliciter gesseris: Nam sola miseria caret invidia,* fortunæ autem eam infallibiliter post se trahunt; unde optimè Seneca dicebat: *Facilius est pauperi contemptum effugere, quam diviti invidiam.* Atque ideo Pythagoricus Philosophus, ut scribit Stobæus impossibile esse censuit, quod quis constitutus sit in sublimi prosperitatis, & ab invidiæ fulmine sit exemptus: *Tamdiu mihi videbor felix, quamdiu me mordebit invidia.* Quinimò nec ipsum Dei Filium peperit, prout ex Evangelio hodierno occasione cæci illuminati expresse videtur. Nam ut invidi Christi gloriam obtenebrarent, illum calumniabantur nunc tanquam dei sabbathi prævaricatorem: *Sabbatum non custodit:* nunc hominem hunc cæcum fuisse minimè credunt. *Non crediderunt, quia cæcus esset,* nunc eum volunt gravissimis peccatis obnoxium, & miracula arte magica operantem insimulant: *Homo peccator non potest hæc signa facere.* Mox Cœlicolum pro recepta gratia cum glorificantem ex-

In

lio perpetuo à Synagoga abarcent : *Ejecerunt eum de Synagoga tanquam excommunicatum & reprobum*, inquit Ludolphus Catthusianus, idque non alio fine, quam ut prædominantem sibi invidiam adversus eum evomere possent : *Putabant miraculum annihilare*, inquit Chrysostomus. O invidia charitatis infestissima inimica! ô pessimi fortunæ illius inimici, quæ felicitatis flores in alterius gremio feliciter spargit; Cujus malo vos subjicere non formidatis, dummodo alterius bonum impedire possitis. Non est vobis odiosum ab infortuniis esse oppressum, dummodo proximum vestrum ad fortunæ apicem non videatis sublimatum.

2. Verum enimverò ut abominabile hoc vitium, tantò vehementius detestemini (ad quod in præsenti discursu vos excitare intendo) audite quas in sehabet pessimas qualitates; & quidnam Sacri Patres, aliique Scriptores tam sacri quàm profani illud ipsum detestantes post se scriptum reliquerint; Inter quos Onexander ita loquitur: *Invidiosum est operari ne cui bene quidpiam eveniat.* Sanctus Pater noster Augustinus tom. 3. ait: *Invidiæ odium aliena felicitatis, amando enim ipsos excellentiam suam, vel paribus invidet, quia coæquentur: vel inferioribus ne sibi coæquentur, vel superioribus quod eis non coæquentur.*

Quod si conditio tua adeo vilis fuerit, ut de terra hic nec quicquam erigat, illam lapideam vel plumbeam esse vel fieri exoptaret : Quod si autem conditio supra mediocritatem molem suam extenit, ingentem quendam miseriarum montem superextruere aspirabit, vel ut magis te deprimat, vel ut totaliter oppressus caput tuum sub ingenti calamitatum pondere erigere non valeas. Quod si fortuna te in altum variabilis rotæ suæ vertem extulerit, ipse cælum indesinenter rotans, ut eam fusque deque everlat, & deorsum rapiat. Porro Chymici nullam cerebro suo requiem indulgent, sed omnibus artis & studii nervis id contendunt, ut metalla viliora in pretiosa transformare valeant : Hi autem Alchymistæ Diaboli, argentum in fæces, aurum in lutum, virtutes in vitium, honorem in opprobrium, gloriam in vituperium, sanctitatem in malitiam transformare norunt : *Isti tales omnes prorsus virtutum species decolorare contrarias, & à malitia sumptis appellationibus gestiunt*, scribit S. Zeno Episcopus Veronensis. Quod si in eo qui conditioni tuæ convenit, decore persteteris, te etiam atque superbum baptizabunt : Si Eleemosynas tuæ pauperes distribuetis, aut in Testamento tuo pia legata locis piis assignaveris, hæc omnia necessarias fuisse restitutiones interpretabuntur : Si libenter inimicis tuis ignoscas, ignavum te esse reputabunt : si patiens & longanimis extiteris, te velut virum stramineum & ligneum in proverbium deducent : Si de malefactis aliorum locutus fueris, te culpabunt velut fastidiosum actionum alienarum observatorem, vocaberisque ab iis Criticus, vel Fiscalis publicus: Si sobrie vixeris, avarum te esse proclamabunt: Si oratoria multum frequentaveris, te hypocritam appellabunt, qui suo molendino de aqua sufficienti prospiciat, aut vulpem esse dicent Lauretum versus peregrinantem. Si Ecclesias frequenter adeas, id te ob debitorum te gravantium multitudinem facere dicent, quem proinde creditores potius, quam sancti devotum fieri laciant : *Virtutum species gestiunt decolorare contrariis.*

3. In corde invidi nullum lætitia locum habet, nisi suam ab afflictorum mœstitia trahat originem: vultus ejus nunquam serenatur, nisi quando faciem alienam per turbulentiarum obscuritatem obnubilatam esse conspicit : Apollinem se esse existimat, dum alios sub miseria famis, aut in collatia forensi, vel in triremibus remigantes esse conspicit : *Semper in luctu est invidus inter prospera caterorum, exultat vero in miseris proximorum*, ioquit Beatus noster Simon Cassianus, *suum existimat damnum commodum alienum, suam diminutionem alterius augmentum, perditionem propriam alterius lucrum; in suam convertit injuriam alterius gloriam, suam infirmitatem alterius sanitatem*; ac proinde Seneca Invidiam definiens dixit eam *esse dolorem animi ex alienis commodis*. Enimverò invidi qualitates ab ingenioso illo Poëta hisce fuerunt versibus ad vivum repræsentatæ, dum ita canit:

B. Simon de Cassia serm. de Invidia.

Senec. in proverb.

Ob tua quam graviter plecteris crimina tandem
Invide, cum bona te nunc aliena premant.
O miserum cujus dolor est aliena voluptas
Quoque alius gaudet ringeris ipse bono.
Vulneribus quamnam savis asserre medelam
Quis valeat, cum tu vulnera tecta geras?
Sit licet injustus liver, nil justius illo est
Namque premens alios, opprimit ante parem.

Iac. Sill. anthol l. 2. num 71.

Et quidem (tametsi fortunæ me compassione potius quam invidia dignum reddiderit) nihilominus ex iis quæ tum in libris legi, tum per experientiam in aliis comprobavi, hac de re

re multa dicere possum. Quod si etenim obtutum tuum obiter in vultum alicujus hominis invidi firmaveris, illum furiæ cujusdam speciem referre dices, quæ rabida excandescit, sibi eam non inesse facultatem ut te in lapidem transformare possit, prouti de Meduſa fabulantur Poëtæ. Adhæc cum sit infestissimus lætitiæ inimicus, eam à suo corde omnino proscribit, & exulare jubet, in iis duntaxat casibus redeundi facultatem ei concedens, quando renovati videbit funestos eventus illos qui Cassio, Polycrati, Xerxi, vel Arthabano accidisse noscuntur. Supercilium ejus nunquam serenitatem aliquam induit, nisi quando charitatem suo pedibus Herodis alicujus consultatam & opportunam esse conspicit, aut quando videt Neronum crudelitatem super innocentis alicujus sanguine insolenter triumphantem. Si quis in vultus ejus scena mœstitiæ pallores in vivaces lætitiæ colores transformatos videre cuperet, ad id obtinendum hoc solum sufficeret, si videlicet lapsum ei referas Sejani, vel infelicitates & ærumnas Belisarii: Econtra verò si ei Gadareum, Tamburlanum, Romulorum fortunas, vel Assueri divitias, vel Alexandri excellentias, aut Cæsaris victorias, vel Cyri Monarchias retuleris, gratias te ei obsequium facturum esse diceret, si pro sui suspendio laqueum ei porrigeres. Conjurationibus utique Cassii & Brutisubscripturus esset, dummodo Cæsari ab iis structæ & machinatæ insidiæ bene succederent: ubicunque invenit Germanicos, ibi quoque ne Pisones desint sollicitè curat. In summa libenter propria sua bona & prosperitates deflet, dummodo planctus hic occasionem sibi dare posset ridendi de malo alieno. Plancina se minimè felicem esse posse æstimabat, quamdiu Agrippinæ fortunam continuantem videbat. Dionysius, ut quendam aulicorum suorum graviter torqueret, omnibus totius aulæ suæ ministris & servis per munerum largitionem benefacere decrevit; *Ut ita multo tempore miser invidia affligeretur.* Munus quod à Paride Veneris pulchritudini delatum fuit, talem generavit invidiam, quam Græcia & Asia deiaceps magno suo damno luere debuit. Themistocles valde lamentari solebat quod in juventute sua nullam unquam edidisset actionem generosam atque eximiam, id quod vel inde verum esse conjiciebat, quod in invidorum manus nunquam incidisset: *Cum adolescens foret, nihil splendidum à se fieri, inde conjectare solitum, quod invidos adhuc nactus non foret.* Plato eorum se inimicum esse profitebatur, qui in ejus præsentia virtutes & laudare præsumebant; unde in suis tractatibus nulla unquam reperietur facta fuisse mentio Xenophontis, tametsi is Philosophus tam fortis, ut hac ratione memoria ejus sub oblivionis densis tenebris sepulta remaneret. Commentarios quoque Democriti igne conflagrare tentavit, & reapse in ignem eos conjecisset, nisi à Amida & Glinia Pythagoricis impeditus fuisset, impossibile esse ei dicentibus, quod è posterum mentibus ejus deleri posset memoria, ea quod scripta ejus à multis ea per magna faciendibus maximi fierent: *Plato in vidiæ morbo laborvit, aliorumque laudes iniquo animo accepit. Invenit & Xenophontem tacita cujusdam æmulationis livor extitit, cum nullibi Plato de ipso Xenophonte tanto viro meminerit. Democriti Commentaria collegit, eaque cremari voluit*, ut refert Petrus Crinitus de honesta disciplina lib. 3. cap. 1. Ac proinde dignus fuit, cui similes ab Aristotele discipulo suo rependerentur vices. Florianus Imperator ingentes passus est invidiæ stimulos, ea quod Probus à majori nobilitatis parte in caput illius fuisset electus, ideoque totam adversus semetipsum rabiem convertit, dum venas sibi conscindendo mortem sibi ipsi adscivit. Alexander gloriæ Philippi patris sui adeo vehementer invidit, ut Parmenio & filii sillius necem ulcisci jusserit, eo quod generosa Philippi facinora præsæpe deprædicassent: *Cum audisset ex quodam Parmenio laudes prædicari Philippi, tanta fuit invidia percitus, ut statim non solum Parmenium sed etiam ejus liberos juberet interfici.* Belisarius ille qui Wandalos devicit, de ttriumphavit Persas, Italiam, ipsamque urbem Romanam roboresque liberavit, totique Justiniani Imperatoris Imperio omnem prorsus securitatem attulit, vir quam ille insignis, de quo Petrus Crinitus de honesta disc. l. 9. c. 6. ait: *Vir quidem gestu & animo maximus*, post tot victorias, & gloriosos triumphos hanc sibi mercedem comparavit, quod eruti fuerint oculi: *Neque aliam ob causam, quam propter livoris improbitatem, qui velut ignis alia semper & ardua petit.* Sic quoque dum in Auricameta sive Processio Frederici Regis à nonnullis Medicis quæstio hæc agitaretur, quidnam ad consulendum visui utilius esset; & ab aliquibus diceretur, nihil esse visui conservando utilius faniculi semine, alii vero responderent, visui nihil æque ac perspicilia conducere, alii denique alias opiniones in medium adducerent, tandem Jacobus Sanazzarus vir rarissimi ingenii suam quoque

Philippus Diez. in loc. com. Cæs. Rodig. l. 20. lect. antiq. cap. 30.

Plut. in l. de odio & invid.

quoque opinionem enuntiavit dicendo, nullum reperiri posse oculis juvandis remedium, quam invidiam, siquidem hæc efficiat, ut cuncta semper esse videantur majora quam revera sint. Unde Ovidius dixit:

Fertilior seges est alienis semper in agris:
Vicinumque pecus grandius uber habet.

4. Hitales naturæ ordinem pervertunt, siquidem bonum illos adversante natura cruciat, malum vero oblectat & recreat: *In malum proprium bona aliena convertit, illustrium prosperitate torquatur, aliorum gloriam facit suam pœnam*, inquit sanctus Cyprianus de zelo & livo. t. 2. Contra vero si fortuna alios aversetur & calcibus impetat, id eximii favoris & gaudii loco reputant: *Invidis aliena prosperitas adversa, aliena adversitas prospera judicatur, hi in aliena gratulationes tristantur, in aliena tristitia gratulantur: ipsi in alienæ paupertate divitias, suam pauperiem in alienis divitiis metiuntur*, scribit doctissimus Alanus de planctu nat. Atque ideo à Joanne à sancto Geminiano certis quibusdam lepidis comparantur, qui gignuntur in Indiis, quidam arbores aromaticæ florent, fugam meant, vel easdem dentibus attrodunt, ut exaterentur, nec gaudent odoris illarum percipere fragrantiam. *Sic invidi prosperitatem proximorum gustum non possunt.* A Beda fonti cuidam affirmant, qui in Oriente cernitur, cujus aquæ adeo sunt corrosivæ, ut avium pennas, carnis pelem, lignorum sive arborum cortices consumant: *Pari modo venenosa invidia superioribus detrahit, pares arrodit, famosos mordet, virtuosis urinis, gloriosos lacerat, & omnes contemnit.* Ab eo noctuæ similis esse dicitur, cui consentunt tenebræ: lux vero instar mortis eidem in horrore & abominatione est: *Ita invidus malis gaudet, & de alienæ felicitate tristatur.*

5. Verum enimvero, Auditores, *fodiamus patrem*, existimo etenim quod ad punctum principale perveniendo *invenimus abominationes majores.* Quærit etenim sanctus Thomas Doctor Angelicus, an claritas corporum glorioſorum ab oculis non glorioſis videri possit. Et primo quidem quorundam opinionem adducit *negative* respondentium, nisi ex speciali Dei virtute, & miraculose fieret: *Quidam dixerunt, quod claritas corporis glorioſi non poterit videri ab oculo non glorioſo, nisi forte per miraculum.* Cujus hæc posset esse ratio, quia oculus non glorificatus, non est proportionatus *ad videndam claritatem gloriæ, cum sit alterius generis, quam claritas naturæ*; Præterea, quod si oculus in solis claritatem suum non possit obtutum figere, quomodo illum in corporum glorioſorum claritatem figere poterit, quæ utique incomparabiliter major futura erit? Hactamen opinione non obstante Doctor Angelicus alteram partem defendit, hac subnixus ratione: Movere etenim oculum ad hoc ut videat, proprium est claritatis & lucis; potentia autem visiva apta nata est ad lucem recipiendam, ad eum modum, quo intellectus verum cognoscit tanquam objectum proprium, & voluntas fertur in bonum: *Lux secundùm id quod est nata est movere visum, & visus secundum id quod est natus est percipere lumen.* Unde cùm nullum inveniatur impedimentum sive in potentia, sive in medio, sive in objecto, non videtur subesse aliqua ratio, cur non sequatur actus videndi: *Ideo dicendum est quod claritas corporis glorioſi naturaliter ab oculo non glorioſo videri potest.* Concludit Angelicus: Veruntamen valde admiror, & persuadere mihi haud quaquam possum quod DEUS inimicos suos, qui sunt damnati in Inferno (ad minus in die Judicii) hanc quoque habere consolationem, ac visione illa, quæ illos in tormentis suis refrigerare & sublevare sufficiens esset, perfrui velit. Num fortè ideo id decrevit ut infinita quoque ejus clementia intet tantos Justitiæ rigores elucere videatur? Minimè, imò potius omnino contrarium intendit, scilicet, ut magis inde torquerentur; illa namque beatorum claritas, excessivè majus tormentum illis adsciisset, quam sit illud quod patiuntur à flammis, eo quod Beatis gloriam suam invideant, qua velut amici Dei in cœlis perfruuntur: *Impii videntes gloriam justorum ex hoc torquebuntur in judicio*; concludit S. Thomas. *Ibid. sed contra.*

6. Porro idemmet Sanctus Doctor aliam quandam difficultatem movet, nimirum: An damnati videant, vel saltem in die Judicii visuri sint, eam qua cœlites & Angeli gaudent & perfruuntur, gloriam & benedictionem? Et quidem prima fronte videri nonnemini posset, eum negativè responsurum, cum *magnum Chaos inter eos firmatum sit.* Deinde cur id quod charissimis DEI servis in hac vita non conceditur, impiis in altera vita concedetur? Sic enim videretur justitiam distributivam debito suo caritutam esse. Respondet S. Thomas gloriam beatorum duobus modis considerati posse, primo *ita ut* *D. Thom. ubi sup.*

cognoscatur qualis sit: Secundo ita ut *cognoscamus Beatos esse in gloria quadam inæstimabili* Damnati eam non in primo sensu vident, sed in secundo, id est, cognoscunt quod sancti gaudeant, & fruantur Deo vero & summo bono. Verum dices, quonam fine illud Divina Majestas velit? quænam est necessitas, ut hæc eis fiat revelatio? relinquantur in suis miseriis, qui enim illam non vult possidere, eandem quoque videre non meretur. Audite Sapientis resolutionem, vult DEUS ut damnati videant qualiter beati gloria cælesti fruantur, ad hoc ut contristentur, & direcè conturbentur, addaturque afflicto major afflictio: *Videntes turbabuntur timore horribili*; Sap. 5. contristabunturne & conturbabuntur inde? Obstupesco profectò dum idipsum audio, semper enim audivi quod objecta lætitiæ & felicitatis, quale est gloria, consolentur & lætitiam adferant, solaque horribilia, qualia sunt monstra, voragines, Dæmones, & Inferni conturbent & terrefaciant *timore horribili*. Enimverò vult Deus ut damnati sciant & videant spirituum glorioforum felicitatem, ut hæc visio illis non ad gaudium cedat sed ad tormentum: *Videntes turbabuntur timore horribili*; Quis autem hanc illis pœnam & tormentum causabit? Alieni boni invidentia. *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est*; Unde Sanctus Pater nolter Augustinus ait: *Nisi esset claritas sanctorum, nunquam surgeret invidia iniquorum*; Demonstrando quod hi maledicti invidi non tam conturbandi sint videndo & probando Infernum sibi apertum, quam videndo Paradysum apertum esse aliis: imò plus cruciatus passuri sint à gloria, quam à flammis: Esse inter carbones videtur illis esse inter rosas, saltem comparativè: videre autem quod alii æterna beatitudine fruantur videtur illis idem esse, ac si detinerentur inter incendia:

D. Thom. *Damnati* (ita concludit Angelicus] *vident bonos in gloria, dolentes propter invidiam de felicitate eorum.*

7. Negari proinde haud quaquam potest, quin bonum alterius lapis quidam sit in quo invidus malignitatis suæ ferrum exacuat. Sanctus Matthæus dicit, quod quando in novissimo judicii die à supremo judice instituenda erit sequestratio illa vel divisio bonorum à malis, ut illis dentur gloriæ præmia, his verò infligantur Inferni tormenta, tunc inquam primo loco electi vocandi sint, *Venite benedicti*, Matth. 25. ut quilibet mercedem suam, quam juxta merita sua habituri sunt, recipiat: *Possidete paratum vobis regnum*. Postea vero vocandi sint reprobi ad recipiendum supplicia & pœnas juxta criminum commissorum gravitatem, ut à conspecta Dei repellantur, condemnenturque ad æternum ejus supplicia: *Discedite à me maledicti in ignem æternum*. Vos equidem, ô Auditores, satis superque nostis quod DEUS non casualiter operetur, quodque omnes suæ actiones maximis sint mysteriis refertæ. Qualenam igitur in hoc facto latet mysterium, quod scilicet Judex primo bonos præmiet, postea vero reprobos castiget? Cum dies ille futurus sit dies vindictæ & ultionis, vel justitiæ, præcipuè punitivæ, potius supplicia prius exsetere debebat in reos, & postea remunerationem impertiri electis. Pro hujusce difficultatis intelligentia, necessum est intelligere quod Christus Phatisæis proponit, & postea sanctus Lucas refert de divite illo epulone, qui in profundo abyssi constitutus, miserè afflictus à Dæmonibus & ab igne concrematus, oculos in altum extulit, vidensque Lazarum inter amplexus Abrahæ in ejus paterno sinu conseveri, ipsemet quoque sibi aliquam ab eodem Patriarcha pietatem aut beneficentiam impetiendam esse speravit, ideoque supplex eum rogavit, ut mendicum è sinu suo tantisper depositum ad fontem quendam mitteret, ut inde extremitate digiti sui aliquam acciperet aquæ stillam, eamque pro sui refrigerio linguæ suæ immitteret: *Pater Abraham mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti in aquam, & refrigeret linguam meam*. Luc. 16. Qua in re hoc præcipuè consideto, quidnam dives ille epulo accipere refrigerii potuerit ab unica aquæ guttula cum integra flamma aut maria ad aliquam minimam illorum incendiorum scintillam extinguendam minimè sufficissent: Aqua modica igni insperfa vel infusa non solum non extinguit ignem, quin potius efficit ut flammæ magis augescant & invalescant, & hic unam tantum Aquæ stillam pro sui refrigerio exposcit? Fortè id fecisse credendus est, quia existimabat se modicum petendo impetraturum esse magnam aquarum copiam. Sanct. Petrus Chrysologus dicit eum duplici pœna cruciatum fuisse, nimirum una quæ ei infligebatur ab ardentissimis flammis, alia vero quam patiebatur à Lazari felicitatibus & cœlestibus deliciis: Cumque hic ultimus cruciatus ei insupportabilior esse videretur, ideo potius ab hoc quam ab illo se alleviatum nonnihil esse cupiebat: sed quo

id

ſideratione fieri potuiſſet *Mitte Lazarum*, quaſi diceret : Tolle tolle ô Pater Abraham Lazarum ab oculis meis, magnum ſiquidem eum videndo ſuſtineo cruciatum ; ſuaſque felicitates videndo mihi torqueor. Hæ flammæ quibus quaquaverſum cingor & ambior autæ ſunt quibus tectior reſpectu cruciatus illius quem ſepulto dum coram oculis meis præſentem Latarum inter conſolationes videre cogor. Id quod clarè ex verbis ſancti Petri Chryſologi colligitur, dicentis : *Pius te felicitas Lazari, quam gehenna torquet incendium.* Ex quo facto cauſa deducetur ob quam Divinus ille Judex piis daturus eſt in die judicii electis gloriam, quam reprobos proferibat & deturbet in Infernum, ut præſentes ſint, & ab invidia miſerè torqueantur videndo beatificari juſtos, inde namque ſe plus dilaniari & dilacerari ſentient, quam ab Inferno, vel à Dæmonibus : ſenſibiliores in ipſis erunt anguſtiæ quas paſſuri ſunt eorum felicitate, quam quas perſentiſcent ex proprio tormento, & ab æternis ſuis ſupplicis, adeoque hæc adaptari poſſet doctrina S. Cypriani dicentis : *Quantò ille qui invidetur ſuccreſcere proſeruit, tantò invidus in majus incendium inardeſcit.* Inferous itaque invidorum non tantum eſt ille quod pœnas & tormenta ſubeant, verum potius quod beatorum coram oculis ſuis repræſentatas conſpiciant.

1. Duo exercitus non minus quoad animum generoſi, quam ex militum ingenti numero prævalidis campis ſubſiſtebant, ſcilicet Philiſthæorum ex una, & Iſraelitarum ex altera parte, erantque utrimque milites veterani & artis bellandi periti. Iſraelitæ ſeſe communiebant in loco quodam valde ſecuro, qui dicebatur *Lapis adjutorii*, in quem non minus, quam in vites proprias ſuam fidebant collocatam fiduciam, ſiquidem vel ſolum loci illius nomen illis felicis præhi exitum ominabatur : Philiſthæi autem ex alia parte cum ſuo exercitu caſtra metabantur in planitie Aphec ubi ſeſe communiebant vallis, foſſis, fortalitiis adeo validis ut exinde offendere quidem percommodè, offendi autem ab inimico minimè poſſent ; quilibet exercitus copias ſuas in optimè ordinatam collocabat aciem, ſeque ad congrediendum cum adverſario præparabat. Jam Capitanei in procinctu erant diſtribuendi turmas, à quarum nutibus ſinguli milites penderent ; fluctuabant vexilla ſubicundo inter ſe nigroque colore diſtincta, per hoc ſignificando ſe ſanguinis ſitibundos, mortemque in acie gladii adverſarii illaturos eſſe, erectæ in galeis criſtæ ventilabantur, tauca reſonabant tympana, lituique turbarum, clangores perſtrepebant. Equi ad prælium animati ulteriorís erant moræ impatientes. Non ſunt in cæli firmamento tot ſtellæ, quot ſoles effulgere videbantur è lucidiſſimis fulgentibuſque utriuſque exercitus armis. Nunc vocibus ſeſe mutuis provocabant ad prælium, nunc armis mutuas ſibi intentabant minas, tandem moventur, urgentur, cominus dimicare cum hoſte incipiunt, cædunt, vulnerant, luctantur, tinguntur, donec tandem terræ pulvis ex armorum tumultu armiger factus, in aera ſeſe altum efferret, militumque oculos obfuſcaret, adeo ut cæco quodam impetu in ſe mutuo deſævirent ; verum eheu ex improviſo integrum quoddam naufragantis ſanguinis mare promanare cernitur ; nam prævalent Philiſthæi, jamque totus Iſraelitarum exercitus miſere fugari & diſſipari cœpit, dum alii vulnerati occumbunt, alii ſeſe captivos dedunt, alii ſe ſubducunt, alii ſecurius ſibi conſulere volentes in fugam ſeſe recipiunt, paſſique ſunt ſtragem magnam, jacturam nimirum triginta millium militum citra eos qui captivi abducti fuerant : *Et ceciderunt de Iſrael triginta millia peditum*, quodque maximè dolendum iis erat, ipſamet quoque Arca Dei viventis in manus quoque Philiſthæorum redacta fuit : *Et Arca Dei capta eſt.* Deus autem Philiſthæis iratus, eo quod manibus ſuis temerario auſu in arcam involare præſumpſiſſent, multa illis ſupplicia intulit, adeo ut major pars illorum morte extincta fuerit. Ac proinde Sattapæ inter ſe conſilia agitabant : *Quid agendum de Arca Dei*, ac tandem eam Iſraelitis minimè reddendam, ſed potius ex una Civitate in aliam tranſmittendam eſſe decreverunt, cum tamen unica cauſa eſſet, cur quolibet die aliquot hominum centena morerentur, *à parvo uſque ad majorem.* Porro hic nonnihil ſubſiſtamus. Cum ab arca Philiſthæis tot in ſingulis ad quas deferebatur civitatibus mala evenerint : cur eandem Iſraelitis non reſtituerunt? ſic etenim ceſſaſſent mala eorum, & finem contagium morſque habuiſſent ; Reſpondet Modernus quidam quod *ſi reſtitueretur, magnum Iſraelitis præſidium reddebatur.* Unde ex invidia ne ſcilicet Iſraelitæ poſt Arcæ reſtitutionem tanto bono potirentur, illam potius inter ſe retinere, & ſimul interea tantis malis tantæque

Mendoz. ibid.

stragi & gentis suæ internecioni subjacere decreverant. *Qui hostibus invidebant, eosque tanto præsidio destitutos exoptabant, retinendam esse suadebant, & toleranda propria damna, ne immensa lucra ex reditu arcæ hostibus provenirent, hæc enim est invidorum natura, ut malint propria mala pati, quam aliena bona intueri.*

9. DEUS Heli sacerdoti ob nonnullos notabiles defectus adversus Divinæ Majestatis suæ honorem commissos graviter indignatus erat, ac proinde manifeste ei indicabat, quod eum una cum tota sua stirpe & progenie aspere puniturus esset, cujus ei hoc assignabat evidens signum, nimirum quod duo filii ejus Ophni & Phinees. *In* 2. *Reg.* 2. *die uno morientur ambo.* Tu interea ô Heli qui præcipuus transgressores hoc habebis supplicium : *Præcidam brachium tuum, & brachium domus Patris tui, ut non sit senex in domo tua.* Verum & hoc parum est, ac proinde insuper decretum mihi est, quod re Sacerdotii dignitate exuere velim, ne unquam amplius sacra hac functione in templo perfungaris, sed in munus istud alius subingredietur, tibi non admodum gratus, qui felicissimus & fortunatissimus erit inter omnes Sacerdotes, quos sacrum Templum unquam habuit: *Videbis amulum tuum in templo, in universis prosperis Israel.* In locum tuum talem tibi successorem substituam, quem nunquam benevolo dignatus es oculo aspicere, isque miris cumulabitur gratiæ & ingentis prosperitatis muneribus. Nunquam vidit Hebræorum populus, nec unquam deinceps visurus est sacerdotem aliquem tot tantisque excellentiis sublimatum, unde certatim ad illum populi confluent, ut suas in ejus manus deponant oblationes. Fiet utique quod tibi prædixi, nec est quod tibi persuadeas quod quoad hoc mutaturus sim æterni decreti mei determinationem : *Incipiam & complebo.* Verum enimvero tametsi ob id quod Heli graviter delinquens, graviter quoque à Deo per privationem sacerdotii, perque filiorum suorum mortem prouti meruerat punitus fuerit, nullus esse possit, qui vel verbo minimo contradicere possit, attamen quid opus erat quod Deus ei quoque de successore ejusque fœlicitate & excellentiis quibus à Deo supra quemvis alium adaugendus & sublimandus erat, verba faceret? utique Deus invidiam in Sacerdote Heli prædominatam fuisse cognoscebat, atque ideo sciens quod majorem ei allaturus esset ex manifestata ei successoris sui felicitate afflictionem, quam per comminatum ei propriæ domus suæ malum, ideo dixit: *Videbis amulum tuum in templo in universis prosperis Israel,* cum majori namque sensu percepturum sciebat alienæ felicitatem, quam propriæ calamitatis nuntium. *Non tam timet invidus malum quod ab adversa fortuna sibi imminet, quam quod ab aliena felicitate sibi impendet, invidia sui pœna est, & se panalissimo supplicio castigat aliena gloria;* inquit doctus ille Modernus. Unde si juxta opinionem Senecæ : *Nemo tam latus est suo, quam tristis alieno bono,* supposito superius insinuato scripturæ passu, dicere jure merito potero: *Nemo tam tristis est suo malo, quam alterius bono.*

10. Samuel Propheta audiens pessimum Saulis Regis gubernandi modum, utpote qui pollubito divinæ voluntatis ipsi intimato imperio pro suo arbitrio gubernabat, Deique honorem vehementer lædebat, continere se non potuit, quin animi sui amaritudinem, cordisque angustias amaro planctu suo contestaretur, dum autem lachrymis immadesceret, apparens illi Deus consolatus est eum, pariter jubendo ut sisteret lachrymas, & pristinam vultus sui resumeret serenitatem, neque ob insolentes Regis dissolutiones ulla ratione turbaretur, futurum enim ut ipsemet sibi de alio Rege prospiceret, siquidem indignum esset, ut aliis imperio præesset, qui Dei præceptis pedibus conculcat atque contemnit. Saul igitur regno suo exauctorabitur, in ejusque locum, ait Deus, de alio idoneo subjecto substituendo sollicitus fui, qui Israelis regimen adoriatur, quemque jam majori utique eum gloria diadema suum deceret ejusque curas obibit. Exurge igitur & vade, num in illo eorum tuo quod ad cingulum tuum pendulum habes, tantundem adhuc olei in ejus fundo reliquum habeas, quod alteri non Regi inungendo sufficere possit? Abi igitur quantocius, illudque adimple, postea vero revertere, ut strenuum Divinæ voluntatis meæ te exhibeas executorem; Abi cito, quia hic te præstolabor. Credebam ego Saulem ex humili conditione ad diadema regium sublimatum muneri suo regio integre satisfacturum fuisse; jam vero reipsa cognosco hominem quanto à me ad sublimiora evectus fuit, tanto ingratiorem, insolentiorem, magisque superbum fieri. Sublimatus enim confestim mecum incipit contendere, nec aliam actionum suarum regulam novit, quam propriæ voluntatis & libitus sui decretum. In tales eventus communiter desinunt eorum imperia, qui ab humilitate natalium suorum, & absque ullo merito

suo

sior ad coronas & diademata evehuntur, hi enim postquam ad dignitatum vertices sunt evecti, libere sibi existimant, quæ libent, non vero quæ decent, & fieri debent. Ex quo igitur Saul perfidus & infidelis extitit, justum est ut temeritatis suæ pœnas luat. Samuel autem reversus ad Dominum dixit: O Domine, de sufficienti oleo mihi jam prospexi; ecce illud, jube nunc si quid per me fieri velis. Audi O Samuel, inquit Deus, nostræ virum quendam, cui nomen est Isai in Bethlehem commorantem, statutum etenim mihi est unum filiorum suorum in Regem mihi eligere: *Provide in filiis ejus mihi Regem.* Cave ne decipiatis ab extrinseca vultus vel aspectus sui specie, vel ex staturæ proceritate, siquidem boni tas non in extrinseca membrorum specie, sed interiori animi qualitate ac dispositione consistit. Ne igitur fallaris, hoc solum securitatis loco me tibi dixisse sufficiat, é filiis Isai eum quem ego tibi monstravero, & non alium inungens oleo: *Unge quemcunq; monstravero tibi.* Verum ô Domine (inquiebat Samuel) nomen inungendi ad meas insinuato & edicito mihi: Nihil ultra requiratur (ait Deus) abi cito, scies etenim, ubi necessum fuerit. Abit igitur Samuel, & tandem ad filii optimi senis domum accedens: Optima tibi non nuntiatum venio ô Isai, esto lætus quia favente tibi per omnia cœlum te domumque tuam exinde & felicitatibus cumulare satagit, siquidem filiorum tuorum unus futurus est Monarcha Israelis, ita enim præcipit is cujus nutibus omnia obediunt Dominus est Deus noster, inquit. Sis igitur de me & domo mea quod bonum fuerit in oculis ejus. Huc igitur adestote filii mei, & debita Prophetæ & Sacerdoti nostro deferatis obsequia, eumque pro ratione gradus & meriti revereamini. Moxque conversus ad Samuelem ait. Hic est primogenitus conductus Eliab: ille vero est eo inferior nomine Aminadab: Tertius vero Samma, elige ex his prout placuerit. Cui Samuell ut verum fatear, ad neminem horum Deus inclinat: Nunquid alii tibi filii supersunt? *Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele.* Qui iis visis ait: Profectò neque ex his ullum sibi Deus in Regem elegit: *Non elegit Dominus ex istis.* Non supersunt alii? supereſt quidem alius, inquit Isai omnium natu minimus, qui ruri degens armentorum nostrorum custodiam habet, verùm autem ne ex quo nullus horum Deo placuerit, alter longe minus sit placiturus. Videamus omnes, ait Samuel mittatur subito qui huc eum ad me accelerare jubeat: *Mitte & adduc eum.* Compatuit igitur David pastorculus, adolescentulus vegetus & robustus, deauratam in capite comam gerens, vultuque decorus, adeo ut aspectu suo aliquam spirare Majestatem atque modestiam videretur. Moxque divina providentia ut hunc in Regem inungeret, manifestè ei inspiravit, dicens: *Surge, unge eum, ipse est enim.* Scio equidem Deum nihil casualiter aut fortuito facere, atque ideo tametsi investigare nolim cur Deus Davidem, non vero alium quempiam é filiis Isai in Regem elegerit, curiositas tamen me adigit, ut causam inquiram, cur Deus Samuelem in Bethlehem dimittens, eidem non pariter liberè ut Davidem in Regem inungeret, præceperit dicendo: *Unges Davidem,* sed tantum dixerit: *Unges quemcunq; monstravero tibi* Num fortè de futura Samuelis fidelitate dubitavit? *Cur dubiè & non specialiter* (interrogat Chrysost.) *Davidem nominavis?* ac tandem difficultatem hunc in modum resolvit: *Ne scilicet pateretur David, quod passus est Ioseph. Sicut enim illi addiscentes futurum sibi Regem, insidiati sunt, & post multas injuriæ vendiderunt, invidia commoti, timentes ne forte frater eorum minor ab iis Regis instar adorandus esset.* Quod si Samuel Propheta mox ut in domum Isai ingrederetur patiter Davidem Regem futurum insinuasset, fratres ejus utique vitæ ipsius insidiati fuissent. Verum dicat hic aliquis, quid præjudicii aut jacturæ passuri fuissent fratres Davidis ex hoc quod David frater eorum ad Regnum à Deo sublimandus esset? Haud dubiè nihil illis mali inde accidisset, imò vero inde ipsis accrescebat honor, excellentia, dignitas, divitiæ & similia, ipsi in toto regno gubernassent pro libitu suo, ab omnibus summa in veneratione atque respectu habiti fuissent, quisquis gratias apud Regem sollicitaturus advenisset, suum ad illos habiturus fuisset confugium, utpotè ad Regiæ suæ Majestatis germanos secundùm carnem fratres. Verum enimvero nequaquam id permisissent jam dicti Davidis fratres; neque enim eis dominans invidia idipsum permisisset; Imo ipsimet invidentiæ stimulis agitati fratres dicturi fuissent: Nihili hosce honores facimus, libenter iis renunciamus, dummodo sors ista Regni fratrem nostrum non contingat, potius molestetur, infestetur, occidatur. O maledicta invidia! perdatur potius, maleque habeat invidus, dummodo invidiam sustinenti nihil inde mali accidat.

1. Sam. 16.

Chrys. in psal. 50.

11. Mystica utique fuit illa in Evangelio à Christo in medium adducta parabola, in qua

filius Dei Regnum Cœlorum cuidam Patrisfamilias simile esse pronuntiavit, qui manè summo diluculo in forum exiens conducere voluit operarios, qui vineam suam labore suo excolerent: invenit igitur diversos è quibus optimos seligens pacisci cum iis cœpit de mercede quam pro laboribus eorundem iis daturus esset, ac demum in vineam suam eos secum adduxit: *Conventione autem facta cum operariis de denario diurno, misit eos in vineam suam.* Appropinquante autem hora tertia domo sua iterum egressus alios sibi obvios habuit, stantes in foro otiosos, quos item ad vineam suam abire, deque debita sua mercede post absolutos labores accipienda securos esse jussit: *Ite & vos in vineam meam, & quod justum fuerit dabo vobis*, qui & abierunt, post hos autem alios in eandem vineam hora sexta, alios item hora nona dimisit. Tandem vero cum instaret undecima, licet hora tardior esset, domo tamen egressus in multos incidit tempus suum inutili otio transigentes, quos aggressus est reprehendendo tanquam otiosos: *Quid hic statis tota die otiosi, Ite & vos in vineam meam.* Inclinante vero die ad vesperam cuncti ligones suos è manibus deposuere, atque à laboribus cessantes domum petivere Patrisfamilias, ut ab eo singuli singulas suas mercedes acciperent; omnes autem æquali fuere mercede remunerati eo demmet scilicet denario, adeo ut tantundem acceperint & non plus ii, qui summo diluculo ad serum usque crepusculum vespertinum laborarant, quantum alii qui ab hora undecima vineam ingressi dimidiæ tantum diei laborem impenderant. Cumque primis injuriam sibi fieri, hancque partialitatem omni prorsus æquitati repugnare videretur, quod scilicet eadem mercede donarentur ii qui parum, qua alii qui multum laboraverant, lamentantes dicebant: *Hi novissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei & æstus.* Porrò Author operis imperfecti benè observat modum quo hi agricolæ murmuraruntur: siquidem non conqueruntur quod qui plus aliis laboraruntur, minorem aliis mercedem acceperint, sed quod illi qui exiguo tempore, id est, à nona & undecima usque ad noctem laboraranti, majorem acceperint mercedem quam illis ex stricto jure deberetur; ac proinde dicunt: *Pares illos nobis fecisti* cum potius dicere debuissent, *Pares nos illis fecisti.* Quid vestra ô gens murmurationi assueta, interest, quod illi nimium acceperint, quando vobis id quod debebatur justè repensum fuit. At vero invida hæc ex ore illorum verba effutivit, illa namque effecit, ut non lamentarentur quasi non recepissent mercedem laboribus suis debitam, sed quod aliis data fuit merces major & excedens tempus brevitatis temporis quo laborarant: *Et non dolebant quasi fraudati de mercede sua, sed quia illi amplius, quam merebantur, acceperant: hic enim est proprium invidiæ quando alteri aliquid additur, sic dolent invidi quasi illis sit aliquid subtractum.* Sic Alexander Magnus, ut scribit Quintus Curtius, omnes victorias nulli prætequam suis suæque generositati adscribi desiderans, gloriosa Antipatri factoribus invidebat, quicquid absens generosè reportabatur boni aut felicitatis, suæ jactaram atque damnum esse existimans: *Is vero quidem hostes voluerat: Antipatrum vero civis tacitus quidem indignabatur, sua demptum gloria existimans, quidquid cessisset alienæ.* Enimverò valde difficilia esse censeo verba illa quæ S. Antonius de Padua post se scripta reliquit; Nimium quod si Deus vellet invido alicui infernum mitigare, qui majorem ei quam ipsissimus Infernus pœnalitatem adscisceret, opus esset ut illum in medium cœlestis Paradisi in cælesti gloria collocaret: *Magnam pœnam Deus faceret invido, si ipsum poneret in gloria Paradisi.* Nunquam etenim audivi quod ipsa quoque cælestis gloria vim habeat torquendi habeat; quod si enim gloria effecerit liter consolatio quædam est, quomodo illi convenire poterit ejus contrarium, quod scilicet affligat eos qui inibi sunt præsentes? *Tale ubicunque ponatur, semper erit tale*; Quomodo igitur Paradisus talibus in Infernum commutatur, gloria in flammas, beatitudo in ignem? Imò vero hoc facilè est intelligere, nam si invidus felices & gaudio plenos videret alios beatos, id ei majoris pœnæ causa futurum esset, quam si in ipsissimo inferno consisteret: *Quia ibi totaliter excæcaretur à gloria proximorum & à luce beatitudinis ipsorum.* Cum certissimum sit, quod, ut Seneca observavit: *Invidi manus oculus caligat in aliena luce.*

12. Hoc etenim verum esse colligere facili negotio potestis, ô Auditores, ex eo quod Sanctus Joannes Evangelista de Christi præcursore refert: Inter alias namque hujus vivi sanctitatis miraculi prærogativas, quas nobis recenset, una est, quod in hunc mundum eo præcipuè fine sit nasciturus, ut attesteretur quod verus Messias Dei Filius instar lucis radios sanctitatis suæ per universum mundum sit diffusurus:

Hic venit in testimonium, ut testimonium perhibeat de lumine. Ergone Joannes Baptista testis erit? Cujus rei? Lucis. Lucis? Verum quid soli ad hoc ut credatur esse luminosus, opus est, ut stella quædam eo fine resplendeat. Quid necessum est dici quod is claritatem suam à lucernæ cujusdam lumine mendicet, tali namque nomine Joannes appellatur: *Lucerna lucens ante Dominum.* Unde sanctus Augustinus ait: *Nunquid opus erat, ut Joannes tanquam lucerna perhiberet testimonium dicti, si dies ipsa ab infirmitate nostra possit videri? Lumen* quod est medium proportionatum ad videndum objecta, *non indiget alio lumine, ad hoc ut videatur*, inquit Cardinalis Toletus. Atque hinc fit quod Lumen gloriæ, ut docent sacri Theologi, tametsi sit ordinis supernaturalis, nullum tamen aliud lumen requirat, quod intellectum nostrum ad illud videndum disponat, quia illud vel futurum esset superfluum; aut insufficiens; ad quid igitur serviet, si accendatur Lucerna, ut veræ luci lumen præbeat: *Erat lux vera:* Superfluum est quod id quod oculis nostris aperte videtur, insuper per testimonia comprobetur: *Quod patet expresè, non est probare necesse.* Enimvero passus hic aliam quandam difficultatem provocat, quam sanctus Lucas in Actibus Apostolorum tangit. Refert enim quod dum Christus in monte quodam qui ab Olivis nomen habet, constitutus, jamque ad æternum Patrem futurus reversurus, abiturn suum à discipulis innuret, Spiritum eis sanctum submittere promitteret, voluerit que, ut in virtute donorum suorum per omnes Judææ fines discurrerent, in publica Hierosolymitani fori compita ingrederentur, demum vero in Samariam sese conferrent, ac tandem omnibus in universum populis ac gentibus plenum perhiberent gloriosæ Resurrectionis suæ testimonium: *Accipietis virtutem superveniente Spiritu Sancti in vos, & eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judæa & Samaria, & usque ad ultimum terræ.* Hugo, inquirit, cujus rei Filius Dei Apostolos esse voluerit testes, & dicit quod Resurrectionis suæ testes esse debebant. *Eritis mihi testes Resurrectionis verbo, exemplo, & signo.* Ergone ad reddendam credibilem & persuadendam gloriosam Resurrectionem suam à mulieribus revelatam, manifestatam à mulieribus, ab Apostolis prædicatam tot requiruntur industriæ & diligentiæ? Pro hujusce difficultatis intelligentia, circumstantia quædam notanda est à Christo in eo miraculo observata, quod juxta mare Tiberiadis patravit, quando quinque panibus & duobus piscibus abundantem alimoniam quinque hominum millibus providit, atque insuper duodecim cophinos reliquiarum plenos supereße voluit: *Impleverunt duodecim cophinos fragmentorum.* Enimvero valde mirandum est quod Christus qui tantus semper extitit superfluitatis inimicus, nunc faciat ut tantus panis totque piscium partes omnibus abundè saturatis supersint. Verumtamen ad id respondebit Chrysostomus dicens: *Duodecim cophinos secundum numerum duodecim Apostolorum.* Vel cum eodem sancto Doctore dici potest: *Quod hæc ostentatio superflua non fuit, sed ne phantasiam æstimarent, quod factum est.* Sanctus Cyrillus l. 3. cap. 18. dicit, quod: *Qui largitur, semper abundat.* Econtra vero: *Avaro & nihil danti semper deest.* Sanctus tamen Basilius Seleucus oratione trigesima tertia in ea est opinione, quod Christus hosce panes multiplicarit *præter necessitatem, sed in potentiæ defensionem.* Facile enim malevoli & invidi Divinam potentiam calumniando offendere potuissent dicendo, vel non fuisse verum miraculum, vel quod non fuerit miraculum reale, sed apparens, per quam calumniam miraculum istud suppressum totaliter fuisset: Quid igitur factu opus erit? supersunto duodecim cophini, ut vel sic quilibet cophinus imo quilibet panis, & quilibet piscis licet mutus sit & mortuus, in defensionem potentiæ Christi, in confirmationem veritatis miraculi, & ex eo redundantis gloriæ deserviat: *Sic innata hominis invidia insidiatur potentiæ, ut in potentiæ defensionem Dominus panes multiplicet præter necessitatem.* Prævidebat etenim Dominus, quod Hebraismus, utpotè gloriæ suæ invidus æmulus omnem esset moturus lapidem, ut Resurrectionis veritatem occultare posset; atque ideo voluit, ut Apostoli abirent veracesque essent ejusdem mysterii testes: *Eritis mihi testes Resurrectionis, verbo, exemplo, vel signis.* Ipsa filii Dei sanctitas meridiana solis luce incomparabiliter clarior erat, & tamen ne eam invidi ulla ratione negare possent, opus erat ut sanctus Joannes suam quoque operam interponeret, faciendo fidem lucem seternam esse, ipsumque solem splendescere. Unde se Rupertus continere non potuit quin exclamaret, dicens: *O invidia cæca, videns & oculatissime cæca: Nihil perspicuum videt Invidia, cæcutit ad præclara, ad magna, & generosa.*

Ioan. 6.

Chrys. in cat. D. Th.

Rupert. in c. 1. Io.

13. Turbæ militum ad Salvatorem capiendum

dum hortum ingrediuntur Gethsemani; ad eum vero accedentes violentas in eum conjecere manus, summis quibus poterant eum injuriis & contumeliis afficiendo. Porrò sanctus Petrus intra patientiæ terminos se continere non valens, memor ejus quod à Magistro suo jussus esset emere sibi gladium, suspicari cœpit, hanc horam & tempus opportunum esse, in quo eodem gladio utiliceret, ideoque gladium strinxit, eoque insolentissimi cujusdam amputavit auriculam: *Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum & percussit Pontificis servum, & abscidit auriculam ejus dexteram.* Dominus autem reprehendens eum dixit: se tam cruenta defensione minimè opus habere, utpotè qui, si sui defensores ab æterno Patre expeteret, facilè Paradisi Angelos in sui defensionem habere posset, ut proinde gladium denuo in vaginam reconderet, nec amplius ejusmodi facinus committere præsumeret: Circumstantibus vero demum præcepit, ut auriculam amputatam in terram collapsam, levarent, quam ille acceptam pristino loco & perfectæ sanitati denuo restituit: *Et cum tetigisset auriculam ejus sanavit eum.* Porrò quod milites nullam sumpserint de Petri ferocia & temeritate vindictam, mirum non est, quia Magistri ipsorum verebantur potentiam, utpotè qui paulo ante unico duntaxat verbo cunctos in terram prostraverat; veruntamen valde admiror, quod Petrum deinceps de tam notabili commisso delicto non accusaverint: Cum enim sollicitè quæsiverint subordinare testes, qui falsa adversus Christum ejusque discipulos ederent testimonia, cur non potius hoc Petri factum coram tribunali Pilati accusarunt? Hæc etenim opportunissima esse videbatur occasio ad malignandum Magistro, & irroganda discipulis pericula, & tamen nec quicquam hac de re loquuntur, sed injuriam hanc absque ulla vindicta dissimulant. Enimvero dum incarnata Sapientia Jerosolymam ingrederetur, certas quasdam porticus balneum quoddam, quod alio nomine Piscina Bethsaida appellabatur, circumstantes propè transivit, in quibus ingens quædam infirmorum hærebat multitudo, è quibus unus triginta & octo annos continuos cum infirmitate sua conflictatus fuerat absque ulla ejusdem remissione aut convalescentia; Hunc igitur Medicus cœlestis convenit, & non obstante quod Sabbathi dies esset, sanitatem ei integram restituit, præcipiens eidem ut sese erigeret & apprehenso ac sublato lecto sanus & salvus in domum suam abeat: *Surge tolle lectum tuum & ambula.* Totam hujus facti seriem Hebræi partim visu, partim auditu perceperant, ac proinde de hujusce languidi sanitate reddita obstupefacti, magna cum curiositate interrogarunt quisnam esset ille qui ei lectum suum tollere, & in domum suam abire jussisset: *Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum & ambula?* Qui tamen mecum non quærat ex Hebræis illis, cur quibuscumque minimè illum à sua infirmitate liberum sine impedimento ambulantem vident, eadem non potius dicunt: *Quis est, qui te sanum fecit?* Etenim Cardinalis Toletus ibid. adnot. 8 in comm. dicit: *Sciebant sanitatem eum mirabiliter recepisse, non enim negare poterant, omnibus namque cognitus erat propter tanti temporis longitudinem infirmus ille, quirepente sanus apparebat.* Eumvero hi Christo suam gloriam invidentes de patrato miraculo loqui nolebant, sed illud potius sub perpetuo silentio & oblivione sepultum esse cupiebant: *Pra invidia non interrogabant, quis est ille qui te sanum fecit, sed quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum?* Invidia namque estimulati nihil aliud moliebantur, quàm silentio miraculum istud involvere, ne divulgaretur, fieretque signum demonstrativum virtutis & sanctitatis ipsius Salvatoris & veluti invidi: *Calumniam quærebant non Dei honorem & gloriam: si enim hoc eos movisset, utique quis esset qui sanavit, interrogassent, ut divinam virtutem & potentiam in eo recognoscerent.* Sic quoque non movebantur ab injuria à Petro in horto Gethsemani recepta ad ullam de eo capiendam vindictam, quia si hac de re aliquam apud Pilati tribunal deposuisset querelam, utique præmittenda fuisset ferenda sententiæ aliqua informatio, hacque ratione cum in auricula Malchi dextra nec vulnus, nec cicatrix, nec sanguis videri aut notari posset, confricti fuissent ad manifestandum patratum à Salvatore miraculum: quod quia tanquam invidi manifestari nolebant, receptam injuriam dissimulare satius esse duxerunt, ut hac ratione actionem ab eo gloriosam ac celebrem ab eo patratam fileati pallio obtegerent. Verum accidit illis quod quidam ille quondam dixit: *Profectò aliena quies invidum inquietat, aliena securitas illum sollicitum. Cinibus angit, & aliorum honor contumelia afficit, quin ingens alterius boni pompa invido est ingens supplicium.* Hos igitur effectus miraculosi operatis, id est, restitutæ Malcho auriculæ manifestatio in invidis hisce quoque infallibiliter causasset.

Joan. 18.

14. Dicunt Astrologi invidum sub ascendente figoo Saturni nasci, qui sicut præ cæteris planetis malignior est, ita quoque invidus præ cunctis aliis iniquis hominibus deterrimus est, siquidem si ad famam tuam pro libitu suo mœstificandam, vel obscurandam gloriam tuam præ valere non potest, tandem ad eripiendam tibi vitam molitur insidias. Post Josephi Vice Regis Ægypti mortem novus quidam Princeps in illa provincia successit, qui filios Israel multiplicari animadverteus, universam Ægyptum adversus eos in seditionem excitavit. *Venite opprimamus eum.* Verùm quemnam miser hic populus ettorem commiserat, aut quodnam intulerat novo huic Regi fastidium? num fortè seditiosus aut rebellis ei extitit? aut infidelitatem suam erga eum in te aliqua notabili prodidit? aut aliquod regio suo diademati præjudicium intulit? Nihil omninò populus hic deliquerat, sed potius Rex eum videbat, eo quod copiosus & fortis fieri inciperet: *Ecce populus filiorum Israel multus est, & fortior nobis, venite opprimamus eum.* Sacer enim textus aliam præter hanc causam non tetulit: *Ecce quid faciat invidia*, ait gravis scriptor quidam. Die mihi sodes ô mercator, cur illum qui tuæmet consors est professionis adeò tuis persequeris. Quidnam tibi mali intulit? Nullomninò, solum ideò eum persequitur, quia *multus & fortior eo est.* O Doctor, ô Advocate, cur adversus ille adeò tibi exosus est, ut illum videndo sustinere non valeas? Num fortè tuorum aliqua in te læsit? aut famam tuam ullpiam contaminavit? quodnam unquam ab eo passus es præjudicium; Si verum fateri velit dicere cogitur: Mea me ad id exstimulat invidia, quia *multus & fortior est*; in exercitio professionis meæ majori pollet experientia & dexteritate, ac proinde omnes clientes ad illum confluunt. Quamobrem opprimamus eum. Quodnam Hebræi à Christo gravamen unquam passi fuerunt, quod dicerent: *Venite & eradamus eum de terra viventiũ.* Legite obsecro Crucis superimminentem inscriptionem sive Titulũ I. N. R. I. id est, *Invidia Nostrum Regem Interfecit*, atque ideò de Pilato dicitur: *Sciebat enim quod per invidiam tradidissent illum.* O monstrum maledictum! *Ecce quid faciat invidia.* Cum igitur hæc è diametro opposita sit charitati si vosab hoc vitio immunes esse probare volueritis, charitatem erga pauperes exercete, per eleemosynam aliquam eisdem subveniendo.

Paulatim Quadragesimale.

PARS SECUNDA.

15. A Lepido quodam ingenio dictum hoc emanavit, quod videlicet invidia nascatur in Religiosorum Conventibus, nutriatur in aulis, & in Xenodochiis emoriatur. Hoc in se bonum invidia habet, quod verum sit & rigidum invidi supplicium; ejus malitiositates minæ sunt, quæ tandem in ipsummet derivantur, quas aliis fabricat machinas, ipsummet tandem opprimunt & perdunt. Invidia proinde idẽ est invidis, quod Aquila Prometheo, quod vultur Tityo, ac denique quod Diomedi equus suus etat. Unde Prosper optimè dixit: [Invidia justius nihil est, quæ protinus ipsum authorem perimit excruciatque suum.] Idem quoque S. Cyprianus confirmat dicens: [In malum proprium bona aliena covertit invidus, illius prosperitate torquetur, aliorum gloriam facit suam pœnam.] Idem quoque asserit Chrysol. dum ait: [suos semper invidia consumit, invidia suorum carnifex semper existit, torquet animos, discruciat mentes, corda corrumpit, & quid plura? hanc qui receperit, sua sustinet sine fine supplicia, quia in se domesticum semper diligit habere errorem] Et S. Joannes Chrysostomus hanc post se scriptam reliquit sententiam: [Ubi invidus captus ab hoc morbo, contra suã ipsius salutem facit omnia.] Unde invidus sapienter admodum à nonnemine papilioni comparatur, qui lucem non, ut alius quispiam ait, diligens, sed potius splendescentis luminis sui pulchritudini invidens eandem etiam cum impendio vitæ suæ extinguere nititur; verũ nil inde aliud lucratur quàm quod vel alas suas comburendo libertatem suam amittat, vel tandẽ extinctus concidat. *Invidus papilioni similis est, dum lucem conatur extinguere sibi alas comburit.* S. Basilius homil. 9. de invidia illam sagittæ non absimilem esse dicit, quæ ab arcu in durum quendam lapidem, vel aliam quamvis prævalidã durities evibrata retrovertitur; & ipsummet petit jaculatorem; quem proinde ad eum alludere velle existimo, qui cum sole inimicitias fovens ad eum transfigendum sagittas ejaculatat, sed frustra, imò cum gravi suo damno, siquidem sagittæ post evanescentem sibi vim impetessam rettorsum conversæ deorsum cadentes cuspide ejaculantis collisere caput: *Invidia motus ipsius invida plaga fiunt.* Ad eum ferè modum, quo vipera ex utero materno egrediens, venenosis dentibus suis ejusdem viscera dilaniando occidit genitricem. Invidia enim cor invidi devorat, intestina convellit & contorquet ac tandem malevolum ejus & invidum pectus distrumpit: Quemadmodum

Prosp. l 3. de vitiis & virt.

Th. de Trus. fo. 2. post 3. Do. Quadr.

admodum viperas tradunt exeſo materno utero generari, ita & invidia animam ipſam parientem conſumere ſolet.

16. Daniel Propheta apud Darium, veluti ſi edicta regia quæ à cunctis aliis tàm exactè obſervabatur, tranſgreſſus fuiſſet graviter delatus fuit: *Dan. 6.* *Daniel de filiis captivitatis Iuda nō curavit de lege tua & de edicto tuo, quod conſtituiſti.* Quo audito Rex conturbatus, ad peſſimorū illorū virorū requiſitionem coactus fuit, ut innocuum Danielem à ferociſſimis leonibus devorandū condemnaret, *& miſerunt eum in lacum leonum* præcipiendo ut oſtiū ſpeluncæ proprio ſuo ſigillaretur ſigillo regio, *Hier. Pin. in c. 5. Dan.* *ne quid fieret contra Danielē*, quaſi majora ipſū imminerent pericula ab invidis qui foriserant quam à famelicis feris intrà ſpeluncam latitantibus: *De leonibus ferè ſecurus Rex homines pertimeſcebat, eos crudeliores ipſis leonibus ducebat, & immaniores omni ferarum genere putabat.* O maledicti invidi, ipſis feris ferociores, crudelioreſq; ipſiſſima crudelitate! Imò Lyranus ib. ſubjungit, quod *magis timebat Rex crudelitatē hominū* [loquitur de invidis] *quàm de ferocitate leonū.* Veruntamen pœna quam Danieli præparaverant, in ipſos conversa eſt, ſiquidē Daniele liberato, *Ipſi in lacū leonum miſſi ſunt.* Hoc lucrum Satrapæ regni ex hoc ſua invidia reportarunt. *Pint. ut ſupra.* *Eodem modo magnates Medorum & Perſarum invidia concitati non poterant intueri Danielem, eamq; ob cauſam ei inſidias pararunt, & ad indigniſſimā eadē vocaverunt, ſed pœnas luerunt ſcelerū ſuorum,* ut ſcribit Academicus Conimbricēſis. Verumenim verò ut quid diu in ſpeluncis ſubterraneis inter leones hæremus? in cœlum conſcendentes ad ipſos uſq; Angelos penetremus; Ibi namq; reperiemus creaturam quādam pulcherrimam & excellentiſſimam ex omnibus quas unquā divina omnipotentis dextera creavit, Luciferū ſcilicet, adeò omnibus ſpiritibus præeminentē, ſicut ſol ſtellas præcellit, ob inordinatū quendā propriæ voluntatis actum, à conſpectu Dei proſcriptum in exiliū exturbatū, atq; ab aliis ſpiritibus ſegregatū, gratiaq; privatum eſſe, ſuppliciorū fulmina in eum evibrata fuiſſe, flammiſque undiq; cinctū, ex paradiſi pretioſo carbūculo teterrimū inferni carbonē factum eſſe; ut jā non ſit amplius lucifer ſcintillans & ſpecioſus, ſed draco horrendus & monſtroſus; non jam amicus virtutis, ſed vitiis conſœderatus, factoq; ab omni bono divortio, cum malo fraternitatem iniiſſe, adeoq; qui velut civis & incola cœli empyrei, cœli peritromatibus ſtellis pulcherrimē velut unionibus diſtinctis inambulabat, factus eſt viliſſimum horridarū tenebrarū inferni mancipiū; Quid de ejus infelicitate amplius & atrocius dici poteſt? poteſtne reperiri aut legi lapſus hoc caſu magis præceps aut irremediabilior? verum amabo te dic mihi, quodnā fuit peccatū illud, quod tantarum calamitatū faber extitit? Num forte ſuperbia, ut docet S. Th. 2. ſent diſp. 5. q. 2. art. 3. *ut patet tum ex conſiderato, quia eminentiam dignitatis appetiit, tum etiā ex motivo, quia ex conſideratione propriæ pulchritudinis in peccatū ruit?* Aut quia voluit Deus eſſe ſimilis, hancq; ſimilitudinē non divinæ gratiæ, ſed ſuæ propriæ nobilitati & naturæ attribuere in acceptis referre volebat? *Eam conſequi voluit virtute ſuæ naturæ ſine Deo gratiā conferente.* Unde ex ambitione & arrogantia peccaſſe viſus fuit. Vel dicemus cum aliis Theologis, eum peccaſſe ex cupiditate proprii ſui commodi & intereſſe, quia (Appetiit bonū, potius in quātū eſt bonū ſibi, quā amando illud in ſe?) ideòq; (volebat uti fruendis, & frui utendis, & hæc eſt ſumma perverſitas voluntatis.) Scotus peccatū ejus in luxuria quadam ſpirituale conſiſtere opinatur, in quantū immoderatā quandā connotat concupiſcentiā, (procedens ex affectione commodi & non juſtitiæ verſus objectum aliquod delectabile, movens appetitū in quantumvis delectabile.) SS. Patres Baſilius & Gregorius Papa &, alii, Invidiæ Luciferi culpā attribuunt, qua erga humanā felicitatem & excellentiā exſtimulabatur. Hæc enim fuit Aquilo ille, è cujus flatu ſoluti & laxati ſunt venti, per quos præceps actus eſt è cœlo empyreo uſque in ipſam inferni abyſſum: Magna quædam Circe fuit, quæ mirabili metamorphoſi eū ex Angelo in horridū dæmonē transformavit: *Proprius diaboli affectus eſt invidia, nō enim ſtatim diabolus creatus eſt diabolus* (inquit Baſilius) *ſed Angeli poteſtate accepta, converſus eſt in dæmonis naturā, & factus eſt parvus dæmō, hac pravitate velut charactere notatus, & à conſortio ad Deū abalienatus.* Aut ſi authoritatē aliquā Pontificiam deſideratis, ecce vobis S. Greg. *Ipſe malignus ſpiritus adverſarius noſter cœlū perdidit, condito ad hoc homini invidit, & damnationem ſuam perditus adhuc alios perdendo cumulavit.* Ecce utilitatem quam ex hac maledicta invidia ſibi adſcivit, univerſorum namq; bonorū capitale ſibi à gratia velut benigna genitrice impertitum turpiter & damnosè nimis amiſit.

17. In memoriā obſecro revocate auditores id quod David de certo quodā peccatorū genere loquens, ejuſque proprietates pariter indicans hiſce verbis edixit: *Peccator videbit & tranſcetur.* Pſ. 111. Porrò per hunc peccatorē invidū intelligi notum eſt apud ſacros expoſitores, & ab Hugone, S. Athanaſ. S. Joan. Chryſoſt. clarè ſatis deducitur, &c. Hic namq; alienā felicitatē conſpiciens, velut vipera quædā torquetur, ſicut rabidus canis dentes exacuit, & tanquā horrida Tigris immaniter ſemetipſā dilacerat & devorat: *Dentibus ſuis fremet & tabeſcet.* Cum Tigris harmonicā plectri ſymmetriā audiendi impatiens ſonū quem fides bene compoſitæ teſtitudinis docta experti citharœdi ingenioſaq; manu concitatæ edunt, audit, videtur ſonus hic harmonicus, haud ſecus ac ſi eſſet rauci cujuſdam tympani ſtrepitus, in ejus pectore flam-

mas

mas quasdã accendere furoris, quo in semetipsam obtorta diversas quasi è membris turmas conflaret, actum demum fulmina ab oculis emittit, pilos sibi evellit, voce rugit, fremit dentibus, frontem contorquet, unguibus suis, ac tandem nullam aliam invenire belluam valens in quam furiam, rabiem, & arma sua exserere possit, in semetipsam totam suam crudelitatem convertit, dentibusq; suis, quos in lapide rabiei & furoris sui in alios exacuerat, sibimetipsi exitium infert, propriam sibi declarando pellem, suasq; devorando carnes horrendum in modum immaniter. Unde Plutarchus: *Tigrides si quis cymbalo circumsonat, in rabiem agi dicuntur, adeò ut ipsæ dentes discrepent.* O infelix animal! verumenimverò quid non huic simile invidus facit? nunquid structas aliis insidias, sibimetipsi machinatas fuisse tandem experitur? ac proinde *peccator videbit*, sed *ad suam pœnam*; *& irascetur*, sed *contra ipsum*, explicat Athanasius: *Dentibus suis fremet*; sed cui nocebit? nulli præterquã sibimetipsi, sed *non nocet nisi sibi*, asserit Hugo; ac tandem: *Tabescet in se, non potens aliis nocere*, inquit idem Hugo; Et quia omnia illius desiderata amata sunt ad inferenda damna, & charitatẽ extinguendam: *Desiderium peccatorum peribit*, id est, *non poterunt implere quod desiderant, & indè cruciabuntur in seipsis.* Proficiat igitur vobis, ô invidi, lucrum vestrum, nolo illud invidere vobis, vos ipsi vestra fruamini invidia: *impii verò & invidi homines justorum exaltationem videntes, ira & invidia cruciabuntur super felicitate aliena, adeò ut dentibus pra iracundia frendeant, atque in sese propter invidiam velut consumantur, liquefiant, arescant, atque tabescant.* Sunt verba Titelmanni in Ps. 111. n. 9. Dixerunt porrò nõnulli invidiam jam ætate confectam edentulam esse, quod si ita est, & tamen adeò immaniter sæviat, cogitare facile potest, quid factura esset si dentibus esset acutis prædita. Quapropter ultimo loco salutare illud Gregorii monitum diligenter vobis commendatum habete, quod hisce verbis suggerit: *Admonandi sunt invidi, ut cognoscant quantis lapsibus succrescentia vitia subjaceant, quia dum livorem à corde non projiciunt, ad alienas operum nequitias devolvuntur.* Nec est quod quis mihi hic replicet, nullos inter vos invidos esse, siquidem os vobis obstruere per illam Salviani sententiam poterò, dicentis: *Quis est, cujus non sensum livor invasit?* Profectò, si omnes invidi monoculi essent, omnes Cyclopes futuri essemus; aut si invidia febris quædam esset, universum mundum graviter febricitantem dicere auderem:

Greg. 3. p. cura past. adm. 11.

Salv. lib. 5.

SERMO XXVII.

IN FERIAM QUINTAM.

DOMINICÆ QVARTÆ QUADRAGESIMÆ.

Et ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ. Luc. cap. 7.

1. NUlla excogitari potest actio christiano homini convenientior, utilior & dignior illo, quàm bene mori: *Summum hominis bonum, bonum ex hac vita exitus*, ita dicere solebat Fridericus Pulcher? vel *Morte beata nihil beatius.* Sanctus quoque Joannes dicit: *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Apoc. 14. Hic etenim moriendi modus: mori quoddã absq; eo quod quis mortis pertæsat amaritudines, & ut scribit S. Bernardus: Bona mors vitã non adimit, sed ad vitã gloriosã & immortalẽ nos introducit: *Quæ vitã non aufert sed transfert in melius.* Quis autem est qui nesciat bene mori à vitæ integritate dependere? Impossibile etenim est, ut quis moriens magnam tritici messem colligat, si vivens tribulos, spinas & zizania tantùm seminavit, cum veritas sit frequenti experientia comprobata, quod qui bestialiter vivit, christianè mori non possit: *Qualis vita mors est ita.* Et S. P. noster August. ait: *Vix bene moritur is, qui male vixerit.* Econtra verò sanctè vivere beatæ cujusdam secututæ mortis pignus est & argumentũ: *Neq; enim mors mala putanda est* (inquit idẽ ille magnus Ecclesiæ Doct. quã bona vita præcesserit. Et si Wolfiano fidẽ habemus: *Una est vivendi ac moriendi regula recto:*

Ut moriare pius, vivere disce prè.

Qua enim ratione quis sibimetipsi pro-

Fridericus Pulcher ap. Reusn. 3. p. Symb. 30.

August. de doctrina Christi ibidem.

VVolfin. ap. Reusn. 3. p. Symb. 30.

bimetipsi prognosticare poterit morte, quæ serenitate ei adferat felicitatis si talis inter culparum densas tenebras dies suos inutiliter consumpseri? Quo motivo à morte sperare audes, ô peccator, spiritus libertate si catenis peccatorũ vinctus, velut mancipium in Sathanæ manibus constitutum vivis? Dices fortasse mihi, Dæmon fortiter nimis te tenuare, humanamque fragilitatem ad malum facilem & sensum ad dissolutiones penitus inclinatum esse: Neque in hoc quicquam contradico, veruntamen sciendum est tibi, quod si cogitationes tuas super punctum mortis firmares, tibique frequenter hæc verba ingeminares: Moriendum est mihi infallibiliter, certissime mihi persuadeo futurum tunc esse quod à culpis utique abstineres, neque adeò facilis & proclivis ad peccandum futurus esses, hæc enim sunt horrendæ & æternæ cujusdam mortis infallibilis & fatalis horoscopus: *Motus imminentis mortis necessario mentem concutit, & quasi clavus carnis omnes motus superbiæ ligno Crucis affigit, nec quidquam sic revocat homines à peccato, quam frequens mortis meditatio.* Et revera quod si mortem tibi semper ob oculos haberes propositam, considerando certò certius, & fortè opinione tua citius tibi moriendum esse, verum utique ad abstinendum à peccatis medium apprehenderes, nec non ad ducendum vitam felicem, assequendamque beatam mortem viam tibi regiam sterneres. Et hoc fine existimo S. necam hoc nobis monitum reliquisse, quo dicit: *Quicquid facies respice ad mortem*, hæc enim est adversus venenum peccati lethiferum verissimũ & saluberrimum electuarium; unde Syracides ait: *Memor sis, ô home, finis tui, & nunquam peccabis.* Culpa peccati veluti pessima Medea, aut venefica Circe bolos suos in perniciem animæ tuæ præparat, qui tamen eandem intoxicare aut contaminare minimè poterunt, si memoriam semper per mortis mithridaticum præparatam custodieris: Hæc ad instar Perfei animam nostram veluti novellam quandam Andromedem à peccati monstro liberat. Moderentur itaque Naubolus & Myrtilus Phaeton & Menno ad præcipitem velocissimorum equorum cursum reprimendum fræna & lora sua prouti placuerit, certum tamen est, quod ad cohibendum impetum effrænis sensualitatis nostræ, de qua dicitur, quod *sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Gen. 6. nullum sit convenientius & efficacius frænum ipsa morte: *Mors utilis* (dicebat S. Cyprianus) *est fidelibus Dei hominibus, queniam peccandi periculi eos subtrahit & in securitatem non peccandi amplius eos dem constituit.* Quod conforme illi monito Ecclesiastici, qui sapientissimè nos hortatur: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua.* Eccles. 7. (vel cum S. Hieronymo) *Memento mortis tuæ & in æternum non peccabis.* Et quamnam existimatis causam esse, quod sancta mater Ecclesia hoc mane nobis in feretro quoddam jacentem proponat mortuum viduæ Evangelicæ filium: *Et ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ;* nisi ut nobis potentissimum & efficacissimum quod adversus malignitatem peccati adhiberi possit ostendat auxilium & remedium. Id quod vobis in præsenti discursu fusius demonstrare conabor, ut ad sanctè moriendum per bonam vitam vos debitè disponere valeatis. Ex quo autem mortuus hic Nainiticus ad hoc ut se verè vivere demonstraret, loqui consestim cœpit: *Resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui:* vos qui vivi estis, ad hoc ut vos si non mortuos, saltem mortificatos & modestos esse probetis, incipite tacere, cum attentione me auscultando, dum ego quàm possum brevissime discurro.

D. Augustin. lib. 2. de doctrina Christi.

Seneca Epist. 25.

Ioan. Ravis. tom. fol. 321.

2. *Et ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ.* Theriaca ex venenis præparatur, & tamen adversus eadem venena remedium est efficacissimum. Nunquid videtis mortem suam à peccato trahere originem: *Per peccatum mors,* dicebat Apostolus Rom. 5. & S. Jacobus: *Peccatum cùm consummatum fuerit generat mortem.* Jacobi 5. & tamen postea facta est adversus idem peccatum potentissimum electuarium. Oleum quoque scorpionis optimum est ad curandos venenosi hujus animalis noxios morsus remedium: Discite idipsum non jam ex Aphorismis, sed ex Antologiis cujusdam moderni Hippocratis, citatoris & medici non jam infirmitatum corporalium, sed indispositionum animæ, quæ ita canit:

An cupis adversus scelerum sæ dissima quæque
Vulnera perfacilem dem tibi promptus opem?
Cùm te turpe aliquid tentat, fac illico mentis
Sese mors oculis offerat atra tuis
Quisquis enim horrendum Christi cum mortis tribunal.
Cogitat, hic omnis criminis hostis erit.
Flante velut valido nubes Aquilone fugantur
Sic meditata scelus mors procul omne fugat.

Porrò veritatis hujusce certitudinem per Scripturarum evidentiam nonnihil matutius ponderemus. Etenim Deus in mundi exordio Adamum & Evam progenitores nostros in Paradiso terrestri curiosè quæsivit, eaque semitas in quibus florum elegantiæ auras, ut Veris delicias in

suis frustibus finerentur alliciebant, inambulando inveniri illos pavidos & tremebundos, & sub arborum foliis absconditos, nec audentes in Creatoris sui conspectum comparere, ob metum prohibitæ reprehensionis atque supplicii. Ad nuditatis suæ, quæ verecundiæ rubore in iis excitebat, tegumentum, ex frondibus ficus vestes sibi confecerant: *Consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Gen. 3. Dominus autem exhorrentius illis esse judicabat, si exuviis pellis animalis cujusdam tegerentur: *Fecit Dominus Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos.* Videte hic qualia Deus hoc loco in mente sua agitaverit consilia. Quid enim Dei interest, sive protoparentes nostri vestirentur ex arborum frondibus, sive ex pellibus animalium? Etenim sicut illis præcepit ut cibum & victum sibi conquirerent, ita quoque permittere eis potuit, ut de vestitu & amictu sibi prospicerent: Præterea cum ipsemet Deus voluerit hanc sibi curam primos homines vestiendi vendicare, nunquid convenientius fuisset, si illis vestem aliquã emisset ex lino vel ex lana confectam? pellis enim bestiarum propria est, non verò hominum. Etsi verò omninò existimo voluisse Deũ easdem has pelliceas protoparentibus nostris non solum tanquam vestimenta servirent, verùm etiam memorialis seu monitorii cujusdam loco essent. Audite ergo mysterium. Voluit Deus ut videlicet suos in has ce pelles tanquam demortuorum animalium exuvias defigentes protoparentes nostri, mortis semper memores essent, cogitarent se quoque tanquam mortales in mortis potestatem redigendos & morituros aliquando esse, hæcque tam salutaris mortis memoria eis auxilium quoddam adsciscerent, quo confortati nunquam se ita facile induci sinerent ad transgrediendã divina præcepta, adeò ut oculus mortis symbolum videns, intellectum induceret ad considerationem, hæcque demum voluntati vetiti fructuum quoddam deservitet, quo impediretur quo minus peccata patraret: *Et hoc significavit, gratia factum est,* inquit Rabanus, *Nam nisi modo indumento Dominus eos mortales jam factos fuisse insinuat: Pelles, quæ nonnisi mortuis pendibus subtrahuntur, mortui figuram continent.* Verùm dicat aliquis: Nunquid melius fuisset si Deus potius fecisset illos mortua videre animalia, absque eo quod ex talium demortuarum pecudum pellibus eis amictum pararet? Respondent Oleaster & Pater Vega, Deum pellibus eos vestisse, ut mortis memoriam secum semper & ubique deportarent, ut hac ratione cum semper vicinæ sint peccatorum occasiones, remediũ quoque adversus peccata opportunum haberent ipsam memoriam mortis: *Et ne animis eorum excideret hæc utilis & salutaris lectio, ipsemet propria manu inducere voluit eos habitu & memoria mortis, ut quocumq; locorum pergerent, eam secum semper portarent, ut nunquam aspectum eorum fugeret.* *Didac. Vega in Domin. 15. post Pent.*

3. Referunt nonnulli Scriptores, præcipuè verò Jacobus Edissenus Syrus, & Andreas Masius, quod Noë arcam ingrediens, in eandem quoque Adami ossa secum attulerit: *Ossa protoparentis nostri Adam secum assumpsit, & in Arca inclusit.* Quo fine hæc ossa se cum Arcæ inferebat? nunquid satis fuisset si sibi de annona victus prosperisset, quæ sufficisset eousque donec inundatio diluvii cessaret? aut si sic cum insignem quandam argenti, vel auri, aut gemmarum, aut margaritarum aliarumque pretiosarum rerum quas domi suæ recondidas habebat, quantitatem Arcæ intulisset? Minimè gentium; aliud etenim erat sancti hujus Patriarchæ judicium, utpote qui omnia alia quantumvis pretiosa posthabebat, & ab aquis absorberi permittebat, & sola Adami ossa veluti chariora & pretiosiora custodivit & conservavit. Et quonam id fine eum fecisse putatis? O insignem sancti hujus Patriarchæ prudentiam; Finito etenim diluvio singulis filiis suis ab Arca egredientibus os aliquod Adami consignavit nimirum primogenito caput, & sic consequenter, ut hæc hujus cadaveris ossa secum deferentes & aspicientes, in quolibet loco mortis memores essent; sciebat enim hanc memoriam potens quoddam frænum futurum esse, quo à lapsu in peccatum efficaciter præservarentur, quasi diceret: Mementote hæc ossa mortis esse reliquias, & residuum cadaveris nostri protoparentis. Hic peccavit, eo quod tunc quando serpens ei dixit: *Nequaquam moriemini*, mortis imaginem sibi à memoria sua abripi permiserit. Quapropter si in gratia Dei nostri constantet perseverare, & non peccare velitis, ossa hæc carnibus suis dudum denudata considerate, & dicite; suo quoq; tempore & nobis moriendũ erit, in eundemq; cum hisce ossibus statum proculdubio redigemur. Hacque ratione per sublimatorium memoriæ verum ex hisce ossibus elicietis mithridaticum, quo mediante animas vestras peccati toxico illæsas & incontaminatas conservare poteritis: Certe hæc fuit intentio Noe, hic animus ejus, ut ossa Adami in promptu habens, assiduè mortis recordaretur, utq; hominũ memoria nunquam excideret: Cùm enim filii ejus in universam *Iac. Ediss. And. Mass. 1. cap. ult.*

versam tertam dispergendi essent, volebat pius pater, ut secum mortis reliquias aliquas asportarent, quasi annulum in memoriam eorum, quæ Adæ acciderant.

4. Philisthæi in memorabili quadam Israelitis illata strage, inter cætera spolia arcam quoque Dei eisdem abripuerunt, eamque in templum Dagon Idoli sui, quod in Azoto adorabant, collocarunt, unde Deus gravissimè indignatus suppliciorum pœnarumque suarum pondus grave super Azotios mire aggravavit. unde Philistæi arcam Dei à se procul amovere, & in Accaron reservare decreverant: *Non maneat Arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus ejus super nos: Miserunt ergo Arcam Dei in Accaron.* 1. Reg. 5. Hi autem Accaronitæ etiam confestim per experientiam probarunt, qualia sint divinæ justitiæ flagella: *Fiebat gravissima valde manus Domini.* Denique divina vindicta omnes omnium Philisthæarum civitatum incolas per experientiam edocuit, quam sint suppliciorum suorum severi rigores: *Fiebat pavor mortis in singulis urbibus.* Nunc autem audire vobis libeat, qualenam meditati fuerint ad plagas hasce à se avertendas, consilium. Componamus (ajunt inter se) hanc arcam in currum quendam, qui à duabus juvencis trahatur, & quocunque hæ juvencæ currum hunc arca onustum protraxerint, ibi subsistet: Dictum, factum: *Fecerunt ergo illi hoc modo.* Verumenimverò id quod sacra Scriptura deinceps in eadem historia refert, valde est memorabile; Dicit enim animalia hæc non obstante, quod procul à suis fœtibus dimovereatur, nihilominus sepositi omni naturali in fœtus suos propensione arcam Dei directè perduxisse per vias regias usque ad Bethsames, nec declinasse sive à dextris, sive à sinistris, extra viam publicam gradiendo: Verum quidem est; quod ad cœlos usque pertingentes ediderint mugitus, quibus cordis sui testari volebant angustias, quas ab hac sua à fœtibus suis divulsione patiebantur: *Ibant in directum vaccæ per viam, qua ducit Bethsames, ut mugientes pergentes & mugientes, & non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Porrò Origenes quidem talem hujus rei expositionem dare prætendit, quæ cujuslibet menti satisfaciat, veruntamen dum ejus responsionem considero; huic difficultati aliam longe majorem superadderе videtur; Dicit enim mirum non esse, quod vaccæ illæ *Ibant in directum & non declinabant, neque ad dextram, neque ad sinistram*; quia dæmon currus illius auriga & dux erat: *Dæmon ducebat eas.* Videte igitur ô Auditores, in quas non vilitates & abjectiones sese Dæmon præcipitet; Ille etenim qui antea nolebat cedere altissimo, primatum super eum prætendendo; is inquam nunc eo redigitur, ut in illarum actionem demittere non erubescat, quam communiter facere solent bubulci. O infelicissime spiritus! Enimverò Josephi Hebræus hoc loco causam inquirit, cur dæmon ad tam abjecti munus sese demiserit, & ait: Quidnam dæmonis intererat, ut arca hæc Israelitis denuò restitueretur? Imò hæc arcæ restitutio Israelitis facienda dæmoni potius præjudicabat; Nunquid enim quamdiu arca Dei in Philisthæorum potestate erat, quotidie tot lucrabatur animas eorum videlicet, qui ex gente illa Idolatrica morierebantur? An igitur adeò vecors est, ut non advertat, quanta ex hac ejus industria illi adnascantur ingentia damna? O male tibi consulens auriga! Imò verò ô incredibilis astutia diabolica, Ita enim pessimus hic inimicus unus semetipsum visus est ratiocinari: Mihi nihil inde commodi vel utilitatis accrescit, quod ara Dei inter Philisthæos demoretur, *Fu enim pavor mortis in singulis urbibus*; 1. Regum 5. quæ quidem maximum mihi infert præjudicium; si enim mortalitas hæc eo quo cœpit pede progrediatur, tandem Philisthæi Accaronitæ & Azoti, ingentem hanc miseriam considerantes, scelerum suorum pœnitentia corripientur, & in sceleribus suis ulterius progredi formidabunt. Erit tibi igitur vetam causam, cur juxtà opinionem Originis *Dæmon ducebat eas:* (Ne scilicet (respondet Josephus Hebræus apud Joseph Spetan. punc. 125. ex tot mortibus, mortem concipere, qua concepta converterentur.)

Orig. hom. 26. in cap. 25. Num.

5 Mirum est, quam diversimode sese Filius Dei habuerit in nonnullis operibus non minus mysticis, quam miraculosis. Etenim Joannis cap. 8. mulier quædam Christo Domino præsentata & accusata fuerat, quasi sextum præceptum negativum, quod Deus populo inviolabiliter observandum tradiderat, nimirùm: *Non mœchaberis*, Exod. 20. prævaricata fuisset, unde accusatores ejus eam lapidandam esse censebant: *Magister hæc mulier modo deprehensa est in adulterio*: *In lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidari.* Joan. 8. Pientissimus autem Judex eam ab omni scelere de quo accusata fuerat absolvit, & liberè abire permisit, hoc tantum ei firmiter imperato monito, scilicet: *Vade & jam amplius noli peccare.*

Hoc

Hoc igitur imprimis, ô Auditores, in bona memoria tenere. Portò alia quadam vice etiam contigit, quod Christus Salvator noster in die quodam festivo, qui ab Hebræis summa cum solemnitate agebatur, ad locum quendam qui Hebraicè Bethsaida appellatur accedens, multos ibi invenisset infirmos, qui utpote sanitatis recuperandæ cupidissimi temporis opportunitatem summa cũ patientia præstolabantur, qua salutiferas illas aquas ingredi & curari possent, quorum unus erat gravissima paralysi ad triginta solidos & continuos annos obnoxius, cujus miserabili statui cœlestis medicus compatiens dexteram suã ad eum extendit, eumque per manum apprehensum in pedes sustulit, & postquam membra ejus consolidasset, eique imperasset ut sublato grabato suo iret, idé quod prædictæ mulieri monitum dederat dicens: *Ecce sanus factus es, jam noli peccare.* Joan. 5. Observandum est insuper quod quando filium viduæ intra portas urbis Naimiticæ à mortuis suscitavit, nec non & Lazarum fratrem Marthæ & Mariæ Magdalenæ, è sepulchro ad vitam revocavit, neutrum horum commonuerit Salvator amplius peccaret, sed illi solum dixerit *Adolescenti tibi dico surge*, Joan 11. huic verò: *Lazare veni foras*: Verumenimverò cur non singulis hisce resuscitatis æquè ac paralytico illi & mulieri adulteræ dixit *Noli amplius peccare*? Eramne ideò factum esse existimo, quia monitum illis datum superfluum fuisset, his verò posterium, quia cum hi nunquam per experientiam comprobassent quid mors sit, facilè in prima peccata sua reincidere potuissent: Filius autem viduæ & Lazarus, qui jam mortis acerbitatem & horrorem actualiter degustarant, nulla ratione hoc monito: *Noli amplius peccare* opus habebant, siquidem mortis perpessæ imaginem memoriæ suæ vivaciter impressam ubique circumferebant, quæ illos sufficienter a recidivatione peccati arcebat: (Equidem redibant isti ex sepulchro ad lucem mortalium, experti fuerunt mortis pharetram & sagittas: fuit autem tam potens magistra hæc mortis experientia, ejus tam efficax doctrina, ut quamquam brevi apud eam commorati fuerint, tam periti evaserint, quos instituere Christo opus non fuerat.] Ita Paulus Schetog. Antiloq. 6. sect. 11.

6. Sanctus Paulus Epistolam quandam ad Romanos exaravit, cujus series in eo præcipuè consistebat, quod eos hortaretur ut in gratia Dei constanter persisterent, & non peccarent. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus.* Rom. 6. Verum ô S. Paule, satis jam notum est Romanis corpus humanum mortale esse, atque ideò sufficisset, si tantum scripsisses: *Non regnet peccatum in corpore vestro.* Quis enim adeò rudis est & ignarus ut nesciat, quod corpora nostra non sint ex incorruptibili quodam temperamento composita? Ignis eo ipso quo ignis est, calidus sit oportet; ita quoque corpus nostrum, eo ipso quo corpus humanum est, necessario erit mortale. Estque idipsum adeò certum, ut meritò vanitas sit idipsum ulterius dilucidare velle. Portò S. Ambrosius hæc S. Pauli verba hoc sensu explicavit, dicens: *Mortale ergo dicens corpus totum hominem significavit.* S. Anselmus subjungit: *In corpore mortali dictum est, quia in immortali corpore non erit peccatum.* Theophyl. autem hæc verba Apostoli duobus præcipuè modis intelligi posse existimat: *Cum verò in nostro mortali corpore, inquit, duo prætendit, alterum, quia minus stabiles sunt corporis voluptates, quippe quod mortale sit & non diuturnum: alterum autem nos commonefacit mortalitatem hanc à delicto fuisse corpori inditam.* At verò Ægidius Columna Apostolum ideò expressam mortalitatis mentionem fecisse opinatur, ut Romanos alliceret ad bonum, atq; à malo retraheret, quasi diceret: Vultisne abstinere à malo? Corpus igitur vestrum motti subjectum esse considerate. O quam vobis hæc consideratio ad ingenerandum vobis peccati horrorem utilis erit! (Sicut ergo cum audivimus corpus vestrum, quod nunc est mortale, fiet postea immortale allicimur in bonum, sic cum audivimus quod regnante peccato in nobis corpus nostrũ exponetur æternæ morti retrahimur à malo.

Amb. ib.
Anselm. ib.
Theoph. ibi.
Ægid. Collect. 20. ibi.

7. Refert Joannes Climacus Religiosum quendam duodecim annis continuis cellæ suæ inclusum, nec interea temporis ab ullo viventium hominum visum, exercitiis spiritualibus continuo deditum & occupatum fuisse, præcipuè verò in meditatione mortis, quam sibi ex cranio capitis humani ob oculos semper posito vivaciter imprimebat. Cumque ad ultimum pervenisset vitæ suæ periodum, hoc omnibus & singulis sibi agonizanti assistentibus salutiferum reliquisse documentum dicendo: Credite mihi ô fratres, in nullum vos unquam peccatum lapsuros esse si mortem oculis & animo vestro semper obversantem habueritis: (Indulgete mihi; Nemo memoriam mortis nosces poterit aliquando peccare) Refert etiam Guilielmus

Io. Clim. grad. 6.

mus Parisiensis, quod in Monasterio Claravallensis Ordinis Cisterciensis, semper aperta fuerit in ejus Cæmeterio sepultura quædam quam Religiosi Monasterii illius quotidie visitare consuevetant, non solum ut occasionem sibi captarent orandi pro animabus Patrum illorum, qui eo in loco sepulti erant, verum etiam & specialiter quidem, ut se quoque tandem morituros esse recordarentur, vivacemque sibi imprimerent mortis imminentis memoriam : (certe ut fratres dicti Monasterii, qui ex ordinatione domus habent singulis diebus visitare ipsum cæmeterium orantes pro defunctis fratribus, magis imprimant suis mentibus memoriam mortis) Atque ob eandem rationẽ dicit idemmet scriptor sepulturas vel sepulchra mortuorum communi nomine monumenta appellari, prout ex multis sacræ Scripturæ locis clare satis liquet, utpote quæ meatem nostram continuo hortantur & admonent, ut cautè sibi caveat à peccatis, animarum nostrarum saluti & cœlestis gloriæ consecutioni adeò exitiosis : *Monumentum dicitur, quasi monens mentem ad memoriam mortis habendam, eo quod nihil sic revocat hominem à peccato, sicut mortis memoria.* O utinam homines in hujus puncti considerationem firmiter mentes suas defigerent, utiq; majori cum cautela ab offensis quæ adversus divinæ Majestatis honorem adeò temerè committuntur, desisterent. Certo etenim certius est, quod viverent optimè, & sanctè morituri essent:

Guilielm. Paris. ser. 6. post. 4. Domin. Quadr.

Aug. de cura pro mort. agenda c. 4.

8. Verùmenimverò non loquamur deinceps amplius in genere, sed ad specifica descendamus. Quod si igitur superbiæ ventus rumidis te velis inflet, anchoræ loco mortis memoriam adhibeas. Et quidem quoad hoc non te pigeat vel ab ipsis brutis salutare quoddam documentum grato animo accipere. Satis enim explicati nequit, quanto cum fastu Pavo plumarum suarum rotam explicet, siquidem thesaurorum suorum aperiens gazam, stellasque quæ in cæruleo aureæ suæ chlamydis colore relucent, publicè spectandas exhibens, fastuosus intendit floridum Aprilem verecundia quadam aspergere, primosque elegantissimo cœlorum pallio honores eripere : Velut novellus quidam Argus centenos quaque versum oculos aperit, ad ambitiosæ suæ venustatis jactandam excellentiam. Singulari cum majestate gressus suos movet, ut circumstantium spectatorum sibi comparet applausus : vix eum dignatur aspicere, qui obstupefactus ejus pulchritudinem attendit. Per prosopopœiam quandam nimis fastuosam frontem suam elevans videtur quod velut alter quidam Lucifer gloriam suam super cœlorum eminentiam sublimare, ipsasque cœlorum stellas pedibus suis conculcare contendat. Denique cuique ejus superbia pertingere videtur, ut omnes pedibus suis advoluto, ubique humiliter inclinatos videre ambiat : *Pavo inter omnes volucres auru & jactabunda : corporis enim forma atque alu pulchr. est, cum ambulat seipsum exultans intuetur,* inquit sanctus Epiphanius in Physiol. Mox verò ut oculos in terram veluti illam contemnendo deflectens pedes suos intuetur, omnium diversam à priori speciem commutatur, fastum namque omnem demittit, detumescit, quo antea inflabatur tumor corporis, caudæ suæ rotam modestè componit, recolligit plumas, cæruleam auroque distinctam chlamydem suam contemnit, nec caput jam fastuose erigere præsumit, videri ab aliis erubescit, subducere se cupiret, sed effugium nullum invenit, adeòque superbiam in humilitatem commutans, omnium volucrum se vilissimum fateri videtur, adeò ut totus confusus nec oculos in sublime erigere audeat. Discant igitur ab hoc animali, mentis suæ demittere elationem & fastum, pedes suos, id est, finem vitæ suæ, mortem videlicet respiciendo & considerando, sic enim omnis superbiæ fastus facile tumescet : [Qui ergo desiderat ex bonis corporis vel animæ non inflari nec perire, oculos ad pedes vitæ, ad mortem in quam convertat.) monet Author quidam modernus Franc. Laba. Ver. Mors propol.

9. Audite quæso qualiter Philippus Macedonum Rex medios inter splendores regios constitutus omnem superbiæ aditum amputatis: ne enim ne ab animi elatione aliquãdo infestaretur, uni Ephebororum suorum præcepit, ut ipsum ut quolibet die hisce verbis salutaret: *Memento hominem te esse,* quasi dicere voluisset; Bene recogita ô Philippe Macedonum Monarcha, quod mortalis sit quisquis homo inter homines vivit. Qui proinde respondere solebat: [Homo sum & quidem mortalis; ut quid ergo superbiam & jactabundus in aliquo gloriabor?] Porrò mirus est ille loquendi modus, quẽ David Rex observat, dum de magnatibus hujus mundi loquitur : *Ego dixi,* inquit *Dii estis, & filii ex elsi omnes,* quæ verba S. Greg. exponit: *Dii in Scriptura sacra sublimes homines intelliguntur* ; Et tanquã filii excelsi & potentissimi Dei. *Æterna hæreditatis participes erunt & hæredes,* inquit Hugo Card. Ac verò satis mirari non

non possum quod mox subjungat: *Vos autem sicut homines moriemini.* Quo fine de tanta hominis dignitate & præeminentia loquens, mortis quoque mentionem mox facit? Num fortè ne Magistes omnibus se imaginabilibus commoditatibus vitæ frui videntes se immortales esse reputent? Non est hæc Prophetæ intentio; si tamen illam investigare placet, mementote illius quod Historiographi de Alexandro referunt. Hic etenim Monarcha tam ob suas exsellentias, quàm ob reportatas à Dario victorias, apud omnes magna in veneratione erat, & salutabatur tanquam Deus, unde & tanquam filius Jovis ab omnibus ambiebat adorari. Quid ergò David faciat, qui Reges divinitatis titulo afficit, dicens: *Ego dixi Dii estis*, eosque Altissimi Filios appellat; *Et filii excelsi omnes?* Ne veneno superbiæ ob sublimes hosce titulos corripiantur, mortis eis antidotum præsentant, in memorium illis revocando quod sint mortales: (Vos autem sicut homines moriemini, quasi dicat; Alas demittite, & rotam more pavonum variatum pennarum fulgore conspicuam deponite, qua Dii estis, sed & Dii mortales.

10. Creditote mihi, ô Auditores, quod si Dæmon posset aut vellet deposita superbia sua humilis fieri, efficacius ad hoc non posset invenire medium, quàm (tametsi sit *ab intrinseco* immortalis & incorruptibilis) firmam mortis memoriam suam impressionem. Id quidem paradoxum videbitur, verumtamen quædam Scripturæ passum primo ponderemus, & postea hac super re vestrum edatis judicium. Matth. 4. capite Filius Dei una cum Dæmone in altissimi cujusdam montis verticem conscendebat, unde oculus lustrare posset omnes mundi regiones, si earum simul videndarum capax fuisset; Hoc solùm dicere sufficiat, quod sacer Evangelista dicat, quod tentator infernalis, abinde: *Ostendit ei omnia regna mundi*, Matth. 4. simul ei dicendo: Ego omnium earum regionum quascunque hic à longè vides Dominus proprietarius existo, quod si genua tua flexeris, meque reverenter adoraveris, omnia hæc quæcunque per circuitum quantumcunque à longè conspicis, tibi liberaliter donata erunt: Nulla erit Provincia quæ tanquam obediens subdita tua, tibi tanquam Domino suo haud gravate suum non sit præstatura homagium, & expensura tributum, Francia quidem sua poma, Hispania metalla sua, Indra aurum, Anglia argentum, Pontus ferrum, Babylonia tapetes & peristromata sua, Phœnicia purpuras, Flandria Pannos, Syria sua gossipia, Arabia suos odores, Æthiopia ambras sive succinnos & ebur suum, Africa blada sua, Sicilia triticum, Calabria armenta sua, Cyprus suos pulveres, Creta vina sua, Samus vasa sua. Numidia marmora, Insulæ fortunatæ suas aaves, Mundus novus ingentes suas divitias; Deniq; Oceanus ipsemet margaritas & corallos suos offerent: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* O scelerate! Ergone vis ut Paradisus ad inferni pedes sese prosternat? Ut Deus tibi vilissimæ creaturæ suæ sese inclinet, & coram te humiliatus te supplex adoret? O inaudita superbia! Sacri Evangelistæ Matthæus, Marcus & Lucas è contra factum aliquod referunt ab hoc diversissimum, & huic diametro oppositum. Scribunt enim quod postquam Salvator noster è navi in Getasenorum regionem exscendisset, obvium habuerit Dæmonem quendam qui corpus miseri cujusdam hominis obsidebat: *Et cùm egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat Dæmonium*, inquit Sanctus Lucas. Hic autem Dæmon Domino occurrens ad ejus se pedes prostravit: *Procidit ante illum*, eumque per actum reverentiæ licet extrinsecè adoravit, *Cucurrit & adoravit eum*, idque ut dicit Dionysius Carthusianus *non amore boni, sed timore gravioris supplicii.* Conferamus nunc quæso præsentem Scripturæ locum, cum alio paulò ante adducto: Superius in monte cum Christo loquens Dæmon volebat, ut Christus sese ad pedes suos venerabundus prosterneret: *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraveris me.* Hic autem in terram ad pedes Christi advolutus esse cernitur: *Procidit ante illum*: Antea volebat adorari, *si cadens adoraveris me.*: nunc demum adorat, licet timore adactus, *Adoravit.* Antea se superbiæ vento tumidum exhibebat: nunc verò ab humilitatis impulsu mortificatum ostendit: Quænam hajusce in Dæmone tam subitò factæ metamorphoseos causa extitit; Indicant eam haud obscurè sacri Evangelistæ, speciatim verò S. Lucas dicens: *Neque in domo manebat, sed in monumentis*; Luc. 8. quasi funestæ illæ mortuorum tumbæ, ibique delitescentia & dispersa cadaverum crania & ossa eum ad detestandam superbiam permovissent, ejusq; mens è tali monumento ad amplectendam humilitatem fuisset persuasa. Tangit punctum istud S. Petrus Chrysologus, dum Dæmonem hunc

Matth. 8. Marc. 5. Luc. 8.

Dionys. Carth. in c. 8. Luc. art. 21.

Petrus Chryſol. ſerm. 17.

in modum interrogat: *Quid eſt Diabole, quem trina tentatione provocas ad lapſum. quem promiſſione regni, ut adoraret ſubdolus ambiebas, nunc tremens & miſerandus prolaberis, adoras?* Porrò ſanctus ſupradictus hanc mutationem ſolum adſcribit moræ quam Dæmon aliquamdiu in monumẽto illo protraxiſſe ſcribitur: *Ecce qui honores omnes regni promittebat & gloriæ, habitare fœtidis corruptione cadaveris reperitur in tumulis.* Quod ſi igitur Dæmon tametſi is in ſuperbia ſit inflexibilis & obſtinatus, illam tamen deponit & ſub vexillo humilitatis deinceps militare ſtatuit ex eo ſolùm, quod mortis imaginem ob oculos ſibi ſtatuerit, quantò magis homo, cujus voluntas flexibilis eſt atque mutabilis, ſuperbiæ faſtum deteſtabitur & humilitati devotus fiet, ſi mortis conſiderationem ſeria mente agitaverit?

11. Verum enimverò quid ſuperbiam ſupplantaſſe juvabit, ſi mox in ejus locum in corde tuo avaritia accendatur? At verò cura ut temetipſum per mortis memoriam præpares, ſic enim nebulam hanc ſenſim & paulatim velut à vento diſſipari facies. Semiramis Babyloniæ Regina morti proxima, in frigidum ſepulchri ſui marmor hanc inſcriptionem incidi aut exſculpi præcepit: *Quicunque ex Regibus pecunia inopiam ſenſerit, conditorio recluſo ſumat inde, quidquid viſum fuerit.* Poſt multos annos autem Darius Ægypti Regnum adeptus, Babyloniæ quoque confinia penetravit, ubi cum omni induſtria & exactiſſima diligentia omnia civitatis illius ſubterranea loca explorari fecit, in quibus Semiramidem theſauros ſuos repoſuiſſe credebat. Tandem verò poſt multos adhibitos labores utnam illam caſualiter invenit, in qua oſſa prædictæ Reginæ recondita erant; moxque greſſum firmans ſubſtitit, ſuaſque cogitationes ad hanc ſepulchri ſui inſcriptionem deflectens, illos ſe theſauros invenïſſe opinabatur, quos tanta cum aviditate requiſierat. Tumbam itaque illam mox aperiri fecit, intra quam cum nil præterquam Semiramidis oſſa invenïſſet, graviter hic Perſarum Rex deluſus remanſit; unde demiſſo vultu, inclinata fronte, ſupercilia velut admirabũdus erigendo in profundum quoddam ſeſe demiſit ſilentium. Demum verò reſumpto ſpiritu in has ferè voces erupit: Hæccine eſt venuſtiſſimus ille Semiramidis vultus qui ſedes erat gratiarum, majeſtatis theatrum, & metropolis omnis pulchritudinis? Hæccine eſt mulier illa famoſa quæ imperii ſui majeſtate omnes Magnates reddebat attonitos, quæ tremere & trepidare faciebat generoſiſſimos athletas, obmutescere facundiſſimos Oratores, ſapientiſſimoſque qui eo tempore reperiri poterant Philoſophos hæſitare? Hæccine illa Amazonum invictiſſima, quæ chalybe obarmata, ſcuto & haſta ſua invictiſſimorum athletarum tumidum faſtum refræna vit, formidabiliſſimorum exercituum auſum dejecit, ſuperbis ſuis veſtibus eripuit, in ditiſſima eorundem ſpolia involavit, quæ glorioſas de victoribus victorias perſæpe retulit, integraque regna & Provincias ſuæ coronæ tributarias effecit? Hæccine aliud poſt ſe memoriale non reliquit præter olida & obſoleta hæc oſſa? Quid tibi nunc, ô Semiramis, non ſolùm unius Regni Reginam, ſed & totius mundorum, quot ſomniavit Democritus Imperatricem fuiſſe profuit, tot theſaurorum divitem & opulentam, quot in campis Corythicis à vaſtatoribus Mummii vel exantiqua Cæſi tumba, à Zantho fuêre excerpti? Verumtamen quid de ipſa loquor? *Ita ipſum ſubjunxiſſe mihi nunc perſuadeo,* cur non mihimetipſi intentem meam aureis laqueis ſemper victam & coram theſauris ſepultum improperet? Apage ànimæ ſitis, ô avara deſideria, evanefcite à pectore meo cupiditates inſatiabiles, & in hac tumba ſepeliamini, hic vos inter hujuſce illuſtris mulieris cineres derelinquo. O theſauri fallaces in fortuna quadam vitiorum radicati vos exhorreſco & deteſtor, & quia ut jam experior illudimini qui vos æſtimat; ſævitis in eum qui idoſtloco vos habet, ideò ex nunc facio me jurejurando obſtringo, futurum deinceps, ut memoria veſtri mihi futura ſit abominabilis, vos ſuſpectos habebo tanquam fallaces, contemnam vos tanquam fugaces, quantoque vos ſum amore proſecutus, tantò vos odio aveſabor. Erquidem quid potuiſſet amphius dicere vel facere, ſi Chriſtianus fuiſſet, aut hãc fortunam habuiſſet, quod oculis ipſius à ſancta Matre Eccleſia juventis ille Evangelicus in feretro ad ſepulchrum deferendus fuiſſet expoſitus: *Ecce defunctus efferetur,* nunc autem ſolas illas vidit mortis reliquias, reaque tantum verba legit, quæ intra tumbam Semiramidis deſcripta continebantur, videlicet: *Nimalus vir fores, & pecunia profuturæ plebilis, non utique mortuorum locules meruere.* Sicq. inexplebilis ejus aviditas ab imagine mortis deluſa fuit: *Exprobratione legitima ſaturam auri famem.* Futurum mihi unique perſuadeo quod

Cal. Rod. l. 23. lect. antiq. c. 5.

quod quisquis ad mortem suo tempore obeundam sese reflecteret, diceretque moriendum mihi est, in hoc totum suum adhibiturus esset conatum, ut merita meritis, non verò thesauros thesauris accumularet.

11. Corda nostra sunt velut esca ignis sensuum nostrarum concupiscentiarum pro quibus extinguendis nullum est efficacius remedium, quam sic consideratio mortis: *Nihil sic ad edomandum desiderium carnalium appetitum valet, quàm ut unusquisque hoc quod unum diligit, quasi sè mortuum sit penset.* Divus Gregorius in moral. Erat porrò Moyses centum viginti annorum, quando Deo complacuit ut vitæ suæ cursum in monte Nebo terminaret; In hoc igitur loco magnus hic Dei servus vitæ suæ periodum clausit, fueruntque ei ibidem tam lentumque solemnes celebratæ exequiæ, qualiumti Herois merita expostulabant. Verumtamen postea Deus corpus suum ab Angelis in valle Moab ex opposito templi idolo Phogor dedicati sepeliri voluit: *Sepelivit eum in valle terra Moab contra Phogor.* Nequaquam mihi persuadere possum ossa sancti hujus Israëlitis Dei casualiter & sine mysterio jussu Divinæ Majestatis ex opposito templi hujus sepultum esse. Et quidem quia ut opinatur Procopius in hoc templo mulieres Moabitides congregabantur, ad quas Hebræi pulchritudine earum capti accurebant, ab iisdemque contaminantur, atque ideò templum istud idolo Phogor dedicatum erat, qui apud eos colebatur quasi Deus libidinis. Ut igitur Deus libidinosarum gentium illarum cursum reprimeret, Moyses ante fores templi illius sepeliri voluit, ut pedibus super illo ambulantes, in illud quotiescunque ad hoc sese funebre monumentum reflecterent, & considerando quod & ipsum tempore postquam mortui essent, sicut cadaver Moysis, sepeliri deberent, gressus suos à prophano templo isto averterent, nec amplius illud pro adimplenda & satianda effræni libidine sua ingrederentur: Ac proinde *sepelierunt eum in valle terra Moab contra Phogor*, inquit Procopius, *ut imposturam idoli illius frænaret: Colebant ibi idolum libidinis: fiat ibi sepulchrum Moysis*, inquit Deus, *ut mors coerceat libidinem, nihil enim efficacius mortis memoria: mors enim ob oculos posita compescit luxuriam.* Ponamus enim esse juvenem quendam dissolutum, carnalibus idoli Phogor voluptatibus penitus deditum, & sordidæ Veneris hatæ immissum, cui ab hisce sordibus divertendo & avellendo nequicquam juvent sive sancta Religiosorum monita, sive minæ Patris, sive timor Dei mente apprehensus, nec bursæ sive substantiæ suæ dispendium, nec periculum vitæ: si tamen tale Veneris mancipium infirmitate corruptum lecto affigatur, & cum febribus ardoribus, qui mortis prodromi sunt, conflictetur, tandem verò se ex illa indispositione mori forsitan posse confideret, phanthasiæ illæ libidinosæ ab ejus mente mox evanescunt, familiaritates detestatur infames & lubricas. Deoque firmiter promittit, ut si ab ejus providentia diuturnioris vitæ gratiam obtinere possit, deinceps caste vivere, idolumque Phogor, quod præteritis vitæ suæ temporibus voluntati ejus prædominatum fuerat, in abominatione pessima habere velit. Unde Sanctus Isidorus ait: (Assidua memoria mortis prodest ad deprimenda carnalia desideria, & ad abigendas tentationes varias & diversas, quæ separant animam à Deo; nihil enim tantum valet ad domanda desideria, quantùm cogitare qualis sit ipsa futura mors. *D. Isi. lib. 5. mora.*

13. Verùm enim verò dices fortasse: ad me quod attinet, fatendum est quod plus à furore Martis, quam ab incentivis Veneris diverser: Nonnunquam enim iracundiæ flammas in corde meo accendi sentio, quibus miserè agitatus ad vindictam de inimico sumendam fortiter urgeor, & quantumvis omnem ad resistendum huic passioni adhibeam conatum, magnam tamen in ejus compressione animadverto difficultatem: putaresne ad hanc passionem sedandam, utilem quoque in tali momento futuram mortis memoriam? Quis dubitat? Frequentes etenim hujusce rei aliàs visæ sunt experientiæ. Etenim unicuique in sacra Historia nonnihil versato manifesta satis est, quæ Davidem inter & Saulem intercessit inimicitia. Saul namque Rex Davidi vitam eripere omnibus modis tentabat: quot enim non est ei dolos machinatus? quot ei non struxit insidias, quæ tamen omnes Deo Davidem protegente vanæ fuerunt & irritæ. Imò factum est, quod cum David unà cum Abisai Saulis castra secretè pertransirent, regiumque Saulis tentorium ingrederentur, adversarium suum in eo profundè dormientem invenerint: *Venerunt ergò David & Abisai ad populum nocte, & invenerunt Saul jacentè & dormientem in tentorio.* Primo Reg. vigesimo sexto. O quanta est hæc Davidis

vidis fortunæ? Invenire inimicum suum profundo somno sepultum! nunc eum absque ullo impedimento interficere, deque eo pro libitu suo vindictam sumere potest. Agedum igitur, ô David, noli tam pulchram occasionem perdere, ferrum fortiter apprehende, & stringe, tuumque inimicum ocius interfice. Quando enim fortunam tibi faventiorem habuisti, quàm in præsenti momento habeas? Ambiguusne hæres & anceps? quid formidas? Non est hic tardandum dum adest occasio, serviendum est tempori & præsenti occasioni: Ipse etenim leniter dormit, si expergiscatur e præsente, desperata est res tua, si audierit te, mortis filius utique censeberis. Saltem ad minus Abisai præcipito, ut is eum jugulet atque transfigat, nunquid enim ipsum ad hoc intrepido & generoso animo se offerentem audis: *Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergò perfodiam eum lancea in terra semel, & secundo opus non erit.* David autem idipsum nequaquam permittere voluit, quin potius omni iracundia depositâ, benignè se erga Saulem habuit, hoc solo contentus, quod hastam & scyphum propè à capite consistentem secum tolleret. Verum enimverò quisnam hic *Lapis Philosophorum* fuit, qui iracundiæ ferrum in consuetudinis aurum ita subitò transformare potuit? Nullus profectò alius, quàm somnus qui imago est mortis: *Somnus est imago mortis* Somnus iste vim habuit expergefaciendi Davidem quendam ad considerationem suæ mortalitatis, atque ideò sistit & figit gressum, nec ultra ad vitam eripiendam progreditur, manum ferro non adhibet, multò minus hostem suum occidere tentat. Quid mirum, inquit Chrysostomus, *Conspiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philosophabatur, somnus nil aliud est, quàm mors temporaria, & unius diei interitus.* Possem equidem idipsum per alia peccata mortalia discurrendo demonstrare, ab hoc tamen supersedeo, ne generem falsidium: vos ipsimet hujusce rei experientiam facite, sic enim eundem evenire effectum videbitis. Hoc tamen subjungo, quod quisquis mortem meditando à peccatis nequaquam abstinet, tanquam homo censendus sit perditus & desperatus. Pro cujus veritatis specimine habendo vestras mecum cogitationes ad actiones Judæ deflectite.

Chrysost. hom. de Davide & Saulo.

14. Quando Filio Dei in domo Simonis leprosi mensæ accumbente Magdalena ad pedes ejus se recepit, ejusque sacratum verticem pretioso unguento perfudit, impius ille apostata intra semetipsum murmurare & obloqui cœpit, Magdalenam ejusque Magistrum culpando, ob hoc unguentum adeò copiosè effusum, eò quod illud vendi, & inde comparatam pecuniam pauperibus distribui posse prætenderet: *Ut quid perditio hæc? potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus.* Quod advertens Christus, ut eum ab hoc errore revocaret, & resipiscere faceret, hisce verbis est allocutus: *Mittens enim hæc, unguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit.* Quomodo hic sibi invicem quadrant, & conveniunt murmur Judæ, & sepultura Christi: *Sepulchrum & mortem commemoraverat.* inquit Sanctus Chrysostomus, Unde non alio fine hisce eum verbis allocutus est, quàm ut oculus ejus mortis objecta proponendo, experiretur an possibile esset ut à malo ipsum divertteret, maximè cum non eum in finem aliàs adhibita mestia & auxilia nullum post se effectum reliquissent. Verum quid tandem factum est? Audite: *Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Quænam hoc loco Adverbium illud *Tunc* significet? nimirum idem est, ac si diceret, eo ipso momento quo Christus illi mortis remedium adhibebat, ipse ab errore suo minimè resipuit, nec quicquam se emendavit, sed subitò ad complendam Magistri sui infamem traditionem abivit; ac proinde Medicos imitari debemus, qui postquàm infirmis inutito prorsus affectu potentissima adhibuerunt remedia, infirmum talem pro desperato habere solent. Aut cum Paulo de Palatio responderi potest, quod *Tunc abiit, id est, abire permissus unus de duodecim ad summum omnium scelerum, & sæculorum factum perpetrandum.* Quasi Evangelista inferre vellet: Ex quo ipsa quoque Judæ applicata mortis memoria eum ab impietate sua convertere non potuit, nullum aliud superest applicabile remedium, sed omnis deinceps salutis suæ spes censeri debet desperata. Tunc abiit, ac proinde frænum collo ejus injiciatur, & tanquam perditus & desperatus abire permittatur: *Tunc ipsum ad quod tempus relatum est?* Interrogat Chrysostomus: *Quando ista locutus esset, quando ad sepulturam dixit, & neque hinc compunctus est.* Sed quod tandem? Idemmet Chrysostomus super eundem locum dicit: *In profundissimum malorum barathrum ex hac segritudine precipua-*

Chrys. hom. de Davide & Saulo.

Ibid.

rus est. Enimverò quod si fulmina mortis, cor peccatoris alicujus pungere & compungere non possint, nihil aliud circa illum faciendum aut dicendum supereſt, quam *actum est de illo.* Cùm ex sententia Hippocratis certissimum sit : *si quæ solent prodesse non prosunt, mortali.*

15. Contra verò facillimum esse existimo, quod bene vivant, moriantur sanctè & salventur omnes, quotquot mortem memoriæ suæ impressam habent ; prouti ex visione quadam Ezechielis expresè deducitur. In urbe namque Hierosolymitana, quotquot in fronte signo *Tau* signati erant, infallibiliter censebantur à percutiente Angelo salvi mansuri, cum tamen econtra infallibiliter perituri essent, quotquot erant eorum delituri: *Senem, adolescentulum, & virginem parvulum & mulieres interficite usque ad internecionem : omnem autem super quem videritis Tau ne occidatis.* Enimverò mysterium istud intelligere haud quaquam poterimus, nisi significatum hujus literæ *Tau* investigaverimus. Est igitur litera hæc ultima totius alphabeti Hebræi, à qua nobis ultimus vitæ nostræ finis, id est, mors repræsentari censetur. Ac proinde Spiritus sanctus Ezechiel Prophetæ indicare voluit, in illum secuto statu constitutos esse eos, qui *Tau* notis menti suæ habent impressum, cum tanto è contra qui nullum hujus literæ portant vestigium in certo sint statu æternæ perditionis: *Illum consecuturi jubentur signati Tau, quæ est ultima finalis alphabeti Hebræi, quo significatur, mors, qui mortis memoriam habent, salvandos, ab eis interficiendos.* Ac proinde sanctus quidam Eremita moribundus, omnibus circumstantibus mœstitia & dolore plenis & flentibus, solus vultum exhibebat tranquillum, lætum, ac ridentem, quod omnes vehementer demirati lætitiæ hujus causam eum interrogarunt, quibus ille promptè respondit : *Tranquillus nunc sum, quoniam sæpè consideratione hanc viam inambulavi, sæpè mortuus sum, & ideò nihil novi nunc video.* Vixi semper in mœstitia mortis, atque ideò, nunc morior in securitate salutis. Cur igitur, ô peccator, mortem à mente tua penitus excludis? O si considerares, ô mulier, in quem-nam deformem statum mors tuam transformatura sit pulchritudinem, qualiter pretiosos suffitus & odores eros in fœtores, comam auream in putredines, genarum tuarum purpuram in mucidum pallorem ; qualiter item caro tua à vermibus devorabitur, ossa verò mansura sint in cloacam & deformia, futuraque sit horrida immunditiei cloaca, nec jam amplius pretiosis vestibus, sed putredine vestienda sis. Demum verò qualis futurus sit animæ tuæ status tibimetipsi considerandum relinquo. Quod si itidem tibi, ô avare, tandem moriendum est, quid tibi per usuras comparatæ divitiæ proderunt, tot commercia & lucra illicita & malè acquisita? O quantam stultitiam & mentis vesaniam prodit, qui mentem & animam coinquinat, ut id quod brevi tempore deserendum est acquirere possit ! Considera, quæso, quod ad sepulchrum nihil tecum aliud sis asportaturus, quàm vilissimum totius domus linguas suas auro argentoque habuere plenas, quantas hæc illis in mortis articulo accersiverint angustias. Profectò si loco tuo essem, ita mecum statuerem, ac dicerem: Ex quo certò certius moriendum mihi est, adhoc ut benè & fœliciter mori valeam, mutare & emendare volo mores meos & vitam, meisque divitiis cum Philosopho illo dicerem : *Mergam vos ne mergar à vobis.* O effræne & dissoluta juventus, quæ tota liter dedita es carnis & mundi hujus voluptatibus & delitiis, in hoc Evangelico juvene velut in speculo quodam temetipsum respice & agnosce, hoc enim fine à sancta Matre Ecclesia tibi ob oculos proponitur hisce verbis : *Ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ ;* Memento te hodie consistere in figura, qui mane extinctus jacebis in sepultura : Nunquid vides te florem esse mane natum, incunis, vesperi autem exsanguem in feretrum deponendum ? quem gustum nunc habes ex tot vanis delitiis quibus superioribus annis cum offensa Dei fruebaris? nullum prorsus. Quamnam in morte consolationem exinde senties, quod ab hodierno die usque ad finem vitæ tuæ effræni libidini tuæ omnem licentiam indulseris ? Nullam prorsus, imò magnam inde in morte confusionem & tormentum experieris. In hunc vel similem modum optarem quod tu ô juvenis & peccator intra temetipsum sæpenumero discurreres. Sic enim moriendum tibi esse considerans, viveres bene & melius morereris. Interim Eleemosynam pauperibus largiamini, utpote quos vobis ardentissimo charitatis affectu commendatos esse velim.

Cretes Thuban.

PARS SECUNDA.

16. *Noli flere,* Vidua hæc ob mortem filii sui, qui pretiosissima ei gemma erat, quam in hoc mundo unquam possederat, inconsolabi-

liter plorabat. Dominus autem eidem fletum ut coerceret, tristitiæque modum ut poneret præcepit dicens: *Noli flere.* Cur ita? Num forte ideò viduam hanc flere vetuit, quia ut scribit Macrobius: *Mortuos ad sepulturam prosequi oportere cum cantu plurimarum gentium vel regionum instituta sanxerunt persuasione hac, qua post corpus animæ ad originem dulcedinis musicæ, id est, ad cælum redire creduntur?* Thraces plorare solebant, quando homines nascebantur, è contra verò quando moriebantur lætitia & jubilus apud omnes sese prodebat; Et ratio est, secundùm S. Ambrosium, quia quando homo nascitur, in miserias, & ærumnas præcipitatur: in morte verò omnia hujus vitæ mala cessant: *Filios recens natos lachrymis, mortuos verò epulis prosequebantur,* inquit Herodotus. Albertus autem Patavinus existimat, quod dixerit: *Noli flere, quia non mors carnis, sed culpa causa mortis plangenda, & fletibus dilucnda est.* Venerabilis Beda dicit Christum dicendo viduæ *Noli flere*, consolari eam voluisse, eo quod confestim visura esset filium suum à mortuis resuscitatum: *Desine mœrtuum flere, quem mox vivum resurgere videbis.* S. Augustinus exponit: *Noli flere*, id est, *si plangis corpus à quo recessit anima, plange animam à qua recessit Deus.* Interalias à Lycurgo promulgatas leges una fuit, qua præcipiebatur ut mortui sepelirentur inter ramos olivarum. Per hoc insinuare volens, quod cum arbor illa pacis sit symbolum nullus ea frui incipiat, nisi post mortem; atque ideò sancta Mater Ecclesia ordinavit, ut de mortuis dicatur: *Requiescant in pace.* Quo igitur quis mortem plangere vellet, si pacis ministra est bajula *Noli flere.* Imò S. Bernardus hisce eam speciosis titulis & nominibus appellat, dicens, quod sit *finis laborum, victoria consummatio, & vitæ janua, & perfectæ securitatis aditus.*

17. S. Bernardinus Senensis dicit, quod vel sermo sit de morte peccatorum, & hæc defleri debet, quia (est mala in mundi amissione, pejor in carnis separatione, pessima in vermis igniisque duplici contritione.) Mors autem bonorum defleri non debet, quia (est bona propter requiem, melior propter novitatem, optima propter securitatem,) ac proinde de his dicitur: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* De illis verò *mors peccatorum pessima* secunda Reg. 12. Parvulus quidam & innocens Davidis Regis filiolus febribus æstuabat, id quod Davidem magno dolore afficiebat, adeò ut super terram jacens ad cibum sumendum induci minimè potuerit: *Iacuit super terram, nec comedit cibum.* Tandem verò septimo infirmitatis suæ die mortuus est. Ex hac vita sustulit: *Accidit die septimo ut moreretur.* Quod funestum nuntium mox ut nuntiantibus accepit, è terra se erexit, vestisque nova indutus ad templum pro gratiis Deo agendis se recepit, ac tandem ad palatium reversus servis suis, ut mensam instruerent, præcepit. Postea *ut ponerent ei panem, & comedit.* Id quod universam aulam regiam in maximam admirationem rapuit, ut proinde ei dictum fuerit: *Quis est hic sermo quem fecisti? propter infantem cum adhuc viveret jejunasti, & flebas, mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem.* Et meritò quidem hæc ei dicebantur, quia eum post mortem pueri minimè turbatum, imò lætum & festivum esse videbant. Quod si infans hic puella fuisset, res adeò mira non fuisset, nunc autem masculus erat, & tamen *consolatus est David.* Et hæc quidem admiratio magis adaugetur per hoc quod cum mors alterius filii sui Absalonis ad regni ejusdem Davidis aures pervenisset, ipse Rex continere lachrymas non potuerit, sed cor sibi transfigi sentiens, nullum pro sui solatio invenire potuerit remedium. *Contristatus itaque Rex ascendit cœnaculum portæ & flevit, & sic loquebatur vadens: Fili mi Absalon, fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te. Absalon fili mi, fili mi Absalon.* Etenim si Absalon filius obediens Davidis, & erga eum gratus & obsequiosus fuisset, jam æquum quodammodo censeri potuisset, quod tantopere ejus mortem deploraret: nunc autem constat eum semper protervum, rebellem, ingratum & patris inimicum fuisse, utpote cui ad amissam ei coronam, & diripiendum regnum, bellum moverat crudelissimum, de cujus proinde morte lætari potius debuisset, & deflere potius mortem parvuli, qui in tanta annorum ætatis suæ teneritudine moriebatur. Enimverò hujus mortem nequaquam deflevit, eo quod innocens esset, & bonorum mors defleri minimè debet: ob quam eandem rationem Salvator noster huic viduæ etiam dixit: *Mulier noli flere*: benè tamen Absalonis mortem amare deflevit, eo quod morte pessima obierit, quæ sanguineas meritò lachrymas meretur. Estque hæc S. Hieronymi expositio, dicentis: (Scribitur David justè flevisse filium parricidam; parvulum, quia sciebat non peccasse, non flevit.) Cujus etiam opinionis S. Ambrosius fuit dum ait: *David filium dilectissimum, quem fleverat ægrotantem, non flevit amissum, certus infantem ad pacis æternæ beata gaudia translatum;*

Macrob. de somn. Scip. l. 2. c. 1.

Ambr. de fide Resurrect.

Lycurg. ap Gilib. lect 24. de civ. Dei.

Bern. Sen. t 3 de calam. Senec. c. 6.

At vero Absalonem quem inimicum habuerat, mortuum lamentatus est, quia divinæ justitiæ consentiens desperavit impio requiem.

18. Et certè cur deploretur mors eorum qui in gratia Dei constituti hac vita defunguntur: *Non sunt lugendi fratres nostri de hoc sæculo liberati, cum sciamus non eos amitti sed præmitti*, dicebat S. Cyprianus. Cum Anaxagoræ nuntius quidam quendam filiorum suorum mortuum esse insinuaret, nequicquâ turbatus est, sed promptè respondit: *Sciebam me genuisse mortalem.* Pericles duos filios in prælio occubuisse audiens, ne vel unicum edidit suspirium vel lachrymæ alicujus stillam emisit. Xenophon quoque filium suum in prælio generosè dimicantem occubuisse intelligens dixit: *Malle se habere filium strenuum quam longævum.* Antigonus filium se in bello amisisse percipiens ne minimum quidem dolorem ejulando edidit, nisi quod dixerit displicere sibi quod tam gloriosam subire mortem tam diu distulerit: *Serius ô fili tam gloriosam mortem obiisti.* Nullam hi generosi animi passi sunt perturbationem, eo quod filii eorum benè & fœliciter ac gloriosè mortui essent, quod spectat bonitatem mundanam & humanam. Quantò igitur minùs flere debent mortes eorum qui sanctè in Domino moriuntur? Ac proinde S. Petrus Damianus Epistolam quandam ad Hermelinam fundendo lachrymas illius cohibebat quas alias effudisset ob mortem filii sui, eum à Deo ad cum cœlestem translatum esse indicans. Cum Junes Hunniades nobilissimus Hungariæ Heros mortuus esset, conjux ejus una cum tota sua familia lugubri se veste induit: Rex autem Uladislaus pullas hasce vestes eam deponere, & jucundum colorem reassumere jussit, eo quod in morte equitis adeò generosi, qui tantò cum honore propter amorem Jesu Christi Hungariam intrepidè defendens Turcarum se potentiæ opposuisset, jubili potius & exultationis quam mœstitiæ signa edenda esse censeret.

19. Atque ideò S. Bernardus cadaver & funeralia Gerardi fratris sui siccis oculis aspexit, mò ipsemet cum ingenti animi constantia orationem funebrem in ejus sepultura declamavit, absque eo quod in labiis vel minimum notaretur eum in dicendo præpediens suspirium, vel lachrymæ stilla manasset ab oculis ejus: *Plorantibus aliis, ego siccis oculis secutus sum impositum sunum, siccis oculis steti ad tumulum, quousque vitè peracta sunt exequiarum solemnia.* Verum dicat hic aliquis; attamen Christus amici sui Lazari mortem defleviſse scribitur: *Lachrymatus est Jesus.* Mirum id non est, respondet S. Cyrillus Alexandrinus, quia *Erudit nos Dominus suis lachrymis quonam modo charos nostros vita functos moderatis & lege rationis temperatis lachrymis flere debeamus.* Unde S. Petrus Blesensis vult Christū ideò flevisse eū, nō quia defunctus erat, sed quia eum revocabat ad vitā: *Christus non pro morte Lazari, sed pro ipsius revocatione ad miserias temporales planxisse dicitur & luxisse*: quantū verò attinet ad hoc quod est, eum mortuum esse, quia vir bonus & sanctus, gavisus est potius: *Lazarus mortuus est & gaudeo.*

S. Cyrill. l. 7. c. 10.

Petrus Blesensis Epist. 174.

20. Tandem veritatem fateri debemus dicendo, mortem quoad semetipsam, nec bonam nec malam esse, sed bonæ vel malæ denominationem accipere, juxta bonitatem vel malitiam ejus qui moritur. Sic enim ponamus duos esse in carcere vinctos, quorum unus innocens sit, & alter reus; quod si præfecto carceris ad ostium carceris adveniente illusque setas & fertamenta referante unus illorum contristetur & tremat, alter verò exhilaretur & gaudeat, unde id nasci existimas? Nunquid uterque eundem nactus est portarium? Nunquid eadem porta est per quam egrediuntur, eademque clavis qua carceris janua reseratur? qua igitur ratione unum & idem agens, unica & eadem actione tam diversos in his duobus causat effectus? vos judicate an causam hujus augurando aliquid valeam. Conturbatur itaque reus, quia novit qualiter constituta ejus conscientia; nunquam audit carceri appropinquantem ostiarium, quin semper ipsum suspicetur præsto esse carnificem, ad eum morte plectendum ad carcerem missum: alter verò qui innocens est lætatur & exultat quasi dicat: Benedictus Deus quis scit an strepitus quem audio non excitetur a carceris præfecto, qui ad me è carcere liberandum in procinctu sit: benedicta sit hora ista, verè etenim illum venientem audio. Unde quæso nascitur, quod umbra quædam mortis te tremere faciat, maximumque tibi pavorem & terrorem incutiat? mitte manum tuam in sinum tuū, considera quænam sit conscientiæ tuæ constitutio, & quam pessimam vitam duxeris, & videbis mirum non esse, quod mors tibi adeò sit formidabilis & amara: quomodo qui palatum affectū habet, vini præstantiam degustare poterit? ac proinde si malus es, mors tibi pessima erit, cùm è contra iis qui in timore Dei perseverantes vitam Christiano nomine dignam duxerint,

xerint, mors sit omninò desiderabilis & gaudiosa; tales enim ex morte nequicquam terrentur, sed mortem læto & hilari vultu exspectantes dicunt cum Apostolo: *Cupio dissolvi & esse cum Christo.* Vobiscum igitur ô probæ & sanctæ animæ loquitur, vosque ad libenter & ultro citroque moriendum graviter exhortatur S. Basilius, dum ait: *Ne formidetis mortem, non enim corruptio est, sed vitæ causa, non est interitus penitus, sed transitus ad honorem.* Et postea subjungit: *Vester exitus & hinc decessus pretiosus est & illustris, non omnium hominum, sed eorum qui sanctè & justè vitam hanc transegerunt.* O quam dulce est mori, quam grata mors est animæ illius, quæ paradisum apertum videt, circumdantes eam Angelos Deumque eam ad gloriam duleiter invitantem: Econtra verò quam horrenda & formidabilis est mors illius, qui aperiri sibi videt infernum, condemnantemque se Deum & dæmones eum ad tormenta postulantes clarè conspicit. Talis mors sanguineis est lachrymis deploranda, non verò mors bonorum, de qua Christus viduæ dicebat: *Noli flere.* Agedum igitur discursum hunc illis Poetæ dictis concludamus, quibus mortis utriusque, id est, tam justi, quam peccatoris qualitates pulchrè describit dicens:

Basilius in lib. 2. f. 185.

Mors optanda bonis, malus timenda est
Illis vitam aliam, hu dat inde mortem:
Illis lætitiam, his parat dolorem,
Æternoque beat bonos Olympo;
Æterno cruciat malos ut orco.

Vos ex duplici hoc mortis genere, alterutrum quod magis vobis placuerit, eligite, & abite in pace.

SERMO XXVII.

IN FERIAM SEXTAM DOMINICÆ QUARTÆ QUADRAGESIMÆ.

Venit Jesus ad monumentum, erat autem spelunca, & lapis erat ei. Ait Jesus: Tollite lapidem. Joan. cap. 11.

1. OMnes tam Gentiles quam barbari, quolibet anno diversa Religionis & pietatis opera circa mortuorum suorum sepulchra atque cadavera exhibere communiter consueverunt, hoc lugubri cæremoniarum apparatu præsupponentes, opera illa aliquod animabus defunctorum illorum refrigerii genus conciliare. Appianus Alexandrinus magnificentiam exequiarum quas instituebant, nec non & victimarum occisarum copiam ad stuporem usque recenset: *Cadaver magnificentissimis instratum vestibus in altissima pyra cremabant, cæsisque multis hostiis tum equites tum pedites per turmas in orbem decurrentes cum armis barbarico more variatum celebrabant.* Et Suetonius dicit gentiles circa sepulchra mortuorum solemniter anniversaria celebrasse per hastiludia vel equestris prælii simulachra: *Exercitus bonorarium ei tumulum excitavit, circa quem decem Calendis die quot annis miles decurreret.* Pari quoque ratione quanta cum pompa ad tumulum Neoptolemi funeralia celebrata fuerint, clare satis refert Heliodorus, dum ait: *Sepulchrum Neoptolemi pompa circuivit, & tertio Ephebi equis suis circumvecti.* Sic quoque festa funebria quæ Trojanus ille Heros circa militum in prælio occumbentium rogos facere solebat, hisce versibus a magno Marone describuntur.

Appian. Alexand. l. de bel. Hispan.

Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos &c.

Similiter de populis Platensibus Gregor. Cyrad. scribit, quod *manibus peremptorum civium ad-*

huc

bant inferias ; tum præcedente tibicine vehicula lauro & myrto fuſca cum coronis ſequebantur, tum lactis, tum & olei libationes ſuccedebant : mox Princeps indutus purpura, ſervus ejectis, taurum ante pyram immolabat, Jovemque ac Mercurium deuenerat, eorum matres, qui propatria occubuiſſent, ad cœnæ epulas convocabat, cratere libans eorum, atque ſe defunctorum manibus propinare affirmabat. Alii ſuper tumulos mortuorum diverſi ciborum epularumque genera, ſimul ac vivi ea quæ invenire poterant pretioſiſſima deferre ſolebant, ſperantes fortaſſe quod per ejuſmodi lubdelas epulas & fercula cognatis & amicis eorundem in altera vita egeſtate laborantibus ſubvenire aliqua ratione poſſent, quod S. Auguſt. valde demiratus dixit : *Miror cur apud quoſdam infideles tanta pernicioſus error increverit, ut ſuper tumulis defunctorum cibos & vina conferant, quaſi egreſſa de corporibus animæ carnales citrepurant.* Ad hæc ſcimus referente ſancto Hieronymo, quod mariti conjugum ſuarum ſepulturæ honorare ſoliti fuerint, ea illius, roſis, violis, aliſque floribus obtegendo & exornando. Cæteri mariti ſuper tumulo conjugum ſpargunt vulas, lilia, floreſque purpureos & dolorem pectoris his officiis conſolantur.) Apud Gethas (ſi Alexandro ab Alexandro credimus) mos ſolemnis erat, ut mortuo marito conjux ad ejus ſe ſepulchrum reciperet, pretioſa qua poterat veſte indita ibidemque manu proximi conſanguinei ſuffocaretur in honorem mariti ſui, ut ſicut in vita inore conjuncti fuerant, ita quoque mors eoſdem ſimul in una eademque tumba conjungeret : *Gethis erat iſte mos, ut viro defuncto præcipuè uxor conjux, maximo cultu ornata ad tumulum duci, & à proximiore maritari, eodemque tumulo humari deberet.* Verum enimverò quid de gentilibus loquor, qui licet barbari eſſent, homines tamen erant ? Ipſamet quoque Bruta ſeſe erga mortuos pietatem aliquam fovere non obſcuris argumentis indicarunt. Refert enim Petrus de Natalibus, quod aves circa corpus Simeonis Monachi mœſtis luctuoſiſque quaſi vocibus circumvolitantes, hac cantus ſui mœſtitia aliquas ei viſæ fuerint celebrare voluiſſe exequias : *In Simeonis exequiis aves circa corpus volantes, quaſi vocibus eum deflebant.* Idem quoque apud Dionem de aquila quadam legitur, quæ viſa eſt ſupra ſanguine corpus Auguſti : *Aquila ex eo rogo emiſſa evolavit, quaſi animam Auguſti in cœlum ferret.* Apes quoque ut ſcribit Plinius : *Defunctas progerunt, funerantiumque more comitantur exequias.* Simili modo viſa eſt in canibus mira quædam fidelitas cum pietate conjuncta, nam dum cadavera Hieronis & Lyſimachi in rogo arderent, amborum canes in rogum eundem inſilientes una cum ipſis concremati fuere : *Hieronis & Lyſimachi canes accenſis rogis Dominorum in flammas ſe injeciſſe & uno incendio arſiſſe tradunt.* Alex^an. ab Alex lib. 3. dier. gen. cap. 7.

Leones quoque circa ſanctum pœnitentis Ægyptiacæ corpus miros exercuerunt pietatis actus, nam coram Abbate Zoſimo rugitibus ſuis miſerabiliter planxerunt, terramque una cum Zoſimo excavantes honeſtam ei ſepulturam præparatunt : *Depoſita omni feritate illi religioſiſſimæ fœminæ pium officium funeris impenderunt,* affirmat Abulenſis. Id quod etiam corpori S. Pauli 1. Eremitæ accidiſſe legitur. Ac proinde cum Gentiles, Barbari, imò ipſamet quoque bruta pietatis officium exercuerint circa mortuos, multò magis Chriſtianum decebit, ut erga miſerorum defunctorum animas in purgatorii atrociſſimis pœnis detentas charitativum ſeſe exhibeat. Hocce argumentum *à fortiori* S. Ambroſius adducit, ad fideles excitandos, ut animabus illis quæ velut aurum in flammis purificantur, ſuffragiis ſuis ſuccurrant : *Fera hanc humanitatem defuncto corporibus detuliſſe produntur, homines denegabunt ?* Atque ideò Salvator noſter voluit ut circumſtantes ſuam quoque operam in reſurrectione Lazari adhiberent, auferendo lapidem ſepulchro Lazari incumbentem : *Tollite lapidem,* per hoc nobis demonſtratus, noſtræ quoque obligationis eſſe, ut per ſanctæ matris Eccleſiæ ſuffragia defunctorum animabus ſuccurramus ; inter quæ longe utiliſſimum præ cæteris eſt ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium animabus in purgatorio exiſtentibus applicatum, prout in præſenti diſcurſu videbimus, cui vos cum ſilentio & attentione aſſiſtere velim.

Abul. 3. Reg. c. 17.

D. Ambr. lib. de Tobia cap. 15.

2. Nihil eſt in Scriptura Sacra quod animabus purgantibus melius adaptari poſſit, quam hæc in hodierno Evangelio de Lazaro deſcripta hiſtoria. De Lazaro namque dicitur quod languens fuerit : *Quidam languens Lazarus,* & animæ purgatorii languentes ſunt & dolentes. Lazarus duas ſorores habebat. Martham & Magdalenam : Animæ purgatorii gratiam Dei habent & ſpem. Lazarus amicus Chriſti erat : *Lazarus amicus noſter* : ſunt quoque animæ purgatorii amicæ Dei. Habebat Lazarus vultum coopertum ſudario : Et *facies ejus erat ſudario ligata* : animabus quoque purgatorii obvelati ſunt oculi per privationem viſionis Dei. Lazarus manus pe-

pedesque ligatos habebat *ligatus manus & pedes institis:* animæ quoque in purgatorio pedes ligatos habent, quia non possunt abire in paradisum: manus quoque earum ligatæ sunt, quia nulla opera meritoria facere possunt. Mors Lazari dulcis quidam somnus erat: *Lazarus amicus noster dormit*, de iis quoque qui in gratia Dei moriuntur dicitur, quod placidè in somno pacis obdormiscant: *Et dormiunt in somno pacis.* Lazarus à Christo resuscitatus est; Animæ quoque liberantur à pœnis purgatorii in virtute sanctissimi Sacramenti iis applicati & pro illis æterno Patri in altari per manum Sacerdotis oblati, juxta decretum Concilii Tridentini: *Cum Catholica Ecclesia in hac Oecumenica Synodo docuerit Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis, potissimum verò acceptabili Altaris sacrificio juvari, præcipit sancta Synodus, &c.*

Concil. Trid sess. 25. de purgat.

3. Observanda autem hic est doctrina S. Thom. dicentis, hoc sacramentum duobus modis considerari posse, scilicet vel in quantum est sacramentum, vel in quantum est sacrificium: *Quatenus in hoc sacramento præsentatur passio Christi, qua se obtulit hostiam Deo, habet rationem sacrificii, quatenus verò traditur invisibilis gratia sub visibili specie habet rationem sacramenti.* Illis qui id effectivè recipiunt, utile est & per modum sacrificii, & in ratione sacramenti, unde in Canone Missæ dicitur: *Quotquot ex hac Altaris participatione sacrosanctum filii tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur:* aliis verò qui illo realiter non cibantur, cujusmodi sunt animæ purgatorii, utilè est *per modum sacrificii in quantum offertur pro salute earum.* Unde in Canone dicitur: *Memento Domine famulorum famularumque tuarum pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ.* Et tametsi non recipiant Sacramentum, ejus tamen effectu minimè privantur, siquidem utile illis est ad mitigandos ardores, easque à pœnis omninò liberandas. Unde Alphonsus de Orosio super illa verba: *Pinguis est panis Christi*, dicit: *Adeò pinguis est, ut nedum vivis sit sacramentum, sed etiam mortuis, & in purgatorio cruciatus sit sacrificium,* & juxta doctrinam D. Thom. 3. part. quæst. 52 art. 8 ad 2. *Sacramentum Eucharistiæ liberat hominem à purgatorio, in quantum est sacrificium quoddam satisfactorium pro peccato.*

D. Thom. 3 part. q. 79. art. 7. in corp.

In Canon. Missæ.

Ibidem.

Alphons. de Oros. tr. in Cant. Magnif.

4. S. Joannes Evangelista in spiritu sublevatus vidit multas animas sub Altari consistentes, erantque hæ animæ servorum Dei, qui propter defensionem Catholicæ fidei prædicando Verbum Dei sanguinem suum per manum tyrannorum & carnificum intrepido animo effuderunt: *Vidi subtus Altare animas interfectorum propter Verbum Dei.* Apoc. 6. Verum dicat aliquis, cum certum sit animas eorum qui in gratia Dei moriuntur ire vel ad purgatorium vel ad cælum, quomodo animæ horum martyrum subtus Altare visæ dicuntur? nunquid pro illis altus locus superest magis proportionatus? Scio quidem quod S. Thom. una cum Glossa ordinaria dicat: *Modo animæ SS. sunt existentes subtus Altare, sed in minori dignitate, quam sunt futuræ.* At verò S. P. N. Augustinus doctissimè respondet, quod animæ separatæ nullum invenire locum possint, qui pœnis quas patiuntur majus adferat refrigerium, quam stare subtus Altare, super quod à Sacerdote Missæ sacrificium celebratur. Unde Spiritus sanctus per illa verba nihil aliud nobis vult insinuare, quam quod sacrificium Altaris animabus purgatorii sacrificium sit longè utilissimum. Audite doctrinam S. Augustini: *Quid dici reverentius, quid honorabilius dici potest, quam sub illa arca requiescere, in qua Deo sacrificium celebratur, in qua offeruntur hostiæ. Recte igitur sub Altari justorum animæ requiescunt, quia super Altare corpus Domini offertur. Conveniens igitur, & quasi pro quodam consortio ibi sepultura decreta est, ubi mors Domini quotidiè celebratur, ut qui propter mortem ejus mortui fuerant, sub sacramenti ejus mysterio requiescant.*

5. Verba illa quæ à Sacerdote in offertorio Missæ pro defunctis dicuntur, ni qui ea attentius ponderant difficultatem quandam gignere possunt: *Domine Jesu Christe Rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu.* Certum est quod hæc verba non sint intelligenda propriè de inferno, in quo nulla est redemptio, sed intelligenda sint de purgatorio. Docet enim nos S. Thom. quod *locus purgatorii est locus inferior, inferno conjunctus, sed quod idem ignis sit, qui damnatos in inferno, & qui justos in purgatorio purgat.* Et S. Gregorius Papa ait: *Sub eodem igne palea fumigat, & aurum rutilat;* atque ideò Ecclesia dicit: *Libera animas de pœnis inferni.* Verumtamen hoc per modum transeuntis obiter dictum esto; mea namque difficultas in verbis sequentibus tantum consistit, quibus dicitur: *Libera*

D. Thom.

an

dere lemis, ne absorbeat eos tartarus, ne cadant in obscurum, scire enim percuperem quidnam per illa verba *Tartarus & obscurum* intelligatur. Non enim per illa infernus intelligi potest, quia animæ quæ sunt in purgatorio securæ sunt, & extra omnem timorem positæ, neque enim metuere habent quod ex purgatorio cadere possint in obscurum, sive Tartarum inferni, & sic oratio & preces Ecclesiæ forent superfluæ & frustraneæ, quod dici non debet. Neque per obscurum & tartarum purgatorium intelligi posse videtur, si modum loquendi Ecclesiæ benè ponderemus: *Ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum.* Si enim à tartaro purgatorii effectivè & realiter absorpti sunt, quomodo dicit: *Libera eas, ne absorbeat eas tartarus?* Et si jam de facto in obscurum purgatorii ceciderunt, quomodo animas liberari rogat, *ne cadant.* Si Ecclesia pro illis animabus rogaret, quæ agonizantes, in procinctu sunt ut separentur à corpore, tunc facilè intelligi ejus verba possent: *Libera eas, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum.* Jam verò de facto è corpore migrarunt, & lapsæ sunt in obscurum atque pœnis tartari sunt absorptæ. Quam igitur explicationem aut solutionem huic adhibebimus difficultati? Existimo sanè, quod dum Sacerdos Missam pro illis animabus celebrare incipit, animæ illæ benedictæ tantam sentiant consolationem & refrigerium, ac si è flammis liberæ & eductæ essent. Orat igitur Ecclesia: *Absorbeat eas tartarus*; id est, ut pœnæ illæ animas affligendas de novo non vigeant; sed potius S. Michael Archangelus descendat, easque in paradisum perducendas è purgatorio eripiat: *Ad signifer S. Michael repræsentet eas in lucem sanctam*, quod idem est, ac si diceretur, quod quamdiu Sacerdos continuat celebrare Missam, anima illa, cui sacrificium applicat, nullum dolorem sentiat, imò tali perfundatur gaudio, ac si in cœlis una cum reliquis beatis Deum contemplaretur. Hugo Æthetianus animam quandam loquentem introducit, quæ ad veritatis hujus confirmationem expressum perhibeat testimonium: *Frustra auxilia, offerte pro nobis hostiam redemptionis, nam talibus suffragiis pœnæ nostræ mitigantur & abscedunt: locus quietis aperitur, & verum lumen faciei divinæ, quod erat nobis absconditum, patebit & illucescit.*

6. Verum ex quo Sacerdos in Altari corpus & sanguinem Salvatoris distinctè offert, licet in sanguine *per concomitantiam* etiam corpus contineatur, & in corpore pariter sanguis, ideò & ego de utroque distinctè discurram, siquidem tam corpus ex se, quàm sanguis animabus purgantibus plurimum conducunt. Unde quoad corpus imprimis notandum est, quod S. Paschasius sacratissimam hostiam, vocet *Denarium triticeum*; Idemque denarii nomen eidemmet hostiæ attribuit, author libri qui inscribitur Gemma animæ, dum ait: *Panis in modum denarii formatur.* Porrò conjicere vix possum, unde hi Scriptores permoti sint, quod sacratissimæ hostiæ hunc titulum attribuerint; quæ enim conventio aut similitudo intercedit inter hostiam & monetam, sive denarium? quænam est inter hæc duo analogia, sive proportio? Variæ equidem responsiones adduci possunt in medium? Denarius namque pro omnibus necessitatibus, quæ occurrere possunt, certum est remedium; si enim propter debita in vinculis hæreas, per denarium obtines libertatem. Porrò animæ in carcere purgatorii constrictæ tenentur, nec inde egredi possunt donec contracta apud Deum debita exsolverint; *usque ad minimum quadrantem*; Sanctissimum autem Sacramentum *Denarius triticeus* dicitur, quia moneta quædam est per quam satisfit Deo, & per quam animæ purgatorii libertatem tandem obtinentes ad cœlestis patriæ gaudia ingrediuntur. Hac tamen expositione prætermissa accipiamus hunc terminum *Denarius*, non tanquam monetam, sed tanquam numerum, de quo Bongus dicit, quod *significet vitam æternam, quam desideramus, & pro qua hic laboramus.* Hoc enim sensu nobis fortasse insinuatur, quod animæ illæ pro quibus à Sacerdote Missa offertur, in ejus virtute, æternam paradisi vitam obtineant. Præterea idemmet Scriptor affirmat, quod *denarius significat consummatam tribulationem, & hac de causa fuerunt decem plagæ Ægyptiorum, ut qui in peccando nihil sibi reliquum fecerunt ad summam malitiam, omnibus punirentur modis, perfectoque pœnarum numero punirentur.* Unde existimo S. Paschasium sactam hostiam hoc nomine *Denarius triticeus* appellando, dicere voluisse, quod dum Deo pro animatum purgantium debitis offertur, cessent mox eorum miseriæ, omniaque tormenta: *Denarius significat consummatam tribulationem.*

Bongus c. de n. 40. fol. 91.

Idem c. de denar.

7. Nullus equidem est qui dubitare possit, quin omnes cæremoniæ, quæ in celebratione Missæ adhibentur, mysticæ sint, easque actiones quæ in passione & morte Christi JESU acciderunt, repræsentent; Ideoque solum unam, eamque præcipuam vobis ponde-

randam hoc loco proponam, nimirum sacratissimæ hostiæ elevationem, dum eam Sacerdos post consecrationem immediatè in altum elevat. Quo fine etenim id fieri existimatis? Dicetis fortassè id fieri eo fine ut Christus Dominus noster, sub speciebus Sacramentalibus constitutus, ab omnibus fidelibus sacrificio assistentibus adoretur, vel ad repræsentandam elevationem agni immaculati quæ ab Hebræis in monte Calvariæ facta est in Cruce. At verò S. Bonaventura ad sublimiores conceptus penetrat; Dicit enim: Ponamus esse duos exercitus inter se acriter prælliaturos, moventur tympana tubæ resonant lituum, vexilla fluctuant per aëra, resplendent enses, copiæ militares rediguntur in suas benè ordinatas acies, fremunt equi, milites moræ impatientes redduntur, mutuis ad certamen se provocant vocibus, urgentur, ituntur, dimicant, globi plumbei per aëra circumquaque volitant, è profundo concavorum metallorum sinu ignis violentia ejaculati. Ferrum hostile generosa ducum animositate dextetimè vibratum, in illo Martis ardentis tempore sævitiei suæ specimen edit, ut sibi super quævis alia metalla crudeliſſimi titulum acquirat: tormenta ænea ab orificio suo in unico momento, horribili cum fragore simul & semel ignem & fumū, fulgura, tonitrua, fulmina, ferreamque grandinem evomentia perterrefaciunt, & in extremam formidinem & confusionem rediguntur inimicum exercitum, ingenti astra nebulæ caligine obvolvuntur, confunditur cum pulvere fumus, dissolvitur in militari acie ordo Mathematicus, commixtisque inter se exercitibus, hic manus cum hoste generosè conserit, ille formidine & pavore plenus, stationes suas multi deserunt, alii pede firmo constanter persistunt, hic ferro graviter vulneratus languescit, ille sanguini proprio innatans exsanguis contabescit, alter inter cadaveta agonizat, alius in terram collapsus equorum calcibus proteritur; Tandem verò terminato conflictu ex una parte Dux generalis exercitus desideratur: utpote adversariorum manibus in captivitatem abductus, ex altera verò parte desideratur major pars militum quæ adversariis cessit in prædam: Illi adversariorum Ducem captivum habentes eundem in vicinum deducunt montem, ut indeab inimico exercitu perspicuè conspici possit, magnis elatisque vociferationibus Ducem suum eis ostendendo, dicunt: Ecce Ducem vestrum generalissimum in potestatem nostram plenè redactum, si illum à nobis redimere, animus fuerit, nostros nobis reddite milites, iis enim in pristinam libertatem denuo assertis vestrum quoque vobis restituemus Ducem; Hacque occasione inter se mutuo pacisentes in eo conveniunt, ut hi milites, illi verò Ducem pristinæ libertati iterum restituant. Enimverò, ô Auditores quamdiu in hac mortali vita degimus, continuam ferè militiam agimus, siquidem *militia est vita hominis super terram*. Ehem à quot inimicis vita nostra oppugnatur! Tribulationes, ob debita perpessi carceres, paupertas, infortunia, infirmitates diuturnæ, fallitiæ, dolores, tristitiæ tanquam veluti in divinæ justitiæ militiam conscripti milites nos continuè obsident: nos adversus Deum per culpas nostras luctamur, Deus autem per supplicia & pœnas acriter prælliatur: Veruntamen certamen istud in morte utrimque terminatur, quando utplurimum videmus militiæ Christianæ addictos milites in carcere purgatorii detineri captivos; Et altera verò parte cœlestis militiæ Dux generalis intra Sacerdotis manus detinetur captivus: ac proinde eo tempore quo Sacerdos sacro altari assistens, cœlestem Principem sub specierum sacramentalium tenuitatis absconditum manibus suis post consecrationem in altum elevat, ipsum audire videor dicentem: Ecce hic ducem vestrum in manibus nostris velut captivum constitutum, si illum recipere desideretis, reddite nobis milites nostros, libertatem fidelibus fratribus nostris restituite, quos in purgatorii carceribus inter acerba tormenta vinctos tenetis. Unde Deus per misericordiam suam defectio nostro condescendens, animas illas liberas esse pronuntiat, easque ab obscuritate tenebrarum ad gloriæ lucem, à pœnis ad gaudia, ex tormentis ad æternæ beatitudinis fœlicitatem pientissimè transfert. Est hic conceptus S. Bonaventuræ hisce verbis expressus: *Elevat ergo Sacerdos corpus Christi in altum, quasi dicat: Ecce quem totus mundus capere non potest, captivus noster est. Ergo eum non amittamus, nisi quod petimus prius obtineamus, & regnum cœleste ab eo accipiamus.*

8. Et revera, in sacrificio Missæ nulla est actio, quæ suum non habeat significatum atque mysterium, quod tametsi ex multis possem exemplis deducere, ex plurimis tamen unum in medium adducam. Scitis igitur, & quotidie videtis quod Sacerdos hostiam consecratam in tres partes dividat, ex quibus duæ majores

super

super pateno collocantur, tertia autem calici injecta commisceatur cum sanguine. Porrò Guilielmus Durandus (in rat. div. off. l. 4 c. 51. n. 4.) dicit, hanc fractionem correspondere divisioni illi, qua Christus in conspectu duorum discipulorum in Emaus euntium panem divisit: *Redemptor noster benedixit panem, & fregit, frustumque discipulis distribuit, & ideò Sacerdos & legem & Christum sequens panem sacrosanctum in tres partes partitur.* Quod verò deinceps una particula in calice, una cum sanguine permisceatur, ideò sum Durandus ideò fieri dicit, nimirum *ad tuendum quod Christi corpus non fuit sine sanguine, nec sanguis sine corpore.* Vel hæc actio *significat veritatem animæ & carnis, quæ in Resurrectione Christi denuò sunt unitæ.* Porrò totum hoc ad majorem hujusce cæremoniæ intelligentiam insinuare volui. Verùm enimverò ad principale punctum de tribus partibus quæ sunt, descendamus. Et quidem S. Bonaventura respondet, nimirum quod prima partitio serviat ad beneficium illorum Christianorum, qui in hac vita inter adversitates vitam ducunt. Secunda quæ in calicem mittitur est pro illorum Beatorum spirituum qui in cœlesti Paradiso gaudent, æterna gloria contestanda: tertia autem pars ait, quod ad illarum animarum utilitatem offeratur quæ in purgatorio inter ardentes detinentur, ut quod citius fieri potest, ab illis incendiis liberentur, atq; ad æternæ beatitudinis gaudia in cœlos abeant: *Prima pars proprie Christianis qui affliguntur & patiuntur: altera reservata in calicem effertur ad laudem & gloriam Sanctorum; tertia pro his, qui in purgatorio sunt, ut à pœnis citius liberentur, absentur & gloria sicut cæteri Sancti perfruantur.* Porrò in tempore passionis & mortis Christi JESU, multa acciderunt admiranda prodigia, prout sacri Evangelistæ referunt, nam Sol obscuratus est, obtenebrata est Luna, tenebræ totam aërem obscuritate sua obfuscarunt, scissæ sunt petræ, dilaceratum est velum, terra contremuit, ipsa quoque sepulchra ultrò citroque aperta sunt, & mortuorum ossa in sepulchris delitescentia inter se reunita sunt. & spiritibus vitalibus revivificata, animæque è Limbo ad illa denuò corpora regressæ eadem ad novam vitam resuscitarunt: *Et monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum qui dormierant, surrexerunt*: Matth 27. Enimverò sacri Scriptores diligenter investigant, quomodo resuscitati processerint, & cujus virtute animæ ad illa corpora informanda redierint; Etenim id naturaliter fieri non poterat, siquidem ut Philosophi docent: *A privatione ad habitum non datur regressus.* Ac proinde hic quidem videtur corporum resuscitatorū effectus, non tamen agnosci potest resurrectionis illorum causa efficiens, Sanctus Matthæus enim solummodo dicit, quod mortui illi resuscitati atque è monumentis suis post Christum resuscitatum egressi fuerint: *Euntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem*, id est, inquit Dionysius Carthusianus ibid. art. 44. In die Paschæ, in qua simul cum Christo resurrexerunt. Unde autem tot corporum resurrectio suam habuit originem? sacram Genesin ingrediamur qualenam præceptum decrepitus, & moribundus Jacob Josepho filio suo imposuerit; Dicit igitur sanctus hic Senecio: Tu nosti affectum meum, quo à die quo in hunc mundum natus es, usque ad præsentem diem, quo cursum vitæ completurus sum, te ô mi Joseph sum prosecutus, in hujus igitur dilectionis recognitionem unicam duntaxat gratiam à te peto, in quam uti spero & desidero, haud gravatè condescendes, nimirum ut verbum quod dicturus sum, posita super femur meum manu tua sanctè te servaturum & adimpleturum esse jures: *Si inveni gratiam in conspectu tuo pone manum tuam sub femore meo, & facias mihi misericordiam & veritatem.* Id autem quod super quævis alia desidero est, ut corpus meum hic in Ægypto sepulturæ nequaquam mandes, sed potius hæc ossa mea in terram nostram, in sepulchrum majorum meorum transferas: *Ut non sepelias me in Ægypto, sed dormiam cum Patribus meis, & auferas me de terra hac, condasque in sepulchro majorum meorum.* Verùm enimverò semper à vitis gerendarum retum expertissimis dici audivi, curandum esse cuilibet, ut eo modo vitam suam instituat, ut animæ post mortem omnia bene eveniant, cæterùm quod ad corpus attinet, parum referre, ubicunque sepeliatur, & sive in aëre, sive in terra, in mari, vel in flammis consumatur pro eodem haberi, & tamen Jacob tantam habet corporis sui curam, ut filius suus sub jurejurando ei promittere debuerit, illud in Chanaan, ubi majores sui tumulati sunt, sepeliendum transferre. Porrò ipsemet Dei Filius ad portas urbis Naim appropinquans, obvios habuit portitores quosdam qui juvenem quendam mortuum in feretro jacentem ad sepulchrum deferebant, multisque

Gen. 47.

Ibidem.

stipati erant, qui valdè eum deflebant, præcipuè verò mater eum deplorabat amatius, utpote quæ nullam consolationem admittere, neque temperare lachrymas, ut dolorem mitigare poterat: *Et ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ*: Dominus igitur pietate erga desolatam viduam motus, illam lachrymas compescere jussit; & propius ad feretrum accedens extensa manu tetigit illud, filiumque mortuum resuscitavit: *Et accessit & tetigit loculum, & resedit qui erat mortuus.* Speculemur in hoc facto, si ita vobis libet, non miraculi substantiam (quia Deus potest facere quod vult, cùm sit Dominus vitæ & mortis: *Mors & vita in manu Domini. Et potest de lapidibus suscitare filios Abrahæ*) sed modum, quo operatus est prædictum miraculum: *Tetigit loculum*: Quid illi opus erat manum loco applicare? nunquid mortuum unico obtutu, vel unica tantum cogitatione resuscitare potuit? Aliam quandam huic non absimilem historiam refert S. Evangelista Matthæus; Nam Salvatorem nostrum à certo quodam Principe rogatum esse scribit, ut venire non dedignaretur ad resuscitandam à mortuis filiam suam quæ paulò ante ex hac vita emigrarat: *Ecce Princeps unus accessit, & adorabat eum dicens: Domine filia mea modò defuncta est*; Dominus igitur ad hanc ei gratiam præstandam non parum propensus, in dicti Principis domum se recipiens ingressus est conclave, in quo cadaver filiæ expositum erat, eamque per manum apprehendens vitæ restituit: *Tenuit manum ejus, & surrexit puella.* Dionysius Carthusianus causam inquirit, cur Filius Dei hanc filiam resuscitaturus, manu puellæ hujus manu sua apprehenderit, qui millenis aliis modis miraculum istud operari poterat. Etenim omnium harum difficultatum intelligentiam ex historia quadam in Regum Libris descripta elicere facili negotio poterimus. Ibi namque de pauperculo quodam homine viatore à latrunculis occiso refertur, eum in sepulchrum quoddam delatum esse, in quod S. Eliseus Propheta paulò ante sepultus fuerat, qui mox ut in sepulchri foveam immissus fuerat, ad contactum corporis S. Eliæi protinus resuscitatus fuit: *Quidam autem sepelientes hominem projecerunt cadaver in sepulchro Eliæi, quod cùtetigisset ossa Eliæi, revixit homo, & stetit super pedes suos.* Quod si igitur ossa alicujus demortui Prophetæ hac virtute prædita erant, quantò magis caro, humanitas, & manus viva Prophetæ omnium Prophetarum Christi Domini nostri eandem habebant? Cujus manifestam habemus experientiam in hujusce Principis filia: *Tenuit manum ejus, & surrexit puella.* Unde Carthusianus dicit: *Quamvis Salvator sine contactu potuerit illam reduxisse in vitam, tenuit tamen manum ejus ad ostendendum, quod sua caro exitit instrumentum unitæ ac operantis Deitatis.* Eandem rationem reddit Sanctus Cyrillus Alexandrinus, ejus quod scilicet Christus filium viduæ suscitaverit tangendo feretrum in quo mortuus jacebat: *Tetigit loculum.* En ipsissima sancti Doctoris verba: *Feretrum tetigit, ut egregiam efficax esse sacrum Christi corpus ad humanam salutem, est enim corpus, vita & caro verbi Omnipotentis, cujus habes virtutem.* Nunc igitur rationem quoque audite cur S. Patriarcha Jacob tanta cum instantia & medio juramento Josephum filium suum rogarit, ut illum in Chanaan juxtæ prædecessores majores suos sepeliret. Est enim doctissimi Abulensis opinio, quod S. Patriarcha lumine divinæ revelationis prævideret, Messiam in illam terram Chanaan venturum, eamque sacratissimo pede suo calcaturum esse, speraritque proinde hunc contactum pedis illius sanctificantis ad terram hanc habiturum esse efficiam, ut omnes Patres in eo loco sepulti inde resuscitandi esset, ob præcipuè tempore quo ipse à morte ad vitam gloriosè resurrectus esset. [Causa autem quare volebat in sepulchro illo sepelii, erat, quia Jacob videbat in spiritu, quod Messias in terra illa conservari debebat, & mori, & resurgere: Credidit ergò quod sicut multa corpora Sanctorum cum ipso resurrectura erant, ita ipse posset cum eis resurgere, & sic teneret ab omnibus Catholicis factum fuisse.] Per quam doctrinam respondetur, at etiâ ad punctum principale primæ difficultis qua quærebamus, cur & quomodo *Multa corpora SS. qui dormiunt, surrexerunt?* virtus enim in eodem loco sepulti corporis Redemptoris nostri, talem terræ viceribus trementibus virtutem indidit, ut per hanc omnia corpora, quæ in distinctu sepulta erant, ad novam vitam resurgerent, *ratione contactus & moralis & virtutis.* Unde Paulus de Palatio resumens resurrectionem corporis per ossium Eliæi contactum, format argumentum *à fortiori* dicendo: [Si cadaver illud vitæ desiderio se Eliæi ossibus adjunxit, ut viveret: quid miraris, si omnia quæ in monumentis jacebant cadavera eodem vitæ desiderio

Luc. 7.

Matth. 9.

4. Reg. 13.

niosa sepulchra resetarent: ut venientem Christi viam susciperent, cujus tactu resurgerent?] Undè si corpus Domini potens fuit ad recipiendum corpora è manibus mortis, utique ejusdem sacratissimum corpus sub speciebus sacramentalibus realiter præsens existens, virtutem sum animabus purgatorii applicando opportunam erit ad illas ex pœnis illis eripiendas, atque in paradisum introducendas remedium. Unde Judocus Clichtoveus: [Si veteri in lege sacrificia & oblationes factæ pro peccatis mortuorum eis credebantur prodesse, nonne potiori ratione sacrificium illud excellentissimum, novæ legis sacrosanctum scilicet Eucharistiæ Sacramentum per manus Sacerdotum in altari oblatum præstat etiam defunctis relaxationem à pœnis, quibus detinentur?]

9. Verùm cùm ubicunque est corpus, ibi quoque *per concomitantiam* sit sanguis, ideò nec ego utrumque in præsenti discursu separatim constituì. Quidnam igitur hucusque à me dictum fuit? Hoc videlicet quod virtus corporis Eucharistici animabus purgantibus applicata, eisdem magno sit auxilio & refrigerio. Idem igitur à nobis de pretiosissimo sanguine in altari per Sacerdotem oblato tanquam certissima & Catholica veritas, affirmandum est. Unde Guilielmus Durandus ait: [Quæ pia mater Ecclesia non solùm pro vivorum etiam pro defunctis: & eos Deo Patri hanc oblationis intercessione commendat, omninò credens, quod sanguis ille pretiosus, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum, non solùm ad salutem viventium, verumetiam absolutionem valeat defunctorum.] Id quod Deus noster nobis in figura significare voluit per illud præceptum quod Israelitis imposuit, quo illis prohibuit, ne sub gravissimæ indignationis suæ reatu animalium sanguinem ullo modo manducarent: *Homo quilibet de stirpe tua comederet sanguinem obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo.* Et ratio est, quia altissimus volebat, ut sanguis nullo alio fine deserviret, quàm pro oblationibus pro animabus hominum immolandis: *Quia ego dedi illum vobis ut super altare in eo expietur pro animabus vestris, & sanguis pro anima piaculo sit.* Enimverò capere haud quaquà valeo, quomodo mortuæ alicujus victimæ sanguis, talem animas ab immunditiebus peccatorum purgandi virtutem habuerit. Scio equidem antiquorum opinionem fuisse, sanguinem puerorum à senibus potatum, vitam prolongandi virtutem in se continere, ut refert Marsilius Ficinus. Porrò Scriptores illi qui secretis naturæ investigandis dant operam, dicunt quidem sanguinem Pelicani ea esse virtute præditum, ut pullos suos mortuos vivificare possit, sanguinem Comit vermis virtutem habere rumpendi ferrum & lapides; sanguinem hirci vim habere ad confrigendos vel diminuendos adamantes, igni pariter & ferro resistendi, sanguinem etiam è dextera Columbæ ala elicitum ad conservandum & recuperandum visum valdè esse efficacem: sanguinem denique humanum radicibus arefactæ arboris applicatum, sufficientem esse ad hoc ut eam faciat reviviscere, & flores in magna copia producere: at verò quod animalium sanguis ad animas nostras lavandas efficaciam habeat, easque ab immunditie peccatis mundare possit, id equidem valdè mihi difficilè esse videtur: Verùm à figura ad figuratum transeamus, sic enim difficultatis nostræ intelligentiam facilè obtinebimus. Ex quo igitur victimæ in veteri Testamento Deo oblatæ, figuræ erant sacrificiorum illorum, quæ in altari celebrari debebant in Testamento novo: utique sanguis animalium illorum agni immaculati tunc in ara Crucis, nunc verò in altari æterno Patri pro peccatis nostris sacrificandi sanguinem repræsentabat; Et de hoc intelligendus erat Deus, quando dixit: *Ego dedi illum vobis, ut super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro anima piaculo sit.* Levit. 17. Loquebatur etenim de sanguine Redemptoris nostri, præcipuè verò sub speciebus Sacramentalibus absconditi. Hinc igitur stabilitur, quod per manum Sacerdotis in altari fiat oblatio pro animabus intra ardentissimas purgatorii flammas detentis: *Dedi vobis sanguinem* (inquit Doctor Angelicus) *id est, sacrificium corporis & sanguini Christi, pro animabus scilicet quæ sunt in purgatorio.* Et hoc sensu Zachariam Prophetam locutum esse credo, quando facinora veracis Messiæ enumerans, de sanguine præcipuè dixit: *In sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu.* Id est, ut explicat quidam Modernus, per virtutem pretiosissimi sanguinis tui, benedictas animas piacularibus purgatorii flammis cruciatas libertate donabis: *quæ verba de animarum liberatione à purgatricibus flammis exponuntur.*

Marsil. Ficin. l. de tuend. valetud.

D. Thom. opusc. 58. de sacr. Alo.

Zach. 9.

Aloysius Novar. in Agno Euch. c. 58 nu. 669.

10. Multi imò infiniti, omnesque mysticæ

eventus

eventus fuerunt, qui in Passione Christi Salvatoris nostri acciderunt. Inter alios unus fuit, permissio traditionis qua Apostolus quidam valdè charus eum Hebræis tradidit & vendidit. Hujus autem venditionis causam investigare desidero. Dicet fortassè aliquis id factum fuisse, ut Judas suam expleret aviditatem, hoc autem sustineri nequit, siquidem Judas datam sibi pecuniam acceptare & retinere noluit, quin potius ad Synagogam denuò reportavit: *Retulit argenteos principibus Sacerdotum, & Senioribus dicens: Peccavi tradens sanguinem justum.* Matth. 27. Imò nec Hebræi pecuniam illam voluerunt recipere: *Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est.* Quo fine igitur venditus est, si nullus comparatum ex illa venditione pretium voluit acceptare? Audite quid ad hoc S. Maximus, Ambrosius & Augustinus respondeant: Christus, inquiunt, se vendi permisit, ut pretium sui adhiberetur ad comparandum agrum quendam pro faciendo cœmeterio, in quo sepelirentur corpora peregrinorum, qui turi morièbantur, quorumque cadavera insepulta sæpe manebant, inter injurias aëris, pluviæ, grandinis, rapacitumque volucrum voracitati aliorumque animalium carnivororum erant exposita: *Emerunt agrum figuli in sepulturam peregrinorum.* Enimverò occasio hic mihi suggeritur interrogandi, quidnam Christus Dominus noster pluris æstimaverit, an corpora nostra, an verò animas nostras? Et quidem probè scio, quod mihi respondeatis, ipsum unicam duntaxat animam incomparabiliter pluris æstimasse, quàm millena, imò centies millena corpora; siquidem illa immortalis est, hæc verò putredo, fœtor, & esca vermium sunt; Quod si igitur filius Dei voluit, ut ad impertiendam corporis mortuorum requiem & honestam sepulturam, applicarentur 30. denarii pretium videlicet sui sacratissimi sanguinis, quis sibi imaginari poterit, quod Deus ad dandâ requiē & Paradisum animabus nostris medium aliquod non adhenerit proportionatum. Vult igitur (inquit S. Augst.) ut iisdem idemmet sanguis suus applicetur, qui à Sacerdote in altari sub speciebus sacramentalibus vini offertur. Nam ejus virtute solutis debitis in hac vita per peccata commissa contractis, è purgatorii carcere egrediuntur, atque ad fruendum Paradisi cœlestis requie destinantur: *Providentia Dei effectum est* (inquiunt supradicti Doctores) *ut pretium Salvatoris non peccatoribus sumptum præberet, sed peregrinis requiem submini-*

Aug. ser. de cœna

strans, ut jam exinde Christus & vivos sanguine suo redimat, & mortuis pretiosa passione prospiciat, ut peregrinis qui sine domo, & sine patria exules jactantur (quales sunt animæ in purgatorio ab æterna & cœlesti patria detentæ) *Requies Christi sanguine provideatur.*

11. Latro bonus in patibulo doloroso Crucis suspensus, atque de Divina misericordia confisus, jam jam exspiraturus ad Filium Dei in Cruce etiam moribundum & languentem sese convertit, & Paradisum ab eodem expetit dicens: *Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.* Et ecce eximiam hujus latronis felicitatem, siquidem in morte præmium illud obtinuit, quo se in vita indignum reddidit: Christus enim hanc ei egregiam præstit, ut ei diceret: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso*; quasi diceret, gratiam illam, quam nunc tibi polliceor executionem hodie assequeris. Etenim hac in re duo præcipuè considerari merentur; Primum est substantia: alterum verò circumstantia quædam. Quoad substantiam magnum quid mihi esse videtur, audire latronem ad quem obtinet Paradisum, qui pro tot tantisque sceleribus centies promeritus fuerat infernum: Quantum verò ad circumstantiam attinet, quæ in hac dictione *Hodie*, consistit, mirum est, unde tanta nascatur sollicitudo? *Hodie*? cur non cras? Etenim ut ipsa quoque Justitia punitiva suo jure non fraudaretur, sed vim suam expedite exereret, convenire videbatur, ut prius aliquod genus condemnaretur pœnarum vel supplicii, non verò subitò transmitteretur ad Paradisum prius inquam pro tot culpis commissis aliquem præstaret satisfactionis actum, non verò Divina misericordia subingrediens, illiquorum impetraret remissionem. Minime, minime; nolo enim tot pœnas, nolo tot satisfactiones, ab eo præmitti: *Hodie, hodie mecum eris in Paradiso.* Quod si hujus tam pulchræ difficultatis solutionem desideramus, observandum nobis est, ex qua parte latro ille justus crucifixus fuerit? ad dextram Christi; & bene quidem, ei namq; tanquam electo dextra debebatur, alteri verò sinistra, tanquam proscripto. Attenti igitur estote, à dextris quoque Longinus stetit, quando lanceæ ictum Christi Salvatoris nostri lateri impegit; Et quid inde subsecutum fuit; *Exivit sanguis & aqua.* Ille igitur pretiosus sanguis, quin illo latere in promptu

prompte erat ad ictum lanceæ tanto cum impetu foras egressus fuit (ad eum fere modum quo ejus ab experto quodam Chirurgo aperitur brachii alicujus vena grossa & sanguine tumida sanguis ingenti cum furia promanare cernitur) ut ipsum quoque boni latronis corpus gurtis aliquot conspersérit; atque ideo pretiosissimi illius sanguinis modicæ guttulæ talem in se virtutem esse probarunt, ut animam ejus ab omnibus pœnis tot furtis & homicidiis ab eo perpetratis debitis liberarint. Unde Hugo Ætherianus ad meum propositum concludit dicens: *Sacratissimo sanguine Latro ille conspersus est, ipsis Angelis velocior salvus est, ideoque in ictu oculi cum ipso Salvatore Paradysum intravit.* Nunc igitur argumentum quoddam *à fortiori* efformemus: Quod si sanguis Salvatoris in propria specie animæ cujusdam adeo perversi peccatoris applicatus, causa fuit, quod Paradysum confestim obtinuerit, quanto magis dicendum erit, quod animæ in gratia Dei consistentes eodem prorsus die in cœlum evolent, quo sanguis Salvatoris sub speciebus Sacramentalibus illis à Sacerdote applicatur? Videtur etenim mihi Filius Dei talibus animabus eo in casu dicere: Hodie pro vobis in altari sanguis meus offertur, hodie quoque è tot pœnis quas in Purgatorio patimini, egrediemini, eritisque mecum in Paradyso: *Hodie mecum eris in Paradyso.*

11. Ex diversis Historiis, & variis ipsorum defunctorum demonstrationibus & testimoniis facilè conjicere possumus, quantæ utilitatis hæc suffragia corporis, & sanguinis Salvatoris, quæ à Sacerdote pro illis in Missa æterno Patri offeruntur. Guilielmus Durandus de certo quodam Abbate refert, hunc suis Monachis prohibuisse, ne in die Dominico Missam pro defunctis celebrarent; sed quid factum est? *Mortui propter hoc durissimis verberibus eum afflixerunt, & ideo prohibitionem hujusmodi revocavit.* Nullosne quidem invenire scio, qui mortuis benefacere verent, bene tamen firmiter teneo multos esse qui sive ex obligatione charitatis, sive ex legatis, defunctis benefacere obstringuntur, & tamen illud facere seu exequi vel obliviscantur, vel differant, vel omnino omittant. Huc adsis ô vir juvenis, nunquid Pater tuus moriens in Testamento suo te obstrinxit, ut tantam pecuniæ quantitatem tali dares Ecclesiæ? Imo verò ô Pater, sic est. Adimplestine voluntatem Patris? Minimè. Sed à quanto tempore jam mortuus fuit? Sex, octo, vel decem annos, O fili inique! ô creatura erga misetam defuncti Patris tui animam crudelis & impia! Nunquid vides quod tua in adimpletione voluntatis suæ mora, causa sit, cur anima illa bonis illis privetur, quæ congruum pœnis suis futura essent remedium? *Propter hujusmodi tarditatem tardantur orationes & sacrificia, quæ fierent pro anima defuncti, ex quibus plurimum juvaretur: Ergo ex hujusmodi tarditate patitur detrimentum.* Estque hæc doctrina sancti Thomæ. Optimè igitur sanctus Pater noster Augustinus dicebat: *Clamant quotidiè qui jacent in tormentis; Clamant, & pauci sunt qui respondeant: ululant, & non est qui consoletur eos. O quam grandis crudelitas & inhumanitas! Clamant ad quos quotidiè, qui dum vixerunt, multa mala pro nobis sustinere voluerunt, nec eis subvenire curamus.* Et tamen verum est, inquit idem Magnus Pater noster, quod si jumentum aliquod in foveam caderet, de eo extrahendo sollicitudinem & industriam adhibituri essemus, & tamen est jumentum aliquod, nec alii malo obnoxium, nisi quod in foveam prolapsum fuerit: Illis autem miseris animabus, quæ inter flammas expiantur, nullus est qui ad illis in tantis necessitatibus succurrendum se convertat aut moveat: *Cadit Asinus, & omnes eum sublevare festinant, sed clamat in tormentis fidelis, & non est qui respondeat.* Atque ideo ô Patres & Matres optimum vobis consilium futurum esse existimarem, ut modo dum sani estis pro animabus vestris expiandis solliciti sitis, & nolite expectare donec id per filios vestros fiat post mortem vestram; certi etenim estote, quod nullam vestri deinceps post mortem sint habituri memoriam, potius de aliis omnibus curabunt, quam ut legatis à vobis illis impositis satisfacere studeant. De quodam Patrefamilias Discipulus refert, quod in condito à se testamento multa legata pia ordinaverit, à filio suo post mortem expedienda. Abierunt igitur Religiosi, & quod Pater illis pro bono & salute animæ suæ Eleemosynæ loco in Testamento dandum ordinaverat, à filio suo frequenter efflagitarunt. Qui se nec jota unicum illis unquam daturum esse respondit, sed dixit: Vel Pater meus in Inferno est, vel in Paradyso, vel in Purgatorio: Si est in Inferno legata hæc eum juvare nequicquam poterunt, quod si vero est in Paradyso talibus suffragiis opus minimè habebit: Quod si vero est in purgatorio: *Debet solvere pœnas sufferendo usque ad novissimum quadrantem:* Et postea concludit: *Illa ergo bona serm. 103; temporalia,*

D. Tho. quodl. 6. a. 16. n. 10. ibid sed contra.

August. adm 4. ad FF.

Aug. ib.

Discip. in Dom. 9. post Trin.

temporalia, quæ jure hæreditario possideo, non sic sub dubio pro animæ ejus expendam, sed torqueatur, usque dum purgabitur. Poteritne crudelitas major hac filii adeo impii in suum parentem ejusque animam in Purgatorio existentem.

13. Verum enimvero iterata vice verba illa à S. Patre nostro Augustin. superius citata repetamus: *Nec eis subvenire curamus.* De egregio viro quodam legi, qui morti vicinus Testamentum condidit, omnesque suas divitias filio suo tanquam hæredi reliquit, cum certa tamen quotundam onerum expediendorum conditione expressa, verbi gratia, ut varias puellas nubiles dotaret pro matrimonio, multa quoque per annum Missæ sactificia pro eo celebrari faceret, tot centena scuta tali vel tali hospitali & Xenodochio enumeraret: Mortuo igitur patre Testamentum referabatur à filio, qui multa variaque sibi imposita esse legata intelligens, neque illa adimplere unquam intendens, hanc subtus sepulchri lapidem inscriptionem exsculpi curavit.

Durus Durandus manet hic sub lapide duro
Quod ipse non fecit, nec ego facere curo.

Id est, Durus appellabatur Pater meus, qui sub hoc lapide quiescit sepultus, eratque ex familia Durandus, hic pro beneficio animæ suæ varia reliquit expedienda legata, quæ cum ipse pro se non expedierit pro eo tempore quo vivus erat, nec ego eadem expedire curabo eo jam mortuo, ut verificetur de me dictum illud Augustini: *Nec eis subvenire curamus.*

14. Nec est quod mihi replices, id quidem ab illis filiis fieri posse, qui omnis prorsus affectus & amoris erga parentes suos expertes esse noscuntur; non autem id de tuis posse filiis præsumi: Etenim nescio an filii tui majori te prosecuturi sint affectu, quam fuerit ille quo Apostoli suum sunt Magistrum prosecuti; qui dum discipulis mortem suam prædiceret, non multum eâ auditâ fuere consternati, imo verò mox inter se contendere & rixari cœperunt, quis eorum in ejus locum succesturus esset, aliisque omnibus præemineret: *Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse major?* Super quæ verba B. Thomas nostet à villa nova dicit: *Ecce Dominus, propinquus erat Passioni, & oblitipassionis Domini de principatu litigabant.* Tu quidem tibi imaginaris filios magno fletu & lachrymis mortem tuam lamentaturos, deque salute tuâ promovenda sollicitos futuros esse, sed graviter erras, ipsi namque ridebunt, eò quod divitiarum earum absoluti facti sint Dominii & litigare inter se incipient, quilibet majorem vel meliorem hæreditatis partem sibi vendicando, & intra quatuor annos dissipando, quicquid tot annis atque improbis laboribus congregare studuisti. Ac proinde meum velim sequatis consilium; Noli spem in amicos, parentes, aut filios tuos, sed bene de animæ tuæ hoc eodem tempore & hora qua vivis & vales; Et ad minus animas vestras orationibus aliorum adjuvate, quas merito juvare valetis. Dixi, orationibus, quia hæ plurimum valent & æstimari debent, & magnam iis pro quibus effunduntur utilitatem adscisci. Petro de B. Gelasio Abbate Cistertiensi legitur, certum quendam nobilem ei cumulum quendam pecuniarum Eleemosynæ loco donasse, ad hoc ut pro tali Eleemosyna, suffragia aliqua mortuis impenderet. Receptâ igitur Eleemosyna, Beatus mox genua flexit, & Psalmum *De profundis* de voté recitavit. Quod nonnemo ex servitoribus nobilis illius videns & audiens subridendo dixit; Pro tanta pecunia tantilla oratio, qualis est Psalmus *De profundis* recitatur? Ego eandem orationem pro tanta pecunia millies decere vellem: *Non semel tantum sed millies pro tanta argenti copia Psalmum repeterem.* Cui mox Beatus respondit: Utrum plutis valeteexillinæ ex hisce ambobus? Orationem sive Psalmum *De profundis*, an vero pecuniam? Morque cum ea pauliſper expectare à se jussò Libram quandam produxit, in cujus una lance pecuniam, in altera vero Psalmum in charta quadam descriptum collocavit: (Mirum dictu, charta illa instar ferri ponderosa cum impetu ad terram usque descendens, argentum quod mole & numero multum erat, quasi levissimam paleam elevat, sicque omnibus cernentibus & admirantibus mansit. Quando igitur non est vobis commodum, ut curetis dici pro defunctis vestris Missas, ad minus eisdem per orationes succurrite, maximè cum ut modo audivistis, unicus tantum Psalmus tanti sit valoris; Enimvero si mortuis per orationum suffragia succurrere tenuis; Audi casum summe stupendum qui te merito rubore & confusione replebit. Refert igitur sanctus Vincentius Ferrensis: Dæmonem Angeli boni forma indutum ad Eremitam quendam in desertum concessisse, eique ficta quadam pietate persuadere tem aliquam contendisse, sed quamnam illam fuisse existimatis? Num forte ut terga solitudini verteret, seque

Luc. 22.

B. Tho. à Vil. nov. in com. Ia- cob. Apost.

seque ad conversandum cum sæcularibus ad civitatem recipiat? aut ne sibi mortem tanta austeritate conciliaret, suasit illi majorem in abstinentiis discretionem? Minimè, sed simulata quadam pietate eum rogavit, ut pro nonnullis nautis in naufragio quodam paulo ante submersis, nunc vero in purgatorii piacularibus flammis constitutis suam ad Deum orationem faceret. Ita ipsissima sancti Vincentii verba: *Nota de illo Eremita, cui Dæmon apparebat in forma boni Angeli dicens: Talo navis submersa est: Ora pro animabus quæ sunt in purgatorio.* Per quod additum exemplum aliud tibi persuadere non moliar, nisi quod ipsemet Dæmon pietatem aliquam sibi fictam erga animas illas exhibeat, & vos adeo immanes & crudeles eritis, ut iisdem animabus nec simulatam nec veram exhibeatis? Ipsomet igitur Dæmone crudeliores & inhumaniores eritis? O utinam cœlum talem a Christianismo abominabilem & detestabilem unam avertat. Et quidem si hactenus animarum mortuorum veltrorum immemores fuistis, eas quæso hodie vobis in memoriam deinceps revocate, per suffragia prædicta eos adjuvando. Velim autem vestras pariter & animum angustis, indubie namque lamentabiles earundem animarum voces percipietis, quibus vos ad pietatem commovere satagunt, ut aliquod talem suffragii genus in earum sublevamen porrigere non dedignemini. Nunquid igitur eas misereclamantes auditis? *Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Quæ verba Hugo Floriacensis sermone primo de Animabus ita interpretatur: Clamant Fideles defuncti: *Miseremini mei pro nobis orando, & miseremini mei pro nobis Eleemosynas largiendo.* Hanc igitur illis consolationem pro tantarum pœnarum aliquali sublevamine eis subministrate; Eleemosynam aliquam eis dispensate; nam si eas liberati divina Clementia ita disponente contigerit, eisque si-
Job 19. mul tis sive paucis æternam dare gloriam decreverit, certi estote, quod ad contestandam suam erga vos gratitudinem Deum quoque pro vobis rogabunt, ut ab omnibus vos malis, nec non immensis corporalibus & spiritualibus liberet.

Nostra supplicatione liberati in gloria recepti juvabunt nos suis afflictionibus & orationibus sanctis inquit idemmet Hugo.

15. SCio equidem quod pietate & compassione erga animas purgatorii moti dederitis Eleemosynas, & insuper prompti atque parati sitis iisdem subvenire per orationes, Missarum sacrificia, & alia ejusdem generis suffragia, ac proinde curiosi esse videmini, ut aliquam vobis occurrentem difficultatem resolvam, eaque ni fallor, hæc est: Certum etenim est animam quæ est in purgatorio, capacem esse ejus boni quod in ejus obsequium, commodum & utilitatem præstamus, neque quoad hoc aliqua superest difficultas. Punctum autem hujusce difficultatis in eo consistit. Quod si anima quædam (quod tamen Deus clementer avertat) esset in inferno, adeoque suffragiorum sanctæ Ecclesiæ percipiendorum incapax esset, & consequenter illa tali animæ applicata vana essent & frustranea. *Nam qui sine fide operante per dilectionem, ejusque Sacramentis de corpore exierunt, frustra illis à suis hujusmodi pietatis officia impenduntur,* ut docet Magister sententiarum. Vel si talis anima foret in paradyso, ibi nostris suffragiis nullo modo opus habebit, ut docet S. Thomas hisce verbis: *Injuria est in Ecclesia orare pro Martyre, cujus nos debemus orationibus adjuvari.* Ergo suffragia quæ animæ alicujus alibi quam in Purgatorio existenti applicantur superflua erunt. Respondeo ad hoc primo cum S. Augustino, qui dicit *quod dimittas incertum, ut accipias certum* cum igitur incertum sit, & scire nequeamus an talis anima in cœlo sit, an vero in Inferno, certum vero sit talem animam vere fuisse peccatricem, ac proinde nesciamus *utrum æternam gloriam meruerit possidere*, audi conclusionem ejusdem sancti Patris nostri, qui dicit: *Ergo dum certus non sis, quod nec damnati sint, orare pro eis non differas, quia bonis tuis non indigent, qui beati sunt, & mali non obtinent, quia damnati sunt.*

Mag. sent. in 4. dist.

D. Thom. in 4. dist.

Aug. tom. 10 ser. 44.

16. Et enim si hæc responsio tibi difficilis esse videatur, ecce tibi pro ejus facilliori intelligentia sequentem scripturæ passum, qui similitudinis loco inservire poterit. Cum Noë sciendi percupidus existeret an aquæ diluvii cessassent, an vero non, scitis hanc ab eo excogitatam fuisse inventionem, ut scilicet columbam quandam veluti veritatis istius investigatricem ex arca dimitteret; Prima quidem vice dicit sacer textus, quod *Cum non invenisset ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad arcam.* Ita quoque bonum illud opus quod pro anima aliqua in Infernum

Gen. 8.

condemnata facis, non inveniens subjectum cui utile esse possit, quasi Columba à te emissa ad te denuo revertitur, id est, in tuam cedit utilitatem, ac proinde benè David dixit: *Oratio tua in sinu tuo convertetur. Quia suffragia quæ pro aliis fiunt, facientibus prosunt*, ut inquit Doctor Angelicus. Secunda autem vice columba ad Noëmum rediit, adferens in rostro suo ramum olivæ, signum pacis: *Venit ad eum ad vesperam portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo*, quod diluvium cessasse demonstrabat. Eodem igitur modo quod si anima illa fuerit in Paradiso, oratio, Eleemosyna, jejunium quod facis, vel Missa quæ pro ea celebratur, ad te denuò revertitur, tibi pariter indicans diluvia pœnarum quoad talem animam cessasse, ideoque per olivam pacis gloriæ serenitatem tibi demonstrat. Tertia autem vice Columba ad arcam amplius non rediit: *Quæ non est reversa ultra ad eum.* Quod idem est, ac si diceretur, cum bonum illud opus pro animabus purgatorii factum sit, eæque illius fructus percipiendi capaces existant, ideo in illis verè quiescit, utpotè qui magnam exindè percipiunt utilitatem, vel mitigando pœnas vel ut ob illud totaliter à Deo liberentur. Porrò id quod hactenus diximus appositè per Joannem Cluniacensem confirmatur, dum ait: *Per Columbam quæ habet gemitum pro cantu, intelligimus devotam orationem: quando aliquis orat pro mortuo damnato, tunc mittit columbam, quæ redit ad Dominum suum, eo quod non invenit ubi pes requiescat. Quando orat pro anima alicujus salvati, tunc mittit secundam, quæ redit ad Dominum suum, & affert ramum olivæ, in quo notatur, quod anima illa habuit misericordiam à Deo, & quod aquæ, id est, tribulationes purgatorii cessaverunt ab illa. Quando verò orat pro illo, cujus anima est in purgatorio, tunc mittit Columbam, id est, orationem, quæ non redit, quia illa benè invenit, ubi pes ejus requiescat.* Ecce tibi nunc solutam tuam difficultatem, per doctrinam S. Augustini & Joan. Cluniacensis.

Psal. 34. D. Thom. ubi supr.

Io. Cluniac. serm. 1. de defunct.

17. Enimverò alia quædam circa hodiernum Evangelium mihi occurunt, ad easdem purgatorii animas spectantia. Etenim Christus interrogat in quo loco Lazarum sepelierint: *ubi posuistis eum. Dicunt ei, Domine veni & vide.* Dicat hic aliquis; Christus multum sibi hic videtur præjudicare, dum se exhibet velut ignorantem ubi sit Lazari sepulchrum, aut si novit omnia, utpotè scientiam habens infinitam, cur interrogat, ac si nesciret? Respondet Theophylactus. *Interrogat non ut ignorans, sed potius quia voluit Thom. ut in miraculo resurrectionis Lazari circumstantias ea, quod, concurrerent Christo ad minus precibus & orationibus suis cooperantes:* Verum vult omnia ab eis discere, ne seipsum miraculo temerè ingerere videatur, sed exoratus facere. Per hoc nobis insinuare volens, quod tametsi Deus animas purgatorii absolutè liberare possit, vestra tamen suffragia, nec non & orationes nostras ad id concurrere velit.

18. Adhæc cum Filius Dei ad sepulchrum Lazari venisset turbatus spiritu amarè flere cœpit *Infremuit spiritu, turbavit semetipsum, & lachrymatus est Iesus.* Cur super illo mortuo plorat, sciens se eum resuscitari posse & velle? cur de morte ejus turbatur, quem per vitæ restitutionem lætificare decreverat? forte ideo flevit, ut circumstantium corda aqua lachrymarum emolleret? Audite S. Cyril. Alexandrin. *Flebat eum Dominus pro parte humanitatis, quem resuscitaturus erat per potentiam Divinitatis.* Per fletum hunc hominem se, id est, erga mortuum Lazarum benignum probare voluit, ut disceremus animabus defunctorum per orationum suffragia ex compassione succurrere, idque quoad à nobis citius fieri potest, & sine ulteriori de mense in mensem, & de anno in annum dilatione, siquidem ubi major urget necessitas, ibi promptius majoriquecum sollicitudine adferri debet subsidium. Quænam autem necessitas major esse potest illa, cui subjacent animæ purgatorii? igitur quod à nostris suffragiis præstolari possunt bonum retardari nequaquam debet. Unde Gretscherus ait: *Naturale est homini citius subvenire magis afflictis: sic etiam animabus in purgatorio existentibus propter gravissimas afflictiones computi debemus.* Hanc sollicitudinem à duabus Lazari sororibus Martha & Magdalena velim ediscamus. Quarum ea mox ut intellexit Christum in via esse ut domum suam ingrederetur, nequicquam ei obviam procedere distulit: *Martha ergo ut audivit, quia Iesus venit, occurrit illi.* S. Petrus Chrysol. Marthum Christo obviam procedentem cucurrisse dicit: *Mulier currit.* Ecquænam autem hæc est Martha incivilitas ut per plateas publicas curret? Potiùs de Magdalena pariter legitur, quod dum ei domi in tristitia & mœrore animi sedenti supervenions soror ejus Martha, Dominum suum in via esse nuntiaret, illa cognatos & amicos solatii dandi causa illi præsentes dereliquerit, & concito gressu obviam ei processerit: *Illa ut audivit, surgit cito, & venit ad illum.* Sed quorsum hæc

spectat tanta harum mulierum festinatio? Cur non sensim & sensate progrediuntur? Etenim pro hujus facilliori intelligentia observanda est laudabilis quædam S. Matris Ecclesiæ consuetudo, cujus mentionem facit Guilielmus Durandus, qui dicit, quod si Anniversarium quoddam pro anima alicujus defuncti in die Dominica celebrandum occurrat, contrarium faciendum esse quod Ecclesia facere solet in translatione festi alicujus sancti, cum enim officium de tali sancto celebrandum differatur ad diem sequentem non impeditum, Anniversarium tamen defuncti non debeat differri in diem sequentem sed potius præferri, seu præponi in diem quæ Dominicam immediatè antecedit: *Anniversarium sancti, erit in die Dominica, vel in aliqua ceteram solemnitate, non debet trahi ad sequentem diem, prout fit in festis Sanctorum, sed fiat in die præcedenti.* Ratio hæc est, *ut citius occurratur pœnis defunctorum quæ in purgatorio sustinent.* Et hinc quoque fit, quod Martha *currit*, & Magdalena *sedet eito*, ut scilicet nobis per hoc insinuent, quod quando agitur de beneficiis vel suffragiis mortuis impendendis, prouti hæ duæ sorores defuncto fratri suo facere intendebant, cavenda sit omnis mora sive dilatio, maximaque cum sollicitudine ad Dominum recurrendum esse: *Ut omnes amputantes moram celerius ad Christum venientes, fratris mortem miserationis affectu nunciemus.*

9. Adhæc mortuis impendenda suffragia, non solum cum sollicitudine, verum etiam cum assiduitate singulari expediti debent; non vero secundum eam morem nonnullorum, qui postquam unam Missam pro defuncto celebrari curarunt, abunde se satisfecisse existimantes, ab omni ulteriori illis bene faciendi conatu deinceps desistunt. Porrò Dionysius Carthusianus dicit, non esse prætereundum vel unicum diem sine expressa & efficaci defunctorum Fidelium memoria: *valde decens & pium est, ut quilibet Christianus etiam quolibet die aliquid boni agat pro universis fidelibus defunctis,* Idemque Salvator noster persuadere voluisse videtur per diversorum actuum frequentiam, quos in resurrectione Lazari exercuit, quia nunc *infremuit spiritu*; nunc *lachrymatus est*, nunc *venit ad monumentum*, nunc *elevat sursum*; nunc æterno Patri suo gratias refert: *Pater gratias ago tibi quoniam audisti me*: Demum vero *Clamavit voce magna, Lazare veni foras.* Id quod B. noster Simon Cassianus considerans dicit: *Ingeminat actus, & iterat actiones.* Idque nobis in documentum esse debet, quo instruimur, quod ab actibus charitatis erga mortuos nunquam cessare debemus, sed *Ingeminare actus, iterare actiones.* Ita fecere amici Neronis, licet gentiles essent, dum ejus sepulchrum novis semper floribus conspersérunt: *Non defuere qui per longum tempus vernis æstivisq; floribus tumulum ejus ornarent.* Ita Ovidius morti proximus Conjugem suam rogavit, ut mox sibi exequias & funeralia celebrari curaret:

Tu tamen extincto feralia munera semper
Deq; tuis lachrymis humida thura dato.
Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis
Sentiet officium mæsta favilla pium.

Exempla hæc instar calcarium nobis deservient quibus ad benefaciendum & succurrendum animabus Purgatorii desolatis, illaque obsequia & suffragia continuanda sollicitemur; Interea præsentem discursum hisce S. Patris nostri Augustini verbis concludo. *Festinemus ergo ô fratres pro defunctis exorare, & ipsi festinent nos ad se vocare.*

Dionys. Carthus. in comm. anim.

B. Simon Cass. l. 5. c. 15. in Evangel.

Sueton. in Nerone.

Ovid. l. 3. Trist. Eleg. 3.

Aug. t. 10. serm. 44. ad FF. in Eremo fol. 301. col. 2. l. E.

SERMO XXVIII.

IN DOMINICAM PASSIONIS.

Quis ex vobis arguet me de peccato, Joan. cap. 8.

1. CHRISTUM Dominum Redemptorem nostrum, non solum innocentissimum & impeccabilem fuisse, sed neque quidem fomitem vel propensionem aliquam ad peccandum habuisse, certissimum est apud omnes Theologos, omnibusque qui sacra Catholicæ fidei dogmata inviolabiliter profitentur, prorsus est manifestum; idque ob multas

Tolet. in c. 8. 10. adnot. 19.

Aug. l. 4. de cons. Evang. c. 10.

rationes, ſpecialiter, *quia peccare naturæ non eſt, ſed perſonæ* (inquit Cardin. Tolet.) *cum igitur illa perſona eſſet divina, & ille homo Deus verus eſſet, peccare nulla ratione poterat.* Sicut etiam (ita enim docet S. Auguſt.) *Chriſtum Deum vidiſſe ab inſtanti Incarnationis, & animam ejus divinam eſſentiam apertè intuitam eſſe*, quæ ſunt proprietates tales quæ impeccabilia reddunt ſubjecta illa in quibus inveniuntur. Atque ideo ſi reſpectu unionis Hypoſtaticæ, & viſionis beatificæ ſanctiſſimus erat, quænam igitur eum urgebat neceſſitas ut hodie ad hoc ut ſe talem eſſe oſtenderet, veſte ſe innocentiæ ſuæ veſtiret, pulchrum illius candorem exhibendo iis, qui eum accuſabant, dicendo. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Quis unquam lynceus oculus vere reprehendere potuit irreprehenſibiles ejus actiones? Quænam auricula adeo expurgata unquam fuit, quæ dicere poſſit ſiniſtrum ſe de eo verbum vel minimum rumorem audiviſſe? Quis unquam criticus ſine paſſione vel minimum in toto vitæ ſuæ curſu nævum obſervavit, vel geſtum aliquem incompoſitum, qui aliquam quantumvis minimam emendationem poſtularet? (Habet hoc verbum Chriſti magnam fiduciam, cum nullus hominum fiducialiter hoc dicere potuerit, niſi ſolus Dominus noſter qui peccatum non fecit, inquit Orig. Quonam igitur ſine comparet in templo chlamydem Herminii & puritatis candorem publicè exhibendo? Enimverò ad illam reſpiciatis antiquorum Romanorum conſuetudinem, & ſubitò præſentis difficultatis habebitis ſolutionem. Quiſquis enim à Senatu Romano aliquod honorificum prenſabat ſeu prætendebat officium, obligabatur in congreſſibus publicis comparere habitu quodam albo indutus, ac proinde quamdiu in illa perſeverabat, prætenſione candidati titulo inſigniebatur, ut refert Alexand. ab Alexandro. *Candidatorum mos fuit, cum comitia fiunt, & in ſuffragium cives vadunt, in candida veſte ſine toga in campum deſcendere.* Id quod etiam Blondus confirmat, dicens: *Rationem ſolam fuiſſe conſtat deferendi candidam veſtem, ut petituros inſignes magiſtratus oſtenderet alba veſtis.* Hac veſte veſtitus Cato qui major dicebatur comparuit, quando concurrente M. Attilio prætendebat conſulatum: veſtem quoque albam ſibi impoſuit Claudius ad aſſequendum prætenſionis ſuæ intentum, prouti videri poteſt apud Titum Livium. Unde ex quo Salvator noſter hodie in conſpectum totius populi egreditur, veſtitus, ut videris, candida veſte extrinſecus, & intrinſecus nivea innocentiæ veſte indutus, dicendo: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* hinc firmiter mihi perſuadeo, eum per hoc velutidicere voluiſſe, cum puritatis meæ candor nivem liliorum albedinem ſuperet, cur non inter eos connumerari prætendam, qui ad dignitates aſpirant & anhelant. Tunc ô veriſſimum bonum meum candidatus videri vis? quiſnam igitur ſi honor ille in quem te deſideriorum tuorum aſtruunt? Num fortè tanquam ſupremus Legislator Moſaicam legem abolere, & aliam quandam quæ Religionis Chriſtianæ ſpectet incrementum ſtabilire deſideras? Nequaquam, quia *Non veni ſolvere legem ſed adimplere?* Aut prætendebas tanquam civis Judææ conformiter aliis nobilibus in publicis privatiſque Synagogæ conſiliis admitti, tanquam conſultor inter Rabbinos, atque civitatis præeminentias ambire? Nec hoc de eo dici poteſt, ſiquidem Propheta dixit: *Conſilium ejus non eſt cum impiis.* Cur igitur candida innocentiæ veſte te hodie induis, & veluti candidatus aliquis omnium te oculis exponis? quænam ſunt prætenſiones tuæ ô mi benigniſſime Salvator? Habebat Hebræorum populus vacans quoddam officium, ſive dignitatem diſcuſſandam, nimium eſſe magnum Commendatorem S. Crucis; atque ideo velut candidatus hodie in publico comparet, qua ad hoc officium adſpirabat, ſeque illius prenſatorem eſſe manifeſtè declarabat, utpotè dignitati ſibi quàm maximè debitæ, & oneris humeris ſuis quam maximè proportionati. Unde S. Epiſt. Syrus exclamavit. (O ineffabilem immenſamque bonitatem benigniſſimi Dei, qui tam magna tamque præclara munera humano generi Crucis indulſit vexillum.) In præſenti itaque diſcurſu favente Spiritu S. videbimus, quantum Chriſtus hoc officium deſideraſit, cur illud adeo expetierit, & quinam illum impedire conentur ne illud aſſequatur, ſpoliando eum candida innocentiæ & puritatis ſuæ veſte. Non tamen omittam vos monere Crucem proprium eſſe ſilentii ſymbolum, ac proinde quando S. Hieronym. ſilentium obſervari volebat: *Crucis ſignum pingebat in labiis.* Vos quoque ſimiliter facere dum ego materiam propoſitam proſequi incipio.

Orig. ibid. in cat. D. Thom.

Alex. ab Alex. l. 4. dier. g. c. 3. f. 1, 4.

Blond. Flav. c. 2. Rom. triumph. Tit. Liv. 41.

2. Vanitas eſt crucem Jeſu Chriſti illis prædicare qui proximi ſunt præſcitis æternæ damnationis; illis panique gratius foret ſi de mundanis obſcœnitatibus cum illis ſermocinaretis. Nobis autem qui gradimur per viam ſalutis, quæ

que ope divinæ misericordiæ eandem consequi speramus, gratius nihil dici potest, quam si de iis agerut discursibus qui in SS. Crucis gloriam redundant: *Sermo Crucis* (dicebat S. Joan. Damasc.) *iis qui pereunt stultitia est, nobis autem qui salutem reperimus, virtus Dei.* Illam Crucem deliberat Dominus, in cujus virtute *Mors primi parentis destructa est, peccatum solutum, Infernus spoliatus. Resurrectio donata, porta Paradisi patefacta, & nos filii Dei & hæredes facti sumus*, inquit idemmet S. Christus: ad nihil adeo ardenter aspirat, sicut ad affectionem Crucis; sine Cruce non videtur esse contentus; quia in sola Cruce suam invenit quietem. Liceat mihi vestra venia, ô Auditores (ex quo S. Epiph. nomen Crucis Matre concessit dicens: *Dico Mariam esse cælum simul & Crucem*) liceat inquam mihi ut ego vicissim Cruci unum eorum titulorum attribuam, quibus S. Patres Mariam honorare solent; inter quos S. Bernard. eam centrum Dei appellat: *Maria est centrum Dei*, quod epithetum etiam aliqua ratione Cruci debetur: *Crux* etenim *est centrum Christi.* Idque non tantum ideo, quod sua Maria in utero suo clausit verbum incarnatum: ita quoque Crux intra sinum suum sublimavit Christum crucifixum & passum. Venim etiam ob alias causas longe sublimiores.

1. Sponsa cælestis devota quadam curiositate minime desiderabat, ubinam Sponsus suus in Cant. 1. meridie pasceret & cubaret: *Indica mihi ubi pascis, ubi cubes in meridie*, vel ut alii legunt: *ubi quiescis in meridie*, videte mirum sponsæ hujus genium. Cur obsecto non desiderat potius scire ubi laboret vesperi sub crepusculum, aut manè summo diluculo, sed tantum ubi quiescat in meridie: forte id quærit quia hora illa æstivo tempore inter omnes alias molestior est? aut forte de illo *ubi* quærit, quod habuit, quando extensus erat in cruce; de illa inquam *meridie* sub qua hora sexta *Tenebræ factæ sunt super universam* Luc. 23. *terram*? Hoc autem opinione mea sustineri non potest quia dicit *ubi pascas, ubi cubes*, vel *ubi quiescis*; in cruce autem erat inter dolores, non inter cibos, non fruebatur ibi quiete, sed pœnas patiebatur & angustias. Atque ideo conjicere non valeo, quidnam sponsa illis verbis prætendat: *Ego in cruce manducavit & bibit, & ebriatus* Drogo in Pass. Dom. *est, & dormivit?* inquit Drogo Episc. Ostiensis: hæc memetipsum intra memetipsum causam scrutatus sum, cur Deus in admirando & stupendo opere universi, præcisè septimo die, non vero aliquo aliorum antecedentium dierum requieverit? scio equidem Deum subjectum non esse laboribus, fatigationibus, & consequenter eum defatigari nequeat, nulla ipsi opus esse quiete. Nunquid primo die quiescere poterat postquam cum tanto artis magisterio cœlum tot stellis distinctum, & terram tot arboribus locupletatam, totque floribus exornatam creaverat? Id quod etiam M. illum Mediolanens. Archiep. S. Ambrosium non immeritò in admirationem rapuit, quando ait: *Fecit cælum & non lego, quod requieverit: Fecit terram, Solem, & Lunam & stellas, & non lego quod requieverit:* Similiter in alterutro dierum reliquorum ante septimum requiescere poterat, quidnam igitur boni aut grati diei septimo inesse poterat, quod is præcipue dies divinæ Majestatis genio mire adeo arridebat? petamus hac in re informationem aliquam à S. Ambros. ipse etenim nobis dicet: *Lego quod fecerit hominem & tunc requievit* Mira profectò res! Noluit quietem capere in cœlo, nec in terra, nec in floribus, nec in mari, nec in Angelis, sed in solo homine die septimo creato: *Requievit ab omni opere quod patrarat* Quidnam autem boni inesse poterit homini, Gen. 2. quod is solus inter omnes alias creaturas hunc honorem commeruit, ut fieret requies quædam sui Creatoris, in qua is quiescat suasque habeat delitias & consolationes. Potrò punctum difficultatis istius sine doctrina S. Anast. Sinaitæ assequi minimè valebimus, hic etenim dicit, hominem à Deo in similitudine & figura crucis creatum esse; curare enim ut homo caput erigat, extendat pedes seu tibias, & aperiat brachia, & expressam cernetis ex eo efformatam Crucem: *Homo ad formam Crucis figuratam habet imaginem, ut qui sit ad imaginem Christi crucifixi.* Idem quoque Gretserus confirmat, dum ait: *Homo expansis manibus Crucem repræsentat.* Unde Sep- S. Anast. sina l. 1. tim. & Timoth. Antioc. dicunt, quod quan- Anag. contemp. in do Moyses stabat in monte tenens brachia Gen. aperta & populus Dei inde evaserit victor advetsus Amalechitas, id in figura significarit, futurum ut Christus in Cruce de omnibus suis nostrisque inimicis per crucem gloriosam reportaret victoriam: *Cumque levaret Moyses manus* (ecce Crucem) *vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalech;* Exod. 17. subjungit Septim. *Crucis habitus quoque erat necessarius, per quem Jesus victoriam est relaturus.* Id quod egregium est testimonium, per quod convincitur, quod homo angustiatus in figura

figura supradicta figuram in se contineat Crucis. Nunc ad propositum nostrum, à quo nonnihil digressi fueramus, revertamur: Deus itaque nullum inter omnes septem dies invenit aptiorem, magisque proportionatum diem, quam diem septimum in quo quiescat, delitietur, & gaudeat, quia in diebus præcedentibus homo nondum creatus erat. Terra, Cœli, Sol, Luna, stellæ, Elementa, mare, pisces, flores, arbores figuram Crucis non referunt ut homo; ac proinde in homine requiescere voluit, non tanquam in homine, sed tanquam in Cruce per hominem repræsentata; nisi fortè cum Beda & aliis dicere velimus, quod in numero septenario utpotè qui ex duobus numeris quaternario nimirum & ternario compositus est homo significetur, tanquam in se continens quatuor elementa, & tres animæ potentias, memoriam scilicet, intellectum, & voluntatem. Concludamus igitur tandem Deum in nulla alia creatura quietem invenisse, nisi in homine, *Non quia homo sed quia Crux.* Atque ideo ô sponsa dilectissima, desideratne scire ubinam hora sexta, id est, *in meridie*, quiescat & delitietur dilectus sponsus & Dominus tuus? *ubi cubet, ubi quiescat?* oculos igitur tuos in montem Calvariæ deflecte, ibi namque eum in Cruce quadam transfixum videbis: Optimè dixisti: *ubi cubas, id est, ubi quiescas,* quia extra Crucem nulla ei reperire potest satisfactio aut requies; ibi pascitur, ibi delitiatur, ibi suavitet obdormiscit; atque inde occasionem sumpsit Drog. Episc. Ostiens. ut hæc post se verba scripta relinqueret: *Circuire possum Domine calum & terram, & mare, & aridam, & nunquam te inveniam, nisi tantum in Cruce, ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas in meridiè.* His igitur omnibus præsuppositis facilè vobis est intelligere quam meritò Cruci nomen centri conveniat, quod alias B. Bernardinus Mariæ attribuerat. *Crux est centrum Dei.* Porrò centrum duplicis generis esse reperitur, ut docent Philosophi: *Aliud est Mathematicum & est punctum: aliud vero est naturale & sphæricum circa quod movetur corpus circulare:* Crux non fuit centrum mathematicum, sed Physicum, extra quod sicut *Elementa violenter se habent & in eo quiescunt,* nisi in igne & aqua clarè nobis idipsum commonstrat experientia, ita Christus Redemptor noster extra crucem constitutus ut ita dicam violenter detinebatur: in Cruce autem *quiescebat tanquam elementum in suo centro;* ac proinde hic centri titulus Cruci jure meritò debetur: *Crux est centrum Dei.*

Beda l. 1. de templo Salom. c. 8.

Pet. Bong. c. de sept. p. 212.

Drogo de Pass. Dom.

Arist. 8. phys. com. 76.

Marc. Ant. zim. tab. ver. centrum.

4. Beatissima Virgo Maria Jesulum suum mox ut eum enixa fuit fasciis involvit: *Et pannis eum involvit,* inter quarum falciarum angustiam constrictus fiere cœpit: *Vagit infans inter arcta,* prouti à pueris fieri consuevit. Mater quoque ejus eum ex brachiis depositum in præsepium collocavit: *Et reclinavit eum in præsepio.* Porrò duo præcipuè hac in re observanda sunt. Primum est, cur Maria illum tanquam gemmam & thesaurum suum præstantissimum inter bijochia sua non retinuerit, sed potius eum è brachiis suis in præsepium reclinarit? Nunquid brachia tam sanctæ Matris aptiores cunæ tam sancti pueruli erant, quam palæa & fœni rubitas & asperitas? Porrò opinionem illorum admittere nequeo, dicentium Beatam Virginem Mariam id necessitate quadam fecisse, quia non semper poterat brachiis Virginis aut Joseph sustineri, quia cum Jesulum suum sine ullo termino amaret, nullam eum brachiis suis sustinendo sentire poterat defatigationem, docente nos S. Patre nostro Augustin. *quod qui amat non laborat, & si laborat, labor ille amatur.* Ac proinde alii melius respondent Beatam Virginem reclinasse Jesulum suum in præsepio, quia bonum quod est omnibus commune, nullus sibi tanquam proprium vendicare debet: Valde enim alienum est à sanctitate communia bona adse quisque coactare, inquit quidam modernus, ac proinde *reclinavit eum in præsepio.* S. Bernardus addit eò fuisse à Christo præsepium ad confusionem magnatum; *Quid ergo stabulum elegit? plane reprobet gloriam mundi & damnet sæculi vanitatem.* S. Gregor. Nyllen. *ut bos cognoscerat possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.* Cui consipp. Hierosolym. *In mensa bestiarum proponitur panis cælestis ut ex hominum genere, his quibus animalibus erant, communicationem esca mystica exiberet.* Nolo quoque hoc loco præterire, quod S. Zeno (serm. 3. de Nativ.) hisce verbis dicit: *In stabuli præsepè deponitur, scilicet Christus, pastorum pastiorem pabulumque se esse confessus.* Verum enimvero cur nos alias responsiones investigando fatigamus, quando S. Evangelista Lucas veram & genuinam expresse satis manifestat, dicens: *Non erat ei locus in diversorio?* Sed quid audio? Ergone nullus inveniri locus potuit, sive parvus, sive magnus: sive dives, sive pauper, qui ad eum recipiendum capax fuisset? Certissimum etenim est ipsum nihilo unquam

quam fecisse superbissima palatia petistromatibus barbarorum opera ex auro & serico elaborata undique veltita, vel aureis argenteisque vasis quaquaversum bene instructa, sed quovis angusto & modico hospitio semper fuisse contentum. Ergone credibile est, quod ne quidem inter cognatos & amicos Matiæ & Josephi locus aliquis angustes & modicus repetiri potuerit? Etenim indubitatum est, non defuisse qui commoditatem sufficientem satisque amplam habebant ad recipiendum Jesum cum parentibus; at vero *Non erat ei locus in diversorio*, qui desiderio & beneplacito suo adeo conformis esset sicut præsepium. In hoc namque confuse inter se commixta erant fœnum cum fœno, & palea cum palea, quæ inter se mutuo distorquebantur & convolvebantur in forma & figura ✠. ✠. id est variæ multiplicatæ crucis. Cum igitur in hac tenella ætate constitutus esset, membraque adhuc haberet nimis delicatula & immatura, velut dixisse videtur; Non denegentur mihi adhuc minus in hoc præsepium reclinato cruces ex straminæ & fœno efformata, quæ mihi velut pignus quoddam erunt, quo securus efficiar de assequendo tandem suo tempore ipsomet sanctissimæ Crucis ligno; ac proinde præsepium istud centrum meum est, hæ paleæ quies meæ sunt, hæ straminæ Cruces somnum mihi dulcissimum adscisc unt. Unde B Petrus Card. Damianus dicit: *Christus in præsepio reclinatus, legem majori præfigebat*; q. d. Christo tanquam Martyri Regi nullus præ cruce inveniri posse videtur lectus aptior aut commodior. Unde doctus quidam Carmelitanus expositor aptè subjungit: *Meus Jesus frigori impositus super durum lignum accumbens, martyris passiones ac dolores jam ferre incipiebat.*

P. Dam. serm. 11.

In Spec. exact. part. 4. c. 4.

3. Christum tanquam Judæorum, imò totius mundi Regem natum esse Herodes à Magis eum interrogantibus: *Ubi est qui natus est Rex Judæorum*, clarè satis intelligit; Et confestim ex suspicione & metu Coronæ & imperii sibi per eum suo tempore adimendi vehementer conturbatur. Et sub extrinseco quodam simulatæ cujusdam lætitiæ, & fictæ cujusdam reverentiæ pallio intestinum quoddam odium recondens, gloriam novi nati Regis jam pridem germinare & florere incipientem ferro detruncare decrevit: at vero Angelus Josephum sollicitè monuit, ut pro majori vitæ Infantuli divini securitate, in Ægyptum effugeret: *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Surge & accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum.* S. Petrus Chrysolog. hanc fugam admirans dicit: *Ex quo hoc præcipuè sine in hunc mundum venit, ut sic moreretur, cur nunc mortem declinat & fugit? & Qui mori venerat, cur fugit mortem:* Moxque respondet, quod *Fuga Christi sacramenti fuit, non timoris.* Verum inquies quodnam est latens sub hac fuga mysterium? Origenes opinatur Christum fugisse ad consolationem servorum suorum persecutiones patientium: *Fugit in Ægyptum, ut iis qui nomine Christi persecutionem patiuntur, qui tribulationem tolerant, qui injurias perferunt, fortiter stent, viriliter prælientur, & semper meminerint, quia & Dominus à peccatoribus persecutionem perpessus est, quoniam ab injustis contumeliatus est, & ab ipsis de loco in locum fugit.* Alias quidem recensere hoc loco possem à sanctis Patribus allatas rationes, eas tamen brevitatis causa pertranseo, & unam pro omnibus sufficientem futuram existimo, quæ in alia quadam fuga continetur, quam Salvator noster cepit, quando Hebræi nullo habito templi, in quo erant, respectu lapidare eum volebant: *Tulerunt lapides Iudæi, ut jacerent in eum; ipse autem abscondit se, & exivit de templo.* Enimvero aliquantisper me laborasse fateor pro comparando mihi aliquo lumine ad penetrandam causam fugæ hujus è templo ne lapidibus obrutus mori eogeretur. Et quidem fatendum, non ineptam esse eam responsionem, qua dicitur hunc moriendi modum proprium esse illorum qui blasphemabant, atque ideo ut se nec in illo crimine, nec in alio reatu culpabilem esse demonstraret, ex conjectis in eum lapidibus mori noluit, sed *abscondit se & exivit de templo.* S. Cyrillus Alexandrin. eum hoc ad dandum nobis exemplum fecisse dicit: *Unde nobis memorabile relinquit exemplum, ut etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus.* Et S. Gregor. opinatus est satius fuisse procul ab eis discedere, quam rationibus illos vincere vel superare: *Gloriosius est injuriam tacendo fugere, quam respondendo superare.* Horum equidem nec non & alio rum SS. Patrum opiniones veneror & amplector, in præsenti tamen illam Alcuini sententiam, utpotè proposito meo convenientiorem cæteris omnibus præfero. Quam proinde cum attentione auscultate. Dicit igitur: *Ideo fugit, quia non venerat hora passionis, & quia ipse non elegerat hoc genus mortis.* Noluit proinde Salvator noster

Luc. 2.

Matth. 2.

Chrysol. 150. 151.

Orig. hom. 17. in Numer.

Joan. 8.

S. Cyrill. ibid. l. 6. c. 12.

Greg. hom. 18 in Evang.

Alcuin. ibi in cat. D. Thom.

noſter ex lapidatione mori, quia ſingulariſſimus Crucis amator exiit, ac proinde *abjecendit ſe, & exivit de templo.* Quid mirum igitur ſi in Ægyptum fugerit, neque ſub Herodis crudeli tyrannide una cum aliis innocentibus ferro trucidari voluerit; licet per hanc quoque mortem totum redemiſſet mundum? Et ratio eſt, quia ſolam Crucem vitæ ſuæ centrum eſſe volebat, hanc deſiderabat, hanc concupiſcebat, atque tanquam candidatus ad eandem aſpirabat. Clarius idipſum S. Fulgentius edicat: *Dignatus eſt in Ægyptum fugere, ut poſtea Crucem dignaretur aſcendere.* Atque ideo chalamyde ſe hoc mane veſtiat innocentiæ, ſuæque puritatis candorem exhibeat dicens: *Quis ex vobis arguet me de peccato*; quia cum intra paucos dies diſpenſandæ ſint Cruces, ille maximam inter illas aſſequi prætendit.

D. Fulg. ſerm. de Epiph.

6. Vir quidam inſignis qui ab Evangeliſta Matth. *Scriba* appellatur, *id eſt, eruditus in lege*, ut exponit Dionyſius Carthuſian. fama miraculorum ad Chriſtum attractus, eum convenit, atque ut ſe aliis in Salvatoris ſequelam aggregaret enixè rogavit, dicens: *Magiſter ſequar te, quocunque ieris.* Matth. 8. q. d. Juro per omnia ſacra, quod ſi me in tui ſectatorem & diſcipulum adoptaris, nunquam à te ſim avellendus, ſed ſequar te *Quocunque ieris*, in terra, marique, in civitatibus, villis & oppidis, in proſperis æque ac adverſis; unico verbo, ad ipſam uſque mortem inſeparabilem me comitem habebis. Enimvero quamnam hunc à Chriſto reſponſionem accepiſſe exiſtimatis? Num forte Chriſtus promptam illam ſui oblationem libenter acceptavit? Minimè gentium, quinimò turpem petitionis ſuæ paſſus eſt repulſam: *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet.* Mira profectò res: Chriſtus omni cum induſtria inquirit, ſive ut melius dicam, mendicat homines, qui veſtigia & exempla ſua vivendo ſectentur, dum illos ad ſui ſequelam nunc monet, nunc vocat, nunc rogat eiſque ſupplicat: & modò eum qui ſeſe ſponte propria ad ſe ſequendum offert, prorſus repellit? S. Hilarius opinatur Chriſtum hunc hominem repudiaſſe, quia eum infidelitate coinquinatum eſſe cognoſcebat: *Infidelitatis affectum ſub diffidentia interrogationis expreſſit*, profiteri eum volens, quem ipſum eſſe non credebat, verum ſcilicet eum eſſe Meſſiam. S. Hieronymus eum à Chriſto tanquam proprii commodi amantem & ſtudioſum notatum fuiſſe, utpotè qui eo tantum fine eum ſequi volebat, *ut lucra ex operum miraculis quæreret.* Ejuſdem quoque opinionis fuit S. Joannes Chryſoſtomus, dum ait: *Nam quæſtui ſerviens ille, cum Chriſt propter multitudinem ſignorum multos undique à te affluere videret, putavit Dominum inde ditari, ac ideo ſequi cupiebat.* Enimverò omnes hæce reſponſiones verè dignas eſſe fatendum eſt; verumtamen ex alio quodam ſcripturæ loco à S. Petro Chryſologo maturè ponderato, aptiſſimam propoſito noſtro reſolutionem habere potemus. Portò Chriſtus urbem Hierichuntinam incredibili populorum turba ſtipatus perambulabat, inter quos unus Princeps erat publicanorum, qui vehementi Salvatorem videndi deſiderio ſtimulabatur, verum ſtatura adeo puſillus erat, ut præ turbæ nimia frequentia id ei eſſet impoſſibile. Quid igitur fecit? concito greſſu præcucurrit, & in viam quandam pervenit per quam tranſiturus erat Dominus, ubi commodè Sycomorum offendit, quam conſcendens in eadem permanſit donec Dominus pertranſiret. Salvator autem huic arbori proximus ſubſtitit, & Zachæum in arbore videns eidem ut quantocius deſcenderet præcepit. *Zache feſtinans deſcende.* Verum ô Domine quodnam tibi bonus ille Zachæus in arbore te videndi cauſa conſtitutus cauſavit faſtidium? cur eum quantocius deſcendere jubes? *Si bene aſcenderat* interrogat S. Petrus Chryſologus, *quare ei dicitur deſcende?* Dionyſius Carthuſian. dicit: Arborem hanc Crucis veram fuiſſe figuram: *Sycomorus eſt arbor in foliis moro conſimilis, & in aliis ſicui, ſed ſtipite diſtans, & in altitudine major, per quam ſignificatur Crux Chriſti propter mori rubiginem & ficus dulcedinem*; Et credibile eſt Zachæum in arbore erectum ſtetiſſe, manibus ad ramos extenſis ne caderet, in ſimilitudinem crucifixi. Unde Chriſtus qui crucis adeo percupidus erat, ſuſtinere diutius non potuit, ut videret Zachæum ſaltem in figura ſe in arbore quæ crucem repræſentabat prævenientem: *Præcucurrit ſervum Dominum, & ante Zachæus aſcendit arborem, quam crucem dominator aſcenderit: hinc eſt, quod dicitur ei, feſtinans deſcende.* Quo ſuppoſito reſolutionem quoque habemus, cur ſcribam illum dimiſerit, nec eum in ſe ſequentium numerum admittere voluerit, quia nimirum dixerat: *Sequar te quocunque ieris.*

Dionyſius Carth. ibi art. 16.

S. Hilar. in cat. D. Th. ib.

S. Hier. in cat. D. Th. ib.

7. Ultimus omnium greſſuum quos in hoc mundo facturus erat Dominus Redemptor noſter erat ille per quem ibat ad crucem; hæc enim futura erat ejus terminus *ad quem.* Atque ideo

ndo quando Scriba dicebat: *sequar te quocunque ieris*, idem erat, ac si diceret, in tua societate constanter perseverabo usque ad crucem. Ad crucem? inquit Christus; hæc mihi soli reservata est, ego illam desidero, mihi debetur, ac proinde nolo ut quæris meæ centrum tu mihi conturbes. Est hic quoque conceptus S. Petri Chrysologi, dum ait: *Sequar te quocunque ieris, sic dicit iste, quasi posset cum Christo subire conflictum, ignominiam crucis adverter gloriam.*

8. Jure merito multi sacri Scriptores admirantur, quòd Christus Dominus à temerario illo ministro alapam sine ulla data causa recipiens, nonbàm de eo in eodem instanti non sumpserit vindictam, castigando eum, prout ejus temeritas justissimè commeruerat. Idque longanimitati & patientiæ ejus adscribunt, qua omnes suas æquanimiter devorare poterat injurias, ac non magnæ ejus mansuetudini, quam in omnibus suis actionibus semper monstravit. Unde S. Aug. ait: *Qui accepit alapam, nunquid vellet, eum qui percussit, aut cælesti igne consumi, aut terra dehiscente sorberi, aut correptum à Dæmone vulutari, aut etiam hujus qualibet pœna, vel tam gravi puniri? Quia horum per potentiam idem non potuisset per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere maluisset, qua vincitur mundus.* Verum ego potiori jure admirandum esse ardeo, quod percutiendi se iratus alapam hanc non interrogatam sibi gravem injuriam acceperit, dicendo: *Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, cur me cædis?* Constat etenim nobis ipsummet aliis præcepisse, ut in dexteram percussi, sinistram quoque percussori obverterent: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Imò quod admirationem magis adauget, indubitatum est, quod dolor alapæ minimus fuerit inter omnes dolores, quos in totius passionis suæ decursu unquam sustinuit. Quis enim flagella ad columnam perpessi, spinas cerebrum ejus sanctissimum perterebrantes, clavos in manibus & pedibus, omnesque alios dolores quos tanta cum humilitate & constantia toleravit uni alapæ, à ministro quodam ei inflictæ comparare auderet? qui igitur tot tormenta libenter & cum incredibili benignitate sustinuit, tantum animi & cordis non habuit, ut unicam patienter toleratit alapam? Later hic sine dubio ingens quoddam mysterium, videamus an idipsum penetrare valeamus. Refert S. Ephrem Syrus consuetudinem fuisse apud Romanos aliosque gentiles, ut quando mancipium aliquod à servitute liberare, & pristina libertate donare volebant, inter alias Cæremonias quas ad hoc adhibebant, etiam talli alapa infligebatur: *Omnes servi cum libertate donantur, alapam accipiunt.* De Christo igitur in conspectu summi Sacerdotis vehementi alapa percusso, licet ei omnia summa cum certitudine nota atque perspecta essent, nihilominus pie loquendo dicere possumus, quod imaginatus sibi fuerit, Hebræos circa personam suam Romanorum adhibere cæremoniam velle, ideoque indignatus fuerit, non propter acceptam alapam, sed propter illius significatum, existimans quod se absolvere atque à cruce liberare vellent, quasi diceret: Cruci tantopere à me desideratæ nunquam adeo proximus aut vicinus fui, vos in hisce concurrentibus circumstantiis tam manifestè mihi favetibus, desiderium meum exinanire & meo me intento fine frustrari contendetis? Majori cum ardore, ad centrum crucis meæ, quam flamma ad sphæram suam velocissimè decurro, & vos alapam mihi impingendo, mihi ut centrum meum assequar non vultis permittere? Justam profecto dolendi & lamentandi occasionem habeo, dicendique: *Si malè locutus sum testimonium perhibe de malo, si autem bene cur me cædis?* Unde S. Ephrem: *Siccine fortasse ille, qui nos verè liberate donavit, libere effici posse creditus est? O miserorum infelicissime, alapam quidem dedisti omnium Creatori ac Domino: sed tu servus servorum factus es in æternum.* Ephrem. Syrus sedulus l. 5. Ephrem. apud Io. Speranzæ ubi sup.

9. Enimvero locus quidam Scripturæ occurrit mihi, qui iis quæ hactenus dicta fuere omninò est contrarius. Cùm enim de facto à nobis dictum sit, quòd *Christus in cruce optabat quiescere, tanquam elementum in centro*; qua ratione verificari poterit, quod refert S. Mat. nimirum Salvatorem nostrum de Patre suo æterno dolenter conquestum fuisse, dicendo: *Eli, Eli, lamma sabacthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* quasi dicere vellet: O Pater æterne, cur in hoc aspertimo Crucis patibulo, in hoc vasto tormentorum mari, me exsanguem & moribundum deseruisti, Quæ verba diversimodè à Patribus exponuntur, inter quos Dionysius Carthusianus ita loquitur: *Dicit se Christus à Deo derelictum, non quod privatus esset gratia vel gloria, sed quia tam graviter patiebatur.* Rabanus Maurus inquit. *Humana natura propter peccatum à Deo fuerat derelicta, sed quia filius Dei factus noster advocatus, quorum susceptit culpam, deplorat miseriam,* Matt. 27. Dionys. Carth. ibi. art. 44. Raban in cath. D. Th. ibid.

seriam, in quo offendit, quantum flere debeat, qui peccavit, quando sic flevit, qui nunquam peccavit.

Origenes autem existimat, quod sermo hic & exclamatio crucifixi Redemptoris nostri, valde magnis referta sit mysteriis: *Non autem existimes humano more Salvatorem ista dixisse propter calamitatem, quæ comprehenderat eum in Cruce: si enim ita acceperis, non audies magnam vocem ejus, quæ ostendit aliquod esse magnum absconditum.* Quod si vero scire jam desideremus, qualenam hic mysterium absconditur, à Venerabili Beda plenam informationem capiamus, qui expresse dicit Christum non fuisse adversus Patrem lamentatum, propter intensos quos patiebatur dolores, sed potius ob temporis brevitatem, quo ipsi adhuc vivenți in Cruce quiescendum erat. Crucifixus etenim fuit hora tertia, inquit S. Marcus: *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum*, mortuus autem est circa horam nonam: *Circa horam nonam clamans voce magna emisit spiritum*; Interea tamen dicendo: *Deus, Deus meus, quare dereliquisti me*; Quibus verbis lamentabatur coram Patre suo de brevitate temporis, quo sibi in Cruce concedebatur vivere, in cruce inquam sibi adeo chara, ab eo tantopere desiderata & concupita, tanto labore acquisita, & tam brevi temporis spatio possessa. Hoc est quod cuncta alia Christo illata martyria longè excedit: neque enim tormentum aliquod inveniri potest, quod huic æquari possit, nimirum quod tandem aliquando concessum mihi fuerit, ut pervenirem ad centrum, in quod omnes desideriorum meorum lineæ terminantur & tendunt, quodque intra tres horas ejus possessionem denuo debeam amittere: *Christus ex vi tormentorum suam mortem accelerari videns, volens diutius in Cruce pro nobis sufferre tormenta, hanc exposuit Patri querimoniam; Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Id est, Pater, cur tam citò me mori disposuisti, cur non moras protrahis, ut magis ac magis in Cruce patiar?*

Orig. in cath. D. Thi. ibid.

Marc. 15. Matt. 27.

10. Multa equidem dixisse censeri possem, nisi hactenus dicta modicum essent respectu ejus, quod adhuc sum dicturus. Porrò Deus Isaiam Prophetam hac est gratia dignatus, ut immensam Dei nostri Majestatem contemplari posset in throno gloriæ suæ residentem: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum.* O te, ô S. Propheta felicem, qui quicquid Paradisus pulchri in se continet conspicere meruisti. Felicitatem tuam tibi equidem minimè invideo, sed infelicitatem meam solummodo deploro, utpotè qui ob culpas meas ad hoc condemnatus sum, ut aliud quam humanas calamitates videre non possim: ac proinde rogo ut aliquo me solatio recrees eorum quæ vidisti me reddendo participem. Tuæ à me, ait Propheta, rerum meæ visarum, aliquam tibi communicari postulas notitiam? Lingua mea ad id quod in illa ineffabili gloria & excellentia minimum est, indicandum minimè sufficeit. Siquidem extra me tapete sum, dum beatos illos musicos concentus tantum audire licuit: Et ideo hoc solum tibi dicere possum, quod Seraphinos observaverim Dei summa cum reverentia inservientes: *Seraphin stabant super illud, sex ala uni & sex ala alteri, duabus velabant faciem ejus, duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.* Hoc est quod in illa gloria observare potui, quia in illa anlaregia certus quidam fumus erat, qui visum impediebat, quo minus expedite videre possem. Agedum ô sancte Propheta, hoc sufficit mihi, nolo quidquam insuper interrogare, pro relatione qua me dignatus es ingentes tibi gratias refero, cum agnitione obligationis meæ qua tibi obstringor. Etenim ô Auditores, intellexistisne, quæ ab Isaia relata fuere? Nunc visionem hanc inter nos invicem nonnihil consideremus. Loco illorum verborum quibus in vulgata Isaias dixisse legitur: *Seraphim stabant super illud*, id est, super solium Dei, Sanctus Cyrillus Alexandrinus legit: *Stabant circum eum.* Nam Seraphici illi spiritus Deum circumdederant instar Epheborum eidem assistentes & ministrantes, & vere supremam illam excellentiam idipsum decebat. Verum enimvero observemus obsecro modum, quo Seraphini illi alas suas extensas tenebant; si enim attente consideraveritis, illos crucem quandam efformasse comperietis; quod si enim partem hujus crucis superiorem videre velitis: *Duabus velabant faciem ejus*: si partem inferiorem: *Duabus velabant pedes ejus*; si alias duas, dextram & sinistram, ecce duas alas, quæ volando extendebantur, una quidem ad latus dextrum, altera vero ad latus sinistrum: *Et duabus volabant.* Dicite autem, amabo vos ô Auditores, Nunquid rem prodigiosiorem unquam vidistis? Scilicet aute faciem Regis gloriæ adeo probrosi instrumenti, quale crux est, figuram expressam collocari? quamnam conventionem crux malefactorum patibulum habet cum divinæ residentiæ solio? Etenim difficultatem istam resolvere nequeo,

Isai. 6.

nisi

missi aliam quandam vobis de novo proposuero: Inter alias cæremonias quibus Sacerdos in Missæ actione, una est, quod post consecrationem, si stetur, una est, quod post consecrationem, dextera figurum crucis efformat nunc super hostiam, mox vero super calicem, pariter dicit: *Hostiam † puram, Hostiam † sanctam, Hostiam † immaculatam: Panem † sanctum vitæ æternæ, & Calicem † salutis perpetuæ.* Scits utique quod tam sub speciebus panis quam vini. Christus Dominus noster contineatur; præterquam enim quod id Angelicus Doctor doceat, per fidem quoque id confitemur: *Manet Christus totus sub utraque specie.* Verum, inquies. Ergone Sacerdos Christo benedicit? Quis major est, Christusne an Sacerdotes? quis dubitat Christum majorem esse? Qui igitur ratione fieri potest ut minor a majori benedicat? *Minor a majore præsente benedici non debet*, inquit Durandus. Et S. Paulus ad Hebræos cap. 11. ita scribit: *Sine ulla contradictione, quod minus est à meliore benedicitur.* Conveniens igitur Christus Sacerdoti benedictionem impertiretur. Quod si dixeris quod Sacerdos benedicat Christo tanquam Sacerdos, non vero tanquam persona privata, talis namque honorificentiæ decor Sacerdotali dignitati debetur, Respondeo ipsum quoque Christum Sacerdotem esse: *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*; & quidem principalior dignior inter omnes Sacerdotes, de quo verè dici potest: *Non est inventus similis illi.* Ubi verum est, quod *ubi major est, minor* ab utique ab hisce benedictionibus Sacerdotalibus cedendum esset, hocque benedicendi munere Christo remittendum. Rupertus Abbas Tuitiensis difficultatis nostræ nodum solvit dicendo: *Non sunt benedictiones, sed crucis formationes.* Ecce tibi nunc in promptu hic latens mysterium: Christus etenim sub illis accidentibus gloriosus consistit, veruntamen ut ita dicam, videretur Christo se totaliter gloriosum non esse, nisi Sacerdos inter ejus gloriæ dextera sua cruces formaret; unde cum S. Hilario affirmare possumus: Id fieri *ut homines Sacramentum crucis admissum esse gloriæ agnoscerent.* Ad eum modum quo de aidenter amante quodam legitur, quod dum festivis gaudiis interesset, gaudere cum exteris minimè potuerit, ob amati vel dilecti sui absentiam. At ideo Seraphini illi alis suis crucem quandam formabant, quia tametsi Deum in sublimi Majestatis suæ throno consistere, nihilominus visum sibi fuisset, quod ad gloriæ suæ complementum, id quod optimum est, eidem defuisset, nisi crux ibi præstans fuisset.

11. Christus Dominus in monte Thabor transfigurabatur, ac proinde gloriam suam, quæ hactenus ad eum diem usque in anima ejus celabatur, in corpore suo quoque manifestabat, adeo ut vultus ejus instar solis luminosus factus fuerit: *Resplenduit facies ejus sicut Sol.* Matth. 17. & vestimenta ejus nive facta sunt candidiora: *Vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix.* Simul cum discipulis Petro, Jacobo & Joanne Moyses quoque & Elias aderant, cum Christo loquentes: *Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias loquentes cum Jesu.* Marc. 9. Porro Matthæus & Marcus Evangelistæ, quales inter se sermones & discursus miscuerint non quidem referunt, Lucas tamen idipsum unico tantum verbo subindicare videtur dum ait. *Dicebant excessum ejus quem completurus erat in Jerusalem.* Luc. 9. Loquebantur igitur de excessu quodam, qualis tamen excessus ille fuerit, non dicit: Vulgata proinde & S. Joan. Chrysostomus dicit, quod *loquebantur de cruce.* Ego profectò quodvis aliud discursus hujus argumentum potius mihi imaginatus fuissem quam quod illos de cruce locutos fuisse conjecissem. Quomodo enim in monte isto gaudia pariter & angores, dulcedines & amaritudines, delitiæ & passiones, gloria & crux simul miscerentur? *Non enim tacebant* (inquit Chrysostomus) *sed loquebantur de gloria, quam completurus erat in Jerusalem, de cruce videlicet & passione.* Verum quomodo ad invicem conciliari possunt: (i. o quebantur de gloria, & de cruce: quasi a gloria crucis, & ob gloriam crucis sint beatæ Thaboris gloriæ.) Mirum igitur non est, quod se tanta cum anxietate crucis cupidum & avidum demonstrarit, & hodie compareat canditatus, utpote qui ad gloriæ illius assecutionem aspirabat.

Chrysost. ho. 55. in Matth.

Idem ib.

Didac. Cel. com. in Iud. c. §. 26.

12. Enimvero objicere quis poterit Christum non desiderasse crucem *præcisè*, sed in ordine ad redemptionem mundi. Et quidem quoad hoc minimè contradico, nolim tamen ut rationibus quibusdam Theologicis in favorem crucis adferendis vos opponatis. Existimant igitur sacri Scriptores, quod priusquam in SS. Trinitatis consistorio concluderetur unigeniti filii Dei incarnatio: Pater æternus in liberam filii sui optionem constituerit, ut videlicet pro suo beneplacito eligeret vel in Paradysi gloria perseverare, aut deorsum ad nos descendere, incarnari, nostraque humanitate vestiti, eumque elegisse

potius cœlestes illas delitias dimittere, & ad hominem induendum in hunc mundum venire. Id quod S. Gregorius Nazianzenus considerans ait: *Cui cum liberum fuisset manere in propria gloria & divinitate, exinanivit semetipsum usque ad formam servi.* Ex qua doctrina manifestè deducitur, quod Verbum in sua potuerit gloria consistere absque eo quod in nostras sese miserias præcipitaret; & tamen omnino oppositum fecit. Verum tamen argumentum hoc ut fortius liget, arctius constringamus: In filii Dei libertate erat ut posset alterutrum eligere, ut scilicet in carnem vel passibilis veniret, vel impassibilis, corpori illam gloriam transfundendo, quæ in anima delitescebat, prout docet Chrysostomi os aureum, dum ait: *Licebat illi nihil pati, si voluisset; non enim peccatum fecit, nec inventus est dolus in ore ejus: erat ergo ei promptum, si voluisset, non venire ad crucem.* Et modernus quidam Theologus dicit: *Cum posset Christus statim gloriam & beatitudinem animæ suæ in corpus transfundere, illudque mortalitate donare, & gaudio implevisse, noluit tamen facere.* Sed cur? *potior namque fuit crucis amor.* In quem loquendi modum etiam Theodoretus, Theophylactus & Oecumenius concurrunt. Rupertus Abbas Tuitiensis ulterius progreditur dicens, quod in instanti suæ incarnationis ei in electionem positum fuerit, ut mundum vel mediantibus passionis doloribus, vel mediis lætitiæ actibus delitiando & triumphando redimeret, relicta sibi libera utriusque optione: Et tamen quia videbat quod per viam lætitiæ non posset satisfacere suo desiderio perveniendi ad crucem ab eo tantopere desideratam & concupitam: ideo potius se pœnis & tormentis, impropertiis & ignominiis exponere voluerit, ut illis mediantibus tandem aliquando ad suum crucis centrum pervenire posset; ac proinde S. Paulus Hebr. 2. dicit: *Proposito sibi gaudio*, quid fecit? *Sustinuit crucem confusione contempta.* Et ut Salmeron explicat: [Proposuit illi Deus gaudium, si mallet illud, ipse autem loco ejus, potius maluit crucem.] Ita quoque B. Patriarcha Laurentius Justinianus ait. (Cum videlicet posset non mori, & incolumitate corporis frui, aliaque ratione humanæ saluti prospicere, maluit subire crucem.) Poterat igitur absolutè non incarnari; Imo suppositâ Incarnatione carnem & corpus impassibile assumere poterat. Præterea post suum in hanc carnem passibilem adventum ejus arbitrio relictum erat, ut per pœnam vel per gaudium, per angustias aut per lætitiam, per tunicam lachrymulam, vel per unicum risum pro nobis faceret: Et tamen crucem tanquam rem sibi unicè charam amplexari maluit, quam gaudia & voluptates. Unde facilè conjicitur, crucem veluti magnetem quendam fuisse qui Filium Dei cœlis in terram attraxit, crux enim eum ad hoc promovit, ut se carne nostra passibili vestiret, utpote medio ad crucem portandam proportionato valdeque apto: *Proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta.*

Gregor. Naz. ap. Oecum.

Chrysost. orat. 28. in Ep. ad Hebr.

13. Ithem quanta cum lætitia & gaudio illam humeris suis deportabat, quando ab urbe Hierosolymitana egressus, versus Calvariæ montem procedebat! ut proinde nonnullæ piæ mulieres lachrymas continere non valentes, dum cum gravi crucis pondere onustum viderent, ex cordiali compassione amarè planxerint, & fleverint: *Mulieres plangebant & lamentabantur eum.* Luc. 23. Quod videns Dominus, eas reprehendendo flere prohibuit: *Filiæ Jerusalem nolite flere super me;* quasi diceret: cur fletis ô mulieres, num forte quod crucem hanc humeris meis deportem? Nunquid advertitis quod lachrymæ vestræ gaudia mea conturbent? Crux ista currus est triumphalis gloriæ meæ; In hac principatus mei excellentia continetur; atque ideo in præsentiarum ad Calvariæ montem educor, majus est gaudium meum, quam fuerit Imperatorum in Capitolium triumphaliter procedentium: Quod si mei causa ploratis & fletis; signum est quod vel excellentiæ meæ invideatis, vel sufficienti lumine ad illam cognoscendam destitutæ sitis: secus enim honoris mei gloriæ potius congaudere, & applaudere deberetis: (Ira ardentissimo amore crucem amavit, ut eam solam ex tot operibus passionis suæ, tanquam rem sibi dilectissimam & pretiosissimam elegerit, & assumserit. Non sibi elegit gaudia, non consolationes, non coronas & triumphos, sed crucem sibi inter omnia reservavit, nec immeritò, nam sui tanquam hominis excellentiæ suam à cruce habuerunt originem.

17. Portò Christum Deum pariter & hominem fuisse, nemo est qui dubitet, siquidem Fides Catholica sufficienter id nos à puertia edocet, quia divinitas simul & humanitas ei inerat. Veruntamen dato per impossibile quod non fuisset Deus, sicut vere & realiter Deus erat, & respectu suppositi divini Deus non esse non poterat, attamen ad eum verum Deum prædicandum, æstimandum, adorandum sola crux sufficiens fuisset.

Quis

Quis enim ex eo quod Christus cum vel in cruce videbatur, alius conceptus formari, vel quæ alia consequentia deduci poterat, quam esse alicujus divini? (loquor etenim hic de innocente, non de peccatore, secus enim dicere posse tis; simile argumentum formari posse de latronibus, qui cum Christo, vel ante Christum crucifixi fuerant) atque ideo nunquam miles ille, Jesum crucifixum vere filium Dei esse concluſisset, nisi illum in crucis brachiis ſuſpenſum vidiſſet: Matth. 27. *Verè hic homo filius Dei erat.* Quæ tametsi ita ſese habeant, nihilominus idipſum vobis per quandam S. Paſchaſii ſubtilitatem, nec non per doctrinam S. Joannis Evangeliſtæ demonſtrare conabor. Solus etenim hic ſacer Evangeliſta Chriſtum crucem ad Calvariæ montem deportaſſe recenſet: *Bajulans ſibi crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum.* Joan. 19. omnes autem alii Evangeliſtæ crucem a Simone Cyreneo portam fuiſſe dicunt. S. Matthæus c. 27. ſic dicit: *Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem, hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus.* S. Marcus ait: *Et angariaverunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum, ut tolleret crucem ejus.* S. Lucas vero Luc. 23. inquit: *Apprehenderunt Simonem quendam Cyrenæum & imposuerunt illi crucem portare post Jesum.* Verum quæ cauſa eſt quod nullus præterquam S. Joannes Chriſtum humeris propriis crucem bajulaſſe affirmet? Enimvero aliam quamlibet curioſitatem cum S. Paſchaſio obſecro interea dum hanc adduxero, præmenitum ad partem ſeponite, & nunc moventi attente auſcultate. Omnes etenim tres Evangeliſtæ Marcus, Matthæus & Lucas tentationis Chriſto a Dæmone intentatæ hiſtoriam recenſent. Joannes autem de ea nec quicquam loquitur, ſed ſub ſilentio eandem prætergreditur. Sic Matthæus c. 4. loquitur: *Tunc Jeſus ductus eſt in deſertum a ſpiritu, ut tentaretur a Diabolo.* S. Marcus vero ait: *Et ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum, & tentabatur a Sathana.* Denique S. Lucas c. 4. ait: *Agebatur a ſpiritu in deſertum & tentabatur a Diabolo.* S. Joannes autem hanc tentationem ne verbo quidem tangit; & tamen tentatio hæc nihil in ſe vulgare continet, ſed rem valde eximiam & Joannis calamo digniſſimam. Ergone ea quæ omnes filii Dei actiones minutim recenſere profitetur, hanc in qua celebertimæ continentur actiones, & gloriosæ adverſus Dæmonem reportatæ victoriæ omnino ſilebit? Reſponſionem quæſo ſancti Paſchaſii auſcultate.

Matthæus, Marcus, & Lucas illas ad Chriſtum ſpectantes actiones deſcripſerunt, quæ ab ipſo tanquam homine, emanabant: Sanctus Joannes autem curam habuit ut illas deſcriberet, quæ ad Chriſtum tanquam Deum pertinebant, ac proinde hiſce verbis ſuum orditur Evangelium: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Joan. 1. En ipſiſſima ſancti Paſchaſii verba: (Quando tentabatur, quia ſecundum hominem eandem tentationem ſuſceperat unigenitus Dei, Matthæus, Marcus, & Lucas eam exponunt. Joannes autem quia divinam ejus naturam ſuſceperat explanandam, nullam de eadem tentatione habuit mentionem.) Hoc ſuppoſito ſuperius dicta denuo repetamus. Solus Joannes crucem a Chriſto bajulatam eſſe recenſet, quia crux ad ejus divinitatem pertinet. Unde quiſquis eum fidei oculo reſpexiſſet, & conſideraſſet, hoc penes ſe enthymema facere potuiſſet: ſibimetipſi crucem bajulat; Deus igitur eſſe debet. Audite S. Paſchaſii doctrinam: (Nec igitur vacat a myſterio, quod ſecundum Joannem Chriſtus crucem ſuam ſolus portare dicitur, ſecundum verò reliquos non ipſe, ſed alius eam portare introducitur.) Ecquænam autem rei hujus cauſa erit? (Quia Joannes divinam ejus naturam ſuſceperat explanandam.) *Idem.*

15. Nunquid igitur Dominus & Salvator noſter meritò ſe hujuſce crucis candidatum & pretenſatorem exhibet, utpotè quæ unica & ſola eſt ejus gloriæ origo, quæ illi ſecundùm humanitatem ſuam debetur. Libens hoc loco encomia a ſanctis Patribus aliiſque ſacris Scriptoribus crucis attributa prætereo: Alias enim dicere deberem, quod Caſſiodorus dicit: (Crux eſt victoria Chriſti, perditio Diaboli, cæleſtium confirmatio, vita juſtorum.) Rabbanus: Tu ſancta crux peccatorum es remiſſio, pretatis exhibitio, meritorum augmentum, deſperatorum ſecuritas, infortunatorum felicitas.) Damaſcenus: *Crux Chriſti clavis eſt Paradyſi, ſalus animæ & corporis, bonorum omnium datrix. Ipſa eſt quæ tenebras fugat, Dæmonis regnum diſſipat.* Navis eſt, quæ gratiæ merces nobis bajulat, pons eſt per quem a ripa hujus mundi ad portum tranſire poſſumus Paradyſi: Spes eſt Chriſtianiſmi, Dux cæcorum, via deſperatorum, claudorum baculus, pauperum opulentiſſimus theſaurus, Eccleſiæ triumphus, Dux juventutis, ſenum ſecuritas, afflictorum refrigerium, anchora naufragorum, magnificentia Regum, ſeutum bellatorum,

Caſſiodor. In Pſal. 4. Rab. de lau cru. Damaſc. l. 4. de fide.

rum, militiæ Christianæ vexillum, gloria Apostolorum, corona Martyrum, Trophæum Confessorum, palma Virginum, fons sitibundorum, vitale lignum, redemptionis nostræ ærarium, arbor unde spei nostræ flores progeminant, cathedra in qua cælestis Magister noster viam nos edocet salutis, virga Moysis, clavis Davidis, & Salvatoris candidati nostri lectissima sponsa.

16. Cùm igitur nos Christiani, id est actionum Christi imitatores simus, cur non quoque ad ejus imitationem nos exhibemus candidatos, id est, percupidos crucis amatores? Nunquid ipsum nos ad id invitantem auditis? *Qui vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me.* Lucæ 9. Verum dicet fortasse aliquis: Crux Christi nimium gravis est, & ponderosa, & difficulter bajulari potest, unde ipsemet quoque Cyrenæo quodam ad eam portandam opus habuit. Etenim te verum dicere ingenuè fateor: veruntamen frustra de hoc lamentaris, neque enim Dominus noster crucem suam te portare præcipit, quam humeris tuis nimis ad portandum gravem esse cognoscit, sed hoc tantùm suadet, ut unusquisque crucem suam humeris suis deportandam sibi vendicet: *Tollat crucem suam.* Tu qui pauper & egenus es, crucem tuam paupertatem qua premeris agnoscere debes, libens eam sustinere, & memorare Dominum tuum te minimè opulentiorem fuisse. Tu qui continuæ es febri, vel prodagræ obnoxius, nec movere te potes, hanc crucem tuam esse agnoscas, & patienter illam feras. Tu qui gravi te familia onustum esse experiris, eamque sustentare non vales, quicquid laborando acquiris velut nihilum esse deprehendis, ac proinde nec unius horæ spatio quiete frui potes, hanc crucem tuam esse censeto, & ô quantum tibi meritum conciliabis, si eam læto vultu propter amorem Domini Dei tui supportaveris. Tu qui filium habes unicum, haud secus ac pupilla oculorum tuorum tibi charum senectutis tuæ fulcrum & baculum, ærumnarum tuarum solarium, stirpis tuæ unicam propaginem, divitiarum tuarum hæredem, si hunc mors tibi eripiat, quid facies, quid molieris? num fortè ob ejus occasum desperabis? Minimè; sed potius hanc tibi specialiter immissam crucem esse cogita, neque in divinam voluntatem ultro citroque refigna, eique obtempera. Leves & faciles cruces istæ sunt, quæ proinde haud difficulter portari possunt; has igitur bajula; Non enim Christus te jubet portare crucem suam, sed tuam: Tollat crucem suam; Nam meam non poteris, gravissima di- est etenim (inquit Beatus noster Thomas à Vil- la nova) & ponderosa, & quam nullius puri hominis humerus portare sustineat: non meam ajungo, sed tollat suam, levem, facilem, portabilem, & quæ non virili humero sed manu solâ portari queat) Noli tibi blandiri dicendo: Christum Crucem pro te & pro omnibus portasse, quia ut bene Chrysostomus advertit, tu quoque tuam portare debes: *Satis non est quod Christus crucem tulerit, nisi tu tuam portes.* Et quidem inter omnes Christianos Religiosi primi esse deberent, qui crucem suam, id est, Religionem portarent, crucem nimirum quæ tres habet clavos, paupertatem, castitatem, & obedientiam. O quantum sancta hæc crux convellitur & destruitur? Si enim Religiosus à suo superiore offendatur, diei & horæ illi mox maledicere incipit, qua factus est Religiosus, aut primum dein assumenda consilium accepit: Si paupertas eum nonnihil molestet per negotiationes illicitas illi subducere se parat, & invita eam voluntate perferat. De castitate nil dico, eventus enim scandalosi qui quotidiè prô dolor accidunt, satis apertè loquuntur: Denique quod ad tertium scilicet obedientiæ clavum attinet, vix unquam is in usu est, dicique potest: *Stat pro obedientiâ voluntas.* Et quot sunt Religiosi qui Crucem hanc, haud secus atque Cyrenæus ille portaverat, ferant? Etenim Christus in Cruce sua sanguinem effudit, vos quoque secundum sanguinem, id est, pecuniam aliquam in subsidium pauperum liberaliter erogate.

PARS SECUNDA.

17. QUisquis olim vestem albâ candidatis eripere tentasset, satis liquidè insinuasset animum sibi fuisse illos impedire, quo minus ad desiderati muneris vel dignitatis assecutionem pertingere potuissent. Ecquid autem blasphemi aliud faciunt, quam quod quantum est ex parte ipsorum, candidam innocentiæ vestem Deo detrahere & eripere conentur? unde omittere nequeo, quin de gravissimo hoc peccato blasphemiæ, & contra scelerates & perfidos blasphematores nonnihil & graviter quidem pronuntiem. S. Vincentius Ferretius igitur blasphemiam duplicis generis esse dicit; alia enim est affirmativa & alia negativa: *Affirmativa est, quando tribuitur Deo, quod sibi non convenit,* ut si aliquis diceret, quod Deus tanquam pol- Deus

Deus corpus habeat & sanguinem, &c. *Negativa, negando de Deo quod sibi convenit*; Et hoc modo Senacherib Deum blasphemavit, Deum omnipotentem esse impiè negans: *Non potest omnipotentem esse impiè negans: Non potest Deus vester hoc facere, ut liberet vos de manibus meis.* Ob quam blasphemiam morte occubuerunt de suo exercitu centum octuaginta quinque virorum millia: Ambæ autem species blasphemiæ omnes in se continent superlativos malitiæ gradus.

18. Axioma vulgare est inter Theologos, peccatum aliquod tantò in se minorem gravitatem habere, quantò majori inclinatione homo in illud propendet; ac proinde è contra peccatum aliquod tantò gravius censendum erit, quanta major est in homine ad illud inclinatio qualis est *Calida in sene*. Et ratio est juxta Philosophum: *Quia juvenes magis quàm senes molestantur à concupiscentiis*; Id quod juxta sententiam Aristotelis inde procedit, quia (Complexio juvenis est calida & humida: senis autem sicca & frigida,) Cicero id quod Marcum Tullium eò permovit, ut deteneret, quod (Luxuria cùm in omni ætate sit turpis, in senectute fœdissima est.) Porrò omne peccatum aliquam in se materiam continet quæ nos ad illud committendum inclinat, sic enim facultates alienæ nos inclinant ad furtum, honores ambitionem, existimatio sui ipsius ad superbum, & sic de aliis: Tu verò ô blasphemе dic tales quid te ad Deum blasphemandum invitet; unsortè Deus ipse qui te creavit, teque conservat? Minimè. Imò propter hoc eum laudare & Luc. 6. gratias ei referre teneris: *Benefacienti benefacere Ephes. 4. dæmon*; inquit Lex. Quot autem Deus in te Matth. 20. ac tuis contulit? Pro te incarnatus est, crucifixus & mortuus est; quæ quidem materia non solum te non inclinat ad Deum blasphemandum, imò potius apta nata est ut blasphemare volentem divertat, & tamen eundem blasphemans ac proinde gravius peccatum vix vales committere.

19. Christum in ligno Crucis suspensum & moribundum, pro inimicis suis æternum Patrem Luc. 23. suum exorantem audio & dicentem: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Hi autem pro quibus orabat factis eum torquebant & verbis, factis quidem eum crucifigendo, verbis autem eum blasphemando. Observo autem in oratione Christi quod pro crucifixoribus quidem roger, non verò pro blasphemantibus illum; dicit enim: *Quia nesciunt quid faciunt, & non quid dicant.* Nam fortè crucifixores compassione digni erant, non verò blasphemi; aut fortè blasphemi plus eum torquebant, quam alii qui eum Cruci affixerant? Aut demonstrare voluit crucifixoribus aliqualem adhuc pœnitentiæ & salutis spem superesse, non verò blasphemis? Hoc saltem certum esse tibi persuadeas, insinuare nimirum Dominum voluisse, quantopere ei blasphemia displiceat, & quam grave peccatum sit: *Crucifixoribus enim Patrem rogat, ut ignoscat, pro blasphemis autem nec orat, nec deprecatur, quasi crudelissimè in eum sævirent.* *Laurent. Scalab.*

20. Id quod etiam ex ultima actione colligitur quam Christus fecit priusquam moreretur, nimirum ex inclinatione capitis: Inclinato capite. Ad quam verò partem caput suum inclinavit? ad dexteram. Cur autem non potius directè versus pectus, vel versus sinistrum latus inclinate caput suum voluit? nimirum quia ex sinistro latere latro reprobus pendebat, qui eum blasphemabat; unde tale persentiscebat tormentum ut cum blasphemias audire non posset, se ab eo libenter toto corpore subduxisset, quia verò id ei clavis in Crucem affixo impossibile erat, ideo saltem caput suum ad aliam partem inclinavit ne ipsum blasphemantem audiret, q.d. Audio perfidum illum me blasphemantem: *Unus autem ex iis qui pendebant latronibus blasphemabat eum.* O quantas mihi os illud infernale angustias creat! O quam dirum mihi diabolica hæc lingua irrogat Martyrium? tolerare eam amplius non valeo, ideo autem meam, ne ultra audire possim, subduco: *Ad dexteram piè credendum est Christum inclinasse caput, ne infelicissimum latronem blasphemantem audiret,* inquit Salmeron. Imò Philippus solitarius damnationem reprobi, & salutem boni latronis huic soli attribuit, quod scilicet ille blasphemarit, hic verò minimè: *Æquales hi duo pene inventi sunt, & in extremo pares cogniti non sunt, nam ille in paradisum, hic ad inferos profectus est, ille bonus, hic improbissimus apparuit. Quod si roges quonam modo id acciderit sic accidit, unus horum divinitus loquebatur, alter maledicta fundebat: Et bonus ille quidem cum divino suo sermone salvatus, alter blasphemus cum maledictis suis damnatus est.* *Luc. 23.* *Alph. Salmer. tom. 1.* *Philip. Solitar. lib. 1. ad Marcel in Bibl. PP. tom. 12 fol. 682. cap. 2.*

21. Scio equidem varias adduci rationes cur Sol in morte Christi obscuratus fuerit: ego autem omnes prætermittens, unicam à S. Hieronymo adductam hoc loco sufficere existimo: *Videtur,* inquit, *luminare majus retraxisse radios suos, ne aut pendentem videret Dominum,* *Hieron. in Matth.*

apud D. Thomam 3 part. qu. 4. art. 2.

aut impii blasphemantes sua luce fruerentur. Cælum etenim blasphemos indignos esse censuit, qui lucem solis viderent, eaque fruerentur. O infelices! Nunquid statum vestrum in quo degitis clarè satis agnoscitis? Ad me quod attinet, damnatos vos esse censeo *secundum præsentem justitiam*, qualis est anima Judæ, nisi vos emendaveritis. Porrò ex sermone vel idiomate facilè cognosci potest cujas aliquis sit, an sit Hispanus, Gallus, Germanus, &c. Unde ancilla ostiaria Petro dicebat: *Loquela tua manifestum te facit.* Tres præcipuè repetiuntur Provinciæ, cælestis, terrena, & infernalis. Idioma Patriæ cælestis, *est lingua benedictionis. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te* Loquela provinciæ terrenæ, est de rebus terrenis tractare: *Qui de terra est, de terra loquitur* Idioma inferni est maledicere & blasphemare Deum: *Non erit eis matutina lux, irascentur & maledicent Regi suo & Deo suo.* Quisquis igitur Deum laudat, ad cælestem Provinciam se pertinere significat; qui de terrenis & temporalibus loquitur, ad terræ Provinciam spectat: Denique qui Idiomate infernali & diabolico loquitur maledicendo & blasphemando Deum, se de inferno esse, satis perspicuè indicat Unde S. Bernardinus de Senis ait: *Cognoscuntur Gallici ex loquela sua, Allemanni ex sermone suo: Italici ex idiomate suo: sic & reprobi homines ex blasphemiis suis; O homines infernales! O tartarei cives! O consocii inferorum! Cuilibet vestrum dici potuit, quod dictum est Petro; verè tu ex illis unus es, nam & loquela tua manifestum te facit; omnes namque blasphemorum lingua, damonum fistula vel ora sunt.*

Matt. 26.

Psalm. 83.

Isaiæ 8.

Bern. Senens. Dom. de pass. tomo 1. c. 1. fol. 94. col. 1. lit. A.

22. Enimverò hoc satis admitari nequeo, quod Deus ab hisce sceleratis blasphemari audiatur longè atrociùs, quàm à Turcis fieri possit, & tamen nullus sit qui ob id illis irascatur, aut illos ob hoc castiget, vel graviter castigari faciat. De filio Cræsi legitur, quod is, licet natura sive à Nativitate mutus esset, videns tamen militem quendam in fervore victoriæ proximius ad Patrem accedentem, & cruento gladio lethalem ei ictum infligere parantem, instigante filiali affectu, quo Patrem suum prosequebatur, in unico momento impotentiam suam naturalem superans, soluto linguæ vinculo altum exclamarit: Ne Regem occidas. Et nos qui linguam semper solutam habemus, Deum Patrem nostrum diabolicis blasphemantium linguarum gladiis offendi frequentissimè audimus, nec tamen ad eos reprehendendos aut compescendos et nostrum aperire conamur. Audimus quod blasphemiis quovis ense aut gladio magis penetrativis cor Dei nostri transfigant, & obmutescimus? Memores estote præcepti illius quod Deus in Levitico nobis dedit: *Educ blasphemum extra castra, & lapidet eum populus universus.* Nunquid ad lapidandum unicum blasphemum, decem, vel centum, aut mille hominis sufficiebant? Cur igitur ad hoc evocatur universus populus, qui ad numerum sexcentorum millium virorum bellatorum ascendebat, dempti senioribus, mulieribus, & pueris, nec non & Ægyptiis qui in eadem cum ipsi societate convivebant Respondet Theodoret. *Cum Deus occidere non posset, lingua ferit*, vulnus autem quod blasphemus lingua sua infligit, consistit vel in ablatione boni quod habet, vel in accelleratione mali quod non habet, estque hoc idem quod essentiam divinam quantum est ex parte sua, destruere, quæ in hoc consistit, quod sit omne bonum sine ullo defectu: Et consequenter, qui esse Deo aufert, omnes quoque destruit creaturas, quæ esse suum ejusque conservationem à Deo habent. Cum igitur omnes creaturæ per blasphemias tanto damno afficiuntur, justum est, ut non tantum decem, centum, aut mille sed omnes unanimiter eum lapidando de tanto malefactore vindictam sumant. Ipse namque Deum offendendo offendit creaturas, quæ tanquam creaturæ aliud bonum non habent, nisi quod à Deo illis provenit: Deo igitur per impossibile sublato, omnes quoque creaturæ è medio tollantur, offenso Deo omne quoque creaturarum bonum lædatur & destruatur necesse est. Atque ideo omnes creaturæ unanimiter eum lapident: *lapides eum universus populus.*

23. Dicet fortasse aliquis hoc supplicii genus inter nos non esse amplius in usu, sed abrogatum esse, quod tametsi ita quidem se habeat, non tamen hodiedum aliæ pœnæ quibus blasphemi exemplariter castigentur, desint. Lex etenim civilis determinat, quod *Blasphemus ultimo supplicio debet puniri.* Suspendantur igitur alii in patibulis, aut vivi etiam comburantur, eorumque cineres vento tradantur, ut ne nomen quidem amplius superstet. Num forte supplicium istud severum & rigidum nimis esse existimatis? Ego autem audacter affirmo illud respectu ingentis sui demeriti nihil esse. Porrò Pius V. felicis recordationis Bullam quandam edidit, qua [illegible] decre-

dixerit, quod si blasphemator spectatæ conditionis aut nobilitatis vir esset, prima vice 25. scutarum mulctæ loco penderet, secunda quinquaginta; pro tertia vero vice centum: Quod si autem hanc pecuniam pendere facultates suas superarit, eo quod blasphemans homo vilis sit, prima vice affligatur in die aliquo festivo per totum diem ad fores Ecclesiæ manibus post tergum vinctis: secunda vero vice fustigetur per civitatem; quod si vero spretis hisce pœnis tertia vice blasphemiam reiteraverit, lingua ei exscindatur, atque ad omnes condemnetur utpotè quæ vivus quidem ei hujus vitæ infernus, quem proinde velut pignus quoddam accipiat inferni subeundi gehennalis inalterà vita. Quod si autem blasphemator ille religiosus fuerit; prima vice privetur sanctibus per annum, secunda vice omnibus fructibus: tertia vero vice omnibus exuatur dignitatibus Ecclesiasticis. O si hæ leges observarentur, utique non tot audirentur horrendi blasphemiones; interim quæ in hac vita non habuerunt supplicia duplicabuntur & multiplicabuntur in altera. Enimvero de S. Macario legitur, quod per desertum obambulans quoddam hominis mortui cranium sive calvariam inveneris, quod cum interrogasset, cujusnam hominis esset, respondit se hominis alicujus pagani caput esse, cui Macarius mox aliam quæstionem subjunxit, nimirum in quonam inferni loco anima illius pagani detineretur, respondit hanc esse in barathro quodam Inferni adeo profundo, quanta est profunditas sive distantia cœli à terra: quod *non intelligitur per distantiam localem, sed per immensitatem penalem.* Replicavit denuo S. Macarius, num animæ aliquæ in inferni profundiori loco constitutæ essent præ ipsis? ad quod affirmativè respondit, nimirum animæ Hebræorum qui Prophetias habuerunt, nec tamen illis crediderunt: Intertogavit denuo Macarius, si adhuc profundior locus supereesset, & quænam in eo animæ servarentur reconditæ? Respondit iterato affirmanter, in eoque detineri animas malorum Christianorum: *Qui Deum blasphemaverunt.* Unde deducitur, nullum ex omnibus damnatis majora perpessurum esse in inferno tormenta, quam sint ea quæ passuri sunt blasphemi. Blasphemia ô quam horrendum & exectandum vocabulum! Blasphematores! detetius nihil dici aut nominari potest.

D. Vinc. Ferr. ser. 5. post ram. pal. ser. 1 f. 181. co. 3.

SERMO XXIX.

IN FERIAM SECUNDAM.

DOMINICÆ PASSIONIS.

Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Joan. cap. 7.

1. OMNE agens quod operatur *vel ex deliberatione voluntatis, vel ex necessitate naturæ*, finem aliquem intendere certissimum est, sive ille proximus sit, sive remotus, sive intermedius, sive ultimus. Unde Philosophus occasionem sumpsit asserendi, quod *Omne agens agit propter finem.* Scintillans & rutilans flamma adinstar bene formatæ & elaboratæ pyramidis in altum erigitur, & tametsi se tanquam fameliea detineat in depascendis combustibilis sui alimentis, nihilominus videtur, quod per instinctum naturalem nostram humilitatem dedignetur, & aliud nihil ambiat, quam ut ad stellas usque sublimari possit. Tandem alis desiderii instructa, quasi invisibilis facta ab oculis nostris disparet, & per apertas aëris semitas ascendit, suisque splendoribus vestita extrema conatur ut in paternæ habitationis residentia desiderata perfrui quiete possit: *Vt quiescat.* Tu ô Roma vides quod hoc amœnissimo totius anni tempore, quo pulcherrima Flora in tidentium pratorum agrorumque virore delitiatur,

Aristot. 2. Physic.

vivacibusque coloribus jucundos colles depingit, atque arbores novis denuò frondibus sese induunt, erumpunt è ramosis truncis teneræ frondes, quæ vix è genitricis suæ visceribus egressæ, infantilium quasi florum fœcundæ matres fiunt, quos millenis adhibitis curis, eosdem à frigoris rigoribus, ab indiscreti Boreæ turbinibus defendendo, non alio fine educare satagunt, quam ut illos ex tenellis floribus in maturos suavesque fructus transformare possint: *ut flores fructus parturiant.* Observate insuper, O Auditores laboriosissimam industriam, quam mathematicum illud animalculum aranea videlicet, quantò minori corpusculo, tantò majori ingenio prædita in telarum suarum compositione adhibere solet. Nam ex proprii sinus sui gaza argentea fila trahit, eaque à centro incipiendo ad totam circumferentiam usque extendit, laborat sine omni instrumento, adæquat sine circino, rectas ducit lineas sine norma adhibita, se defatigat sine auxilio, subtilia stamina deducit, & nescio, quo modo, illa extendit, & nescio quo, quasi ingeniosus geometra ea arte quam natura magistra didicit, nunc dividit, nunc cum æquali distantia conjungit; Nunc ex lineis parallelis scalam quandam componit, per quam subitò nunc ascendere videtur, mox descendere, nunc ad dexteram, mox ad sinistram movetur. Sicque sensim & paulatim in elaborata è visceribus suis machina finem illum clarè exprimit, quem propria naturæ inclinatio ejus Ideæ impressit. Distincto quodam & optimè regulato ordine triangulos cum quadratis confundit, subtilissimas lineas ad circumferentiam innodat, sive innectit, sive nodis, aut nexu, & non inæquali ordine easdem eodem momento patiter & terminat & conjungit, distinguit à thombis quadrilateres, & rectangulos. Cum debitis intervallis & numeris proportionalibus format angulos, triangulos, & æquangulos. Lineas facit apparere quasi figuras & pentagonos, adeò ut velut novellus quidam Archimedes vel Euclides in unam tantum figuram velut in breve compendium simul contrahat mille figuras, & in artificiis suis cum Dædalo certando suspendat in aëra Labyrinthos, quantò Cretensibus in materia inferiores, tanto iisdem spectabiliores in magistetio. Et sicuti quasi omnes lineas ad unum punctum reducit, ita omnes suos adhibitos labores ad vilissimarum minutarumque muscarum prædas dirigit. Unde Seneca: *Quanti operis sit fila disponere? alia in rectum immissa firmamenti loco, alia in orbem curvata et rarò densò rara, quæ minora animalia in quorum perniciem illa tenduntur, velut retibus implicata teneant.* Sic quoque generosus bellator voluptatum sibi ab omnibus quibus in paterna domo fruebatur commodis sequestrum eligit sive devortium, & sub Martis ac Bellonæ insignibus, cœli inclementiis & quibusvis aëris injuriis exponit; Corpus suum nunc ardentis canicula substernit ardoribus, nunc rigoribus hyberni: plumæ ejus quibus incumbit, nives sunt, lectus nuda humus, cervical frigidum saxum, in quo quilibet brevisculus somnus ei interrumpitur vel à rauci tympani strepitu, vel à lituo, importunoque tubæ clangore, vel à concavorum metallorum horribili fragore, vel à gelidi Aquilonis impetuosis turbinibus. Et hi quidem incommoditatibus ultro citroque se exponit non alio fine, quam ut fructibus perfrui possit pacis illius, quæ è belli cinctus natalium suorum trahit originem: *Bella gerimus, ut in pace vivamus.* Enimvero homo nullam alium operationibus suis præfixum habet aut habere debet ultimum finem quam cælestem gloriam, quæ in objecti beatifici, quod Deus summum bonum nostrum est, visione consistit, pro cujus finis assecutione duo potissimum conditiones requiruntur, una quidem *ex parte Dei*, altera vero *ex parte nostri.* Et parte etenim Dei requiritur, ut ille gratiæ suæ nobis præstet auxilium nos vocando & excitando, qua in re nequaquam ipse nobis deest: *Stabat & clamabat, si quis sitit,* quia sine divinæ gratiæ auxilio nullam elicere possimus actionem meritoriam: *Non sumus sufficientes, &c. nobis tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est.* Ex nostra autem parte requiritur correspondentia, libere assentiendo & cooperando, faciendo id quod debemus. Unde S. Augustinus asserit: *Deus non vult salvare te sine te.* Ac proinde Christus dicit: *Veniat ad me & bibat,* porrò etenim necessarium est ad ultimi finis nostri assecutionem, ut ipse nos vocet, & nos ei vocanti respondeamus. Ecce tibi hic in duas partes divisum hujus mei discursus subjectum sive argumentum. Enimvero cum Christus aquam offerat, vos illam oblatam acceptate & bibite, ita tamen ut bibendo silentium teneatis. *Qui sitiunt Fiat silentio bibant.*

Seneca l. 12. epist.

2. *Stabat Iesus & clamabat, si quis sitit, &c. Adag.*

Celebratur hodie in sacro Salomonis Tem-

plo

plo cum solemni pompâ Hebraicæ Scenopegiæ octavus dies, id est, memoria diei illius quo ut Sanctus Pater noster Augustinus opinatur ere-

Ex. 23. 16. Ut fiere tabernacula: *Dies erat octavus in quo festa celebratum agebatur, eratque dies celeberrimus sicut primus.* Verbum itaque Incarnatum copiosam populi frequentiam & numerosum gentium concursum, ultimo solemnitatis die vel maximè videns, ex eminenti quodam loco, *Ut ab omnibus videretur atque conspectu facilius etiam intelligeretur*, ut vult Maldonatus, excellens quoddam aquæ Crystallinæ atque cælestis omnibus illis alta voce obtulit flumen, quotquot ad eum libundi concurrissent: *non necessitate aut violentia attrahendo, sed desideriorum multum habeos vocando*, inquit Chrysostomus. Etenim de hac aqua a Salvatore nostro non Hebræis tantum sed & universo mundo oblata, nec non de fluvius Christus hic meminit, variæ sunt apud sacros Scriptores opiniones & expositiones. Cardinalis Tolerus tenet intelligendum esse generaliter *de bono spirituali & beatitudine, quæ sanctis parte, quæ quidem hoc sæculo communicatur, sed in futuro completur.* Euthymius hunc locum ita exponit, intelligendo per sitim desiderium ardens, non alia aqua restinguendum, quam doctrina per Filium Dei prædicata. Sanctus Joannes Chrysostomus vult in hisce aquis significari dona Spiritus sancti. (Chrysost. tom. 5.) *Datur enim interius Spiritus sanctus, qui fluvius à quo innumera & perfectissima dona & virtutes velut flumina multa procedunt.* Sanctus Gregorius arbitratur, quod cum Christus mysticum quoddam flumen sit, rivuli per hoc fluminis aquæ ad nos deferuntur sint Charitas, Fides, & Spes. *Rivulus est fluminis charitas, rivulus est fluminis Fides, rivulus est fluminis Spes.* Christus enim in hominum corda transfundere volebat charitatem, ut per hanc Deus amaretur super omnia creata: Fidem, ut suam desistentes perfidiam, crederent ipsum Deum esse, ac denique Spem ut æternæ beatitudinis præmium ab ipso se consecuturos esse crederent. Verumtamen Maldonatus & cum ipso multi alii Scriptores Christum nobis sub aquæ accidentibus vel similitudine gratiam suam nobis offerre affirmant, ut nobis velut auxilium quoddam ad ultimi finis & salutis nostræ assecutionem profitiarc; proinde exclamat: *Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Aperit & ostendit omnibus fontem gratiæ, ex quo qui non biberit, salvus esse non possit.* Porrò ad consequendam salutem nostram, bona opera requiruntur, quæ sine gratiæ cælestis auxilio facere non possumus. Estque hæc doctrina certissima, à sactis Theologis tradita, nec non à sanctis Patribus & conciliorum determinationibus rite confirmata.

3. Et quidem doctrinam hanc Alvarez inter modernos in medium adducit, dicens: *Homo justus præter habitus infusos, ad bona opera tam interna quam externa facienda indiget nova gratia excitante.* Eandemque veritatem diu ante docuit Doctor Angelicus sanctus Thomas, dum ait: *Quæcunque natura aliqua corporalis vel spiritualis movetur perfecta, non potest suum actum producere, nisi moveatur à Deo.* Ita quoque Concilium Arausicanum hisce verbis determinat: *Quoties bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, ut operemur, operatur.* Cui Concilium Tridentinum quoque subscribit, dum ait: *Quod in omni opere bono nos non incipimus, & postea per Dei misericordiâ adjuvamur, sed ipse nobis nullis præcedentibus meritis fidem & amorem sui prius inspirat, ut post cum ipsius adjutorio, quæ sibi sunt placita adimplere possimus.* Verum enimvero ad Patrem Theologorum, & Theologiæ Magistrum Augustinum recurramus, qui simplitudine oculi, sine luce videre non valentis, licet perfectissimus sit, ita hæc omnia declarat: *Si oculus corporis etiam plenissimè sanus, nisi candore lucis adjutus, non potest cernere: Sic etiam perfectissimè justificatus nisi æterna luce justitiæ divinitus adjuvetur, recte nō potest vivere.* Possumus haud dubiè per opera mala à Deo elongari, quia voluntas nostra per semetipsam est ad malum inclinata: verum ut ad Deum revertamur operando bonum, quod est actus supernaturalis, impossibile est, nisi Deus per gratiam suam, quæ à Theologis excitans & adjuvans appellatur, nobis prius succurrat: *Quod à Deo nos avertimus, nostrum est, & hæc est voluntas mala, quod vero ad Deum nos convertimus, nisi ipso excitante & adjuvante non possumus, & hæc est voluntas bona*, inquit idemmet sanctus Augustinus. Verum enimvero quandoquidem nunc in pulpito, non verò in cathedra constitutus sum, neque animus mihi est punctum istud Scholasticè per Theologiam discutere, sed potius idipsum moraliter per Scripturæ loca exponere, ideo sufficiet si in præsenti cum supradicto Patre nostro concludens dicam: *Nec velle quisquam potest nisi admonitus & vocatus.* Damnata siquidem est falsa Pelagianorum opinio, qui opinabantur gratiam divinam requiri *ad faciliùs*, non vero *ad simpliciter operandum bene* necessariam esse, sed

Alvarez de auxil. l. 9.

Idem l. 2. de pec. meri & remiss.

Idem ib.

ad hoc liberi arbitrii virtutem abundè sufficere. Quam vero hoc falsam & à veritate prorsus alienum sit ex ipsismet verbis Salvatoris sufficienter colligitur, qui non dicit: *sine me nihil potestis facilè facere* (ut bene Cardin. Tolet. notat,) *aut nihil magnum, sed simpliciter nihil.* Id quod etiam ex similitudine palmitis è vite enascentis sufficienter deducitur, qui *non manet in vite ut facilius fructum proferat, sed ut simpliciter fructum edat: utique nullum facturus à vite separatus.* Porrò opera nostra considerari possunt pro tribus præcipuè statibus, scilicet vel in principio, vel in medio, vel denique in fine (loquor de operibus meritoriis vitæ æternæ) quocunque autem horum modorum considerentur, auxilium divinæ gratiæ requirunt ut in lucem prodire & meritoria esse possint. Unde cum Salvator ait: *sine me nihil potestis facere*, dicere volebat, ut doctus Parisiensis advertit, *nihil potestis facere inchoativè, nihil continuativè, & nihil consummativè.*

Joan. 15. Tolet. ib. adnot. 9. f. 158. co. 1. l. Ag. Idem.

Guiliel. Paris. in Dom. 22. post Trin. co. 1.

4. In multis sacræ Scripturæ locis Deus noster olim præcepit, ut omnium fructuum primitiæ ei offerrentur, præcipuè verò in Exodo: *Primitias fructuum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei.* Cur autem primitias quæ communiter ea non sunt perfectione affectæ ut sunt alii fructus, sibi offerri expetit? videtis enim quotidiè quod primitiæ ut plurimum ad talem maturitatem non perveniant, qualem alii fructus assequuntur. Et deinde quid Dei interest sive fructus acerbi sint, sive maturi? cum Deus illos non manducet. Ac proinde aliquod sub harum primitiarum foliis mysterium delitescere existimo. Supracitatus Parisiensis dicit, quod sicut flumina in mare refluunt unde emanarant, ita Deus primitias experiendo demonstrare voluerit, quod primitiæ ad Deum redire debeant, quia ab ipso originaliter procedunt: Etenim sive nascantur, Deus illarum causa est, sive crescant, augmentum illis à Deo accedit, sive ad perfectionem reducantur, sive virtute Dei id habere nequeunt, unde Deus per illud præceptum nobis vult innuere, quod opera nostra bona sive inchoentur, sive illa prosequamur, sive terminentur, à Deo semper proveniant: *Dominus in veteri Testamento præcipiebat primitias sibi offerri, & hoc in signum, quod inchoatio boni operis est à Deo, & ad Deum referenda, utpote tanquam ab eo principaliùs procedens quam ab homine.*

Exod. 23.

Guilielm. Paris. ubi supra.

5. Mox ut Salomon post mortem Davidis patris sui in regno successit, ad Deum sese convertit, magnaque cum instantia ei supplicavit, ut in administratione regni sibi non divitias aut vitam longævam, sed exquisitam quandam sapientiam impertiri dignaretur, ad hoc ut per hanc sapientiam sibi continuo assistens Deus efficeret, ut regimen suum irreprehensibile & Deo gratum, totique regno salutare esset: *Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam.* Indubitatum est, quod ad bonum & felix regimen magna requiratur sapientia: nunquam tamen hactenus scivi, quod ad hoc scientia quædam requiratur à Deo infusa; inde enim sequeretur quod qui hac est destitutus, bene quoque gubernare non possit, cujus tamen contrarium frequenter experimur. Hugo Cardinalis dicit, quod petere à Deo sapientiam idem sit, quod postulare ab illo humilitatem, puritatem & simplicitatem *Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, quod est petere humilitatem, puritatem, & simplicitatem.* Unde Salomon hisce verbis pertudere nobis voluit, quod nec humilis, nec sapiens, nec purus, nec simplex esse, nec aliquem virtutem & meriti actum exercere possit sine auxilio gratiæ divinæ: *Ecce fatetur se non posse continere nisi Deus det; & propterea orat sibi dari Dei sapientiam, quæ deducat eum sobriè, & sua potenti virtute custodiat ab incontinentia & intemperantia*, ita ponit Gregorius Arimenensis. Etenim quis est qui nesciat, quod idem Salomon quoadusque concursu gratiæ divinæ confortatus erat, Regnum suum sanctè gubernarit; mox verò ut illo subsidio destitutus fuit, omnia sulque deque & malo omine processerint.

6. Hanc quoque veritatem Regius Propheta David agnovit, eamque sæpè nunc sub metaphora ædificandi, nunc vigilandi, nunc custodiendi indicavit: *Nisi Dominus ædificaverit domum, frustra in vanum laboraverunt qui ædificant eam.* Cur ita? Num forte quia ex defectu sufficientis animi fabricam cœptam consummare desperat? Aut forte stabilis non erit fabrica quam erexit? aut quia fabrica eripietur ei & in alienas manus devolvetur? aut quæ tandem causa erit quod omnis ædificantium opera sine Deo vana futura sit & supervacanea? Prodit hic sanctus Valerianus Episcopus Cemelensis hom. 2. de vana gloria, & dicit. Davidem nihil aliud per hæc verba dicere voluisse, quàm quod qui sine concursu gratiæ divinæ ædificium metiri per lapides operum bonorum erigere intendit, super arenam fabricare, aut super lapides seminare, aut in mari metere, vel ventum reti capere contendat: *Videtis ergo quod nec sine Domino, quod bonum est ædificare,*

ædificari, nec ædificatum sine Domino poterit custodiri: Rogemus itaque est semper Christus noster, ut in nobis bona nutriat, & exorandus ut nutrita custodiat. Quod vero ad secundam metaphoram vigilandi attinet, subjungit: *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Custodiat igitur civitatem animæ suæ quisquis volet, ne obsideatur à peccatis, & in prædam Dæmonibus cedat, certum enim est quod sine subsidiamento gratiæ cœlestis *frustra vigilat qui custodit eam*; id est, juxta doctrinam Chrysostomi bi fol. 106. co. 2. L. F. (Eam quidem perfectam & absolutam non poterit quis custodire, si Deus non adsit auxilium.) Et sanctus Augustinus concludit, quod absolutè laboramus in custodiendo (sed vanus est labor noster, nisi ille custodiat, qui videt cogitationes vestras) Sed velim attente auscultemus quod Prophera consequenter dicit: *Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris.* Igitur si quis summo diluculo, sole nondum emicante surgat, is oleum & operam perdere dicetur; dicere quidem possemus, hæc verba de illis intelligenda, qui tametsi valdè manè è plumis se propripiant, in vanum tamen surgunt, eo quod operibus virtuosis & fructuosis sese non applicent. At verò S. Arbanas sensum Davidis alterum propositum declarat dicens: *Vanum & mendacium ergo vobis omnibus ante lucem Christum, custodiæ nostra surgere, & incipere aliquod opus bonum, nisi lux gratiæ infundatur: surgite ergo per lucem gratiæ bene operando postquam diu sederitis otiosi, qui manducatis in afflictione panem doloris, ac pœnitentiæ.*

7. Obedientissimus Jacob ex præcepto Isaac Patris sui è domo paterna se recipiens versus Mesopotamiam Syriæ profectus est; ut ex filiabus Labanis unam sibi in conjugem acciperet. Sub vesperam primi diei, totam noctem in spatioso quodam campo transigere coactus fuit, loco adeo inculto & minimè ab hominibus habitato, ut ne unum quidem tugurium usquequaque videri posset, in quod se hospitii & quietis captandæ causa recipere posset: atque ideo videns se à tenebris prohiberi, quo minus ultra procedere posset, dedit sua membra sua meliori quo potuit modo super nudam humum prostravit; acceptisque lapidibus pallium suum illidem superimposuit, atque cervicalis loco capite innixus confestim obdormivit: Dumque membra ex itinere defatigata somno reficerentur, scala quædam mystica in somnis ei apparuit adeo sublimis & celsa, ut à terra ad cœlos usque pertingeret, per quam Angeli continuo motu ascendebant à terra in cœlum, & è cœlis in terram denuo redibant. O quam pulchra & jucunda visio hæc erat, atque ad reficienda & recreanda Jacobi membra ex facti itineris incommodis fracta & afflicta abunde sufficiens: *Vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum, Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam.* Ex omnibus autem quæ in illa visione acciderunt nihil est quod majorem menti meæ ingerat difficultatem & admirationem quam testimonium Jacobi Patriarchæ, quo se *Dominum innixum scalæ* culmini vidisse perhibuit. Ergone Deus fulcro opus habet, cui innitatur! Ille qui totum sustentat universum, vastasque cœlorum sphæras gubernat à scala sustentaculum mendicare dicetur? Enimvero Hieronymus Oleaster verum hujus scripturæ sensum ingeniosè penetrasse videtur, dum ait, quod per gradus bonorum operum nemo per scalam perfectionis, sursum ascendere cœlosque ad videndum Deum eoque fruendum ingredi possit, nisi Deus illum adjuvet sustentando scalam, nobisque; ad cœlum ascendere satagentibus gratiâ porrigat opportunè: *Ut ostenderet neminem ad eum ire posse, nisi ille tenuerit viâ ejus scalam & sustentaverit.* *Gen. 28.* *Oleast. ib. f. 222.*

8. Sponsa cœlestis cum omni modestia & civilitate occasionem sumpsit à dilecto suo cœlesti sponso favorem quendam tam suo quam totius sui sacri gynæcei nomine petendi. Videbatur namque ei quod procul à Sponso remota nec esse, nec vivere posset, adeoque ubicunque ipse erat, ipsa quoque adesse desiderabat, quasi diceret: O mi suavissime Sponse, me sine te esse aut vivere, idem mihi videtur, quod sine spiritu vel anima vitam traducere, idemque est totius nobilissimi Gynæcei sensus, omnes namque dilectæ filiæ meæ quæ sancto quodam amore te prosequuntur, tibi semper præsentes assistere concupiscunt: Interim vero æquitati & rectæ rationi nequaquam consentaneum est, ut tu nostra causa aliquod tibi fastidium aut incommodum concilies veniendo ad nos, quin potius justum & æquum est, ut sine ullo respectu incommodi nostri quod nobis quacunque tandem ex causa occurrere posset, ad te accedamus, dummodo hanc nobis gratiam quam omnium aliarum puellarum nomine à te deposco, præstare dignaberis: *Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.* Vellesne igitur ô Sponsa ut dilectus tuus tuas suppleret negligentias? cur *Cant. 1.*

non

non proprio conatu accurris, sed expectare vis donec currus & quadrigæ à dilecto tuo in occursum tibi submittantur? Qui amat raro ejusmodi complementis insistit, nec tot respicit aut desiderat cæremonias. Præterea, ut verum tibi fateat, mentem tuam non satis intelligo : Tu etenim dicis quod movere te non valeas: *Trahe me*, attamen postea indicare non dubitas, animum tibi esse ad currendum eumque perniciissimo motu consectandum: *Curremus*. Quod si movere te non vales, ideoque trahi postulas qua igitur ratione currere poteris? aut si currere libet, cur dicis quod movere te nequeas? si alia quædam mulier esses, quæ in eo apud me non esset conceptu quem de te tanquam viragine sapiente & prudente habeo, diceres utique verba hæc extravagantia esse, & rectæ rationi parum admodum consentire. Verum ô Auditores, verba hæc Sponsæ bene consideremus, existimo enim quod si æquo pondere trutinata fuerint, nos adstringent ad eam magnis laudibus concelebrandam, utpote quæ bene locuta sit, servato per omnia verba sua rigore scholastico, haud secus ac si in gravissimis sacræ Theolog. difficultatibus apprimè esset erudita, *Trahe me* dicit inprimis, quia ne unicum quidem gressum facere aut me tantillum movere possum ad bene operandum, sine gratiæ tuæ auxilio. ac proinde. *Trahe me*, id est, adjuva me per tuam gratiam, sic enim fiet ut deinceps ego per libertatem arbitrii correspondendo, juxta virium mearum possibilitatem currendo acceleratura sim. Hoc sensu hæc Sponsæ verba nonnulli Scriptores exponunt, inter quos Cosmas Damianus lib. 1. ita dicit: (Non ignorat nos nihil posse cogitare, nedum currere ex nobis tanquam ex nobis, quin omnem sufficientiam nostram ex Deo esse.) Ægidius Cardinalis Columna ibi lect. 2. dicit: (Quasi diceret, Domine JESU Christe, video quod ex me non possum ad te venire, nec tuam dulcedinem gustare, ideo tuum auxilium implorando rogo, trahe me post te) B. Thomas à Villa nova ibid. fol. 286. ait. (Non ipsa venire per me possum, sed tu trahe, sequar te, si trazeris me.) Et super omnes alios sanctus Gregorius ibi concludit dicens: *Non currit qui non trahitur, quia quem divina gratia non adjuvat, molestia suæ corruptionis gravatur, gratia quippe divina nos prævenit.*

9. Certum est, quod nos quoad opera bona extincta simus cadavera, sine aliquo vitali principio, quod esse nobis influat & vitam. Quid enim boni facere poterit, qui cæleſti gratia non adjuvatur? Quem volatum avis sine alis faciet, aut quomodo pisces sine aqua natabit, aut quem fructum arbor sine terræ humore produceret? Ac proinde huic Catholicæ veritati sequaque subscribit S. Gregorius Nazianzenus, dum hanc doctrinam ipsemet calamo suo exarat: *Sine Christi ope omnes nos inania ludibria sumus, & vivi, ut ita dicam, cadavera sceleribusque foetida, ut enim nec avis sine aere volat, nec delphinus sine aqua natat, ita nec homo sine Christi adminiculo pedem terra efferre potest.* Ac proinde David dicebat: *Substantia mea apud te est.* Psalm. 38. volunt Origenes legit: *Substantia mea à te est.* Quarum verborum tota difficultas in eo consistit, ut sciamus quidnam David per ly substantia, intelligi velit, an esse naturale, an dignitatem regiam, an divitias, an fortitudinis robur in lacertis leonibus & ursis, in sternendis gigantibus exhibitum, vel alia naturæ bona, Hugo vult per substantiam opera bona meritoria & digna æterna mercede intelligenda. Quæ opinio admodum mihi placet, siquidem hæc revera est vera substantia, respectu cujus omnia alia quæ possidemus sunt accidentia, *possunt adesse & abesse*; opera autem meritoria nunquam amittuntur: Quæ *enim illorum sequuntur illos, quantum ad fructum sive mercedem, quasi dicat, post merita habebitur plenum præmium*; ita interpretatur S. Thomas Doctor Angelicus. Ecce igitur tibi veram Prophetæ regii intelligentiam per visionem Origenis optimè expressam, dum legit: *Substantia mea à te est*; id est, à me & ex me nihil possum, ad quodvis bonum operandum inhabilis sum, & quid autem, quod gratum tibi est, effecero, id totum tibi in acceptis refero, utpotè à quo post operari habeo *Substantia mea à te est.* Tua enim gratia, ô mi creator, à somno me excitat, virtusque mearum imbecillitatem adjuvat. Et ratione ut Magister Sententiarum docet, & ex Doctrina S. Pauli deducitur: *Quia voluntas nostra nullum bonum agit nisi divinitus adjuvetur.* Unde alibi Apostolus ait: *Non autem ego sed gratia Dei mecum.*

10. Filius Dei duo præcipuè in oratione Dominica observanda proposuit quando per illam aliquam è cælis gratiam impetrare concedimus. *Sic orabitis. Adveniat regnum tuum.* Ecce primò alterum verò est. *Fiat voluntas tua.* Examinemus obsecro hoc loco utrumque. Primò igitur dicit *Adveniat regnum tuum.* Enimverò quod à libertius nonnihil ad vos loqui (salva semper veritate) liceat, videtur mihi hic loquendi modus valde incongruus,

incongruus esse. Quomodo enim fieri poterit ut Regnum cœlorum ad nos veniat; imò potius convenirent ut nos illud inquireremus. Sic enim Matth. 25. legimus Christum Dominum servo illi dixisse: *Euge, serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Imò ipsimet electi à Christo vocabuntur ut veniant in gloriam: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnū*, in quibus aliisque locis semper dicitur, quod abire debeamus ad inquirendum paradisum, cur igitur Salvator noster, in sua quam tradidit oratione docuit petendum à nobis esse, ut Regnum Dei ad nos veniat? Forte id fecit, quia cognoscebat naturalem hominis conditionem, qua homo bonum quidem appetit, sed sine labore; sed potius ut ipsum domi nostræ hominem requiretur. Potrò S. Gregorius Nyssenus per regnum Dominum Sanctum intelligit: *Spiritus Sanctus regnum est; veniat & purificet nos.* Hugo apud Bivum. de Psal. dicit, quod [Regnum Dei triplex est, scilicet regnum potentiæ, regnum sapientiæ, & regnum lætitiæ.) Petimus autem ut hæc tria Regna ad nos veniant; regnum quidem potentiæ, ut cum debiles & infirmi simus, nos roboret & sanos efficiat: Sapientiæ verò regnum, ut cum ignorantes simus, nos doceat & erudiat: Denique regnum lætitiæ, ut nos mœstos & afflictos consoletur & recreet; atque ideò dicat: *Adveniat regnum tuum.* Communiter verò omnes Scriptores per Regnum hoc Regnum gloriæ intelligunt, unde ut notat Beatus, Joannes de Saxonia, videtur quod potius Deum oportebat nos non dignos efficiat regno suo potiri & frui valeamus. [Quare non dicit: Veniamus ad regnum tuum: quod tamen videtur convenientius, quia potius non venimus ad Regnum, quàm regnum ad nos.] Tandem verò respondet, quod cum non sit in nostra potestate, nec sufficientes vires habeamus à nobipsis ut regnum cœlorum adire possimus, ideò potius petimus ut ipsum veniat ad nos, impossibile enim nobis est, ut per nosipsos & sine gratia & auxilio divino ad sublime illud regnum pervenire possimus: [Et ideò quia venire ad regnum non est in potestate nostra, sed ex divina gratia & voluntate, potius petimus regnum Dei venire ad nos, quam nos venire ad regnum Dei.] Ita concludit supradictus Jordanes.

11. Alterum est: *Fiat voluntas tua.* Dicite sodes nunquid mera vanitas esset, si quis desideraret ut sol splenderet, vel ignis calefaceret? Sine dubio, quia secundum cursum ordinarium impossibile est ut ille non splendeat, vel hic non calefaciat. Ita quoque vanum esse videtur ut voluntas Dei fiat, siquidem id quod Deus vult, infallibiliter futurum sit. Dici quidem posset, quod hic non agatur de facienda Dei voluntate solum quoad substantiam, sed quoad circumstantiam & modum, id est, *sicut in cælo & in terra*, scilicet ad eum modū, quo voluntas Dei fit ab Angelis exactè & libenter, ita quoque à nobis in terris fiat, quia dicit Paulus de Palatio: (Potrò licet sint nonnulli qui studeant Dei facere voluntatem, faciunt tamen adeò gravate, illibenter, & amarè, ut ferè optasses non feciſſe; ideò Dominus dicit, Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, id est, libenter, sine scrupulis, sine anxietate, hilariter, magno & dulci animo.) Nihilominus Ægidius de Columna hunc loquendi modum: *Fiat voluntas tua*, in alio sensu exponit, scilicet; ut idem sit ac si diceret quis: Da mihi, ô Domine, tantam gratiam, ut tuam facere possim voluntatem, si enim hanc mihi denegaveris, impossibile mihi est, ut illam executioni mandare possim: (*Fiat voluntas tua*, id est, fac me facere & implere voluntatem tuam, quia per me ipsum non possum absque auxilio,) & sanctus Joannes Chrysostomus similiter dicit: *Ostendes, quia perfectè virtutem non nostri sit studii tantummodo, verum etiam gratiæ Dei.* *Chrysost. ibidem.*

12. Petrus & Joannes in templum Salomonis debita reverentiæ & devotionis obsequia exhibituri ascendebant ad horam orationis nonam. Cumque fores templi ingrederentur, claudus quidam qui movere se nequaquā poterat, Petro se recommendans aliquod ab eo vitæ subsidium postulabat, ut sustentare eandem posset: Petrus autem quia nec pecunias, nec aliud quàm pauperculas vestes suas secum habebat, libenter quidem ei subvenire voluisset, sed prohibente inopia id facere non valens, elevatâ dexterâ pontificalem ei impertitus est benedictionem, & claudum sanitati restituit, qui surgens & firmatis lateribus plantisque consolidatis integrè se sanatum videns, ad pedes sanctorum Apostolorum se provolvit, eosque brachiis suis stringens, affectu eam exhibuit gratitudinem, quam ipsomet opere & effectu obstante paupertate exhibere non poterat. Ad quod miraculum ingens hominum multitudo concurrit, qui omnes claudum hunc liberè & sine ullo impedimento gradientem videntes attoni-

ti & ſtupefacti fuerunt, nec erat qui non datâ operâ intra hominum illorum turbam ſe ingereret, ut hominem illum ſanatum viderent. Ergone hic eſt ille [ſe mutuo cum ſtupore intuentes dicebant.) quem paulò ante ad fores templi immobiliter jacentem & mendicantem conſpeximus? Eſt ipſiſſimus ille. Sed quis eſt qui tanta pollet virtute hunc hominem adeò integrè reſtituendi? quis eſt ille vir tantus tamque prodigioſus? Omneſque digito Petrum commonſtrantes dicebant. Ecce tibi ſenem illum claudo proximum, hic etenim eſt qui tantam virtutem exſeruit. Quod ſanctus Apoſtolus advertens ad populum converſus hiſce eum verbis affatus eſt: *Viri Iſraelitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare?* Actor. 3. quaſi diceret, nos ex nobiſmetipſis tantam virtutem minimè habemus, ut tantum opus poſſemus attingere, noſtræ enim vires nimium ſunt debiles; Hunc ergo greſſum huic homini dedimus in nomine ſanctiſſimi magiſtri noſtri Jeſu Nazareni, hic ſuam nobis indulſit gratiam, ſine qua impoſſibile nobis eſt, ut aliquam elicere valeamus actionem quæ bonitatis nomen mereatur: *Fides quæ per eum eſt, dedit integram ſanitatem in conſpectu omnium veſtrum.* In qua actione Petrus demonſtrare voluit, quod gratia Dei ſit ea quæ nos movet, quæque vires miniſtrat operandi bonum actioneſque æterna vita dignas eliciendi. Id quod ſanctus Victor Antiochenus conſiderans dixit: (Qui omnia ante caſum ſibi arrogare audebat, poſt lapſum contraria ſtudia ſectatus nihil quicquam ſibi, ſed omnia Chriſto Domino tribuebat.)

13. Enimverò ex quo actionibus Petri conſiderandis immoramur, aliam quandam perviderimus non minori conſideratione dignam. Ipſe namque tempore Paſſionis Chriſti verum eſſe expertus eſt, quod ſanctus Pater noſter Auguſtinus dicere ſolebat: *Amor meus, pondus meum, eo trahor, quocunque trahor.* Sine ulla enim militum formidine amor illum ad Dominum uſque in atrium Pontificis confectandum impulit, ubi primò quidem ab ancilla quadam, deinde verò à miniſtris interrogatus, an diſcipulus & ſectator Chriſti eſſet, ter negavit, & cum juramento ſe eum minimè cognoſcere teſtatus eſt: *Cœpit anathematizare & jurare, quia non novi hominem illum.* Marci 14. S. Ambroſius obſervat, quod S. Petrus à ſuo errore non reſipuerit, nec eum deſleverit, niſi poſt tertiam negationem. Tunc enim *exivit foras, & flevit amarè.* Luc. 22. Etenim non credo Petrum prima & ſecunda vice eum ſe raptum ſuique impotem fuiſſe, aut in corde ſuo magiſtrum verè non agnoviſſe, tametſi exterioribus verbis & lingua dixerit: *Non novi hominem iſtum.* Matth. 26. Jam verò quod ſi tam prima quàm ſecunda vice errorem ſuum non minus agnoverit, quàm tertia vice, cur primis vicibus non ſe emendavit, cur non pœnituit aut flevit? Patet ex ea reſolutione quam ſanctus Ambroſius adfert circa fletum poſt tertiam vicem factum facile colligere poſſumus cauſam cur prima & ſecunda vice non fleverit. Poſt tertiam etenim vicem, inquit ſacer textus Chriſtum reſpexiſſe: *respexit Petrum, & flevit amarè*, Lucæ 23, quia tota ratio amari fletus & pœnitentiæ ſuæ adſcribitur auxilio quod à Chriſto eum reſpicienteei datum fuit. Prima & ſecunda vice Chriſtus eum non reſpexit, & ideò non flevit. Manifeſtum igitur eſt, quod niſi Deus per aſpectum gratiæ ſuæ non adjuvet, nos à nobiſmetipſis actum contritionis, pœnitentiæ, vel alterius operis virtuoſi & meritorii elicere, vel etiam unicam ab oculis lachrimam, vel minimum à corde ſuſpirium emittere poſſimus minimè: *Negavit primò Petrum, & non flevit, negavit ſecundò & non flevit quando reſpexit eum Dominus: negavit tertiò, reſpexit Jeſus, & ille amariſſimè flevit.*

14. Sanctus Paulus Apoſtolus Romanis congratulans, eo quod in fide ſemper creſcerent, eaque per totum mundum dilataretur, continere ſe non potuit, quin in ſignum cordialis ſubili quem in corde perſentiſcebat, quandam ad eos litteram exararet, in eaque Domino pro ipſis gratias referret: *Primò quidem ago gratias Deo meo per Jeſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annuntiatur in univerſo mundo.* Roman. 1. Obſervat hic Theophylactus Apoſtolum duo præcipuè puncta tangere. Primum eſt, quod fides ſuſceperint: alterum verò eſt, quod illius fama per univerſum mundum divulgata: (Potiò duo quædam in Romanis ſuo teſtimonio probat, & quia in Chriſtum crediderint, & tanta cum gloria, ut eorum fides terrarum orbem pervaſerit.) Et de utroque divinæ majeſtati gratias refert, quod ſcilicet eos à ſumno excitaverit, dum in gentilitatis erroribus obdormiviſſent, opportunumque eis auxilium miniſtrarit, quod ad duo præcipua neceſſarium erat, ad deferendum malum & amplectendum bonum. Poſtò Cardinalis Ægidius Columna verba ſancti Pauli cum attentione ponderat: *Gratias ago Deo per* Jeſum Chriſtum. Nunquid

quid sufficeret dicere: *Gratias ago Deo meo*, cur igitur insuper adjungit: *Per Iesum Christum*? Num forte Paulus *Christum Iesum* in hac gratiarum actione apud Patrem mediatorem interposuerit? Ita quidem opinatur Cajetanus, ibidem fol. 4. cap. 1. dum ait: Quemadmodum Jesus Christus mediator est dum conferuntur à Deo bona hominibus, ita mediator est in gratiarum actione.) Et sanctus Anselmus pariter ait: (Sacrificium laudis illi offero, non per me, sed per magnum Pontificem, id est, (Jesum Christum.) Rupertinus autem Cardinalis Ægidius Columna dicit, quod quia gratias Deo pro beneficiis recepisse agere actio bona est & reverentia, ideò Apostolus aliis verbis demonstrare voluerit illam in se minimè fieri posse nisi Jesus Christus proportionatum ei concederet auxilium: (Dubitaret fortè aliquis, quare addit Apostolus: *Gratias ago Deo meo per Iesum Christum*, ut ostenderet Apostolus, omnia bona esse à Patre per Filium: Hoc bonum, quod est gratias agere, dixit se per Jesum Christum facere, qui est Dei & hominum mediator.)

17. Luc. 19. Filius Dei parabolam quandam introducit cujusdam viri nobilis divitis, atque potentis, qui ut regni sui possessionem acciperet, suorum longinquam profecturus, servis suis, quibus multos habebat, insignem reliquit pecuniæ summam ut eadem negotiarentur fœnerantque quoad possibile foret: *Dedit eis decem mnas*. Lucæ decimo nono. Rediens autem rationes quas receptæ ab iis pecuniæ & lucri inde à servis conquisiti. Et primus quidem accessit, ad Dominum suum feliciter redeunti congratulaturus, & pecuniæ sibi à Domino relictæ, nec non simul per eam sua singulari industria acquisiti rationem redderet, & dixit: *Domine mna tua decem mnas acquisivit*. Circa quæ verba meritò difficultas hæc à me movetur cur servus dicat: *Mna tua decem mnas acquisivit?* Ipse siquidem Dominus agens & negotiator fuerat, ac proinde dicere potius debuisset: *Ego mna tua, seu pecunia, decem mnas acquisivi*. Agens namque principale quod in negotiationibus lucratur, homo est, merces verò & munera causa est instrumentalis vel materialis. Etenim hujusce difficultatis resolutionem intelligere non possumus, nisi prius investigaverimus quidnam per hanc Mnam designetur. Nolo autem hoc loco multorum vana adducere opiniones, sola etenim à Dionysio Carthusiano, ibidem articulo quadragesimosecundo, folio 220. lit. B. adducta nostro-

que proposito percommoda responsio abunde sufficiet: (Mna, hoc est, varia dona, tàm gratiæ gratum facientis, quàm gratiæ gratis datæ.) Et quidem ad hoc ipsum confirmandum servum introducit dicentem: Domine mna tua, id est, gratia à te præstita decem mnas acquisivit, hoc est copiosum fructum te operante produxit.) Unde colligitur idem esse dicere Mna, quod gratia. O igitur, quàm prudenter hic servus loquitur: Non dicit: (Ego acquisivi, sed Mna tua acquisivit] ostendendo quod lucrum meriti gratiæ divinæ adscribi debeat, sine qua fructificare non possumus. Unde Cajetanus in capite decimonono Lucæ, fol. 295, cap. 2. (Non dixit: Ego superlucratus sum decem mnas, sed mna tua acquisivit decem mnas. Gratiæ Dei attribuit totum lucrum vir sanctus, juxta illud Apostoli: Deus autem incrementum dedit.)

16. Dum Lucifer, creatura nimirum venustissima inter omnes quas omnipotens Dei dextera condidit, cœli empyrei felicitate potiretur, valde effrænis quædam phrenesis mentem ejus invasit, qua cousque sublimari ambiebat, donec similis Deo evaderet: *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo*. Isaiæ 14. Deus autem elatissimi hujus spiritus superbiam videns effecit, ut qui super nubium altitudinem conscendere voluit, lapsus sit turpiter, & miserè præceps actus sit è cœlo empyreo usque in profundum inferni. Veruntamen scire percuperem, quisnam præcipuus fuerit hac in re Luciferi error: Etenim quod Deo simili esse concupierit, vitiosum esse videtur, quia Deus est ipsissima perfectio, adeoque qui Deo similis esse satagit, præstantissimam perfectionem moliti cogitur, quæ inter omnes perfectiones inveniri possit. Id quod Christus nobis præcepisse videtur, quando nobis persuasit, ut omnem conatum adhiberemus pertingendi ad perfectionem Patris æterni: *Estote perfecti sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*. Matth. 5. Quod si igitur Lucifer ad similitudinem Dei aspiravit, utique perfectus esse vel fieri studuit, & propter hoc tam severi supplicii reus esse existimabitur? Præterea quod si nos qui inferioris sumus conditionis à Lucifero non tantum DEI similitudinem, sed & imaginem ipsius in nobis circumferimus: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, Genes. 2. qua ratione Lucifer defectum aliquem commisisse dici poterit, dum ait: *Similis ero altissimo*. Sanctus Thomas respondet, quod bonũ sive perfectio aliqua duobus modis habeti aut

procurari possit ; *vel viribus propriis, vel viribus gratiæ.* Lucifer quidem similem Deo se facere prætendebat, sed hanc non gratiæ divinæ acceptam referre volebat, sed hanc sibi de jure deberi aut propria virtute comparari & acquiri posse existimabat, absque ulla recognitione dependentiæ alicujus ab auxilio divino. Ac proinde Deus ait : Hic excessus nimius est, castigetur igitur ejus arrogantia per exilium perpetuum & exclusionem à cœlesti curia : *Scappetu illum divinam similitudinem, quæ datur ex gratia, voluit hoc habere per virtutem suæ naturæ, non ex divino auxilio*, inquit Angelicus.

D. Tho. quod 63. a. 5.

17. Porrò quam impossibile sit, vel minimum boni operis fructum sine divini auxilii cœlesti influentia producere, per hactenus passim compertas & probatas experientias vos veluti manu tangere volo. Cum Christus Redemptor noster ex Bethania Jerosolymam abiit, inquit sacer Evangelista Matthæus quod *Esuriit, non necessitate, sed voluntate*, inquit Dionysius Carthusianus, *ad designandam spiritualem esuriem Christi, qua Judæorum ac gentium desideravit salutem.* Cumque cupidum se ostenderet alicujus per cibum sibi adscisendæ restaurationis, oculum suum in arborem quandam ficus declinavit, viditque ne vel minimum in ea fructum videri aut inveniri posse *Et nihil invenit nisi folia.* Tunc Dominus indignatus prodigiosam suâ sustulit dexteram, illique arbori comminando, eandem ne unquam deinceps fructus adduceret rigidè maledixit : *Nunquam nascatur ex te fructus in sempiternum*, & confestim exsiccata & arefacta permansit : *Et arefacta est continuò ficulnea.* Nolo hic causam investigare, cur dictam ficum arefecerit, cum tempus fructuum adducendorum nondum advenisset, sed solum modum scire desideratem, quo scilicet eam maledixit, infructuosamque, aridam & exsuccidam reddiderit ? scio quidem quod tametsi Deus in faciendis miraculis, licet potentiam habeat illimitatam & absolutam, quâ pro libitu operari potest etiam per media & instrumenta contraria, ut plurimùm tamen mediis utatur proportionatis conformiter ad ordinem & exigentiam naturæ, sic si terram humectare velit, aquâ utitur, non verò igne, prout factum est tempore Eliæ, aut si silvam quandam conflagrare, aut civitatem aliquam in cineres redigere velit, adhibebit ignem, non verò aquam, ut factum est civitatibus Pentapolis. Quæro igitur : quonam medio Christus usus fuerit, dum arborem ficus arefecit, & infructuosam reddidit, num fortè terræ, in qua planta erat, siccitatem aliquam invisibiliter immisit ? Aut vermem aliquem in eâ nasci fecit, qui medullam & viscera arboris corrodens humore & lam radicali destitueret ? Respondet doctè Jansenius, id factum esse non alio medio, quàm quod Deus concursum suum suspenderit : *Sic move cœlestis gratia subtracta* ; Nunc igitur à fortiori argumentemur : quod si arbor ficus in aridam transmutata est truncum, & ad fructus producendos inhabilis facta est ex eo solum, quia suum Deus concursum suspendit, quomodo nos ad bono fructificare, & metiti fructus producere potetimus sine auxilio gratiæ cœlestis ? utique adimpossibile erit, opus enim est, ut ipse nos inclamet : *Stabat Jesus & clamabat*, & clamando nos adjuvet : *Si quis sitit, veniat ad me & bibat.*

Matt. 4.

Dionys. Carth. ar. 25. f. 17. eo. 2. l. E.

18. Instare fortassè quis poterit dicendo, quod Deus ad dandam nobis gratiam nullam habeat obligationem, nec ad id à nobis cogi possit : Quis igitur scit, an Deus nobis eam efflagitantibus realiter daturus sit ? Audi charissime, fac tu quod potes, & ex parte tua debes, & de Deo ne quamquam dubites ; quia tametsi ad dandam nobis gratiam non obligetur, infallibiliter tibi daturus est illam : *Facienti quod in se est, Deus non negat gratiam.* Posset illam tibi absolutè negare, si vellet, attamen si ex parte tua non sit obstaculum, nunquam non tibi illam concedet. Et quidem si nonnunquam te illam non habere experiaris, id non fit quia Deus, quantum est ex se, eam tibi neget, sed tu es, qui illam recipere negligis. Quamnam esse causam existimas, quod Christus à Malachia Prophera metaphoricè sol vocatus fuerit ? *Oritur vobis timentibus sol justitiæ.* Vides etenim luminosum hunc planetam, qui matutino diluculo sub autoram domum nam colluslrat, ut splendoris sui luce te visitet, promptus est ut per fenestras ingrediatur ; & licet tu ad illas aperiendas surgere negligas, ipse tamen mira cum longanimitate & patientia moratur & expectat. Quod igitur te in lecto stertentem, & fenestras domus aperire nolentem non attingat, nec illuminet, sicne hoc defectu solis, prius quam te radiis suis illuminaverit abeuntis, an verò tua ipsius culpa, qui ei reniteris, & aditum ad te eidem intercludis ? *Numquid si quis ostia domus sua claudat, solis ob culpa, quod non illuminet domum ejus ?* interrogat Sanctus Ambrosius : qui tandem hanc deduxit consequentiam : *Ergo si quis peccatorum suorum rupagula objectandam maxima*

PARS SECUNDA.

19. POrrò divinis vocationibus correſpondere debemus, faciendo ex parte noſtra quod poſſumus & debemus: neque enim ipſe nos humeris ſuis vel Angelorum ſuorum eo, quo vocamur, depottabit, ſed vult ut nos eo ambulemus: veniat ad me. O quanta eſſet hominis illius ſtultitia, qui in foveam quandam collapſus ad illum, qui ad eum ſublevandum dexteram ſuam porrigeret, manum ſuam extendere nollet! Auxilia divina ex parte noſtra cooperationem noſtram efflagitant, prouti eleganter Alcimus Fuſcinæ ſorori ſuæ hiſce verſibus ſignificavit:

Nam quid dona juvant hominem, ſi mente ſoluta
Tu pia collatum diſperdant otia munus?
Auxilium conatus amat, quis namque vacantem
Adjuvet? ant ſomno virtutem jungat inertiæ?

D. Alcimus lib. de caſtit. ad Fuſcinam ſororem.

20. Enimverò dicat aliquis, ex quo Deus Joſue victoriam de urbe Hierichuntina reportandam decreverat, efficiendo ut ejus mœnia miraculosè corruerent, quid opus erat tot cæremonis a Joſue poſtea adhibitis, quando illam forti militum manu obſideri & circumcingi fecit, omnes militum copias in aciem redegit, eoſque ne ſtationes ſuas deſererent cohortatus eſt, & ſtratagematibus fingendo fugam, poſtea verò ſeſe vertendo, & aperta facie impetendo inimicum, multaque alia agitando & proſequendo conſilia, prouti ex ſcriptura clarè poteſt videri? Hic igitur adſis ô Joſue, an ignoras Deum urbis hujus expugnationem ſuæ ſoli potentiæ reſervaſſe? Tu ipſe id apertè fatebaris, quando cohortationibus tuis milites tuos animabas dicens: *Tradetque eam Dominus Deus veſter in manus veſtras.* Ac proinde longè melius tibi & bono publico Iſraelis conſuleres, ſi quietus ſederes, hâcque rem ſoli Deo commiſſam eſſe ſineres. Porrò Theodoretus hic ſubingrediens dicit: verū quidem eſt Deum illi civitatem hanc in manus dare decreviſſe, ita tamen, ut & ipſemet cooperetur, & collaboraret, teique bene gerendæ præluderet, nihil eorum omittendo quæ ex artis militaris præſcripto requirì poterant: *Confeſtim ergo ut mirantibus illu ſuccurrit Deus.*

Joſue 8.

Theodor. q. 10.

21. Opportune hic in mentē mihi incidit, quod quōdā militi cuipiā accidiſſe refertur; Qui priuſquam adverſarium certando aggrederetur, cupidus erat ſciendi, an ex tali certamine victor reverſurus, an verò ſuperandus eſſet, eaque de

...propriam judicaverit, & verbi à ſe ſplendorem ſublimem avertat, ac ſibi inſerat inſipientia cæcitatem, cauſari poterit, quod ſol juſtitiæ noluerit intrare? An infirmitatem cœleſtis luminis arguerit? Nunquid illum ad cordis tui fores ſtantem, atque, ut ingredi poſſit, pulſantem audis? *Ecce ſto ad oſtium & pulſo.* Et quomodo? *Per cogitationem, ſcilicet terrendo per conſiderationem mortis, vel mittendo dolorem de peccatis, vel quandoque per prava opera*, inquit S. Thomas Doctor Angelicus; Hæc enim omnia ſunt auxilia, quæ à divina gratia nobis proveniunt. At verò ſi tu oſtium non aperias, imò obſtes, quo minus ingredi poſſit, obſerando fores, eique ingreſſum in cor tuum negando, illene defectus Deo adſcribendus erit? ſtultus eſt qui id aſſerere præſumit. Quod ſi enim Deus tuæ voluntatis reluctantiam videns à te diſceſſerit, prout ſponſæ accidit, quæ dicit: *At ille declinavit, atque tranſierat*, culpa tua erit, non verò Dei. *Pulſat tuam tuam Dei verbum: ſi quis mihi aperuerit intrabo, inquit Deus: ſi quis ipſum aperuerit, nunquid non ingredientis & non magis non aperientis eſt culpa?* Quid aliud ſunt hæ conciones auribus tuis inſonantes, aut quas pater tuus ſpiritualis tibi proponit exhortationes, vel monita, quæ à confeſſario accipis; vel quas Deus tibi immittit internas inſpirationes: quid, inquam, aliud ſunt quam voces illi quibus te inclamat, quid ſunt aliud quam auribus ſolis tuis, quibus meotem illuminare cuperet? Quid putas eſſe quas patris tribulationes, infirmitates, carceres, filiorum mortes, facultatum jacturam præterquam auxilia à Deo tibi immiſſa, ut reſipiſcas à peccatis, & vitam in melius commutes? Nunquid eum audis exclamantem, & gratiam ſuam ſub aquæ ſimilitudine offerentem, licet à nemine petita fuerit? *Stabat Jeſus & clamabat: ſi quis ſitit, veniat ad me & bibat.* Ipſe omnibus aquam gratiæ ſponte offert, ut tu paupertatem egenis eleemoſynas poſcentibus porrigas, quod & ego ſumma cum inſtantia à te expoſtulo. Et quidem cum opus hoc quoddam ſit vobis à Deo immiſſum auxilium, ut eleemoſynæ meritum ad egenorum utilitatem & veſtrum commodum comparare poſſitis, eodem non abutamini, ſed cooperando id vobis

ut proficuum ſit,

efficite.

causa divinum hac in re consuluit oraculum, à quo hoc retulit responsum, ut scilicet alacri & generoso animo adversus inimicum suum procederet, indubitate namq; futurum esse, ut gloriosam de eo reportaret victoriam, inimicus autem ejus morte succumberet; sollicitè tamen curaret, ut Minervæ effigiem, id est, hastam & scutum secum in certamen deferre non negligeret. Id quod præfatus miles fecit quidem, attamen cum adversario congrediens hasta inimicum impugnare noluit nec offendere, nec scuto ab adversarii ictibus sese tueri aut defendere curavit. Unde graviter tandem & periculosè vulneratus in terram concidit, & de oraculo conquestus dixit: *Ubi Deorum fides?* Cui hoc responsum confestim obvenit: *Tu quoque cum Minerva manum adhibe.* Porrò Deus semper promptus est atque paratus, ut nos divina sua gratia adjuvet, sed *Tu quoque cum Deo manum adhibe.*

Pan. Manut. in Adag. f. 350.

22. Duo sanctæ Ecclesiæ sacri Doctores Ambrosius & Augustinus pulchram quandam difficultatem movent circa secundum caput Geneseos. Ibi namque legitur quod postquam Deus cuncta in eo pulcherrimo & eleganti ordine, quem etiamnum videmus, creasset, omnes animalium species coram Adamo produxerit: *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animalibus terræ, & universis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam*, quasi diceret: Respice ô Adam, quod innumera creata sint à me animalium genera, quæ omnia inter se varia sunt, valdeque differunt, alia namque pellibus vestita sunt, alia plumis, alia sunt domestica & tractabilia, alia fera & sylvestria, prouti aspectum inter se multum habent dissimilem, ita quoque naturalibus proprietatibus valde inter se variant: alia namque simplicitatem sociam habent, aliis malitia propria est, hæc quæ majori spiritu pollent, tapidiorem quoque in cursu velocitatem exhibent; quæ verò corpore sunt crassiori, magisque materiali affecta, tardiori motu progrediuntur, ex aliis quæ ludendo per aera vagantur plumis vestita, millenisque colorum temperamentis distincta, multa sunt, quæ cantando elegantem conficiunt harmoniam; sunt & alia quæ importunis vocibus stridendo vel crocitando aures auditorum molestant: inter quæ alia seminibus, alia herbis, alia rapinis pascuntur & victitant; inter quæ alia natura sua prona sunt ut nidos suos in arboribus sibi faciant; alia juxta terram in stirpibus & dumetis, alia in tectis vel turribus: cuncta autem quæ coram te conspicis animalia, hæc mea divina dextera plasmavit, quorum tibi qualitates eo fine recensere volui, ut cuilibet proportionatum & essentiæ suæ correspondens nomen imponas: *Adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea, omne enim quod vocavit Adam anime viventis, ipsum est nomen ejus;* imò Deus quoque voluit, ut etiam piscibus, quorum proprietates difficillime cognoscuntur, quorumque numerus sine numero est, sua quoque ab Adamo imponerentur nomina, prouti opinatur Rabanus Maurus Archiepiscopus Moguntinus, licet Scriptura sacra nullam hac de re faciat mentionem. Supracitati autem sancti Patres circa hunc locum hanc movent difficultatem; ut quo Deus tot animalia creaverat, nunquid idem sua quoque imponere poterat proportionata nomina? Ecquis enim illo proprietates cujuslibet animalis distinctius & perfectius cognoscere poterat! Jam fecerat id, quod majus erat, facile igitur facere poterat quod erat minus: Verumtamen Deus idipsum nequaquam voluit, quinimò jussit, ut Adam quoque ex sua parte operam suam adhiberet, quasi diceret; ego creavi animalia, ipse iisdem congrua assignabit nomina. *Illud divinæ operationi fuit, hoc humanæ diligentiæ.* Deus etenim promptus quidem est ad operandum id, quod ad ipsum spectat, vult tamen ut nos quoq; nostram adhibeamus industriam.

23. Utique sæpius in sacra scriptura facta legistis miram à Rebecca adhibitam industriam & studium, ut Jacobo filio suo patris benedictionem conciliaret, quomodo scilicet eum vestiverit veste fratris sui Esau, jusseritque ut carnes capretti loco ferinæ patri suo Isaac præparatas deferret, qualiter ei confecerit par quodam chirothecarum e pellibus affabre confectum, ad hoc ut manus ejus instar Esau pilosæ apparerent, tota autem Rebeccæ industria aliò non respiciebat, quàm ut Isaac deluderet, & optatam ab eo pro filio suo benedictionem extorqueret. Enimverò contineme nequeo, quin in summâ rapiat admiratione, dum hujusce mulieris dolos considero, ac proinde scire percuperem, quidnam per hoc decipendi studium prætenderit, siquidem jam Deus ei promisserat, & infallibilem ei fidem fecerat, quod *major serviet minori*; id est quod Jacob præpeditus esset benedictionem & primogenituram Esau fratri suo, quid igitur opus tanta industria & studio? metuebat ne forte Deus verbo suo deesset? enimverò simile quasi factum, si non quo ad substantiam, saltem quo ad modum in Scriptura sacra de Davide refertur. Vos etenim

etenim scitis, quod à Rege Saule ei intentatæ fuerint persecutiones & structæ insidiæ ; scitis eidem quàm David adhibuerit curas, & excogitarit inventiones, ut è manibus ejus elabi & tutò posset, dum per Michol conjugem suam per fenestram quandam se dimitti fecit, dum fabricatus Saulis ictus per fugam declinavit, cum denique violentiam vitæ suæ inferendam moveus, stultum se finxit, quando à manibus Regis Saulis fugiens, in Geth ad Regem Achis se recepit, difficile autem est intelligere, cur David per tam multiplicem adinventionem hostiles insidias declinare studuerit, quod si enim meum ô Auditores l. 1. Reg. cap. 16. adeatis, invenietis quod magnus Propheta Samuel Davidem in Regem unxerit, ut regnaret post mortem Saulis: *Tulit ergo Samuel cornu olei & unxit eum in medio fratrum ejus.* Ac proinde ô David, vix causam conjicere possum, cur adeò vitæ tuæ timueris, jam enim notum tibi erat, quod Deus te efficaciter Regem esse voluerit, qui post mortem Saulis imperares, nec tantum id promiserat, verum insuper per Samuelem te inungi fecerat, quid igitur metuis? Num fortè Deum fallacem de tibi persuades? Minimè. Quid ergo, si Deus determinavit ut in Regno Saulis succedas, fiat & conetur ille quidquid vult & potest, nihil tamen contra te obtinebit, quænam igitur est timendi occasio? Potius animo quieto & tranquillo somnum tuum dormire debebas, & tranquillo, quod Deo curæ sit, ut ab omnium eorum insidiis custodiaris & defendaris. Enimverò vix viam difficultatem hanc evadendi invenire possem, nisi per actiones S. Pauli ipsis mihi respondendi modus suggereretur. Certissimum etenim est, quod Deus eum de sua salute omninò securum reddiderit, nam hoc fine eum in magistrum gentium & vas electionis elegerat: *Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Israel. Vas electionis* inquit Cajetanus, *in quo locanda sunt omnes gratiæ, imo summa gratiæ; Vas ergo electionis dictum est vas divini nominis*: & tamen in ea, quam ad Corinthios scripsit, epistola manifestè satis testatur, se catena quadam corpus suum dirum in modum castigasse: *Castigo corpus meum*, & mortificasse sensualitatem suam, ne adversus rationem insurgeret, *Et in servitutem redigo*: Ex quo autem Verbum Incarnatum eum de sua salute jam reddiderat securũ, & veluti sanctum & vas electionis ore proprio canonizaverat, quid opus erat tantis corporis sui macerationibus, tot disciplinis & rigoribus? Respondet Eusebius Emissenus Paulum sibimetipsi decesse non voluisse, sciebat quidem se electum esse ad gloriam, & tamen divinæ vocationi cooperari volebat, faciendo quod ex parte sua requirebatur: *Castigo corpus meum; ecce beatus Apostolus jam Christi habitaculum, jam vas electionis effatus, intelligit sibi non sufficere solam gratiam, nisi gratia adjungat sollicitudinem, vigilantiam & laboris industriam.* Certus quoque David erat, quod Deus eum in Saulis successorem elegisset, omnem tamen ex parte sua adhibere voluit diligentiam, nec quidquam omittere, quod requirebatur ad vitam conservandam, & consequenter respondendum vocationi, qua à Deo ad regnum Israelis destinatus fuerat: *Quamvis certissimè credebat se fore regem post Saulem prout fuerat sibi divinitus revelatum, ex hoc non tollitur quin faceret quantum in ipso erat ad salvandam animam suam & suorum*, inquit Burgensis. Rebecca quoque minimè dubitabat, quin divinæ promissiones Jacobo oculorum suorum pupillæ factæ adimplendæ essent, nec tamen quidquam diligentiæ omittere voluit, quæ ex parte sua requirerentur. Unde applicari hic poterit illa S. Augustini doctrina in alia quadam occasione allata qua ait: *Admonendi sumus ex hoc exemplo, ut quamvis credamus in Deum, faciamus tamen quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis, ne prætermittentes ea Deum tentare videamur.*

24. Enimverò nemo sibi imaginetur, quod Deus ex parte nostra magna & valde difficilia quæ impossibilitatẽ quandã præ se ferrent, requirat, imò si talia essent quæ Deus à nobis postulat, ipse manum suam nobis porrigeret, ut omnem difficultatem facilè superaremus. Deus in Genesi, ut Noëmũ cum universa familia sua à diluvio salvaret, eidem ut arcam quandam faceret præcepit: *Fac tibi arcam de lignis levigatis.* Speciatim verò ei imposuit, ut *bitumine lineret intrinsecus & extrinsecus* ad hoc ut nulla arcam aqua penetrare posset. Porrò facer textus dicit, quod Noe *Fecerat omnia quæ locutus fuerat ei Deus*, id quod difficulter intelligi posse videtur, nescio enim quomodo fieri potuerit, ut à Noemo intra arcã consistente fores arcæ extrinsecè bituminarẽtur: Estque hæc difficultas mota ab Alcuino dicẽte: *Quomodo posteaquã clausum est ostium & nullus hominũ extra arcam fuit, bituminari extrinsecus ostium potuit?* Si autem id facere non potuit; quomodo omne id fecisse dicitur, quod Deus ei præcepit? Porrò dubium hoc solvit dicendo, osti-

Euseb. Emi. hom. 1. de imm. Quadr.

Burg. addit. 2. ad eum loc.

D. Aug. lib. 12. Gen.

Genes. 6.

Alcuin. qu. 11. 5.

um illud à Deo bitumine illinitum fuisse : *Hoc sine dubio divinum opus fuit, ne ingrederetur aqua per aditum, quem humana non munierat manus.* Fecit igitur Noë quidquid sibi ex parte sua possibile erat, & sic dicitur *perfecisse omnia.* Nos igitur non desinamus quoque facere quidquid possumus, Deo namque curæ erit supplendi omne illud, ad quod viribus nostris pertingere non valemus. Unde Lyranus dicit : *Noë intra arcam existens non potuit ostium extrabituminare & id ideò Deus supplevit quod homo non potuit.*

Lyranus ibidem.

Ioan. 2.

25. Poterat utique Christus in nuptiis Cananæis efficere, ut vinum adduceretur, absque eo quod ministri hydrias aqua replerent, & tamen illas ab iisdem adimpleri jussit : *Implete hydrias aquâ*, facile etenim erat aquam invenire, verumtamen voluit ut miraculo suo ipsi quoque cooperantur adducendo aquam, quasi diceret, vos aquam curate, mihi curæ erit ut inde vinum fiat: *Ut vobis divina communicentur dona, cooperatio nostra est adhibenda: & ideò mirabile vinum non datur, nisi dum operantur ministri & aquam propriis manibus humerisque deferunt* : Scribit Pater Sylveira Carmelitanus. Enimverò Deus nos ad gloriæ fontem vocat : *Strabat Iesus & clamabat, si quis sitit*, atque ideò si defectui nostri finem extinguere, haneque salutarem aquam consequi velimus, necessum est ut nos moveamus, & gressibus nostris ad Deum accedamus : *Venite ad me & bibat.* Nos autem vellemus, ut Deus humeris suis ad gloriæ fontem nos deportaret, absque ulla nostra industria ; vellemus delicata bona in sinu nostro videre, nescientes unde venirent, cum tamen pro modicæ pecuniæ lucro nulli parcamus labori, & non solum faciamus id quod possumus, sed ultra vires nostras sæpe conemur. Si vigilia aliqua occurrat, in qua jejunandum est, quantæ hic difficultates & repugnatiæ occurrunt, si verò lucrosum aliquod negotium occurrat, quod integræ diei improbum laborem requirat, cui à matutino diluculo in seram usque noctem incumbendum sit, nullus vobis labor gravis est, nec exspectatis pecuniam de cœlo labentem, quod ad verum sit, vobismetipsis considerandum relinquo, vosque cum benedictione Dei dimitto.

Ioan. Sylveira to. 2. lib. c. 1. qu. 29. nu. 117. f. 26. col. 2.

SERMO XXX.

IN FERIAM TERTIAM DOMINICÆ PASSIONIS.

Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam.
Joan. cap. 7.

1. EST specialis Macrobii opinio, annos in menses, menseſque in dies à Numa divisos fuisse : *Ut in menses annum, ita in dies mensem quemque distribuit* Dies autem ab eodem in tres classes fuisse distinctos, id est, in festos, profestos, & intercisos : *Dies omnes aut festos, aut profestos, aut intercisos vocavit:* inter quos hæc erat differentia, quod festi dies Diis illis dedicabantur, quos antiqui veluti numina tutelaria adorabant : Profesti autem dedicabantur hominibus de republica bene meritis ; intercisi autem utrisque communes erant. Festivi dies præcipua cum solemnitate transigebantur, vacando à negotiis forensibus, immolando in aris victimas, sumptuosa celebrando convivia, vel ludos solemnes instituendo scilicet gladiatorios, scenicos, circenses, saturnales, vel alios similes : *Sacra celebritas est, vel cum sacrificia Diis offeruntur, vel cum dies divinis epulationibus celebratur, vel cum ludi in honorem agantur Deorum, vel cum feria observantur.* Porrò Alexander ab Alexandro alios quosdam dies assignat, qui sunt infausti, ab antiquis atri appellati, scilicet quia Græci illos carbone signare solebant : *Dies nigri calcu-*

Macrob. lib. 1. Saturn. c. 21. fol. 193.

Alexan.

calculū adsumebant in quibus omnes actiones monstrosæ vel abortivæ esse solebant: *Quidam auspicijs ominę infames habiti, quibus aliquid moliri, aut novæ rei incipere eventus exitialis erat.* Et à diversis in iisdem notatis eventibus per frequentes experientias *observatum fuit, ut qui bello tentare, vel acies eo tempore committere instituerant, rem in non mediocre periculum discriminis adducerent, magno postea exitio consecuto.* Titus Vespasianus diem infaustum *& nigro calculo signandum* existimabat illum, quo nullā habebat largā subditos benevolum & beneficum exhibendi occasionem, unde die quodam dolenter dixisse fertur: *Amici diem perdidimus.* Dum enim eō ex quo hodiernus dies, de quo sacer Evangelista Joannes loquitur, non erat ater sed festivus, non infaustus sed fœlix, *non nigro, sed albo calculo* signandus, siquidem erat dies festus Judaicus, in quo celebrabatur memoria dieī illius, *quo filij Israel educti per desertum in tentoriis & tabernaculis degebant*, inquit Cardinalis Toletus, Cur igitur Salvator noster à discipulis suis ad solennem hunc diem præsentia sua condecorandū mitatus, idipsum expresse facere renuit dicendo: *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem nō ascendam?* Num fortè id fecit, quia ut scribit verbatim Beda: *non gloriam temporalē quærebat, sed aliquid docere salubriter, corrigere homines, de vanis admonere, amorem ab hoc sæculo avertere, ad Deum convertere.* Enimverò potius ideò idcirco fuisse existimo, quod festum hoc ad Christum minimè pertinuerit, sed festū quoddā Judaicæ partis tulate fuerit: *Erat dies festus Judæorum* proinde *vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem* inquit Salvator, *non ascendam*, quia dilectissimæ meæ nondum venit: *Tempus meum nondum advenit.* At verò quodnam est hoc tempus festivum, seu festiva solemnitas Salvatoris nostri? Fortè tempus illud in quo Judaicam cæcitatem à sua pertinacia & obstinatione resipiscentem videbit? Aut quando universus mundus amplexurus est fidem? Vel quando ei tanquā veri Messiæ acclamabunt? aut quando miraculis suis quæ aquam in vinum commutando, dæmones expellendo præstitit, credentes, ei tanquam vero filio Dei acclamabunt, eumq; tanquam verum Messiam sunt adoraturi? Maldo natus opinatur, solemne hoc festum, magnæq; lætitiæ diem, quo Christus exhilarandus erat pascha fuisse proinde futurū, in quo scilicet pro salute & redemptione hominis passurus erat: *In hoc die festo tabernaculorū non ascendā, quia non id mihi ad patiendū constitutum est tempus, sed in festo Paschæ quo festo passurus sum*: per hoc nobis demonstrās illū diē Christo Domino nostro festivum esse, in quo de peccatorū salute tractatatur. Unde Origenes ait: *Deus habet festivitates suas, est enim ei magna festivitas humana salus.* Hanc etenim respicit, ob hanc lætatur, festivaq; gaudia instituit, ut nos doceat dies festos transigere attendendo ad profectum nostrum spirituale, pro salute animæ nostræ, atq; abstinendo ab operibus servilibus ne iis implicemur. Et hæc quidē erunt duo præcipua puncta de quibus in præsenti discursu tractate constituti. Dum autem hoc Domini nostri festum solemnizo prædicando, vos idipsum mecum tacendo celebrate contendite.

715. col. 1. lit. C.

Orig. hom. 25. in Numer.

2. *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam.* Enimverò Salvatorē nostrū specialia sua habuisse festa ab Hebræorum festis distincta S. Pater noster Augustinus asserit, dicens: *Dies festus est ei, quo mundum redemit: dies festus est ei, quo vicit mortē, dies festus est ei, quo sanguinem consecravit.* Etenim quanta cum solemnitate in cruce filius Dei hoc festum celebrarit, S. Joannes Chrysost. indicat, dicens: *In cruce enim immolatus est Christus, & ubi immolatio, ibi amputatio peccatorum: Vbi amputatio peccatorū, ibi reconciliatio Domini; ubi reconciliatio, ibi festivitas & omnis gratulatio.* Quibus verbis Chrysost. nobis insinuat, Christum nullum habere, majoris lætitiæ diem, quàm quo iis est actionibus intentus quæ ad nostram salutem diriguntur. S. Paulus Apost. in Epist. ad Hebræos Christi Salvatoris nostri actiones, velut exemplar quoddā nobis imitandum proponens dicit: *Proposito sibi gaudio sustinuit crucem*, qui Paulinus loquendi modus opinione mea intellectu valde est difficilis, ac proinde optandū esset eum majori cum perspicuitate eo in loco fuisse locutum, ut distinctius & clarius intelligi potuisset; ac proinde Doctores multas variasque hujus expositiones in medium adducunt. Cajetanus per gaudium sibi propositū gloriæ intelligit immortalitatē ab æterno Patre ei præparatam: *Gaudio immortalitatis sibi parata* Theophylactus existimat Apostolum dicentem, quod Christus *sustinuit crucem proposito gaudio & confusione contempta*, insinuare voluisse, quod Christus hilari mente crucem adeundo, indicarit se sponte propria, non verò coactè mortem oppetere: *Non invitus & mœrens sed volens & gaudens tulit crucem*, S. Anselmus in ea est opinione, hunc scilicet passum ad illud referendum esse motivum, quo turbæ jam quinque panibus & duo-

Augustin. serm. 139. de temp.

Chrysost. hom. de Cruce.

Hebr. 12.

Cajetan. ibidem.

Theophyl. fol. 429.

Paulatti Quadragesimale.

duobus piscibus satiatæ, eum festiva & universali acclamatione in Regem eligere voluerunt: *IESVS ergo cùm cognovisset quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum Regem fugit iterũ in montem ipse solus.* Ne Rex fieret fugere, seque abscondere voluit, quia non erat ille universalis lætitiæ suæ dies, sed quando crucem pro salute

Anselm. fol. 250. col. 2. l. D. nostra sustinuit, tunc tripudiavit, solemniaque festa instituit: *Proposito sibi à turbu gaudio, dum vellent eum facere Regem, noluit ille gaudium hujusmodi suscipere, sed postmodum sustinuit crucem, & illusiones, & opprobria contemnens omnem*

Theodoret *humanam verecundiam.* Et ratio est secundùm Theodoretum: *Quia Servatoris nostri gaudium est salus hominum.*

3. Duæ sunt præcipuæ filii Dei generationes seu nativitates, quarum prima æterna est, secundà temporalis: In illa genitus est à patre sine matre,

Psal. 109. in hac autem editus à matre sine patre, de illa dicitur: *In splendoribus Sanctorum ex utero ante*

Ioan. 1. *Luciferum genui te*: de altera verò: *Natus ex MARIA Virgine.* In generatione æterna productus est à patre tanquam DEUS, quia est DEUS consubstantialis Patri, & æquè ac pater gloriosus, ejusdemque gloriæ cum Patre: in temporali autem generatione nascitur ex MARIA Virgine tanquam homo, naturæ nostræ habitu vestitus, omnibusque humanis pœnalitatibus subjectus, passibilis & mortalis. Denique non tantùm cœlum à terra, nox à die non tantùm differt, quantùm harum generationum una ab altera discrepat. Et tamen in tota sacra scriptura nullibi lego, quod ob generationem æternam aliqua exurgat lætitia, aut festivum gaudium, nec inter homines, nec inter Angelos, nec in terris neque in cœlis, uno excepto Joanne, qui de ea loquens, dicit: *In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum*: At verò dum in hunc mundum nascitur, terra pariter & cœlum, homines & Angeli solemnitatem instituunt, siquidem cœlestis paradisi musici deorsum ad nos descendentes jubilum & exultationem toti terræ annunciant, quando somnolentos pastores Bethlemiticos expergefacientes, jucundissimum illud composuerunt canticum: *Gloria in*

Luca 2. *excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: Et quidem si hujus audire rationem desideratis, aures expurrigite, mentemque vestram ad horum beatorum spirituum voces elevate, sic enim eos audietis dicentes: *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator mundi.* Ac proinde nihil mirum est, quod totus mundus Salvatoris nativitatẽ tota cũ lætitia celebret, siquidem in ea Dei filius pro nobis salvandis nascitur: *Natus est nobis*, dicunt Angeli, *id est, ad vestram salutem*, ut exponit Dionysius Carthaginensis, voluit igitur Dei filius diem illum, in quo tanquam Salvator in hunc mundum nascebatur, non soli terræ festivum esse, verum etiam solemnem ipsimet cælis inferre lætitiam: *Sed cur rogo, ô beatæ mentes, vestris tunc potius hymnis, & innata acclamatione Deum signatè decorastis, cum Dei filium humiliter ex matre exortum, quam dum ipsum Deum de Deo, lumen de lumine, immo Patri consubstantialem ab ipso gigni videtis?* interrogat Scriptor quidam modernus. Cui cum Theodoreto responderi potest, *quia Salvatoris nostri gaudium est salus hominum.*

4. Sanctus Joannes Evangelista bis Christum Dominum in Canam Galilææ abivisse refert, semel quando ibidem celebratæ sunt nuptiæ, ac demum quando Samaritanam convertit; cum hac tamen differentia, quod prima vice vocatus & invitatus eo conscenderit: *Vocatus est autem Jesus, & discipuli ejus ad nuptias, id est, reverenter invitatus*, inquit Dionysius Carthusianus, secunda autem vice nec vocatus, nec invitatus fuit, sed proprio motu & spontaneè eo se recepit: *Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum.* Porrò videri nonnemini posset, eum potius ultrò citroque & sponte propria eo abire debuisse, dum ibi celebrabantur nuptiæ, utpote ad diem lætitiæ, jubili & festivitatis, eo vel maximè, quia eo die ad amicos & cognatos se recipiebat: Euthymius & Chrysostomus respondent Christum secunda vice ultrò in Cana abiisse, ad confirmandum præsentia sua aquæ in vinũ commutatæ miraculum: *Vt præsentia sua superans miraculi fidem confirmaret.* S. Th. Theophylactus & Bonaventura dicunt: *Venit in Cana Galilææ, ubi bene excipiebatur, quia urbanitas & honorifica tractatio allicit animum ad se, & Dominus honorat honorantes se.* Sunt equidem responsiones hæ omni veneratione dignissimæ, veritatem tamen aliam præsenti proposito aptissimam auscultate: Secunda igitur vice per scientiam suam visionis sciebat, & prævidebat se regulum quendam, quem in Cana obvium habiturus esset, ad fidẽ perducturum, suoq; filio tàm corporis quam animæ salutem daturum esse, ac proinde dicere voluisse videtur, quid curo nuptias? Quid convivia? Quid lætitias & festiva gaudia? quando nulla mihi arridet solemnitas major, nec celebrari

potest

poteſt lætitia feſtivior, quàm ſit illa, in qua animæ alicujus lucrum facere conceditur. Ac proinde egregiè quaſi invitus ad feſtivas nuptias abivit, quia convertendo aquam in vinum, non verò peccatores in juſtos, non ſibi nec ſuo guſtui feſtum creabat: ſecunda autem vice ſponte eo conceſſit, *motu proprio*, & à nemine rogatus, quia dies ille futuras erat dies conformis ſuæ exſpectationi, quando nimirum animarum ſaluti operam dabat. *Vocatus venit Dominus ad nuptias* inquit Sylveira Carmelitanus: *Ubi feſtivitatis & lætitia ſignificabantur, at verò in hoc ſecundo adventu perfectam ſibi habentibus, utpote Regulo & aliis ſimilibus dignum: Maximè properare ad ea, ubi labores & moleſtia pro ſalute noſtra apparent.*

5. Filius prodigus de ſuo, quem domum paternam deſerendo commiſerat, errore reſipiſcens, atque à calamitoſi ſtatus ſui neceſſitate coactus ad patrem pœnitens redire & ab eodem benigno ſuo genitore delicti veniam impetrare decrevit: *Vadam ad patrem meum, & dicam: pater peccavi in cœlum, & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus*; Et quidem res tota prout, poſtquam ad domum patris ſui rediit, ei ſucceſſit: hic enim eum à longè proſpicieus, feſtinanter ei obviam proceſſit, eaque paterna blãdæ benevolentia eum excepit, ſuavibus amplexibus pectori ſuo eum aſtrinxit, novis eum veſtimentis induit, annulum digito manus ſuæ dextræ, novis calceis pedes ſuos accinxit, eumq; nunquam ſervum, ſed veluti filium in propriam ædem conduxit. Quæ omnes benevolentiæ demonſtrationes veſtigium fuêre ſecuturæ lætitiæ, quam exhibiturus erat in ſuperbiſſimi cujuſdam convivii inſtauratione, quale fortè palatium paternum celebrati hactenus nunquam vidit: *Adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus & epulemur*, omnes miniſtri erant in jubilo, totum palatium præferebat lætitiam, & tubarum lituique ſoni, conclavia in chotos muſicos cernebantur converſa, adeò ut per harmonicos concentus diſtributæ vocum, fiſtulatum, tetrachordum, cithararum ſuaviſſimæ ſymphoniæ, ab alio fratre ſeniore domum redeunte non ſine invidiæ motu fuerint auditæ: *Cùm veniret & appropinquaret domui, audivit ſymphoniam, & chorum.* Denique Sanctus Gregorius Nyſſenus dicit, patrem die illo ſolemniſſima inſtituiſſe gaudia: *Occurrit obviam appropinquanti, & complectens eum, atque inhærens collo, miſericordia commotus lachrymas fudit, & pro miſero rurſus beatum reddidit, & ingenuo illum induens veſtimento, & manu ejus annulum imponens, dimiſſum egit.* Per quam ſacram hiſtoriam Spiritus Sanctus demonſtrare nobis voluit, Deum feſtiva gaudia celebrare, cùm anima peccatrix ad illum denuò pœnitens revertitur. *Lucæ 15. judicantes fol. 617. col. 1. A.*

6. Unigenitus Dei filius in ultima cœna cum diſcipulis ſuis menſæ accumbens, ſacrumque calicem ſuis manibus apprehendes, hiſce Apoſtolos ſuos verbis eſt allocutus: *Non bibam amodo de hoc genimine uſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum novum in regno patris mei*, quaſi diceret jam jam, ô dilecti diſcipuli mei, ultimum vitæ meæ momentum appropinquat, imminens mihi mors in janua eſt, quis ſcit quando deinceps ſimul futuri, & de hoc vino bibituri ſimus, nunquam id fiet, donec mutuo nos revideamus in æterni patris mei regno. Etgone in paradiſo comeditur & bibitur? Nunquam id hactenus intellexi, vel enim Chriſtus de Apoſtolis loquitur, in quatum ſola anima tenus in Paradiſo futuri ſunt, & in hoc ſenſu verba Domini verificari non poſſe videntur, ſiquidem anima, utpote ſpiritualis, cibi corporei & materialis capax non eſt: Vel loquitur de Apoſtolis pro illo tempore, quando in cœlo poſt reſurrectionem ſecundùm animam pariter & corpus futuri ſunt, & nec ſic occaſionem habebunt bibendi, quia corpora eorum, utpote glorioſa, ſitis neceſſitati non erunt ſubjecta: Quomodo igitur dicit: *Vſque dum bibam illud in regno patris mei?* S. Joannes Chryſoſtomus exiſtimat hoc verificandum eſſe pro eo tempore, quo poſt glorioſam ſuam reſurrectionem cum Apoſtolis manducavit & bibit: *Ne aliqui exiſtimarent phantaſiam eſſe reſurrectionem.* Ac proinde eos aureum dicit: *Non enim poſt reſurrectionem comedit & bibit, quia cibo indigeret, ſed propter reſurrectionis certitudinẽ.* S. Hiero. autẽ dicit, quod *de carnalibus Dominus tranſivit ad ſpiritualia*, non de vino naturali quod de vite vel uva naſcitur loquens, ſed de effectu vini, qui eſt lætificare, quia ut ſcribit Cœlius Rhodiginius: *Humor is egregie dicitur humanæ naturæ accommodatius, unde provenit ſanguis benignus, clarus, copioſus, lucidus, qui eſt riſus cauſa: Ex ſanguine quippe ita affecto conjurgit multitudo ſpirituũ & claritas animam exhilarantium.* Idipſum exMatt. 26. *Chryſ. in cat. D. Th. ib. p. 102. 103 l. E. Hieron. ib. Calius Rod. l. 4. c. 18. fol. 142.*

pressius S. Thomas confirmat ex Scriptura dicente *Vinum lætificat cor hominis.* Volebat igitur Salvator Apostolis insinuare, quod nunquam deinceps habiturus esset tantam lætitiam, nec diem paschalem adeò festivum, nisi quando visurus est omnes discipulos & fideles salvos ingredientes paradisum : *Vique dum bibam illud novum in regno Patris mei.* Unde S. Cyrillus Alexandrinus dicit: *Expectat ergo ut convertamur, & lætetur nobiscũ & bibat vinũ in regno patris sui.*

D. Thom.

Cyrill. l. 7. in Lev.

7. Quando Christus Calvariæ montem conscendebat, onerosam molestamque crucem humeris suis ferens, per flagellorum sævitiem in eum redactus erat statum, qui ipsam quoque crudelitatem ad compassionem movere potuisset, quodnam enim pectus æneum non fuisset emollitum cruentam illam Salvatoris faciem, carnes laceratas, membra gelido sanguine cooperta videndo, existimo etenim spectaculum hoc ad planctum permoturum fuisse quemlibet ipsomet Nerone crudeliorem hominem. Portò nonnullæ mulieres ei fortuito obviantes viso hoc spectaculo continere se non potuerunt, quin amaras doloris lacrymas copiosissimè effunderent : *Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum* : Dominus autem ad illas conversus, præcepit eis, ut planctum coercerent, & abstersis lachrymis vultum suum serenarent, eo quod diei huic risus non verò planctus, lætitiæ non verò mœstitiæ tributum deberetur. Ergone die illo funestissimo ridendum & lætandum fuisset ? Imò verò, atque ideò: *Nolite flere super me filiæ Ierusalem, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.* Verùm quis lachrymas continere potuisset, videndo justitiam vexiri ream deduci ad patibulum? Innocentem tanquam reum condemnari ad supplicium ? Quis adeò fortis animi fuisset, qui ad ipsa usque viscera non fuisset permotus, audiens mansuetam ovem ab hominibus ipsis lupis ferocioribus esse dilacerandam ? Et tamen non vult ut lamentando vel plangendo amaritudinis signa edamus, quia ut S. Leo inquit: Eo die mundi redemptio & animarum salus inchoanda & terminanda erat, ac proinde dies ille Christo festivissimus ac solemnissimus erat, ideoque cum lætitia & risu, non verò cum lachrymis & planctu à nobis celebrari debebat. *Istum sibi planctum Dominus Iesus dedignatur impendi, quia non decet luctus triumphum nec lamenta victoriam.*

Luc. 23.

D. Leo ser. 10. de Pass. Dom.

8. Servus ille ingenuus & industrius, qui lucratis quinque talentis Domino suo decenti reportavit, ab eodem tanquam servus diligens, bonus, & fidelis celebratus, atque ad recipiendum præmium sibi ob lucrum merciti talento divinæ gratiæ sibi commisso superadjectum, debitumque invitatus hisce verbis fuit: *Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis intra in gaudium Domini tui.*

Portò in hac historia duo præcipuè ponderari merentur ; primum est, quod dicat *Euge* quod secundum Rabanum *interjectio est lætantis*; quia verò Deus in die illa qua fidelis anima in gloriam recipitur, ob magnitudinem gaudii quo perfunditur, semetipsum capere non posse videatur secundum est *intra in gaudium Domini tui* potius enim dicendum fuisse videtur *intra in gaudium tuum*, gaudium etenim est servi ad gloriæ fruitionem ingredientis, & tamen Deus dicit illud gaudium esse gaudium Domini, quasi diceret, vellet, dum anima salvatur, & ad cœlestis beatitudinis possessionem ingreditur, quod inde nascitur gaudium, meum præcipuè est, atque ideò *intra non in gaudium tuum, sed Domini tui*, quasi gaudium quod Deus ex salute animæ percipit, majus sit, quàm quo anima ipsemet ob salutem propriam perfunditur. *Cum inquit ingressa majori gaudio ac incredibili lætitia voluptate ipsemet Deus de hominis bono & felicitate perfundatur, potiori ideò jure Dei, quàm ipsius hominis gaudium à Domino nuncupari*, dicit quidam modernus.

9. Priusquam Christus è cœnaculo recederet, ut in montem Oliveti Passionem suam ortsurus se reciperet, refert sacer Evangelista Matthæus, cum hymnum quendam cecinisse: *Et hymno dicto exierunt in montem Oliveti.* Ubi Græcus legit *Hymno decantato.* Etenim scire percuperem, qualisnam hymnus hic fuerit, siquidem hac de re sacra Scriptura nihil meminit, & cur non potius psalmum aliquem Davidis cecinerit? Porrò Sanctus Augustinus dicit, quod *Hymni laudes sint Dei cum cantico* & posteà subjungit: *Quorum cantant laudem, non solum laudant, sed etiam hilariter laudant.* Unde hymnus laus quædam est, quæ Deo exhibetur non simpliciter, sed cum lætitia. Enimverò hanc S. Augustini doctrinam firma memoria retinentes, nunc videamus, quid Paulus Burgensis hac de re dicat. Iste etenim asserit, hymnum quem Salvator cecinit, ex quinque psalmis fuisse compositum, quorum primus fuit, *In exitu de Ægypto.* 2. *Dilexi quoniam exaudiet Dominus.* 3. *Credidi propter quod*

Hymni laudes sint Dei cum cantico

Quorum cantant laudem, non solum laudant, sed etiam hilariter laudant

In exitu de Ægypto

Dilexi quoniam exaudiet Dominus

Credidi propter quod

tum sum. 4. *Laudate Dominum omnes gentes.* 5. *Confitemini Domino quoniam bonus.* Nec quisquam sibi id caruisse mysterio, imaginari debet, quod potius hos quàm alios psalmos cecinerit, quia si quis hujus rei causam à me postularet, idipsum cum eodem Burgense factum fuisse responderem, quia præfati psalmi intitulantur *Alleluia*, hoc est, *laus cum lætitia & jubilo*, qui proinde ab Hebræis in festis principalioribus nimirum Neomeniæ & Paschæ decantari solebant. Ecce igitur hic tibi apertam hujusce difficultatis intelligentiam; Dum enim Christus è cœnaculo recedens esset, abiturusque in montem Oliveti, & ad hortum Gethsemani, ut ibidem amarissimâ sum oraturus pro nostra salute Passionem, festivum illum hymnum canere cœpit, quem in majoribus solemnitatibus decantare solebant Hebræi, per hoc jucundissimam suam festivitatem suum nunc exordium capere insinuans. Unde Stephanus Cantuariensis super illa Oseæ verba: *quasi festivitatis in die solemni*, dicit, *Nota quod duplex festum solet dici solemnitas: Modo quidem simplex quoddã festum est, scilicet in sola anima: solemnitas vero est duplex festum, quia boni recipient duplum scilicet animæ & corporis, &c.*

10. S. Joannes de Incarnatione verbi loquens illud gloriæ verbum visum fuisse dicit: *vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre*, ad eumdem modum, quo Rex aliquis pomposo & regio habitu amictus esse solet, quando ad capessendam civitatis alicujus possessionem ingredi solet. Dionysius Carthusianus, & S. Joann. Chrysost. *Ac si de aliquo Rege cum maximo apparatu intrante diceremus, ipse intravit quasi Rex cum gloriâ atque potentiâ, ut spectat ad Regem.* Unde S. Joann. dicere volebat Salvator noster in hunc mundum nascens, ad eum modum suum in hunc mundum introitum instituere visus est, *quasi unigenitus à Patre*, id est, quo modo Filii æterni Patris infinitam majestatem decebat: *Quomodo solet qui Regẽ aliquando pretiosissimo cultu ornatum, pretiosisque undique fulgentem lapidibus contemplari, aliud speciem illam ac majestatem enarrare volunt, purpureum florem, gemmarum magnitudinem, auratos currus, solium adamantinum oculos nimio fulgore perstringens provisionis enarrant.* Ita S. Joann. gloriosissimã pompam in qua Filius Dei, mox ut homo factus est, se videndum exhibuit, alia meliori Rhetorica ob oculos repræsentare non potuit, quam dicendo: *vidimus gloriam ejus gloriam quasi unigeniti à Patre.* Sic quoq; regius Propheta David, gloriam & amictum, quo venturus Messias indutus cõpariturus erat, celebrans dixit: *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Quæ verba de Incarnatione verbi intelligenda esse, certissimum est apud S. Athanasium & S. Augustinum. Verumenimverò, ut verum fatear, nescio quo jure S. Joannes dicere possit: *Vidimus gloriam ejus*: Et David: *Tanquam sponsus procedens de thalamo suo*, siquidem chlamys nostræ humanitatis, qua verbum incarnatum indutum prodiit, vilis, fragilis, & deformis est, ad obscurandum quàm ad illustrandum aptior: scimus etenim, quod si gemmarius quidam adamantem quendam plumbo insereret, id faciendo gemmæ illius pretium & æstimationem non auctutus, sed diminuturus esset. Ac proinde idipsum Sanctum quoque Athanasium in admirationem rapuit, quando ait: *Hoc admiratione dignum erat.* Enimverò præsens difficultas in meute mea mirè augetur, dum audio, quod ipsamet quoque Sancta mater Ecclesia Cantico sive Hymno a Sanctis Angelis in nativitate Domini composito hæc verba adjungat: *Gratias agimus propter magnam gloriam tuam.* O Deum immortalem! Nostrane igitur à Verbo assumpta humanitas, instar transparentis cujusdam Crystalli diaphana & pellucida erat, ut intus delitescens gloria per eam perspicuè transparere posset? Minimè idipsum credo, quia caro & corpus Salvatoris ejusdem speciei cum nostra corporeitate fuit, quomodo igitur per eam transparere potuerunt immensæ gloriæ suæ radii; *propter magnam gloriam tuam*, id est, ob illam gloriam, inquit de Valentia, *quam nobis communicasti, & cujus nos fieri participes voluisti.* Verumenimverò ut ipsissimum difficultatis punctum attingere valeamus, efficacius velim eandem penettare conemur. Enimverò notum est quod Christus in monte Thabor in conspectu trium Apostolorum Petri, Jacobi, & Joannis, nec non duorum Patriarcharum Eliæ & Moysis transfiguratus fuerit; Et hæc quidem transfiguratio in eo consistebat, quod gloria illa quæ in anima Christi effulgebat abscondita, in ipsum quoque corpus large fuerit diffusa. Unde sacer Evangelista dicit: *Resplenduit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix.* Ehem quænam isthæc est novitas? In universo vitæ suæ decursu nusquam legitur, quod unquã in vultu ejus splendor vel candor in vestibus notatus fuerit. Quænam igitur causa eum movit, quod in monte Thabor vultũ suum gloriæ radiis adornare, & proprium natura-

Athan. ib. f. 59. Aug. ib. fol. 20. c. 2. l. F.

Athan. lib. de Incarn. cit. in cat.

In Cant. Angel.

Iacob. de Valent. ib. f. 418.

Matth. 17.

lemque vestibus colorem adimendo, efficere voluerit, ut candore suo cum nive decertare possent. Porrò nonnullæ personæ illustriores in diebus festis faciem suam adornare, suasque vestes in pretiosiores commutare solent; ac proinde quis scit an Christus in monte Thabor constitutus idipsum quoque non fecerit? utique demonstrare voluit diem illum sibi solemnissimum esse, maximeque festivum, in quo *dicebant excessum, quem completurus erat in Hierusalem.* Huc quoque accedit Ludolphus Carthusianus dum ait: *Et iuste fortasse, quia videbant diem redemptionis sua totiusque humani generis approximare.* In monte igitur Christus diem festivum agebat, eo quod ibi sermo esset *de excessu*, id est, de tormentis, Passione & morte sua, quam pro salute mundi sustinere debebat, ideòque eundem vultus sui decore & ornamentis, nec non assumptis vestibus pretiosioribus solemnizare decreverat: sic quoque Christus, mox ut in hunc mundum natus fuit, vestibus solemnioribus atque festivis sese induit, ideſt, paludamento quodam gloriæ, quia pro nostra salute comparanda nascebatur, quasi diceret: Quisnam in toto anno occurrit potest dies hocce solemnior, mihiq; glorioſior: *Propter magnam gloriam tuam.* Et S. Joannes: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre.* O quantus erat eo die Christi Salvatoris nostri jubilus, quantave lætitia: *Quia videlicet ejus gaudium est vita nostra* (inquit magnus Pontifex S. Gregorius) *& cum nos in cælos reducimur, solemnitatem lætitiæ ejus implemus.* Et si, ut scribit Cælius Rhodiginus antiquus sacerdos quatuor habebat in vestibus suis colores, quorum in solemnioribus festivitatibus usus illi erat, nimirum coccinum, agacinthinum, byssinum & purpureum, *Sacerdotum Principem res quatuor ornamentis exprimere ubi præcellens ingruat festorum celebratus, velut mundo induatur ipso.* Incarnatus Deus noster novellus quidã Sacerdos est, atque ideò, dum salutis nostræ negotiis operam daturus stola gloriæ se vestit, signum est quod tunc festivum diem agat, & peculiarissimæ solemnitatis suæ celebret diem.

Ludolph Carth. fol. 316.

Gregor. in Evang. Cæl. Rodi. lib. 16.

1. Refert Chronista Moyses, quod Deus cœlum & terram duo corpora adeò vasta & magna creans nunquã quieverit, sed solũ in diẽ septimũ quie-*Gene. 2.* ẽ suã dixerit: *Et requievit die septimo ab omni opere quod patrarat.* Etenim quies illa, quam Deus omnibus rebus creatis captavit, valde miranda est. Ergone Deus indefatigabilis, qui unico duntaxat verbo, Fiat, cuncta creavit, quiete indigere dicetur? *Nunquid enim dicimus tria-* *Aug. sas esse Deum laborasse in operando, tam ea qua scripta sunt condidit, quando dicebat: Fiat, & fiebant?* interrogat admiratione plenus S. Augustinus, Cur igitur Moyses dicit: *Requievit?* Nestiquam credendum vobis est, ô Auditores, Deum ideò quievisse, eò quod antecedentes sex dierum præcedentibus, in quibus creationis operibus deditus fuerat, fuerit fatigatus: sed potius quia diem illum festivum esse, atque ab universo mundo magna in veneratione habere voluit; unde & sacer textus dicit: *Benedixit deus septimo, & sanctificavit illum.* Verùm si ita est, merìò quæret aliquis: Cur hic dies septimus inter alios fuerit privilegiatus? Cur omnes alii dies operibus dedicati fuêre & solus septimus fuerit quieti consecratus? quid minus habuêre sex illi præcedentes quod illi esse debuerint feriales, septimus autem solemnis factus sit & festivus? Progrediamini legendo caput secundum Geneseos, & invenietis Deum die septimo hominem creasse: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem* (Enimverò quod si objecteris homineṁ à Deo sexta die creatum fuisse, siquidem scriptura de illo dicit: *Creavit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, masculum & fœminam creavit eos: Et factum est mane & vespere dies sextus.* Respondeo id à Moyse dictum esse per anticipationem, prout multi scriptores exponunt, prout expresse in formatione Evæ manifestatur, quæ diu post septimum diem creata fuit, quando Deus *immisit soporem in Adam, & tulit unam de costis ejus, & ædificavit in mulierem;* & tamen Moyses refert inter opera sextæ diei *quod masculum & fœminam creavit eos*, idque certissimum est, atque ideò Deus septimum diem, in quo homo ab eo creatus est, festivum & solemnem esse voluit; Et quidem si hujus rei causam vel rationem à me popoſceritis, respondeo vobis cum S. Patre nostro Augustino, id voluisse Deum, quia omnes aliæ creaturæ intra sex præcedentes dies creatæ, scilicet cœlum, sol, luna, stellæ, aquæ, volatilia, animantia quadrupedum salutis & beatitudini cœlestis paradisi incapacia fuêre. Atque ideò creator universi decrevit, ut dies ille, in quo eam creaturam formaverat, quam postea redempturus & salvaturus erat, dies esset minè vulgaris & ordinarius, sicut alii, sed solemnis & festivus, imo ipsemet Deus primus esse voluit, qui illum *D. Aug.* sanctificaret: *Benedixit diei septimo, & sanctificavit* *Gen.* *vit*

quit illum. Unde S. Pater noster Augustinus occasionem captavit dicendi: *sicut enim rectè dicitur Deus fecit, rectè dicitur requievit cum ejus manere requiescimus.* Requies Dei est festum diem agere: Requies nostra in nostra consistit sanctificatione, dum scilicet in cœlestis beatitudinis fruitionem ingredimur, ac proinde idemmet S. P. noster solebat dicere: *Inquietum est cor nostrum donec requiescat in te.* Unde quod Deus homine creato quieverit, idem est, ac si dicerē, requievit, id est, diem illum tanquam festivum solemnizavit, in qua creaturam aliquam salutis capacem & cœlestis indignam invenit: *Hoc quidem rectè inferimus* (ita prosequitur Augustinus) *quia & verum est, & non magna intentione indiget, ut colligamus ita die eum requiescere Deum, cum nos requiescere facit.*

12. Confirmemus id ipsum per alium scripturæ passum ab eodem Moyse in eadem Genesi relatum: Nescio etenim an aliquando observaverit quod Moyses ad terminandam cujuslibet diei & operum in eo conditorum descriptionē, in fine semper his verbis concludat: *Et factum est vespere & mane dies primus*, & sic de aliis quoq; dictus loquitur excepto solo die septimo. Quidnam obsecro hæc inter dies illos denotat differentiæ? Num fortè dies illa nec mane nec vesperū, nec principium, nec finem habuit? Cantuariensis quidem septimum habuisse quidem *mane*, sed non *vesperum*: *Nota quod dies septimus non legitur habuisse vesperem, sed mane.* Quod equidem ratione intelligi possit, scilicet diem aliquem illum qui vesperam non habebat, penitus ignoro. Si enim dies perpetuus fuit & hoc esse non potest, quia successit illi dies octavus: aut ille finem habuit, & sic utiq; vesperam accepit, in hac namque dies lineam & cursum suum terminat: alias enim non laudaretur ille dies à Moyse, sed potius vituperaretur dicendo diem illum imperfectum fuisse, veruntamen nequaquam inconveniens istud metuendum est, quinimò ex hoc præcipue puncto omnes diei istius prærogativæ concipi possunt. Etenim Richardus Brixianus dicit, quod *vesper significat tristitiam, & mane significat lætitiam*, quod conforme est illis Regii Prophetæ verbis: *Ad vesperum demorabitur fletus & ad matutinum lætitia.* Nunc igitur intelligere mihi videor mysterium. Septimus enim dies quo creatus est homo, habuit *mane* lætitiæ, sed sine *vespere* mœstitiæ, ac proinde dies ille solemnissimus Deo nostro fuit, utpote in quo creaturam aliquam in publicum prodire conspexit, ob ejus salutem procurandam verbum incarnatum pati, suum effundere sanguinem & mori decebat.

13. Enimverò in memoriam vobis, velim, revocetis modum quo S. Lucas Christum una cum discipulis Hierosolymam ad passionem, flagella, crucem & mortem obeundam abiisse detexit: *Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis: tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur & conspuetur, & postquam flagellaverint occident eum.* Circa quæ verba P. Barnabas Kearnet hanc movet difficultatē: Etenim S. Lucas hoc Christi versus Hierosolymam initum iter nobis ob oculos ponit per hoc verbum, *ascendimus*, cur nōn potius dicit: *Imus, proficiscimur*, vel aliis similibus. Scio equidem quod *ascendere* idem sit quod ire sursum vel in altum; Ac proinde, ô mi Redemptor, quonam in altum conscendit? num fortè super Cherubim, ut in illa sublimitate constitutus honorari possis ab omnibus creatutis? nequaquam, sed in Hierusalem abeo, ut ibi vinculis stringar, flagelleer, colaphis cædar, & contemnar: *Ascendo Hierosolymam, festino ad mortē, ad crucem propero.* Et hoc vocat *ascendere*, cum tamen potius mihi descendere quoddam esse videatur, id est, semetipsum ad ignominiarum abjectionem dejicere. Cur igitur hoc verbo *ascendimus*, utitur? Non discedamus procul ab Evangelio hodierno, ex eo namque doctam habebimus difficultatis hujusce resolutionem. Sanctus igitur Joannes de parentibus sive cognatis Christi ad hujus diei solemnitatem abeuntibus loquens dicit: *Ascenderunt fratres ejus*: Imò ipsemet Salvator noster hoc eodem termino bina vice utitur, dum ait: *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem nō ascendam.* Et S. Joannes de Christo loquens, dicit: *Tunc & ipse ascendit non manifestè, sed quasi in occulto.* Unde clarè deducitur, quod sacri Evangelistæ hoc termino ut plurimum utantur, quando aliquem festa adivisse exprimere volunt. Atq; hinc est, quod Christus ad Passionem pro nostra salute subeundam abiens, tanta cum animi lætitia processerit, tantoq; cum jubilo Hierosolymam ingressus fuerit, ut ad nuptias vel ad festivā quandam solemnitatem abire videri posset. Unde Scriptor ille supra citus Dominum omni cum humilitate & reverentia interrogat, dicens: *Cur hodie alacri animo Hierosolymam petis, cum ingenti brevi afficiendus sis in horto tristitia?* Et respondet: *Tanta gaudii abundantia ex hominum*

Luca 18.

Barnabas Kearn.

Bernardus Kearnazi Cassian. in

Concil. Domin. *minum salute afficiebatur, ut mœstitiam illam præexultationis magnitudine nihili fecerit, atque detersa omni tristitiæ nebula, cum magna alacritate Hierosolymam ascenderit.*

14. Enimvero nisi omnes Christi actiones mysticas esse scirem, suspensus utique & animo anceps hærerem intra memetipsum considerans, quod ad hoc festum ire à suis etiam vehementer rogatus abnuerit, cum tamen ad aliud festum alias etiam Hierosolymis celebrandum prompte abierit: *Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam*: Fortè id fecit, quia festum illud hoc solemnius fuit, utpote quo Pentecostes

Chrysost. Dio Cart. Ludolph. Cart. dies celebrabatur? ut volunt Chrysostomus, Carthusianus, & alii, in qua Deo fructuum primitiæ offerri solebant? aut dicere quis posset Christum tunc casualiter ad festum illud abiisse, & quod proinde nullum in ea frequentatione festi contineatur mysterium: Hæc autem opinio directè adversaretur illi doctrinæ Chrysostomi, qui absolutè affirmat, quod

Chrysost. in cap. 5. Ioan. *in divinis Scripturis ne unum jota aut unus apex, sed ne dimidium quidem prætermittendum est, sed omnia diligentius investiganda: nam à Spiritu Sancto omnia proveniunt, neque in his quicquam superfluum, nihil non necessarium.* Quodnam igitur in hac Christi actione mysterium contineri dicemus? Erat festum illud speciale festum Judæorum: *Erat dies festus Iudæorum*, quia novellos perfectioresque fructus ad templum immolandos deferebant, at verò nisi idem quoque particulare Christi festum fuisset, cum eo nequaquam concessurum fuisse existimo, Festum autem consistebat in restitutione sanitatis corporis, & animi salute cuidam paralytico concessa. Nunquid idipsum auditis? *Ecce sanus factus es, jam noli peccare.* Unde Ludolphus Carthusianus ait: *Ad dies festos Iudæorum ascendit, solemnitates celebrans, & dies festos agens.* Sed cur? *ut populis undique tunc confluentibus fidei doctrinam annuntiaret, & imperaretur, salutisque mysterium panderet.* Quilibet alius dies, quantumvis ille solemnis esset, Christo ferialis erat, nisi in eo de nostra quoque tractaretur salute: at quando de hoc animæ negotio agebatur, tunc dies ille Salvatori nostro dies festus erat, licet aliis ferialis existeret.

Ioan. 5.

Ludolph. Carthus.

15. Alias consideraverimus (licet ad aliud propositum illam Judæ historiam à S. Joanne relatam, nimirum quod cùm Dominus pessimas, quibus cor Judæ invasum fuerat, cogitationes quas de sui traditione in mente sua volvebat, cognoscere, ei secreto & clam aliis dixerit, ut ejus quod machinabatur executionem non differret: *Dicit ei Iesus: Quod facis fac citius.* Sed equidem quod Dionysius Carthusianus dicat, Christum verbis hisce Judam nequaquam exhortatum esse ad martyrium: *Hoc Christus dixit non exhortando, consulendo, vel imperando, sed permittendo & pranuntiando.* Veruntamen S. Cyrillus in ea est opinione, quod suppositâ deliberatione Judæ, quodque cogitationes suas malo in bonum divertere nollet, eum exhortatus fuerit ad executionem: *Quod facturus es*, quasi diceret, quod facere decrevisti. *Fac citius.* Verùm ô Domine, nunquid vides, quod quanto magis impius discipulus traditionem tui accelerat, tantò quoque magis vitæ tuæ dies abbreviet? Num fortè idipsum dixit quia amor omnis est moræ inimicus? Aut ut dicit S. Ambrosius: *Non satis est rectè facere, nisi etiam studeamus accelerare, quod facis?* Christus etenim pro nobis pati desiderabat, videbaturque quævis hora in mille annos sese extendere, ac proinde Judam admonitionem sollicitat. Porrò S. Cyrillus Alexandrinus duas adfert rationes; prima in quadam similitudine fundatur, quia dicit: Si quis belli Dux generosus certaturus cũ aliquo esset, quod animum & vires longè sibi inferiore, ac proinde de eo obtinendam victoriam certam haberet atque securam, hic utique dicere posset: Non est jam tardandum, ô ignave, nam magno tuo malo hujusce dexteræ specimen experieris: enimverò Filio Dei cum dæmone decertandum erat, nec non cum uno è militum suorum numero congrediendum, scilicet cum Juda; Unde quia de obtinenda victoria certus erat atq; securus, idcirco ut infestissimum hostem suum Principem scilicet tenebratum totaliter sterneret & supetaret, cum eo manus conferre festinabat: *Nam quamdiu quidem si vir fortis adversus què fremens quispiam feratur, ipse verò virilius suu fretus ea, utì illum non dubitet, magna voce militans dicat, quod facis citius, ut meæ dexteræ vires experiaris, non properantis meri verba esse dicentem, sed præsentu potius quàm cadat adversarius.* Secunda ratio est, quia prævidebat, quod ex sua passione nasciturũ esset nostrum gaudium ex sua morte nostra vita, ex suis opprobriis nostra gloria, ex suis naufragiis salutis nostræ securitas, quasi diceret, Ergone de salute mundi hic agitur? Non igitur proditiones diu differantur, quia in mortem concedere idem mihi esse videtur, quod magnam adire festivamque solemnitatem & gaudium, quia tempus Passionis meæ, dies

quidam

quidam mihi esse videtur magnæ solemnitatis; Atque ideò, ô Juda: *Quod facis fac citius, ut ad optatæ solemnitatis cursus pervenire possim.*

16. Refert Pererius Gamalielem S. Pauli Apostoli Magistrum determinationem quandam in medium adferre ab Hebræis è servitute Babylonica liberatis conditam, qua statuebatur, ut si contingeret quod in anno aliquo Pascha in diem veneris incideret, illud ipsum tunc in diem sequentem Sabbathinum scilicet transferretur: *Sanctum est post reversionem è Babylonia, ut si Pascha veniret in die veneris, transferretur in diem Sabbathi.* Ac proinde curiosus sum hujusce translationis cognoscendi causam & motivum. Quamnam enim dies veneris cum celebratione Paschæ habebat repugnantiam? Num fortè quia dies Paschæ est dies lætitiæ, dies autem veneris, utpote dies sextus septimanæ significat labores & tribulationes? ac proinde sextus mensis (ut observat S. Hieronymus) in quo Deus locutus est Aggæo Prophetæ: *Non habet solemnitatem dies septimus.* Quinimo potius dicendum videtur contrarium, scilicet nullum diem Paschali celebrando adeò commodum esse, sicut diem veneris, quia est dies sextus septimanæ; numerus autem senarius est primus numerus perfectus, quia ut nonnulli dicunt: *Ex partibus aliquotis combinatis, uno videlicet duobusve ad unguem resultat.* Cur igitur solemnem Paschalem in Sabbathum transferetur, neque illam in incidente veneris die celebrabit? Liceat mihi, ô Auditores, ad hanc difficultatem explicandam aliquam adhibere similitudinem. Sicut enim si uno eodemque die duo festa sanctorum sibi mutuo occurrerent, quorum unum duplex, aliud verò semiduplex esset, et præscripto Rubricæ festum illud celebrandum est, quod est altero majus, translato eo quod minus est, & meritò quidem, quia *ubi est major, minor cessat*: ita quoque dicendum esse existimo potius ex inspiratione divina, quàm ex resolutione humana decretum esse, ut Pascha in die veneris nequaquam celebretur, quia dies ille Passioni Jesu Christi Filii Dei consecratus esse nosceretur, quæ à S. Augustino festum omnium festorum maximum appellatur: *Passio Christi est omnium festorum causa.* Cedat igitur minus festum Hebræorum, Pascha scilicet, majori solemnitati Christi *& transferatur in diem Sabbathi.* Dixi Passionem esse festum Christi, festum scilicet solemne per maximi ab eo æstimatum, quia in die passionis pax & reconciliatio facta est inter Deum & hominem, cœlum & terram, nostrarumque animarum salus in securo posita fuit. Unde duo illi sancti Doctores Augustinus & Thomas augusta illa sanctæ Ecclesiæ lumina occasionem sumpserunt asserendi, quod *Passio Christi est omnium festorum causa.*

17. Verum enim verò facilè quis mihi in contrarium objicere poterit, Passionem Domini incongruè diei festivo & solemni comparari, quia in festis regnat gaudium, & lætitia triumphat: Christus autem in tempore passionis suæ, utpote die, ut jam dictum est sibi adeò solemni ac festivo, animam suam indicibili tristitia obnubilatam habuit: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Matth. 26 Imò dies ille ei valdè videbatur esse importunus & molestus, siquidem eo die Patrem suum instanter rogavit, ut passionis suæ calicem à se transferret in alium, quod signum erat passionem sibi ingratam fuisse atque molestam: *Pater si possibile est, transeat à me calix iste.* Ibidem. Quod si autem dies Passionis suæ ei gaudiosus & festivus fuisset, anima ejus utique læta & non mœsta fuisset, passionisque suæ calicem desiderasset, non verò recusasset. Cui accedit, quod animi constantes magnam habeant cum mœstitia antipathiam, dicente Salomone: *Non contristabit justum quicquid acciderit ei.* Prov. 12. Unde & Ecclesiasticus illam à pectoribus nostris eliminari suadet, dicens: *Tristitiam non des animæ tuæ; tristitiam longè expelle à te, multos enim occidit tristitia.* Eccles. 30. Et tamen Dominus in horto Gethsemani, passionem suam exordiens, cor suum amaritudine & mœstitia plenum esse persensit, unde & dixit: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Enimverò ad hoc inprimis responderi poterit, mœstitiam in duplici esse differentia, alia enim est quæ inordinata dicitur, quæ scilicet à recta ratione non regulatur & hæc in Christo minimè fuit, ac proinde Isaias de eo dixit: *Non erit tristis neque turbulentus.* Alia autem est tristitia moderata, bona, & virtuosa, quæ rationem non alterat, neque perturbat, sed eidem perfectè subordinatur, & hoc sensu loquebatur Sapiens: *Cor sapientum ubi tristitia;* Et similiter Apostolus: *Quæ secundùm Deum tristitia salutem stabilem operatur,* & hanc in Christo fuisse, eumque de hac locutum fuisse concedi potest. Veruntamen S. Ambrosius & Dionysius Carthusianus in ea sunt opinione, quod scilicet Christus festivum passionis suæ diem celebraverit, sed cum aliqua turbatione admixta, adeò ut in ea non habuerit lætitiam totalem, quia persecutores suos minimè salvandos

Ambr. lib. 10. in Luc.

esse prævidebat : *Tristis erat pro persecutoribus suis, quos sciebat immanis sacrilegii pœnas daturos, & ideò dicit : Transfer Calicem hunc à me.* Et Carthusianus ait : *Tristabatur etque dolebat anima Christi loquendo de tristitia prout est actus virtutis charitatis, propter eos in quibus vidit fructum passionis sua perire.* Utique igitur passio ejus sine aliqua turbatione admixta & lætitia inde nata totaliter perfecta futura fuisset, si sui quoque persecutores fuissent salvati. Unde cum sua festivitas in nostra salute consistat, ut ait Origines: *Est magna festivitas salus nostra*, mirum non est, animam Christi fuisse conturbatam, quando multos minimè salvandos esse prævidebat. Porrò S. Augustinus de Cruce, in qua Salvator noster pro nostra redemptione & salute inter tot pœnas ac tormenta mortuus est, loquens, eandem vocat *Festivitatem epulationis.* Unde cum Magnates in more positum habeant, ut in festis magis præcipuis & solemnioribus gratias elargiri soleant (sic enim Hebræi in solemnitate Paschæ cuidam ad mortem condemnato libertatem impertiebantur : *Per diem autem solemnem consueverat Præses populo dimittere unum vinctum, quem voluissent.* Sic quoque Herodes quando natalis sui celebrabat solemnitatem, saltatrici medietatem regni sui in donum obtulit : *Postula à me quod vis, licet dimidium regni mei.* Domitianus quoque *septimanali sacrorum die sparsit dona missilia.* Et Alphonsus X. Hispaniarum Rex in die quo filii sui nuptiæ cum Blanca S. Ludovici filia celebrabantur, regia impertitus est dona, magnasque elargitus est gratias : *Congiarium populo dedit, & pauperes vestimentis virilem ornavit, Imperatorem Constantinopolitanum à Soldano captum ingenti redemit pecunia*, facilè conjicere possumus, quales in die passionis, qui Christo adeò festivus & solemnis extitit, ab eodem erogatæ fiat gratiæ & distributa munera ac dona. Et quidem militibus inprimis vestes suas dedit : *Milites cùm crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam.* Latroni quoque cui infernus debebatur, cessit Paradisum : *Hodie mecum eris in paradiso.* Multos quoque vinctos & carceratos è mortis captivitate liberavit: *Multa corpora Sanctorum, qui dormierunt, surrexerunt.* Totum denique genus humanum à patria cœlesti exulabat, fores illius nobis firmiter occlusæ, omnisque nobis ad eandem aditus prohibitus: Christus autem moriens illum nobis aperiri fecit, ut ab exilio postliminio revertentes cœlestis Hierosolymæ patriam denuò repetere possent. Unde S. Augustinus ait : *Paradisum annis quinquaginta millia vel amplius fere annos clausum hodie nobis aperuit, in hac enim die, & in hac hora latronem introducens Christus, duplex beneficium operatus est, unum quidem quia paradisum aperuit, aliud verò quia latronem introduxit, hodie reddit nobis patriam principalem, hodie reduxit nos in civitatem paternam, & æternam domum reddevit communi hominum naturæ.* Unde cùm ab effectibus in facilem causæ cognitionem devenimus, sicuti ab ortu diei solem advenisse cognoscimus, ita ex ipsis quoque gratiis quas pro salute nostra patiens & moriens elargitus est, facilè conjicere possumus, Salvatorem illa quoque die maximam celebertimamque suam habuisse solemnitatem.

Matth. 7.

Marc. 6.

Ioan Ravis. in off. tom. 2. fol. 290.

Ioan. 19.

Luc. 23.

Matth. 27

18. Enimverò libenter quidem vos hodierna die invitare vellem, non ad festa mundi hujusmodi quibus inter delicias tripudia aguntur, crapulis & commessationibus vacatur, luditur, offenditur Deus, anima perditur : *Non enim debet servus Christi in talibus delectari*, inquit Ludolphus Carthusianus, *quia delicatus miles est, qui vult simul gaudere cum sæculo & regnare cum Christo; cùm dictum sit : Væ his qui in bonis ducunt dies suos, quia in puncto horæ descendunt ad inferni novissima.* Sed potius animus mihi esset ad prælentem Christi patientis vos invitare festivitatem; Verum utique dicetis mihi, Dominus hoc festo celebrat inter flagella, inter tormenta, inter spinas, clavos, Crucem & mortis angustias: nos autem hujuscemodi pœnalitatibus, utpotè ad tolerandum nimis acerbis & amaris submittere minimè possumus, atque ideò velim audire, quid tibi respondeat prædictus Ludolphus: *Dies festus Domini*, inquit, *non exterius, sed interius, non enim in facie, sed in mente agitur*, conformiter ei quod David dixit: *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.* Quod si igitur grave nobis per extrinsecum opus Christum in festivitate sua solemnizanda imitari, ad minus eum per intrinsecum cogitationum imitemur, dolores ejus in corde defleamus, suamque amaram passionem intenta mente recolamus, prout beata nostra Clara de mente Falco faciebat, in cujus proinde post mortem aperto corde Christus crucifixus suas cum omnibus passionis suæ instrumentis repertus fuit. O quam pauci huic Domini nostri festivitati assistere conspiciuntur! omnes velut muscæ ad mel accurrunt, & velut apes ad alveatia, id est, ad hujus

jus mundi festa. Sed quodnam inde lucrum reportant, quodnam sibi inde comparant meritum? Nunquam domum redeunt, quin finitis festis loculos secum inanes adferant, exhaustos nummum frequenti ex ludis habitis jactura: vel consentiam suam per gravia commissa peccata contaminarunt, vel ob adversitates; in quas fortasse inciderunt, oculos referunt lachrimis stagnantes, ut proinde talia mundana gaudia & festa, non festa vocari sed congruentiori nomine vigilia appellari mereantur. Imò amplius quid dicam, sed admiratione pariter & planctu dignissimum: Festa Dei & Ecclesiæ in festa prophana & mundana temerè transformantur. Unde Origenes ait: *Dies festus quem totum in vestris voluptatibus Dei & proximorum immemores, & in exercitiis vestrorum turpium appetituum consumitis, vester potius quam Dei dies festus appellandus est.* Dies enim festus Dei interius solemnizandus est: *Dies enim festus Dei est, ut vos occupetis præcipuè in conformando vos Divinæ Majestati & benefaciendo proximis vestris.* Verumenimverò liquidem opera charitatis neglexistis in diebus festis, eadem hoc mane recompensare studete (licet hodiernus dies nobis ferialis existat) tribuendo pauperibus opus aliquod misericordiæ, id quod ob maximam qua premuntur necessitatem anxiè à vobis præstolantur; securique eritis vos per hoc facturos opus aliquod festo Deo sti dignissimum, magnumque vos inde conciliaturos esse meritum.

PARS SECUNDA.

15. *Tu autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed in occulto.* Etenim festivitas hæc *Scenopegia* vocabatur, quæ dictio græca est composita ex *Scenos*, quod umbram significat, & *pagnid* est, manducate, eo quod Hebræi solliti essent durante festivitate sub umbra virgultorum comedere, ex quibus tabernacula conficiebant, in memoriam quadraginta annorum, quibus ipsorum majores ad terram promissionis pertexerunt. Celebrabatur autem festivitas hæc in mense Septembri, durabatque septem vel octo diebus continuis, uti opinatur Ludolphus Carthusianus. Et quidem tametsi Christus se diem illum festum frequentare nolle haud obscurè significarit: *Non ascendam*, attamen quatriduo post ad illum concelebrandum se recepit: *Venit in templum quarta die festivitatis prædictæ*; ut refert Dionysius Carthusianus & Cardinalis Toletus. Neque alios diem hunc adire prohibuit, quin potius ad id eos est cohortatus, ut scil. icet ad illum ascenderent. *Vos ascendite ad diem istum festum hunc*; ut per hoc insinuaret dies festos & sacros ritè custodiendos & sanctificandos esse: *Exhortatur fratres, ut legis cæremonias & festa observent*; inquit Toletus.

Dio Cart. ib. art 19. fol. 290. l. D. Tolet ibi. in comm. fol. 666. Tolet ibi. ad not. 10. l. D.

16. Ne populus Dei in deserto omni vitæ annona destitutus præter alias afflictiones etiam fame & victus penuria angustiaretur, Deus eidem quotidie manna de cœlo demisit, cum hac tamen expressa lege, ne singuli ultra mensuram quam Gomor appellabant quidquam acciperent: *Colligat unusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum; Gomor per singula capita.* Nec quisquam sibi vel unicum fragmentum in diem sequentem reservaret: *Nullus relinquat ex eo in mane:* imò quodsi fortè aliquis contrarium attentare voluisset, in diem sequentem quoque quod sufficere posset colligendo & conservando, sequenti mane vermibus scatere comperiebatur: *Scatere cœpit vermibus, atque computruit*; Verumtamen in die sexto duntaxat permittebatur, imò præcipiebatur omnibus, ut sibi in sequentem quoque diem sufficienti manna prospicerent: *In die sexta colligebant cibos duplices, id est, duo Gomor per singulos homines*; ut hac ratione septimum diem qui Sabbathum erat, sanctificarent tanquam festivum, illumque ad nihil prophanum, ne quidem ad annonam procurandam adhiberent. Et quidem hanc hujus præcepti rationem fuisse ipsemet Moyses populo Dei apertè enuntiavit, dum ait: *Videte quod Dominus dederit vobis Sabbathum, & propter hoc die sexto tribuit vobis cibos duplices.* Porrò ad majorem confusionem dicere cogor, multos esse qui festa custodiunt; sed quomodo id fit? Quia sub prætextu paupertatis, ut panem quo se sustentent, lucrari possint laborant & non laborant: Non laborant, in quantum non videntur laborare, cum toto die suis officinis inclusi delitescant; laborant autem, quia suo opificio eadem cum industria dediti sunt, qua id ferialibus diebus facere consueverunt: videntur hi sibi imaginari, quod Deo illudere & imponere possint, quasi is eos laborare vel non videat vel ignoret. O quanta stultitia! Quodsi verò Deum id videre aut scire etedant, attamen officinæ fores claudunt, ne videantur à mundo: per hoc clarè significant, se homines magis quàm Deum formidare, majorique cura pœnam temporalem, quàm peccatum mortale declinare aut cavere.

Exod. 16.

21. Scitis utique quantum odium Hebræi adversus Christum excitarint, & quot ad conciliandam Christo mortem insidias & falsas calumnias contra ipsum machinati fuerint. Etenim S. Matthæus refert, quod postquam eum in suam redegerant potestatem, captivum coram Pilato adduxerint, ut crucifigendum lictoribus
Matth. 27. committeret: *Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi.* Verum quærat hic aliquis meritò, cur qui adeò avide sanguinem ejus sitiebant, eum non propriis trucidarint manibus, ut furori suo satisfacerent. Respondet Chrysostomus: *Erant dies azymorum*, id est, Erant dies festivi, quos contaminare non audebant, sed hoc ipsum Pilato, qui gentilis erat commiserunt: *Vide ergo quanta religione dies festos agebant Iudæi, & non sunt ausi religionem dierum festorum violare*, inquit Chrysostomus. Porrò Judæi actum justitiæ se exercere & consequenter rem Deo gratam facere arbitrabantur inferendo Christo mortem, & tamen ab eodem actu abstinuerunt propter deferendum diei festivo debitum respectum; Et nos Christiani, quot illis diebus scelera committimus in lusibus, tabernis, prostibulis? ô actiones Christiano homine indignissimas! ô Christianos Hebræis hac in parte longè deteriores!

Chrysost. hom. 86. in cap. 27. Matth.

22. Verum enim verò quia perfidia majorem in perversorum Judæorum pectoribus vim obtinuit, quam festi solemnitas sive religio, ideò eum tandem nihilominus crucifixerunt. Sed audite sodes quid inde subsecutum fuerit: *Tenebræ factæ sunt super universam terram, & obscuratus est Sol.* Rupertus Abbas Tuitiensis dicit, Deum per hanc tenebrarum obscuritatem apertè demonstrare voluisse, quantum sibi displiceat, quod gens illa Judæorum illis solemnibus & festivis diebus actionibus illis servilibus scilicet fabricationi, & erectioni seu plantationi Crucis, suique filii manuum pedumque in crucem affixioni operam daret. *Cum Crucifixissent eum, ipse diurnus seu quotidianus sol obscuratus est, & tenebræ super terram factæ sunt, tantum scelus in festivitate sua commiserunt, quæ dicitur Phase, id est, Paschæ.*

Luc. 23.

23. Jam præterierat Sabbathum, dies nimirum apud Hebræos valdè festivus, quando Mariæ prudem abire cœperunt, ut unguenta ad corpus Magistri sui inungendum sibi comparatent:
Marc. 16. *Cum transisset Sabbathum, Maria Magdalena, Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum.* Ergone possibile est, quod pientissimæ hæ fœminæ Magistrum suum tam ardenter amaverint, & tamen adeò negligentes simul extiterint, ut donec elapsum esset Sabbathum, unguenta sibi comparare distulerint? Mirum itaque mihi jam non est, quod postea ad sepulchrum venientes Christum minimè invenerint, attestante Angelo: *Surrexit non est hic.* Cur igitur mulieres illæ adeò in hoc bono ac pio opere tardarunt? Si etenim Christum verè amabant, utique in acceleratis hisce pientis obsequiis magis debebant esse sollicitæ, maximè quoad SS. hanc Christi personâ. *Amor festinat, & morarum impatientissimus.* Enimverò, Auditores, mora hæc non fuit defectus in affectu ergo Dominum, sed potius accidit ex observantia Sabbathi diei festivi, donec enim hoc transisset, unguenta sibi coemere noluerunt. Estque hæc opinio Laurentii Justiniani dicentis: *Quamdiu illis licuit operari aromata paraverunt, pervenerunt verò secundiem legem Sabbatho siluerunt. Mox autem ut Sabbathi præterit dies, valdè mane in ipso diei crepusculo sumptis secum aromatibus, grauiter concito, corde igneo atque desiderio ministrandi ad locum ubi illum reconditum noverant, ardentissimæ perrexerunt.* Etenim duo hic considerandi sunt, intentio nimirum & actio; Hæc fuit coemptio unguentorum, nihil in se momenti continens; Intentio autem erat illa non alio fine comparare, nisi ut sacrosanctum Domini corpus inungere possent, quod merum est opus pietatis, & tamen quia Sabbathum erat, ab eodem omninò abstinuerunt. Enimverò non adeò scrupulosi minimè sumus, ut tantas subtilitates multum attendamus, nam in die festivo à nobis emitur & venditur, instituuntur mercatus & nundinæ. Qui debebamus sepulchrum Domini, id est, Ecclesiam frequentare, forum adimus, non adimus Oratoria, sed cenopolia & tabernas, non sumus intenti ad Deum laudandum, sed blasphemandum & graviter offendendum, non quærimus Confessarios, sed collusores, non communionem sactam, sed crapulam sectamur, non erogamus eleemosynas, sed facimus usuras. *Moraliter hic instruimur* (inquit Ludolphus de Saxonia) *quod specialiter in diebus festivis, quilibet Christianus debet ire ad locum, quem elegit Dominus, & ad Ecclesiam, non ad theatrum vel tabernam, debet vacare divinis laudibus, nè choreis & vanitatibus, debet intendere bonis operibus non comessationibus & ebrietatibus, insistere Eleemosynis, non usuris.*

Ludolph. de Saxon. part. 1. vit. C. Dom. fol. 22.

24. Olim in diebus festivis tanta apud homines sanctitas usitata erat, ut Dæmones il-

lam

lum sustinere non valentes, cogerentur fugere ad infernum, non valentes iis diebus immorari in corporibus obsessorum hominum: nunc verò cùm scelera ubique illis diebus invaleſcant, nullum habent ad possidendum corpora hominum tempus magis opportunum quàm dies festos. De muliere quadam refert Gregorius Turonensis, quod dum panem in die festo pinseret & coqueret. *Manum proximo dicino igne fuisse succensam.* Joannes Castellæ Rex in die quadam Dominica obequitans, *Ab equo cespitante dejectus, & obtritus occubuit*: Cui Cornelius à lapide id factum esse subjungit, *ut discamus diem festum dare Deo, non venationibus aut vanis ludis.* In vita Sancti Astregisilii Archiepiscopi Bituricensis legitur, quod certus quidam molitor, cui nomen erat Manulphus: *Cùm die Dominica molendinum aperuit, manubrium instrumenti ejus manus ei adhæsit, ut nullus id inde posset amovere.* Nullis quoque quod miser ille qui in Sabbatho paterula ligna colligebat, ob hanc Sabbathi violationem fuerit lapidatus. Scio equidem Pythagoram præcipere: *In via ne feces ligna*, hic autem ligna non secabat, sed colligebat; & tamen tam diré occidebatur. Circa quod Oleaster dicit: *Qua veneratione colendi sint festi hic edocemur, & qua pœna digni sint, què eo violant.*

Si itenim Deus tempus septimanæ in sex partes distribuit, atque ex his sex in obsequium corporis, unicum verò tantum in animæ usum destinavit. *Deus divisit totum tempus septem diebus, de quibus dedit nobis sex ad laborandum & lucrandum, & retinuit sibi septimum diem, ut pro anima laboremus, & adhuc non vult totum, nam in die sunt 24. horæ, da solum unam Deo audiendo Missam, alias horas poteris dare ad placita corporis licita & honesta*; inquit Sanctus Vincentius Ferrerius. Porrò nos sæpè lamentamur de auræ iniquitate, de sterilitate terræ non fructificantis, aut de possessiones nostras devastante grandine, pestis & vindemiæ tenuitate; eredas equidem Sancto Vincentio dicenti, quod *Ex fraude festivitatum veniunt siccitates, tempestates &c.* *Idem ibid.*

Tandem præsenti discursui cum Sancto Bernardino de Senis finem imponere constituì, qui dicit: *Mira multorum insania per totam septimanam laborare pro misero corpore, & dum anima diem festum præstolatur, pro aliquo sibi lucro comparando, in eo plus quàm aliis diebus pro ejus damnatione laboratur: In die festo laborare pro damnatione infelicis animæ.* Demum verò idem Sanctus concludit dicendo: ô quanta stultitia eorum qui omnes dies prophanos operibus licitis & honestis dedicant, & solemnitates in continuis Dei offensis consumunt. *Stupenda vesaniæ per totam hebdomadam laborare in operibus licitis, & diem Dominicam polluere & violare ludis, voluptatibus, ebrietatibus, & choreis.* Verùm Amos Prophetam auscultate dicentem: *Convertam festivitates vestras in luctum, & omnia cantica nostra in planctum.* *Bern. Sen. tom. 2. in Dom 1. Quadr. art. 2. c. 1. serm. 10. lit. H.* *Amos. 8.*

SERMO XXXI.

IN FERIAM QUARTAM DOMINICÆ PASSIONIS.

Oves meæ vocem meam audiunt. Joan. cap. 10.

1. Multæ quidem sunt passiones humanæ quæ instar numerosi cujusdam exercitus obsidione cinctam tenent cordis nostri arcem, omnibus tamen aliis timor specialiter prævalet ; hic enim continuis congressibus illud expugnare expleatisque in eo gloriæ suæ vexillis absolutus ejus Dominus fieri contendit. Hic facta habens nomini suo è diametro opposita audacter & intrepidè humano cordi desperationem comminatur, irreparabiles ruinas, illudque lethiferis insultibus infestando, ad extremi præcipitii electionem reducit. Portò ut evadat timor hic victoriosus, non utitur arcubus, sagittis, globis, balistis, tormentis bellicis, aut ignibus artificialibus, sed hominis cor non cum aliis instrumentis bellicis aggreditur, quàm inani timore, suspicionibus, trepidatione. Unde Celti cum Alexandro protestabantur, se in continuo positos esse timore ne
Strabo l. 7. cælum super eos rueret : *Hoc unum pertimescebant ne cælum rueret.* Attamen duos ministros continuò habebat stipendio conductos
Sabel. l. 4. ad Eborem dacum fol. 43. qui scutum super ejus capite continuò elatum tenebant : *Ne quid superne caderet*, ac proinde domo egrediens, *Lectica nonnisi adoperta utebatur.*

2. Heliogabalus ex populi tumultu perterrefactus, totus tremebundus immundas inter
Idem ibid. sordes sese abscondit ; ubi ab inimicis suis deprehensus : *Vulneribus confectus turpem vitam turpissima morte finivit* Sic quoque licet Nero Domitianum jam mortuum esse sciret, tamen instar frondis alicujus non minus trepidabat, quàm si idem vivus etiamnum superstes
In Polyan. fuisset ; *Quasi viveret Domitianus & assoret, ita trepidare cæpit, ut colore mutato ac voce amissa vix consisteret.* Ac proinde cor hominis utique timoris impetui cederet, & in desperationem adigeretur, nisi ex animatione spei novæ ei vires submini[illegible] ; *Sola spes hominum miserias consolari solet*; scribebat Cicero. Ipsa est quæ spititum pusilanimibus suggerit, vigorem viribus restituit, & audaces ministrat [illegible] vacillantibus animos. Unde Apostolus dicit : *Fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendum* [illegible] *propositam spem, quam sicut ancoram habemus, ne in mari hujus seculi frangamur scopulis adversitatum.* Subjungit S. Anselmus. O quam inconsideratus tunc Julius Cæsar erat, quando apertè dicere non dubitavit : *Satius esse mori semel, quàm assidua spe & [illegible] expectatione pendere,* Unde si in lectulo, velut in aperto Martis campo infirmitas aliqua velut dira quædam Bellona in certamen te provocet, & angustiarum dolorumque copia te cum conflgat, generosa & intrepida spes facinora in tui defensionem committit, qualia olim Judith & Jael pro sua gente salvanda patrarunt : *Nihil est efficacius spe ad sublevandam hominum lassitudinem*, dicebat Appianus. Quod si imperaris ab indeclinabili imperu fatalis mortis, post fortiora mœnia salvare te non poteris, quam post ea quæ fabricata sunt ex spei invictæ lapidibus, verificando de te illud veterum solemne adagium : *Ægroto, dum anima est, spes est.* Quodsi planetæ inter se adversum te conjurent, efficiantque ut hic vel ille indignantis vel adversitatis fortunæ incidat [illegible] liquium, saltamen vel unica stella ei propitia talem attrisetit, spem suam ad eandem constanter dirigit : *Spes servat afflictos*, minimèque [illegible] posse.

possibile esse censens se à miseriarum Phalangibus subdaci, aut é procellarum periculis salvari posse, prouti salvatus est Israelita é mari rubro & manibus Pharaonis, juxtà Politici illius dostrinam qua dicitur: *Spes habet esse circa bonum possibile.* Rhodius quoque in subterraneæ cuiusdam cavernæ seu specus habitationem per tyrannicam impietatem reclusus, *dum amputatis manibus & fœdata vulneribus facie*, ab amicis ei suaderetur ut suum per mortem effugium tentaret: *ut inedia sibi malorum finem quæreret*: liberè respondit: *Cuncta sperandа sunt, dum spiro.* Ostendens per hoc se exactum esse observatorem illius à Seneca emanantis moniti quo dicitur: *spes ultimum diversarum rerum solatium.* Tametsi etiam regio Ezechiæ vertici nostro Divina justitia mediante hisce verbis. *Morieris & non vives*, comminata esset, is tamen suam ob hoc non desperavit salutem, sed facto libere ipsi animo. *Conversus ad parietem oravit*; ac tandem ab Isaia Propheta mortis sententia revocata, & vita ei prolongata fuit: *Adjiciam super dies tuos quindecim annos.* Mulier denique Evangelica, licet à Medicis desperata haberetur, sibi ipsi tamen non defuit, sed spe suadente animum resumpsit, & antidota salutifera à sanctis Salvatoris quæsivit: *si tetigero fimbriam vestimenti salva ero.*

2. Sunt igitur nonnulli qui sperent, sunt qui timeant, sunt sibi fidentes, sunt & expavescentes, sunt qui conturbantur per timorem, sunt denique qui per spem confortantur. Scio quidem quod timor ut plurimum in peccatorum pectoribus habitet, ubi tanquam in propria tebernaculo tremulus degit, nesciens ex qua parte fugiendum sit ad evitandos severæ justitiæ ictus: Scio itidem, quod spes cum tranquilla pace in sinu justorum regnet, propter infinem quam à cælesti remuneratore præstolatur mercedem: Veruntamen cùm videamus quod amor & mors sua inter se arma sæpè commutant, ita ut Cupido nonnunquam falce mortis propria utatur, mors verò fulminibus: demus etiam eodem modo hoc mane justo timorem, peccatori verò spem, ita ut justus licet de gregre Christi ovis quædam sit, in eorum numero contenta de quibus Evangelium loquitur dicens: *Oves meæ vocem meam audiunt*, semper tamen damnationem expavescat: E contra verò peccator, qui *secundum præsentem justitiam*, cum Propheta dicere potest: *Erravi sicut ovis quæ perit*, salutem suam continuò speret. Hæc namque media sunt valdè opportuna ad hoc, ut tam hi quàm illi oves sint & maneant pertinentes ad gregem Christi, prædestinatæ ad pascua gloriæ, atque in earum numero comprehendantur, de quibus Dominus dicit: *Ego vitam æternam do eis, & non peribunt, in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea.* *Ioan. 10.*

4. *Oves meæ vocem meam audiunt*: Tametsi peccator ob actiones quas committit, & ob vitam dissolutam quam agit, credatur nôn esse de grege Christi, nihilominus ei nequaquam desperandum est, sed semper in gratia Dei confidere debet, quæ nunquam deest illi, qui facit quod ex parte sua ab eo requiritur. Unde natum est illud inter veteres usitatum Proverbium *Nil desperandum.* Et Seneca pariter consulit nobis, ut nulla ratione in desperationem nos præcipitari sinamus, dum ait: *Nemo desperet.* Inter alia quoque monita, quæ Anaximander militiæ deditis præscripsit, unum fuit, ut scilicet non obstante quod quis se inimico suo viribus suis inferiorem videat, nunquam tamen se animo cecidisse monstret, modicum quidem timoris & rationabilis metus sibi reservet, sed non timorem tantum unde vilescat, aut ignavum & pusillanimem se esse probet, aut per quem ad desperationem, ab illa verò ad turpem fugam ineundam, vel ad dedendum se inimicorum manibus cogatur, *si quando trepidatione, ut fit, orta, mœror aliquis militum animos occupasse videatur, sive quia hosti accesserunt auxilia, sive quod alia re potior illius conditio videatur, tum maximè expedit Imperatori hilaritatem atque lætitiam præferre.* *Paul. Manut. in adag. Seneca in Thieste.* *Blondus de Rom. triumpho. Iob. 7.*

5. Vita nostra ex mente Jobi nihil est aliud quàm continuum quoddam prælium. Dicit enim: *Militia est vita hominis super terram.* Unde S. Gregorius ait: Et *quid appellatione militiæ nisi contra hostes exercitus designatur?* Unde si exercituum infernalium Dux generalis infestissimus noster inimicus, nos per potentem aggrediatur tentationum exercitum, nosque nunc obsedendo per copias pedestres in septem peccatorum mortalium turmas subdivisas, nunc per pessimorum spirituum suorum equitatum nos infestando, concupiscentiæ igne offendat, nunc superbiæ fumo molestet, nunc infestet per avaritiam, nunc injurias nobis inferat per odium, aut per invidiam fastidia, nunc ad eripiendum nobis charitatis vexillum, aut *D. Greg. ibid.*

demo-

demoliendum timoris Dei nos tutantem aggerem, mille nobis machinetur insidias, nunc liberum impediat nobis transitum ad præscindendam nobis Sanctissimorum Sacramentorum annonam, nunc denique obstet, quò minus nobis subveniant sperata Divinæ gratiæ subsidia, animus tamen noster propter hæc omnia minimè deficiat, sed corde intrepido & generoso isidem resistere seque potenter opponere debet; Imò tametsi victi in illius potestatem incideremus, nobis tamen minimè diffidendum est, quin potiùs sperandum est firmiter, Deum ad nos è tali periculo eximendos Divinæ gratiæ suæ nobis missurum esse auxilium. Et quid? Num fortè nos primos esse existimatis, qui ad eos usque terminos fuerimus reducti? Oculos igitur vestros in quendam Publicanorum Principem conjicite, respicite Magdaleoam publicam peccatricem, considerate publicis homicidiis, & furtis ac rapinis deditum latronem, vestrasque cogitationes in Saulem Christianismi persecutorem dirigite: *Si impius es cogita Publicanum: si immundus es, attende ad meretritem: si homicida es perspice latronem: si iniquus es, cogita blasphemum; nam quid est peccatum? tela aranea, quæ vento flante nusquam comparet.*

Chrys. hom. 2. in Psal. 50.

6. Quid igitur expaveseitis? Nunquid regium Prophetam auditis, qui de Divina misericordia loquens, ejusque magnitudinem considerans, eandem prædicabat dicens? *Homines & jumenta salvabis Domine?* Homines & jumenta? Quod ad homines attinet, transeat quidem, quia salutis capaces existunt, veruntamen nescio quomodo verba hæc de jumentis animalibus nimirum rationis expertibus verificari possint. *Quid est homines & jumenta? Rationabiles utique & irrationabiles*, exponit S. Ambrosius. Sanctus autem Athanasius per jumenta intelligit peccatores, qui à bestiis parum admodum discrepant. *Homines justos & rationales, & jumenta brutos homines, & carnales salvabis Domine, dum tamen pœnituerint.* Quodsi dicere Propheta vellet; Esto peccator aliquis sit adeò enormis, ut præter vultum & externam hominis figuram nihil in eo reliquum remanserit, is tamen neutiquam desperet, quoniam & ipse facilè transformari potetit in ovem gregis Christi, & salvari; *Dum tamen pœnituerit*; concludit Athanasius; Tu igitur ea quæ ex parte tua requiruntur facito, quod reliquum est Deo committe, & nequicquam time.

Psal. 34.

Ambr. in Psal. 35. fol. 347.

Athan. in Psal. 35.

7. Ludolphus Carthusianus de duobus religiosis magnis servis Dei refert, quòd unus illorum alterum rogaverit, ut Deum pro se exoraret, quatenus sibi revelare dignaretur, an damnatus esset, an verò prædestinatus? Qui proinde ut sodalis sui voluntati satisfaceret, in orationibus & jejuniis maxima qua poterat cum frequentia & fervore se exercebat; denique tandem Deus illi, socium suum revera damnatum esse revelaret, quod cùm admodum ei displiceret, funestum hoc sodalis suo referre nuntium primo quidem minimè expedire censuit, postea verò precum suarum instantia stimulatus apertè Deum sibi eum de præscitorum esse numero, revelasse dixit. Et quid hic Religiosum hunc infausto hoc nuntio audito fecisse existimatis? Fortè dissolutæ & licentiosæ se vitæ addixit? aut desperavit? *Ille autem hoc audiens & scripturas intelligens, statim respondit: Benedictus Deus, nec tamen sic desperabo, sed pœnitentiam quam per ingressum Religionis assumpsi, decetero duplicabo & triplicabo, donec gratiam & misericordiam apud Deum altissimum, qui pius est, inveniam.* Audite quid tandem eveneit: Post aliquot elapsos dies eidem Religioso, sodalem suum de electorum numero esse relevarum fuit: Et *post multos dies iterum fratri prædicto divinitus revelatū quod ille ille frater de numero salvandorū esset.*

Ludolph.

8. Enimverò huc adsis ô peccator, te namque convincere decrevi, si tamen veritatem mihi ingenuè fassus fueris. Dicito igitur quid metuas, aut quid formides? Timendum quidem tibi esse nequaquam inficior, non tamen adeò vehementi timore corripi debes, qui omnes prorsus terminos excedat, teque in desperationem usque adigat. Etenim si omnes illiqui modo in cœlis salvi existunt, hic in tertis tanta fuissent sanctitate præditi, quod Deum nunquam offendissent, nec statum amisissent innocentiæ, justam tibi censerem esse excessivæ formidinis tuæ causam: nunc verò putasne Matthæum quendam, vel Magdalenam, Petrum, latronem, & tot alios quos mente concipere potes, priusquam ad peragendam pœnitentiam indicerentur lectissimos fuisse sanctitatis exemia constantes flores? Minimè; Imò peccatores fuêre, & tamen affecuti sunt æternam salutem; atque ideò donec spiritum attrahis noli desperare, quin tandem finaliter in ultimo momento habiturus sis tempus, & campum satis apertum redeundi ad Christi gregem, & evadendi in ovem quæ accenseri mereatur in numerum electorum. Quod si mihi credere renuis, ubi falsita-

ſaltem quid hac in re tibi dicat S. Cyprianus: *Nec inquit, deſperarent etiam in ultimis conſtituti, ſed ſtatim in adventum illico adeſſet, & re in arcto poſita, non differri beneficium, ſed repentè indulgentia celeris documentum ejuſdem ſtatûs exemplum latronis, enquiens: Hodie mecum eris in Paradiſo, latrocinium damnationem meruerat & ſupplicium, ſed cor contritum pœnam mutavit in martyrium & ſanguinem in baptiſmum.* Quod ſi filium Dei eò præcipuè in hunc mundum venuſſe ignoratis, ut ovem perditam etiam inter ſpes ſolorum, humanarumque pœnalitatum ſpinas quæreret, timori & exceſſivæ tuæ condescendere poſſem, nunc verò notum tibi affatim eſt, ab ipſomet clarè ſatis enunciatum eſſe, ſe autore peccatorum de cœlo in terram hanc deſcendiſſe *Non veni vocare juſtos, ſed peccatores.* Auditi etiam in regno cœlorum meretrices & Publicanos ipſis quoque juſtis eſſe præferendos: *Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei, id eſt, majoris meriti erunt*, exponit Eloquius Carthuſianus *in Eccleſia militante, ut in ipſa gloria in triumphante, quàm vos, atque non alio ſitu, quàm ut redeant diſperſi, & reperantur deteriùs*, inquit S. Cyprianus.

Verum enimverò videor mihi te videre deſperatum & ancipitem, dum adhuc timere pergis, ne culpæ tuæ ſint ſine numero, nec ineſſe gravitas aut enormitas poſſit, quæ inſtar equiparari valeat, ac proinde ſpes tua fragilis inſtar folii aut ſtipulæ, quæ minimo tantillo illucque rapitur & volvitur, aut ſimilis umbra quæ luce apparente diſparet, aut vel ſimilium quod inter tenebras evaneſcit, vel quippiam fumus qui in aëre diſpergitur, vel ſpuma maris, quæ in littore conſumitur vel tanquam ædificia in arena, aut palatia in aëre fabricata, ipſamque repugnantiam impoſſibilitatis matrem pro objecto habeat. Veruntamen ô peccator, ſiſte pauliſper. Nunquid difficilius opus futurum eſſe judicates, è petra aquam educere, truncos aridos ad vitorem floreſque edendos diſponere, ſiccis pedibus liquido mari inambulare, ignem in auram ſuavem tranſmutare, fluvios integros exſiccare, montes progredi facere, mortuos ſuſcitare & peſſimè loquentes reddere. Et tamen certæ horum omnium in ſacris Literis inveniuntur experientiæ & vivæ memoriæ. Denique ô peccator crede mihi, hoc tuum deſperare nihil eſſe aliud quam laqueum Judæ collo & manibus ereptum tuomet proprio collo injicere & innectere velle: è contra verò ad Divinam clementiam poſt commiſſa peccata per actus ſubmiſſionis & pœnitentiæ confugere, eſt de venia cum Davide, Petro, & Magdalena conſequenda nos certos atque ſecuros reddere. Audi Poëtæ illius, quem melius Prophetam eſſe affirmatem, hac de re prudens arbitrium:

Spes mala cuncta levat, vinumque educit ab undis. *Iacob. Bill. lib. 1 Sac. Anthol. n. 54. fol. 84.*
Mellaque de rigida pinguia nube trahit.
Spes quoque ſancta piis eſt ignea nocte columna.
Intus quæ nullus frangitur icta malis
Chriſticolæ ô ſortem populi bisterque beatam
Rebus in adverſis cui datur iſta comes!
Hæc ducenam quivis læta ſubit aſpera mente
Vivit & in mediis ut ſalamandra rogis.

Quod ſi igitur tot eventus qui ſenſui prorſus repugnare noſcuntur faciles effecti fuerint Divinæ gratiæ auta aſpitante, cur de tua ſalute velut impoſſibili deſperare velles? Num fortè ideò hac de re diffidis, quia nimirum cœli luctum arduum nimis & difficile eſſe credis: Ad tuas utique partes aſſenſu mea accederem, ſi ad conſequendum regnum cœlorum opus eſſet nobis oculos eruere, aut pectus dilaniare, lacerare membra, aut viſcera noſtra evellere, prout olim ad ſe Dæmoni gratos adhibendos facere ſolebant Baalitici ſacerdotes, qui *Incidebant ſe juxta ritum ſuum cultris & lanceolis donec perfunderentur ſanguine*: aut ſi te aut filios tuos cogereris in flammas præcipites agere ſine ullo inde percepti ſigno doloris, prouti ab impietate Dæmonis ejus imperatur ſequacibus: *Et ædificaverunt excelſa Baalim ad comburendos filios ſuos igne in holocauſtum Baalim*: Hæc inquam ſi neceſſè eſſet facere, tuæ opinioni acquieſcerem: nunc verò ipſemet Deus manifeſtè ſatis ſe ejuſmodi à nobis crudelitates minimè expetere declarat, dum ait: *Quæ non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum.* Vult quidem ut tu eum tibi emas. *Venalem habeo magni pretii*, ſui autem pretium, quo emendus eſt a te, tibi remittit; expendas parum vel numeres ei multum prout tibi placuerit: *Tantùm valet quantùm habes*, inquit S. Gregorius. Vide igitur nunc an ex hoc capite te in deſperationem præcipitare cogaris; Verum enimverò dices fortaſſe, peccator ſum, *Non habeo in bonis*; Audi igitur Sanctum Auguſtinum qui te ab hoc metu liberat, dum ait te Deum ſibi comparare poſſe per unicum actum voluntatis, qui in te

Ieremi. 19. Auguſt. in Pſal. 93. fol 240. col. 2. L.

Greg. hom. 5. de S. Andr. fol. 108. col. 2. lit. E.

& à te est ; non est igitur opus ut illum alibi quæras ubi non potes, sufficit quod velis, si posse in tua non sit facultate positum, sufficit quod suppleas defectum tuum volendo, ideoque per unicum simplicem voluntatis actum lucratis cœlum, ejusque possessorem te facere poteris: *Etsi non potes effectum, saltem tribuas affectum.*

Aug. ap. Alb. Patav ser. 4. serm. 8.

10. Enimverò ut posito omni timore & formidine per viam spei ad assecutionem æternæ salutis inambulare possis, eandem tibi submotis & sublatis è via omnibus offendiculis nonnihil complanabo. Audi igitur, num facilius aliquid inveniri possit. Idem igitur ille Deus qui præmia & pœnas una eademque bilance ponderat, idem inquam illum qui egeno alicui in suo nomine cyathum aquæ frigidæ porrigit debita quoque mercede sua præmia repromisit: *Quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aqua frigida, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Videamus autem prius, qualenam sit hocce præmium, & postea qualisnam pro illius assecutione adhiberi labor debeat: *Non perdet mercedem suam*, id est, dabitur illis in præmium regnum cœlorum; Ideoque illis qui pietate moti egeno sitienti potum dederint, dicturus est: *Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Verùm quodnam est regnum illud, quod in remunerationem daturus est illis, qui potum ei in egenis subministrarint? Interrogate idipsum à S. Patre nostro Augustino, hic etenim respondebit vobis, non esse aliud quàm regnum cœlorum: *Pacatissimum regnum ubi sine hoste regnabitur.* Quis autem adeò erit fortunatus, ut magnum hocce præmium consequi possit? cui tanta eveniet felicitas? quis hac remuneratione donari merebitur? Num fortè is qui in desertum secedens, aliis se cibis non nutrit, præterquam radicibus & herbis & aqua pura: vel qui continuò genuflexus disciplina acerbissima carnem meam macerat, vel rebellem sensualitatem per jejunia rationi subigit? aut qui ad exemplum & imitationem Alexandri, omnes facultates suas in pauperum turmas dispensans, aliud sibi non reservat, quàm spem in divina providentia collocatam? aut qui pro fide conservanda, vel adagendas debitas Deo Creatori pro tot receptis beneficiis gratias collum suum crudelis carnifici diris ictibus generosè submittens, vitam suam pro Deo prodigit? Et quidem si quis hæc omnia verè & realiter præstitisset, hoc totum attamen parum esse censeretur respectu magnæ nostræ obligationis, qua ei obstricti sumus, nec tantum per omnia illa opera nobis comparassemus meritum, ut cœlum ex justitia prætendere aut nobis comparare possemus? Et tamen acquiescit libenter, ut quasi, imò verè pro nihilo illud comparare valeamus? Quid enim pro illo comparando minùs haustu aquæ frigidæ dat possit? *Quicunque potum dederit calicem aquæ frigidæ.* Sine dubio parum id esse dicetis, veruntamen si attentè me auscultaveritis, clarè ostendam id longè minus esse, quàm vobis fortè nunc imaginamini; tria igitur hæc verba benè & maturè ponderemus, *Potum aqua frigida.* Non petit ut detur multum, verbi gratia integrum vas aliquod liquore potabili plenum, quia videri nonnemini potuisset, se aliquam in ea invenienda vel portanda sentire difficultatem, ac proindè dicit. *Potum*, quasi diceret, sufficit unicus scyphus, & unicus duntaxat haustus: sed cujus generis erit hic potus? Num fortè vinum esse debebit? Minimè; Dicere enim posses te illud non habere, ac proinde illud potus tibi cum sumptu & molestia comparandum esse; ut igitur ab hoc onere te liberet, sufficeret ipsi potest, per potum vel haustum *aquæ*, qui nullius est pretii, & passim potest haberi. Velit denique ut hæc aqua sit frigida, ne opus sit nobis conquirere prius ligna, unde ignis ad calfaciendum accendi possit. Nunc igitur videamus, quo modo cœlum à nobis acquiri possit, ut salvemur: Modico certè id fieri potest, nullo penitus sumptu, nullo labore aut molestia. *Potum aqua frigida*, inquit Sanctus Augustinus. *Et quare frigida? Ne fortè se possit aliquis pauper de lignorum penuria excusare, aut certè dicere? Non habeo vasculum ubi aquam calefaceret, non habeo.* Et Sanctus Joannes Chrysostomus ait: *Etiam si frigida aqua calicem dabis, quam rem nulli impendio facillimè facies, erit tibi merces omnino reposita.* Imò tametsi etiam non esset in nostra facultate positum dare calicem aquæ frigidæ, solo & unico voluntatis tuæ affectu lucrifacere poteris. *Ubi nota* (inquit Glossa) *Deum respicere ad pium affectum dantis, quàm ad quantitatem rei exhibitæ.* Considera igitur ante tibi despondendum sit animo, dicendo, difficile esse cœlum tibi acquirere & salvari, te ipsumque metipsum hac in re judicem pariter & testem esse volo.

Matth. 10.

D. August. in Cat. D. Tho.

rr Obſtupeſco dum conſidero, quod S. Petrus Apoſtolus dum in monte Thabor conſtitutus, facultatem ſibi ab unigenito Dei Filio datam peteret ſuis ſumptibus, ſuaque induſtria in eodem monte ædificandi tria tabernacula, ut ibi ad mortem uſque commorari, illaque glotia, cujus tanquam viator capax eſſe poterat, gaudere & perfrui poſſet, quod inquam eam ob cauſam a ſacris Evangeliſtis reprehendatur, & ignorantiæ arguatur, tanquam qui extra ſe poſitus & à mente alienus quid diceret ignoraret: *Bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula.* Sanctus Marcus S. Petri diſcipulus illerit: *Non enim ſciebat quid diceret.* Cui Sanctus Lucas hiſce verbis pariter ſubſcribit dicens: *Neſciens quid diceret.* Imaginari etenim mihi non poſſum, quem S. Petrus commiſerit defectum ob quem eo modo reprehendi meruerit. Ettamen dicit Sanctus Ambroſius: *Quantvis neſciret quid diceret, tamen pollicebatur officium, in quo non inconſulta petulantia, ſed primitiva devotio fructus pietatis accumulat.* Porrò Jacobus de Valentia, verba illa Moyſis quæ habet in Cantico ſuo, quod mox ut tranſiit cum populo ſuo mare rubrum ſalvus & inviolatus pertranſiſſet, Deo pro tam inſigni beneficio gratias debitas acturus compoſuit, opportunè ponderat. Loquens igitur cum Deo dicit: *Introduces eos & plantabis in monte hæreditatis tuæ*, quaſi diceret: Probè ſcio ô mi benigniſſime factor, hunc populum qui me conſequitur, ate in montem hæreditatis tuæ tandem introducendum eſſe. Vult igitur præcitatus interpres Moyſen hoc loco prophetaſſe, & verbalitèr de Chriſto vero Dei Filio intellexiſſe, qui reſuſcitatus glorioſus & immortalis omnes animas è limbo in gloriam cœleſtem, in montem hæreditatium beatitudinis poſtquam mate Paſſionis ſuæ purpureum per effuſum in eadem pretioſam ſanguinem ſuum pertranſiſſet triumphabundus introduxit: *Sicut tunc Moyſes fuit dux ſuus populi, & introduxit illum in terram promiſſam: ita poſt Incarnationem & Paſſionem JESV, poſtquam eduxit & liberavit ſanctos Patres de limbo, fuit dux eorum, uſquequo introduxit eorum gloriam cœleſtem.* Hoc totum optimè dicitur, ſed velim obſervetis Moyſis myſticum loquendi modum, dum cœlum & gloriam æternam Paradiſi montem hæreditatis appellat *Introduces eos & plantabis in monte hæreditatis tuæ*, id eſt, *in gloriam cœleſtem.* Animverò ſi attentè ſuper Pſalmos Davidicos reflexeritis, in iis quoque gloriam cœleſtem ſub nomine hæreditatis repræſentati invenietis: *Manſueti autem hæreditabunt terram.* Sanctus Athanaſius explicat: *Hæreditabunt terram viventium, & delectabuntur atque gaudebunt in multitudine ſuperna pacis futuri ſæculi quia eſt requies perfecta.* Imò S. Paulus Apoſtolus illam quoque hæreditatem nominat: *Si autem filii & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.* Circa quæ verba Ægidius de Columna dicit: *Hæreditas de qua loquitur hic Apoſtolus, eſt ipſa divina fruitio & ipſa æterna beatitudo: erimus ergò hæredes Dei, quia adipiſcemur illam æternam gloriam.* Quid autem hæreditas cum hiſtoria commune habet, & quamnam cœlum cum hæreditate proportionem habet? Audite hâc in parte animi mei ſententiam. Hæreditas ſine ullo prorſus labore acquiritur. Quando igitur Moyſes dixit: *In monte hæreditatis tuæ*, hæc fuit ejus intentio, ut ſcilicet declararet beniguiſſimum Deum cœlum nobis daturum eſſe, ſine ullo noſtro labore ad eum modum, quo noſtra nobis hæreditas ſine labore cedere debet: *Vides clementis Domini benitatem, non vult te inducere ad laborem*; inquit Origenes. Meritò igitur Evangeliſtæ Petrum reprehenderunt, optimè enim promeruerat ut de eo diceretur: *Non enim ſciebat quid diceret.* Quia laborare volebat ad hoc ut Deo frueretur, fabricando tabernacula; Ac proinde ſacri Evangeliſtæ eam ob cauſam eum reprehendentes nobis fortè inſinuare voluerunt, adeò nobis facilè eſſe pervenire ad glotiæ cœleſtis montem, ut nullo nobis labore ſit opus, adeò ſi quis ſe eò ſine labores ſubire velle diceret, neſciat verè quid dicat. Ipſemet namque Deus, ut eos ab omni labore eximeret, Paradiſi tabernacula nobis fabricavit: *Non vult ut ipſe tibi facias tabernaculum, jam te ad præparatam ducit habitationem.*

Pſal. 16. Athanaſ. ibid.

Rom. 8. Ægid. colu. ib.

Origen. hom. 7.

Orig. ibid.

12. Punctum iſtud congruè ex eò quod de Lazaro mendico legitur, confirmatur: Hic etenim in miſeriarum ſuarum luto inſignem & inæſtimabilem veræ felitatis gemmam invenit. Ipſe namque bonorum terrenorum inops, dives erat autem gratiarum cæleſtium; corpus habebat ulceribus plenum: animam verò ſanctitatis auro egregiè exornatam: In membris ſuis patiebatur nuditatem, cùm tamen ſpiritus ejus chlamyde verè aureâ eſſet amictus, panis indigus erat, ſed omnium bonorum cœleſtium opulentus; Ab Epulone

contemnebatur, magni autem æstimabatur apud Deum: Canes cum majori quàm homines affectu ei assistebant, qui tamen ab obsequentibus ei Angelis erat circumdatus, qui certatim ei servire ambiebant, ac proinde non unus sed integer Angelorum chorus de cœlo ad eum Paradisum deferendum descendit: *Factum est, ut moreretur mendicus & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Unde Chrysologus: *Ad portandum unum pauperem nonne sufficiebat unus Angelus.* Imò verò. Veruntamen plures accurrere voluerunt, ut *chorum lætitiæ facerent*, vel quia *Gaudebant tantum onus tangere.* Sancti verò Joannis Chrysostomi os veré aureum dicit, eum ideò ab Angelis in sinum Abrahæ fuisse delatum, ut tantò minùs laborando eò perveniret, quàm si pedum propriorum adhibito labore eò conscendisset: *Ne saltem ambulans laboraret portabatur ab Angelis.* O quam facilis ascensus, Nunc igitur à te, ô peccator scire volim, an hactenus addactæ rationes & sacræ historiæ tibi sufficere videantur, ut convincaris tibique persuadeatur, nullatenus tibi de tua salute desperandum esse, ex quo audis adeò facili negotio hominem salvari posse; ut si deinceps temetipsum desperando condemnes, necessum sit, ut cum rubore & verecundia Divinam admiteris benignitatem, quæ adeò facilem ad salutem perveniendi viam tibi straverit, & temetipsum coarguas, qui ultrò citroque imò ex dedita opera te in perpetuum excidium præcipitare voluisti, verificando de tua persona; verba illa Evangelistæ: *Perditio tua ex te.* Verum, inquies, si ita est, ut hactenus exposuisti, cur igitur Christus dixit: *Arcta est via quæ ducit ad cœlum?* Respondet tibi Chrysost. *Arcta est quando videlicet desidia, quando ignavia dissolutus es.*

Luc. 16.

Matth. 7.

Chrysost. ib. hom. 39

13. Quid igitur nunc dicis, num fortè alius menti tuæ scrupulus vel difficultas reliqua erit? Imò verè: Neque enim ô Pater inficiari poteris, quòd ad salutem & cœlum obtinendum necessaria sit Sanctorum præceptorum observantia. Id verum esse negare non possum, at verò nunquid ob eorundem observantiam expaveseis? Si ita est, meritò te vili animo præditum esse dixero, utpote qui umbras formidas, & à picturis terreris. *Trepidas, ubi non est timor.* Divina præcepta sunt veluti Chamæleontes, hi enim præter solum nomen nihil in se magnum habent aut terribile, & hæc nullam levem difficultatem aut onus adferunt, præter solam externam apparentiam. Verum quidem est, quod præcepta appellentur juga, sed leviavidè & agilia. *Iugum meum suave est, & onus meum leve.* Unde Chrysost. ait: *Nolite igitur perimere, suavitatis enim eximiè plenum.* Cur obsecro factū esse putas, quod Christus præcepta sua nominaverit onus leve. *Onus meum leve?* etenim verba hæc aliquam in se implicantiam & contradictionē involvere videntur, si quidem onus levitati contrariissimū est: si igitur præceptū grave est, quando leve esse dicetur, aut si leve est, quomodo grave esse dicitur, duo contraria de eodemq; eodem q; subjecto verificari minimè possunt. *Onus apposuit, & leve adjecit,* inquit Chrysost. ad insinuandum, quod licet tibi videantur præcepta gravia, in semetipsis tamen suavia & levia sint, & omninò contrario modo se habeant ab eo, quo à te judicantur. Audi Chrysostomū: *Quoniam adhuc jugum ac onus audiendo formidas nomen, atq; perhorrescis, non naturæ rerum hujusmodi timorem sed ignaviæ tuæ totum attribuas.*

14. Arca Dei à Sacerdotibus & Levitis à domo Obededom in domum Davidis translata fuit; Dicit autem Sacer textus: *Cumque adjuvisset Deus Levitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes.* Verum quonam modo Deus in portanda arca adjuvabat Levitas? Num fortè in propria persona ad eos accessit? aut Angelum aliquem ad eos misit? Lyranus respondet: *Dicunt Hebræi quod istud adjutorium intelligitur per hoc, quod Arca portabat seipsam, hoc est, quod divina virtute sic portabatur, quod Levitæ portatores ejus nullum pondus sentiebant.* Qualenam paradoxum est istud? Num igitur Arca fortè adeò gravis & ponderosa erat, aut Levitæ adeò etiam viribus debiles, ut ad eam portandam fuerint insufficientes, ut proinde opus fuerit, ut Deus quoddam operaretur miraculum tollendo gravitatem & eam efficiendo levem? O insigne bar[illegible] re latens mysterium! Legatis lib. 2. Paul. ibi namque invenietis, quod intus in arca conservatæ fuerint duæ tabulæ Legis, in quibus Dei continebantur præcepta: *Nihil erat aliud in arca, nisi duæ tabulæ, quas posuerat Moyses in Horeb, quando legem dedit Dominus filiis Israël egredientibus ex Ægypto.* Ecce vobis hujus rei causam, quare *Levitæ portatores ejus nullum pondus sentiebant.* Ad insinuandum nobis, quod non arca, sed præcepta Dei inibi recluſa levia fuerint, omnisque ponderis expertia, adeò ut in iis portandis & observandis nullo fere opus labore. Hinc est quod David Rex, cum Deo

de iis præceptis quæ mundo dederat, discurrens dixerit: *Qui fingit laborem in præcepto*. Enimverò multi *per fingere formare* intelligunt. Ita Cicero de apibus mellificantibus loquens ait: *Apum examina fingunt favos*; Et S. Augustinus supereundem locum dicit: *Qui formas laborem in præcepto*: Et quidem tametsi etiam in præceptis Dei aliquid inesset oneris, difficultatis & laboris: *Est tamen siliqua laboris ad requiem sempiternam*. Verumtamen verbum hoc *fingere* in eo velim sensu, quem apertè sonat, accipiamus, tunc enim videbimus Psalmistam dicere voluisse, quod divinis præceptis aliqua quidem difficultas & labor inesse videatur, cum tamen reapse nil aliud in iis sit, quam summa facilitas & levitas. Unde S. Gregorius Papa: *Dura & aspera videntur, quæ à Domino præcipiuntur*. Quibus verbis se videtur attestationi S. Joannis nos assecuturos, quod divina præcepta observatu facilia sint: *Mandata ejus gravia non sunt*. Id quod nullo alio fine dixit, quàm ut efficeret ne peccatores in eorum observantia deficerent: *Ne sarcinam eorum horrerent* (exponit Cajet.) *pollit ab eis quod fit onerosa*.

15. Idemmet Rex David præceptorum suavitatem celebrando satiari non poterat, eaque sæpiùs facere millies coram Deo est protestatus: *Latum*, inquit, *mandatum tuum nimis*; id est, juxta positionem Cardinalis Hugonis: *Facilè fa-cibile mandatum charitatis & quasi nihil latius*. Eandem quamobrem regium Prophetam id admodùm existimas? Ob nullam aliam causam, quàm ne tu confundatis, tuumque animum in eorundem observantia minimè despondeas, & subsequenter ad suggerendam tibi firmam salutemque quærendæ fiduciam: *Et qua ratione latum mandatum?* (interrogat S. Ambrosius, & respondet:) *Ne nos coarctaremur angustiis mandatorum: Ambulemus ergo in Dei mandato, quia satis latum est*. Verum sile ô peccator, vix enim labia movere, vel os tuum aperire, incipis cum ecce perfectè memetipsum assequor: siquidem hanc veritatis infallibilis sententiam *arcta est via quæ ducit ad vitam* in contrarium mihi objicere paras, hac enim gnome clarè satis edicitur, quòd præcepta divina via quædam angusta, difficilis, & laboriosa sint, per quam vita æterna aditi possit: Ac proindè silebo & ego, sinamque ut loco meo respondeat Dionysius Cat. Ruslanus: Audi igitur difficultatis tuæ promptam resolutionem: *Unum & idem est angustum, laboriosum, & gravi-lem consolationem nondum experto: quod tamen latum, jucundum, & leve est exercitato, proficienti, perfecto, & habituato in bono*. Enimverò si infirmus aliquis mel ore suo accipiat, idipsum amarum ei & fastidiosum esse videbitur, cum tamen iis qui sani sunt dulce sit & amabile. David qui illud primis ut ajunt labris tantum degustarat, satiari præcepto Dei non poterat dicens: *Quam dulcia in faucibus meis eloquia tua*: tibi autem, qui stomachum habes corruptum & affectum, ipsum quoque manna, cicuta, antimonium, vel toxicum esse videtur: *Denique* (concludit idem Doctor) *mandata atque consilia Christi ex sua natura dulcia extant, & levia quamvis* (nota) *per comparationem ad nostram fragilitatem, & pronitatem in malum difficulter in principio impleantur*. *Psal.* 118. *Dionys. ib.*

16. Etenim omnes effugiis tuis vias & aditus obstruere contendam, ut tandem quasi manu palpare sensibiliter possis, longè laboriosius esse præcepta Dei transgredi, quàm illdem per observantiam obtemperare. Familiariter igitur ad invicem ambo discurramus. Adesto igitur, ô peccator, quodnam est primum à Deo tibi impositum mandatum? *Unum cole Deum*, uni soli-que Domino obsequere. Nota uni soli, & non pluribus: Et tu illum idololatratis speciosum vultum, aurum illud adoras. Deus tibi præcepit ut uni servias, & tu teipsum multorum vis facere mancipium: quis autem ignorat majoris difficultatis esse pluribus quam uni inservire? vult Deus ut tu festivis diebus aliquam à laboribus tuis habeas requiem, atque ideò ab omnibus desistas operibus servilibus, utque à curis & molestiis solutus nonnihil otieris, domi tuæ sedendo, vel in Ecclesia aliqua sive Coronam dicendo, sive divinum auscultando officium, sive suavi Musicæ harmonia perfruendo tempus utiliter teras *Sabbatha sanctifices*. Dic igitur sodes, nunquid hoc totum facilius est minusque laboriosum, quam ad summam lassitudinem usque hærere in agris, vel ligone vel aratro terram fulcando, vel in urbe in corde æstatis in officina circumcursando, vel aliis molestis exercitiis vacando quibus vultu toroque corpore præsudore nimio madefacere cogaris? Præcipit tibi Deus ut Genitores tuos venereris & ames, quæ actio grata est atque amabilis, hominisque conditioni valdè consentanea, quam ipsæmet quoque bestiæ ex instinctu naturali observant. Enimverò si contrarium tibi Deus imponeret, causam haberes reluctandi, eo quod contrarium sensualitati sanguinis pariter & dictamini rationis re-

pugnet, teque excusare posses dicendo esse præceptum arduum nimis & difficile, quodque non ausis odio & contemptu prosequi illos à quibus esse tuum naturale tanquam ab origine accepisti, quique tantis cum molestiis in ætate tenera te educarunt, teque illos non valentem tedamare, tenero adeò amore fuere prosecuti: atque ideò neque hæc mens est legislatoris nostri: imò te ad eos amandos & honorandos arctissimè vult esse obligatum: *Habeas in honore parentes*, id quod ingratum tibi esse non potest, sed libenter facis. O quantum est fastidium tibi qui inimicum tuum persequeris usque ad mortem perpetuam in corde tuo deferre! & irreconciliabilis odii ætuginem. Vellem etenim a te scire, qua nam complacentiam vel utilitatem in eo habeas quod in perpetuis vivas suspicionibus mali ab aliis tibi inferendi; omnis bolus quem comedis, toxicum tibi esse videtur: nocturno tempore vel non dormis, vel somnos pateris frequentissimè interruptos: lacerat tibi rabies cor tuum, nec vel ullum habere potes quietis momentum, inter malleum & incudem perpetuo hæres, timor te obsidet, rancor te persequitur, ex unicæ frondis motu perterreris; amicis diffidis, nullam tibi etiam apud cognatos securitatem promittere audes, imò temetipsum times. O quam est hæc infœlix vita! imò non est vita, sed mors quavis alia morte calamitosior. Unde Chrysost ait: *Quid miserius? vitam gementes atque trementes isti mihi vivere videntur.* Deus quoque per hoc præceptum: *Non occides*, ab omni malo te salvat, atque ab omnibus ærumnis liberat. Et tu dicere auderes Divina præcepta quæ sunt media tuæ saluti proportionata, difficilia esse, magnumque secum onus ac molestias inducere? ac proinde temetipsum tibi ipsi testem esse volo, postquam mente tua per omnes alios discurreris. Aut si hæ tibi rationes satisfaciant, teque omninò convincant, cur igitur pertinaciter de tua salute desperas? Muta vitam odiendo vitium, & virtutem amando, ex omni culpatum nexu te eximе, & noli timere; neque enim tu primus futurus eris, qui è voraci lupo in mansuetam transformaberis oviculam, ut earum gregi annumereris, de quibus cœlestis paradisi Pastor dicit: *Oves meæ vocem meam audiunt.*

Chrys. in c. 12. Matth. hom. 40.

17. Verum enimverò videor mihi videre quod ex hactenus dictis justi nimiam concipiant animositatem atque fiduciam, certò se securos existimantes, quod ab ovili Christi abalienari aut errare, aut inter aduncos sathanici lupi ungues tedigi non possint. Ac proinde sciendum est illis, quod sæpenumero is qui nimium confidit, facilè quoque decipiatur: *Ovem te putas, hircum* [illegible] *forte novit* Deus, inquit S. Pater noster Augustinus. Quamdiu naves non appulerunt in portu, semper in continuo sunt periculo: *Mare versicolor eadem die, ubi luserunt navigia* dicebat Seneca. Eadie messis copiosa futura esse videtur, verumtamen priusquam falce demeratur, supervenerit sæva quædam tempestas contritis spicis & arctis, omnem tibi ademptam spem in agro seperit. *In segetibus nolite nimiam spem habere*, ut luculenter Agellius. Omne tempus quantumvis serenum ex improviso turbatur: *A mane usque ad vesperam immutabitur tempus.* Cum Trojani jam cantarent victoriam, ab hostibus ex improviso irruentibus prostrati sunt, atque inter stragis & flammas perditos se, fugitivos & mortuos esse viderunt.

18. Persæ de reportanda adversus Athenienses victoria adeò se certos esse existimabant ut procedentes ad prælium, lapides quoque secum attulerint, quibuscum in gloriæ suæ memoriam arcum quendam triumphalem erigerent: at retrò ante victoriam cecinerunt triumphum, nam secus ac opinabantur eisdem evenit, adeò ut Persis toraliter profligatis ac cæsis Athenienses lapidibus illis usi fuerint ad erigendum propter obtentam victoriæ palmam solemne trophæum, quo fine lapides Phidiæ consignat fuere, in quibus Nemesiæ quæ Dea est vindictæ statuam insculpsit. Hinc est quod Anaxander salutare hoc post se cunctis reliquerit Ducibus monitum, ut scilicet timorem pectoribus suis impressum ubique circumferant, eo quod ex eodem fœlicissimi persæpè & fortunatissimi nati eventus in bellis soleant: *Tu itaque castram invi comprimas spatio, hostibusque ad pugnam provocantibus conglobatum tenebis militem tanquam tua paucitati diffidens.* Portò videbitur fortitudinem multis, timorem & formidinem notabilem esse in magnatibus præcipuè defectum, utpotè qui ignaviam & pusillanimitatem eorum arguat; verum decipitur quisquis hac in re ita sentit, quia timor quando moderatus & secundum rectam rationem regulatus est, laudem secum adfert, eo quod actus sit virtutis & prudentiæ: *Moderatus enim timore omnes Principes timere debent, ne aliquid insurgat in regno, quod ejus bonum statum depravare possit*, asserit Politicus ille. Et ratio est, quia timendo actiones nostras cum majori deliberatione & cautela instituimus, & consequenter

quenter via illis sternitur ad sœliciorem habendum eorundem eventum : *Nam si moderatus sit timor diligentius agimus opera, per quæ fugere credimus timorem illum.* Verum punctum istud obscurius in vis, quæ ad animæ statum attinent, nonnihil attingamus, dequo Tertullianus loqueos dicit : *Timor fundamentum salutis est : timendo cavemus, cavendo salvi erimus; contra si præsumamus, neque timendo, neque cavendo difficile salvi erimus : qui securus agit, non est sollicitus, non possidet tam firmam & firmam securitatem, at qui sollicitus est, is verò poterit esse securus.*

10. Quamdiu in via sumus, falli semper possumus quemquem pugnat, nunquam certus esse potest de victoria. Quantumvis justus sis & quemvis alium in sanctitate præcedas, semper donec apprehenderis præmium, ex obvio quovis obice cespitare & cadere, speratamque coronam perdere potes: *Nullus de vocatione præsumat, donec de ipsius fine securus existat,* scripsit Ludolphus Carthusianus. Optimè igitur nos Nazianzenus exhortatur, ne unquam nos à timore divelli patiamur ad eum modum, quo nauclerus in mari semper se de naufragio periclitaturum esse vereatur, etsi autem habeat favorabilem, & ventus eum impellat : *Dum secundo vento navigas naufragium time; & tutior à naufragio eris admixto & socium tibi timorem adjiciens.* Nonnunquam enim eximius prudentiæ actus est ipsamet quoque suspectam habere securitatem.

11. Enimverò qualis fuerit Isaiaci erga Abraham patrem suum obedientia, & reverentia erga Deum, omnibus ex sacra Scriptura manifestè constat. Sanctus namque Patriarcha à Deo cœlitus mandatum accepit filium suum sacrificandi, quem in monte executioni mandaturus ædificavit altare, lignisque eidem superimpositis ad filium suum conversus eum oculis pietate paterna plenis aspexit, eidemque ducto ex imo pectore suspirio dixit : ô charissimum viscerum meorum pignus ? necessum est ut hujusce sacri holocausti tu ipsemet victima sias ? Ad serviendum nempe universi Creatori in hunc mundum nati sumus : is etenim est qui hæcce obsequia requirat & à me sibi exhiberi prætendit. Ambo incredibilem commissuri essemus errorem nisi paterem, ego quidem renitendo, tu verò reluctando. Cui Isaac promptè respondit, sunt hi divinæ pietatis nostros affectus non dedignantis effectus. Ipse voluntatis meæ absolutus est Dominus : nam dum hanc mihi vitam donavit, illam denuò mihi pro suo beneplacito etipiendi dominium & libertatem sibi retinuit, atque ideò cum hanc à me in præsentia repetere placeat, hisce duabus vinctis manibus meis super Altare collocatis eandem ipsi præsento, & in tot receptorum beneficiorum agnitionem, cum memet ipso meliùs nihil possideam, memetipsum ei libentissimè offero & consecro. Cur igitur moraris, ô Pater ? Ecce nudum pectus meum, tu manu tua ensem in me stringito, per jugulumque meum illum transadigens me quantocius ad Dei honorem mactato. Quid hic faciat bonus senecio ? Manus inprimis eidem ligat : *Cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in Altare super struem lignorum.* Verum enimverò dicat hic aliquis : victimæ tunc alligari solent, quando victima invita & coacta ad Altare deducitur, cùm igitur tuus, ô Abraham, filius promptissimè ad mortem subeundam se offerat, cur illum tam fortiter vincire incipis ? Cur manus illius adeò strictè ligas, qui se erga Deum perpetuæ obligationis nodo vinctum esse agnoscit ? Num fortè Abraham de Isaaci constantia non satis securus extitit ? Imò verò erat. Veruntamen quia negotium istud magni ponderis erat, ideò eum ligando timorem suum prodere exterius voluit : *Securus enim Pater optimus timuit,* inquit S. Zeno, ad insinuandum, quod cùm actiones humanæ ut plurimum faciem suam personæ mutent, potius in nobis moderatus timor conservandus sit, quàm præsumenda securitas nimia. Abraham quidem securus erat, & tamen simul timebat. Quantumvis enim assidui atque fideles cœlestis Principis servi simus, timere tamen semper debemus, ne dum ejus nos servitiis dedicati sumus, sive per negligentiam & incuriam, sive per malitiam aliquis à nobis cum divinæ gratiæ jactura gravis error committatur : unde S. Augustinus optimè nos monet : *Vt non sit servitiis sine timore.*

21. S. & mellifluus Ecclesiæ Doctor Bernardus cæli terrestris paradisi, & mundi hujus statum considerans in nullo eorum firmam securitatem inveniri posse, sed in quolibet gravem nobis timendi causam esse asserit, tametsi omnes in nobis haberemus possibiles perfectionis & sanctitatis gradus *Nusquam est securitas, fratres, neque in cælo, neque in paradiso, minus in mundo.* Potrò tria hæc à S. Patre insinuata loca nonnihil fixius consideremus & observemus. Etenim Apostoli authoritate & virtute eisdem à Filio Dei concessa, patrabant miracula, & stupenda operabantur prodigia, nunc curando infirmos, nunc cæcos illuminando, nunc expellendo

Gen. 22.

D. Zeno serm. de Abraham.

Augustin. cap. 29. Soliloq.

Bernard. serm. de ligno sancto & stipula.

pellendo dæmones, mox mortuos resuscitando, unde aliquam sibi arrogare videbantur jactantiam, ac proinde sibi & Magistro suo congratu-
Luc. 10. lantes: *Reversi sunt cum gaudio dicentes Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo*: verum audite quale ab eo retulerint responsum: *Videbam Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem.* Dicat hic aliquis, quænam est illa propositionis à Discipulis factæ cum data à Magistro responso connexio? quomodo inter se pactata ab Apostolis miracula & mirabilis Sathanæ è cælo lapsus & ruina conveniunt? Enimverò animadvertebat Dominus noster Apostolos ab operibus suis arrogare sibi gratiæ Divinæ securitatem, atque ut salutarem illis timorem incuteret, Sathanæ lapsum sive ruinam eisdem ob oculos ponit, quasi per hoc subinferre vellet. Quis se Lucifero securiorem censere poterat, utpote qui cæli Empyrei incola, civis cælorum, & Princeps aulæ Dei, eo potissimum fine creatus erat, ut in altissimi conspectu semper assisteret? Et tamen ob nimiam de felicitate sua conceptam securitatem de cælo corruit, & æternâ felicitate amissâ, in profundam inferni abyssum præcipitatus fuit. Quod si idem vobis evenire nolitis, timere & trepidate discite: *Gratulabantur aliquando Discipuli & complacebant sibi in miraculis* (inquit S. Cy-
D. Cyprianus de jejun. & tent. f. 461 col. 2. prianus) *gratulabundi quod eis etiam dæmonia obedirent, sed repressa est ab increpante simplicitatis eorum præsumptio. Videbam Sathanam, inquit, tanquam fulgur de cælo cadentem.*

22. Propheta Regius optimè observat ex quo motivo Divina pietas justos servos Dei, eorumque miserias omnium bonorum abundantia tandem sit restauratura, dum ait: *Et adjuvit*
Psal. 106. Athan 16. fol. 357. *pauperem de inopia, & posuit sicut oves familias. Adjuvit sublevando miserum de afflictione, & posuit in loco fœcundo sicut oves, ut multiplicaretur in prole*, exponit S Athanasius. Mox verò justos id videntes magnopere inde lætificandos esse
Lect. Græc. subjungit, dicens: *Videbunt justi & lætabuntur*; Et meritò quidem, siquidem omnes de bono alterius gaudere debemus, id enim faciendo insignem exercemus actum charitatis. Verumtamen
Greg. Nyss. litera Græca & Gregorius Nyssenus legunt: *Videbunt justi & timebunt*, quæ lectio valdè est ad intelligendum difficilis. Cur enim justus timebit, si videat, quod suprema clementia pietate erga miseriam & paupertatem suam mota beneficiis se locupletet? Si diceret, quod invidi *videbunt & timebunt*, transiret quidem, nunc autem de justis loquitur, quod obstupesco: veruntamen S. Gregorius Nyssenus doctrina sua hujusce difficultatis mihi aperit intelligentiam; Quam proinde utpote proposito nostro aptè congruentem auscultate. Dicit igitur: *Videbunt justi & timebunt, quo significat, justum dum oculos in tantam Dei benignitatem convertit, metuere*: Nam cujus diendis bonis, non modicum præsidium est timor.

23. Adam protoplastes in paradiso deliciarum constitutus, sequè à Creatore suo omnibus fortunæ bonis, omnibusque ad animam spectantibus divitiis locupletatum cernens animo erat quieto ac tranquillo, nihil etenim movebat metuebat quam id quod tandem ei accidit, scilicet miserabilem Divinæ gratiæ & amicitiæ justitiæ originalis, eorumque donorum quæ à benigna altissimi liberalitate ei concessa fuerant, jacturam, Super hac infelici securitatis suæ basi paulatim crevit pessimorum consiliorum & cogitationum suarum machina, quasi enim dicere intra se videbatur: Quid mihi nunc timendum supereſt, cui aura gratiæ cœlestis tam constanter favet? Cur mihi hasce inter delitias constituto securitatem comitem semper habere non liceat, qui illius in me DEI imaginem refero, qui me creavit? Ipse etenim nequaquam est variabilis, ac proinde cum omnium viventium me constituerit Dominum, impossibile est ut à fœlici hocce statu dejiciar. Verum enimverò ô Adam, fallacem tibi præsuppositionem substruxisti, siquidem quando in tua volebas salvâ conditione constanter perseverare, necessarium erat ut anxiè timeres, ne illam perderes: *Quam misera mutatio fuit! de deliciis ad spinas & tribulos emigravit*, inquit S. Cyprianus. Postquam verò malo suo cautior esse didicisset, Author totius universi obviam factus clarè satis significavit, se omnem è pectore suo exulare jussisse securitatem, timore in ejus locum subinducto: *Vocem tuam audivi in paradiso, & timui.* Optimè igitur nos S Hieronymus docet, dum ait: *Quod nunquam tuta est humana fragilitas, & quantò magis virtutibus crescimus, tanto magis timere debemus, ne de sublimibus corruamus.*

24. Quod si igitur ad incutiendam nobis timoris cautelam tales eventus de cæli incolis terrestrisque paradisi habitatoribus leguntur; quid de mundanis dicemus, qui in continuo degunt præcipitii sui periculo? Enimverò S Paulus aliquando à carnalis sensualitatis incentivis infestabatur, quando Deus eum nil sinistri timere jussit, utpote quem gratia sua ab omni fere casu periculo immunem: *Sufficit tibi Paule gratia*
mea.

mea. Et tamen membra sua continuis disciplinis macerabat & conficiebat: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo*; sed cur: *Ne forte cæteris prædicaverit ipse reprobus efficiar.* Verùm, ô Paule, quoniã tendit ditius hic corpus tuũ flagellis deterendi modus? siquidẽ Divinæ gratiæ assistentia nunquam tibi deerit, Deus æternæ infallibilis veritatis suæ verbo id tibi promittit, ac proinde securus esto, quod corpus tuum ad expugnandam rationem cum carnali libidine nunquam conspirabit; ex quonam igitur motivo adeò erga temetipsum rigidus existis? Verumtamen alia est mens S. Apostoli, tametsi enim firmiter in Deum speret, atque confidat, nihilominus ex quo viator est, minimè se securum esse existimat. Ita etenim ejus mentem interpretatur S. Gregorius, dicens: *Ecce arma videns sibi divina gratia jam credit per spem, & tamen tamen credit per securitatem.* Senex ille Simeon, qui tanquam sanctus in Scriptura canonizatur, quique velut alter Atlas in ulnis sui non mundum, sed authorem & Conditorem totius universi sustinere meruit, hic inquam tam eximiam sanctitatis gratiam justus appellatur, sed eum nequaquam timoratum fuisse protinus subjungitur. *Erat justus & timoratus.* Unde Galfredus ait: *Non mirum quod timuerit justus, in quo Spiritus S. tantum thesaurum magnum habebat in vase fictili, & mortali? non mirandum fuisse timoratum.* S. quoque Hieronymus tanta sanctitate præditus, ut ejus efficiotes fuerunt resuscitati, is inquã hac sua sanctitate nihilominus expresse dixit, quod si Christus se verbis quibus Centurionem dignatus fuerat aliquoties, penturus esset: *Si diceret mihi Dominus, fiat tibi sicut credidisti, peribo.* Postquam enim S. Hilarion septuaginta Divinæ servitutis annos intra hortidas defecti solitudines transegisset, solis victitans radicibus & herbis, aspero cilicio vestitus, tandem anima ejus eo momento quo de sua salute maximè debebat efficacius timere ac trepidare cœpit, adeò ut ipsemetipsi animum suggerere debuerit hisce verbis: *Egredere anima mea, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? septuaginta propè annis servisti Christo, & mortem times?*

25. Dic igitur sodes, ô Christiane, quamnam habes multum de salute tua te assecurandi causam? Num fortè securitas hæc tibi subministrat ad ea quæ facis virtuosa opera respiciendo nimium ad Eleemosynas, ad jejunia, ad assistentiam Ecclesiarum & oratoriorum frequentationem, vel ad familiæ sustentationem quam gravi labore moliris, ne moriatur fame, aut aliàs pessum eat? aut quia rigidus es sanctissimorum præceptorum observator? At verò si etiam hæc omnia & longè plura & excellentiora faceres, nihilominus tamen quis securi tatem tibi infallibilem promittet, quod ne unicum quidem, idque in eo, quo moriturus es, instanti commissurus sis mortale peccatum? Heu quot sunt qui in hac vita te longè fuêre meliores atque perfectiores, qui tamen tandem miserè præcipitati sunt, & in præsentiarum in inferno degunt præsciti & condemnati? Crede ipsum S. P. nostro Augustino dicenti: *Vidimus multos Domine, ex Patribus nostris, quos utique sine magno timore non recolo, sine multo timore non confiteor ascendisse primitus quodammodo usque ad cælos, inter sidera nidum suum collocasse, postmodum autem cecidisse usque ad abyssos, & animas eorum in malis obstupuisse, vidimus stellas de cælo descendisse ab impetu ferentis cauda draconis.* Sistamus hic Auditores, vos autem pauperibus Eleemosynam quandam erogate, hæc enim vobis optimè serviet, si non ad salutem vestram assecurandam, saltem ad minus ad eandem velut per conjecturam probabilissimam firmiter sperandam, vosque de grege Christi oves esse manifestè testabitur. *D. Aug. ibid.*

PARS SECUNDA.

26. EVentus mundi hujus faciem suam sæpenumero mutant, exitumque habent sæpè omninò oppositum ei, quem homo cogitationibus suis sibi persuaserat. Est enim Pater aliquis, qui duos habeat filios, quorum unus vivacis & alacris, alter verò stolidi ac stupidi est ingenii, qui tamen adultiores facti, animi sui qualitates prorsus in diversa commutant, adeò ut qui antea alacer, postea ignavus, qui prius stolidus, postea fiat ingenio suo perspicissimus. Idipsum quoq; accidere nonnunquam solet in statu perfectionis. Unde Sanctus Pater noster Augustinus dicebat: *De quo desperamus, subitò convertitur, & sit optimus: de quo multum præsumseramus, deficit & sit pessimus: Nec tir 7 noster certus est, nec amor.* Enimverò, ô Auditores, in hortum Gethsemani mecum, si ita libet, abitote, ibidemque Apostolorum actiones devota quadam curiositate observate, præcipuè verò quæ à Sancto Petro & Joanne fiant, siquidem hi duo diversissimos se ab iis qui antea fuerant, per actiones suas esse proba- *D. Aug. ibid.*

probarunt. Petrus etenim in principio intrepidus & animosus milites aggreditur, tantaque cum animi generositate sese Magistri sui defensioni & propugnationi ingerit, ut tandem ipsæmet inimicorum turbæ eum fuerint admiratæ, videt Dominum suum velut agnum mansuetum vinculis adstrictum & vinctum alio abduci, & tamen pede suo illum prosequitur pariter
Matth. 26 & oculo : *Petrus autem sequebatur eum à longè, usque in atrium principis Sacerdotum*, ô Petrum generosum non minus quàm amore ferventem ! At verò Joannes dilectus Christi Discipulus qualiter sese habet ? quas exercuit actiones, in demonstrationem illius affectus quo suum Creatorem est prosecutus ; nam ut
D. Greg. ait Sanctus Gregorius : *Probatio dilectionis exhibitio est operis.* Num fortè inter milites Christo violentiam inferentes mediatorem se interponit, aut eorum ferocitatem compescere contendit? aut tanquam intimus Christi amicus, ad aliquale ejus solatium, se ad mortem usque consectaturum esse promittit? Imò verò omninò contrarium præstitit, ex tumultu namque invadentis Christum militis perterrefactus & longè magis ex crudelitate erga Christum ab
Marc. 14. eodem milite exercita consternatus, trepidare & fuga saluti suæ turpiter consulere cœpit : *At ille rejecta sindone nudus profugit ab iis.* Ehem quid de te audio, ô Joannes, nil minùs quàm hoc te facturum esse credidissem; Quia etenim juvenili adhuc sanguine cales audacem & instar leonis generosum te futurum fuisse credidissem, quem nunc quovis lepore meticulosiorem esse comperio; omninò existimassem, quod præ cælestis Magistri tui, te haud secus ac semetipsum amantis amore, tuum pro eo sanguinem & vitam in discrimen positurus fuisses : Nunc autem ex eorum te amicorum numero esse experior, qui fortuna favente amici sunt, eadem autem in sinistram & adversam commutatâ amicitiæ pristinæ renuntiant, verum considerate utrumque hunc discipulum attentius, & cum stupore videbitis quàm facilè, quàmque subitò negotia humana faciem suam & statum commutent. Petrus enim cadit, Joannes autem solidè subsistit : Petrus negat, Joannes autem confitetur. Petrus gratiam Dei amittit, Joannes verò eandem adaugets Petrus sit Christi inimicus expresè protestando quod Magistrum suum non cognoscat : *Cœpit anathematizare & jurare, quia nescio hominem istum.* At verò unde ingens hæc subnascitur diversitas? Enimverò inde præcipuè idipsum procedere existimatem quod scilicet Petrus nimis fuerit de sua constantia securus, Joannes verò pro eodem semper pavidus fuerit & timidus : *Petrus quia fugere noluit, abnegavit: Joannes, ne abnegaret, aufugit*, concludit Chrysolog.

27. Magnus ille Chrysostomus mendum, quo S. Matthæus principium proditionis Judæ refert, accuratè considerat: Dicit enim, quod cum JESUS in Bethania in domo Simonis leprosi constitutus esset : *Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariothes ad Principes Sacerdotum &c.* Scire etenim percuperem, ad quodnam tempus, vel ad quam actionem adverbium illud *Tunc* referatur. Et quidem quivis alia, quæ in medium adduci posset, expositione sepolita, uni illi tantum adhærerem, quæ supra nominatus assignat Chrysost. qui dicit, quod adverbium *Tunc*, correspondeat ingressui Magdalenæ in domum Simonis leprosi, quasi sacer Evangelista vellet dicere: ô factum summa admiratione & stupore dignissimum, eo tempore quo mulier mala fama laborans, utpote publica meretrix, ac proinde abominabilis mundo, Deoque exosa domum Simonis ingreditur, ut convertatur, & Salvatoris Apostata fiat : *Tunc* unus ex duodecim, Apostolus Christi fit apostata. Videte igitur stupendam vicissitudinem, eodem prorsus tempore quo mulier quædam Inferno relicto ingreditur Paradisum, quidam ex discipulis Christi relicto Paradiso præcipitatur in Infernum. Ecce tibi ipsissimam Chrysostomi doctrinam *Non enim simpliciter abiit, sed addis & Tunc, inquit, abiit*, id est, eo momento quo peccatrix pedem suum in limen portæ collocavit ad ingrediendum, Judas ut inde egrederetur pedem suum extulit: *Paulò autè meretrix, subitò pudica processit, & profundis obruta peccatis, portum serenitatis agnovit, & quando prostituta lupanar exivit, tunc discipulus gehennam intravit.* Unde Chrysostomus hoc pro peccatoribus elicit documentum, quod nimirum peccatores, eventum qui Magdalenæ accidit, sibi ob oculos ponentes non debeant diffidere : econtra verò amici Dei ad lapsum Judæ debeant respicere, ne nimium de salute confidant, & securi existant : *Nemo enim videndo meretricem de tua liberatione desperes, sed & Judam cogitando non debes esse securus, utrumque periculosum est, & confidentia & desperatio. nam confidentia stantem evertit, & interum desperatio post lapsum non admittit exurgere.* Dis-

cipulus

ejulas cùm se flere putaret, cecidit meretrix, cùm se cecidisse arbitraretur, exsurrexit.

28 Dum frigoris rigoribus per turbidi Aquilonis gelu fluminia congelassent, & stagna ob animam glaciem in petram conversa esse viderentur, accidit, quod vivente Lucinio Imperatore, jussu Agricolai Præsidis Sebastæ civitatis Armeniæ, quadraginta validi juvenes sub vexillo Filii Christi militantes nudo corpore in gelidas aquas immitterentur. Quorum unus post laborem & patienter toleratos cæteris squalores, & lapidibus excussos sibi dentes, huic gelidissimam aquarum supplicio non valens resistere, eademque ex Diaboli persuasione inde egredientem, coronam amisit martyrii & damnatus est. Eodemque tempore (id quod mihi illi, quod Magdaleam inter & Judam accidit, simillimum videtur) ostiarius carceris, eo tundem custodiæ destinatus, Angelos vidit de cœlo descendentes, qui triginta novem hisce Martyribus deferebant coronas, adeoque unum ad quadragenarium numerum complendum deesse notans intra semetipsum dixit : *Quadraginta hi sunt, quadragesimi Corona ubi est ?* Cumque oculos suos in Martyres deflecteret, vidit unum illorum è gelidis aquis egressum à cæterorum consortia & numero defecisse. *Verum Deus illum preces irritas esse non est passus,* nam ostiariis hic custos carceris suis vestibus ad nudum hic corpus exuens, aquis illis quæ præ nimio frigore congelare cœperant, se immittendo, sa-
Greg. Nyss. de mort. tum hunc quadraginta Martyrum numerum intexuit. Unde S. Gregorius Nyssenus ait: *Quo ratione pro eo qui à Diabolo subductus erat, ad supplendum numerum custos carceris à gratia retortus reliquis adjunctus est.* O Magne Deus! quænam sunt hæc mysteria? unus in uno eodemque momento martyrii & gloriæ coronam amittit, in quo alius quidam infidelis eandem acquirit: unus qui jam in limine Paradisi constitutus esse cerisebatur, deturbatur in Infernum, alter verò ab inferno egressus gloriosè ingreditur Paradisum.

29. Tandem discursum hunc per historiam quandam S. Fulgentio relatam terminare conabitur. Refert igitur magnus hic Sanctus de duabus mulieribus, quarum una Catholica altera pagana erat, ambas scilicet in uno eodemque instanti duos peperisse filios masculos, Catholica autem quæ infantulum sibi natum viscerosissimè amabat, omnem adhibebat operam, ut quantocius baptismali unda ablueretur, sed irrito prorsus effectu in hoc laboravit, quia priusquam ad Ecclesiam referretur, mortuus est tenellus ejus infantulus, unde afflicta & desolata Mater dolore se conficiens eundem post mortem lachrymis baptizare voluisse videbatur. Altera verò pagana nihil de nato suo curabat infantulo, nec quoad esse Physicum corporalis vitæ, nec quoad esse mortale animæ. Quid mihi aut filio meo de Baptismo interest, ajebat, dummodo filiolus meus in eodem statu mecum vivat, in quo eum huic mundo peperi, sufficit id mihi ? Hic igitur filius vivus & incolumis permansit, & post elapsos aliquot annos ex pagano fidelis factus, legitimè est baptizatus. Quid Vobis de occulto hoc Dei judicio in hisce duobus infantulis exercito videtur? Unus est partus matris fidelis & Christianæ, suique filii amantissimæ, quæ ad salutem ejus procurandam nullum non adhibuit remedium, & tamen salutem ei desideratam non obtinuit; & contrarium alteri accidit. Considera igitur & tu quod licet inter fideles orthodoxos in gremio sanctæ Ecclesiæ natus sis, & Deo familiaris existas, utpote cum quo quotidie tractas & familiariter in oratione conversaris, cave tamen ne ob id te securum existimando gratiam Dei admittas, & condemneris. Tu quoque ô peccator considera, filium mulieris paganæ à salute fuisse alienissimum, & tamen baptizatum & in virtute Divinæ gratiæ consecutum Paradisum. Ac proinde bono sis animo, & licet peccator existas, hoc tamen nequaquam te à spe salutis tuæ dejiciat, quia si numero & gregi ovium Christi serio aggregari velis, scito quod Pastor cælestis te præstolabitur, tuamque resipiscentiam avidè desiderabit, quodsi autem desiderium hoc Christi suum non sortiatur effectum, defectus ille tibi soli attribuendus erit: *Perditio tua ex te.*

SERMO XXXII.

IN FERIAM QUINTAM DOMINICÆ PASSIONIS.

Lachrymis cœpit rigare pedes ejus. Lucæ 7.

1. HOc sacro die sancta mater Ecclesia mulierem quandam inter omnes mulieres maximam peccatricem ob oculos statuit : *Erat in civitate peccatrix*, quæ postea conversa est in quandam Sanctissimarum mulierum perfectissimam Ideam. Ipsa namque speculum quoddam perfectionis fuit, adeòque austeram vitam duxit, quam cogitare quidem, non tamen pro sui dignitate effari possumus. Hortus fuit, in quo omnes virtutum flores progerminarunt ; Æratium quoddam extitit, in quod omnis venustatis & decoris divitias natura reposuit : Theatrum fuit, in quo gratiæ divinæ miracula repræsentata cõspiciuntur. Unde enixè hodie unicuique lyncis & Argi oculos exoptarem, ut in hac muliere hodie contemplati dignè, & sufficienter admirati possent, pulchritudinem Rachaelis, Saræ modestiam, bonitatem Ruth, devotionem Annæ, Jaëlis generositatem, humilitatem Esther, Susannæ castitatem, prudentis Rebeccæ, omniumque aliarum mulierum quæ in Scriptura sacra celebrantur prærogativas : vel etiam tales omnibus exoptarem auriculas, quales mulieris hujus sanctissimæ præclara fama requirit, ad auscultandas illius mulieris prærogativas, quæ Lucretia & Virginea extitit castior, Thomiride fortior, Artemisia honestior, Livia Magnificentior, tolerantior Iphicratea, Thuscia religiosior, constantior Cama, Mathilde sapientior. Mihimetipsi denique tot apprecari linguas deberem, quot in turri Babylonica exortæ fuisse perhibentur, omnes namque illas patiter ad hujus Sanctæ majorem gloriam adhibere contenderem : non quidem ut vobis repræsentarem qualiter comam suam auream, argento, auro, margaritis & gemmis exornatè crisparitque, scio etenim quam parum vero tempore cælo fidendum sit sereno. Neque ad explicandum, quanta fuerit paupertatis matrix, bona fortunæ haud alio quàm somnia phantastica loco habendo, intra speluncæ suæ horrores vitam ducendo Angelicam, sustentando se non per aliam quàm propriarum lachrymarum aquam, alium sibi non adhibendo, quàm doloris panem, nec alio quàm propriæ capillaturæ seu comæ suæ amictu se obtegendo. Necut vobis exponerem, qualiter postquam in horridum illud ferarum diversorium pervenisset, licet id omnis quantumvis miseræ annonæ expers esse deprehenderet, non tamen obid, velut incredulus Israelita fecisse legitur, desperarit, sed spem suam in Dei manus firmiter collocarit, ut proinde deo nõ dici possit : *Erat cor ejus fiduciam habens in Deo.* O utinam tot mihi Deus linguas concederet, quot desidero, utique demonstrat vobis vellem, non qualiter ut cum Deo semper tractare posset, se subduxerit à sæculo, nec qualiter si solam Redemptoris faciem exoptans, incognitus ei fuerit omnis vultus humanus, nec quod mox ut pedem suum horridæ & inculcatæ solitudini illi, in qua pœnitentiam egit, intulit, inde haud secus ac peccata ab anima, fugati fuerint omnes serpentes, qui solitudinem illam hactenus inaccessam & minimè habitabilem reddiderant ; nec qualiter eam se abstinentiæ consecratit, ex solis virendo radicibus & herbis ; nec quod dum etiam ne hæc illi quod contemplationi suæ impedimentum afferrent, timeret, hanc à Deo gratiam postulârit, ut sine ullo prorsus cibo corporeo & terreno suum

suam conservare vitam posset, illudque pro continuorum triginta annorum spatio cælitus impetrarit; nec quod à Deo lapides & saxa in fontes transformare meruerit, ut vel sic oculi ejus instar fontium lachrymarum rivos effundere continuo discerent; nec quod aliæ petræ veluti innocenti ejus corpusculo compatientes adinstar cereæ emollitæ fuerint, ejusque corpori fovendo cesserint; nec quod quolibet die septies angelicis fuerit manibus de terra elevata ad cælum, per hoc se non mente tantum sed & corpore à rebus terrenis abstractam esse demonstrans; nec quod plusquam centies à Christo visitata atque circa renes suos cingulo quodam ex lucidissimo auro fabricato ab eodem sucincta fuerit ad instar Angeli illius quem Daniel vidit: *Renes ejus accincti auro obrizo*; nec quod Angelus ad sui custodiam à Deo ipsi destinatus visibiliter ei apparens, quotidiè mane Eucharistiæ sacratissimo pane eam cibaverit; nec quod cælum post Mariam Deiparam nullam habeat virginem quæ in cordis puritate præcellere, aut ei comparari possit. Hæc enim omnia in comparatione ad talenti mei humilitatem subjecta futura essent nimis sublimia, sed ad id solum me attingerem, prout etiam in præsenti discursu me mactare decrevi, ut pretium & præstantiam expertorum lachrymarum peccatricis hujus, quæ à modernis ipsius potius quam ab oculis super Salvatoris pedes manarunt: *Lachrymis cœpit rigare pedes*, ut sicut alteri dicere licuit: *Ex ungue Leonem* vos quoque ex unica ejus lachrymæ Sanctitatis & meriti sui excellentiam tanto evidentius cognoscere valeatis. Satius quidem futurum esse agnosco, si auscultatoris partibus fungens lachrymis Magdalenæ facundissimæ oratricis & Ecclesiastæ munus relinquerem, siquidem & lachrymæ *pondera vocis habent*: Veruntamen quia lachrymæ in tanta copia & abundantia effusæ cerarum inter se de exordio sermonis contendere possent, quænam futura esset prima, ideò ad hanc inter illas tollendam controversiam eatenus loco ego loquar, si tamen vos silenter me auscultaveritis.

1. *Lachrymis cœpit rigare pedes ejus*: Scribit S. Chrysologus, quod Magdalena *erat onusta lachrymis plena lachryma, clamosa planctu, & fecit domum istius domum lamentationis & planctus.* Cognoscebat enim, quod lachrymæ suæ fons quidam essent, in quo velut in lucido quodam crystallo, semetipsam speculando, cognosceret, quam abominabilis & deformis anima ejus esset ob culpas commissas; iisque utebatur velut argento quodam, quo per gratiam Dei adjuta, ab inimici infernalis servitute ac tyrannide sese redemit. Lachrymæ ejus lapis quidam Philosophorum fuerunt, qui in cordis illius officina æruginosum peccatorum suorum fetum in perfectæ charitatis aurum transformabat. Porrò quos in vere conversionis suæ progerminabat flores, copiosos sanctitatis bonarumque operationum fructus, quos productura suo tempore erat, præsignificabant. Saluberrimus lachrymarum ros, de sereno elegantissimi vultus sui cælo decidens, ejus irrigavit animam, eamque gratia meritoque fœcundam reddidit. Ex pretiosis quoque lachrymarum margaritis, quas in ardentis amoris sui, quo erga cœlestem sponsum suum exardescebat, demonstrationem, in acerbissimi doloris sui aceto, velut altera Cleopatra distemperabat, & resolvebat, egregium quoddam donum Christo Salvatori nostro in Pharisæi mensa recumbenti obtulit. Hæ denique Magdalenæ lachrymæ mare quoddam fuerunt, in quo naufragati sunt terribiles errorum suorum exercitus; ita namque nos docet S. Petrus Cellensis dum ait: *Lachryma est naufragium vitiorum, portusque naufragatorum.* Et S. Gregorius Nazianzenus idipsum confirmat, dicens: *Lachryma peccatorum diluvium sunt, & mundi expiamentum.* *D. Cellen. lib. de Pan. D. Greg. Nazianz. orat. 1.*

3. Enimverò sicut de lachrymis Magdalenæ frequentior in Scriptura sacra fit mentio, quam de lachrymis cujusvis alterius pœnitentis Sancti, ita quoque videtur, quod quidquid à sanctis Patribus de lachrymis laudabile vel rarum dicitur, id totum Magdalenæ lachrymis propriissimè conveniat. Unde omninò existimo, quod unica duntaxat sanctissimæ Pœnitentis nostræ lachryma majus dæmoni tormentum intulerit, quam totius Inferni universus ignis, attestante idipsum sancto Petro Cellensi, qui ait, quod *Sathan tolerabilius sustinet flammam suam, quam lachrymam nostram, acriusque contriti cordis lachrima, quam flamma infernalis incendii torquetur.* Deus quidem per infinitam omnipotentiam suam modum quendam invenit, infernales Spiritus torquendi per ignem infernalem; Pœnitens autem Magdalena quâdam eosdem Spiritus per lachrymarum aquam comburendi inventionem excogitavit. Porrò Tertullianus Christum Redemptorem nostrum non minus quam Palæstinæ columbas aquas diligere ait: *Num-* *D. Petrus Cellen. ubi supra.* *Tertull. lib. de Baptismo.*

Nunquam sine aqua Christus prima rudimenta potestatis suæ vocatus ad nuptias in aqua auspicatur: cum sermonem facit, sitientes ad aquam suam invitat sempiternam; cum de aqua docet, aquæ calicem Patri oblatum inter opera dilectionis probat: apud puteum vires resumit, super aquam incedit libenter, & transfretat. Ac proinde Sancta nostra probè noscens, quanti Salvator noster aquam æstimet, eandem ipsi super pedum suorum altari dèvotissimè offert: *Lachrymis cœpit rigare pedes ejus.* Etenim Abbas Cellensis lachrymas elegantissimo hoc encomio commendare non dubitat: *Lachryma Filium Dei ad nos inclinat, & ad veram Trinitatem inter veniente spiritu nos elevat*; id est, unica, quæ à pœnitentis oculis dimanat, lachryma, ea est virtute & potentia prædita, ut ipsummet desiderii nostris intendere & inclinari Deum faciat. Unde quia sapiens hæc mulier culpatum suarum remissionem perfectam desiderabat, lachrymas veluti advocatas & mediatrices suas interponit, eandemque pro voto suo obtinet & impetrat. *Remittuntur tibi peccata tua*; ut hac ratione tandem ad sanctissimæ Trinitatis fruitionem sublimaretur.

Abb. Cell. ubi supra.

Luc. 7.

4. Huic supradicti Patris doctrinæ aliam quandam ponderationem velim adjungamus: *Aqua hæc aut facit, aut invenit paradisum*, inquit idemmet sanctus Petrus Cellensis: Sunt autem verba hæc satis in se difficilia, quomodo enim esse potest, quod aqua illa paradisum vel faciat, vel inveniat? Num igitur in lachryma aliqua tota consistit visio beatifica, aut hæc universam in se complectitur paradisi gloriam? Credo equidem verba illa intelligenda esse *causaliter & non efficienter, nec formaliter*, hoc enim sensu, si per impossibile daretur, quod Deus ob mundi peccata graviter offensus annihilasset paradisum, virtute lachrymarum adstringeretur eundem denuo reproducere, utpote quæ tali apud Deum efficacia & energia pollent, ut ad paradisum iterato reproducendum Deum ipsum obligarent. Et hoc existimo Abbatem Cellensem dicere voluisse quando ait: *Aqua hæc facit paradisum.* Cum verò subjungit, eandem invenire paradisum: *Invenit paradisum*, per hoc vult innuere, quod dum ob culpatum nostrarum demeritum paradisum perdidimus, eundem denuo virtute lachrymarum à corde ad oculos dimanantium reinveniamus. Quis igitur pretiosum effectū hunc Magdalenæ lachrymis denegare audebit, quæ ipsimet Deo visæ sunt efficacissimæ, utpote quæ de contritæ hujusce pœnitentis vultu copiosè manabant. *Et fecerunt & in veterum paradisum.*

Petrus Cellen. ibid.

5. Nonnulli Scriptores sacri volunt lachrymas quodammodo purificari posse sacramento Baptismi, respectu effectus, quam tam hic, quam illæ producunt. Ac proinde S. Petrus Chrysologus de sanctis Innocentibus loquens illos non minus matrum suarum lachrymis, quam proprio sanguine baptizatos esse dicit: *Beata lachryma, quæ pro talibus fusæ flentibus gratiam baptismatis contulerunt.* Imò ipsasmet Innocentum Matres propriis suis lachrymis baptizatas fuisse Petr. Pelbartus opinatur, dum ait: *Matres in lachrymis earum baptizatæ sunt sicut filii in sanguine.* Verumtamen ut cum omni sacrorum Scriptorum illorum reverentia loquar, nec quicquam tanto sacramento, quale Baptismus est, præjudicem, quin potius Divinam benignitatem tot pro nostra salute media adinvenientem magis magisque magnificem & extollam, videtur mihi Deus lachrymis certo quodam modo majorem quam Baptismo attribuere voluisse præeminentiam atque virtutem; Id quod duabus præcipuè rationibus demonstratur. Primò enim Baptismus semel tantum applicati potest, lachrymæ autem centies millies, imò vicibus infinitis, Secundò: aqua Baptismi ad nihilum valet, nisi imbuatur à forma, quæ in verbis à Christo institutis consistit; unde Magister sententiarum ait: *Si enim ablutio fiat sine verbo, non est ibi sacramentum, sed accedente verbo ad elementum, fit sacramentum.* Et sanctus Pater noster Augustinus dicit: *Unde baptisma consecratur, detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum.* Lachrymæ autem non indigent ut valorem & virtutem suam à verbis accipiant, sed animam nostram ex semetipsis purificant, adeque non tantum semel, sed quotiescunque opus fuerit. Lachrymæ igitur vel habent in se majorem virtutem saltem extensivam in anima Christiana, vel non minorem habent. Ac proinde quando Magdalena: *Lachrymis cœpit rigare pedes ejus*, baptizata est anima ejus in aquis ab ejus corde manantibus. Num forte experientiam aliquam desideratis, unde videre possitis adeò ipsam per lachrymas suas purificatam fuisse, ut similis fuerit animæ, quæ jamjam à Baptismo recentem instar candidæ columbæ per innocentiæ plumas, pura & candidissima evasit? Nunquid ipsum ex ipsomet Christi ore satis perspicuè audistis? qui dicit: *Remittuntur tibi peccata tua.* Unde

his-

sanctus Ambrosius ait : *Lachrymæ veniam non* Ser. 34.
postulant, sed merentur : Et sanctus Leo sancti
Petri lachrymas considerans ait: eas in Apostolo
eandem, quem Baptismus in nobis, produxisse
effectum: *Fulcias sancte Apostole lachryma tua,*
qua ad diluendam culpam negationis, virtutem
sacri habuere baptismatis.

6. Unde fortasse motus est sanctus Augusti- Ser. 2. de
nus, ut lachrymas Passionis Christi Vicarias esse Pass.
diceret: *Lachryma Passionis Domini est Vicaria.* At
verò quidnam propriè hæc dictio *Vicaria* im-
portet? Vicarius dicitur, qui vices vel locum al-
terius sustinet, unde omnis in eum est collata au-
thoritas: *Accipitur pro omni eo, qui in locum alte-*
rius sufficitur, inquit Ambrosius Calepinus &
alius subdit: *Succedam ego Vicarius tuo muneri.* Per
hanc igitur loquendi modum me explico, quem
libet pie & sano modo à me percipite. Dicitur
igitur lachryma Vicaria Passionis Christi; quia
cum valorem & virtutem suam à Passione Chri-
sti accipiat, sicut Vicarius à suo Episcopo, sequi-
tur quoddam à magno Ecclesiæ Doctore Au-
gustino, *Vicaria Passionis Christi* appellatur, si-
mul etiam insinuetur, quod eam virtutem ha-
beat, ut culpas purificet, animæque vulneribus
mederi existat. Unde prosequitur sanctus Pa-
ter noster Augustinus O *lachryma, tu contra vul-* D. Aug. ibi-
nus hominum suave solatium, qua Passionis Chri- dem.
sti Vicaria, contra peccatum ponens remedium, ut
omnipotens cogatur Christus mori, quoties labitur
homo in abyssum peccatorum. Atque dum Christo
adhuc Phariſæi existente tempus passionis ejus
quidam appropinquasset, venustissimæ hujusce
pœnitentis lachrymæ in ejus sunt subingressæ
sinum, animæque suæ vulneribus efficacissimũ
mutare remedium, eosdemque in ipsa, quos Pas-
sio Christi in universis causavere effectus, cujus
nidem ab ipsomet Incarnato Deo certificata
fuit dicente: *Remittuntur tibi peccata tua.*

7. Compertum est apud omnes Theologos, quod unica duntaxat sanguinis Christi stilla, ut
pote infinito valore pollens pro cunctis totius
mundi peccatis abunde sufficiat: sic quoque u-
nica duntaxat Magdalenæ lachrymula, pro om-
nibus culpis suis satisfecit. Audio quidem quod
Phariſæus Christi hospes mulierem hanc pecca-
tricem ingredientem, & Magistri sui pedibus ad-
volutam videns, eandem de variis criminibus in-
tra semetipsum arguat, & tanquam peccatricem
gravem censeat, dumque eam tanquam ream ac-
cular, consequenter Dominum ad eam castigan-
dam gemovere velit: *Hic si esset Propheta sciret u-*
Luc. 7. *tique, qua & qualis est mulier, quæ tangit eum.*
Quasi dicere vellet: Hiccine Propheta censebi-
tur? sed quomodo talem se vult æstimari, si mu-
lieris hujusce qualitates atque conditiones mini-
mè cognoscat? aut si Propheta est verus, eam que-
rite agnoscit, cur recipit & admittit illam ad pe-
des suos osculandos? cur non potius repellit &
reprehendit eandem? utique si justus esse vult,
ei incumbet, ut se legitimum justitiæ defensorem
exhibeat, & debitum suum ei expediat. Interim
mihi sufficit, quod animi mei sententiam expres-
serim, ipse quod ei libet, faciat, ego saltem ab
omni ero reatu immunis, utpotè qui satis eum
superque monui. Et quidem licet Phariſæus hic
apparenti quadam nixus esse ratione videatur, at-
tamen si totam rem gestam in æqua rationis bi-
lance impartialiter libremus, omnem Christo &
Magdalenæ rationem & æquitatem favere, Pha-
riſæum verò falli comperiemus. Peccanti etenim
Adamo Deus quidem ignoscit, non tamen om-
nem ei supplicii & pœnæ vindictam condonat:
Ejecit eum de paradiso voluptatis. In sudore vesce- Gen. 3.
ris panem tuo. Adæ quidem culpa ignoscendo ex-
tinguitur, non tamen sine pœna. Econtra verò
Petrus Dominum suum negando graviter pec- Matth. 16.
cat: *Non novi hominem illum, nescio quid dicis.*
Quid inde? Impetrat veniam, ita tamen ut nec
ullius pœnæ subjaciatur supplicio. Neque enim
legitur quod pro tam gravi peccato, aliquam à
Deo retulerit mortificationem, nisi quod gallus
quidam superba & clara voce cantando ipsum
commissi erroris sui reprehendisse videatur: *Et* Ibidem.
continuo gallus cantavit, & recordatus est Petrus
Verbi IESV. Enimverò disparitatis hujusce
causam intelligere percuperem. Porrò si ea
quæ hic accidisse referuntur inter solos homines
acta fuissent, nihil mirum esse censerem, scio
etenim eos facere sæpè quod volunt, non ve-
rò quod debent, eò quod per munera nonnun-
quam eousque corrumpantur, ut leges juxta ar-
bitrium suum loqui faciant, & justitiæ recti-
tudinem pervertant: Hic autem de DEO ser-
mo est, qui infallibilis & irreprehensibilis re-
gula est, imò ipsissima infinita est æquitas. Ve-
runtamen ad historias, si placet, recurramus,
per has namque eousque perveniemus, ut hu-
jusce difficultatis punctum penetrare possi-
mus. Apud plures itaque Scriptores legitur,
certum quendam Antipatrum multas ad A-
lexandrum exarasse literas; multas adversus
Olympiam matrem ejus querimonias in se
complectentes, quod scilicet in regni & ju-
stitiæ

stitiæ publicæ administratione muliebri prorsus mollitie & inertia sese gereret. Alexander autem variis literis perlectis, cùm tandem eam quæ ultimo loco ei tradita fuerat, perlegeret, respondit: *Ignorare videtur Antipater, quod una matris lachryma, multas dolebit Epistolas.* Itane? Ergo unica lachryma tantum apud Alexandrum prævaluit? Et tamen easdem lachrymas non tantum apud Deum valere credemus? Adamus castigatus fuit, quia non flevit; Petrus autem, qui *Flevit amare* à culpa & pœna absolutus est. Estque hæc observatio sancti Ambrosii dicentis: *Adam reus factus nudus erubuit; Petrus conscius delicti, correptus ingemuit: Ille tanquam deprehensus festinat ad latebras: hic tanquam emendatus prorumpit ad lachrimas*: Tandem verò subjungit: *Lachrimas ejus lego satisfactionem non lego.* Unde si Adamus unicam ab oculis suis lachrimam stillasset, exilium à cœlestri paradiso in erroris sui pœnam nunquam sustinuisset, neque pro sustentatione vitæ suæ ad labores atque sudores fuisset condemnatus. Unde facilè causa deduci potest, cur Filius Dei Magdalenam ob delictum suum nequaquam puniverit, siquidem madentibus & præ lachrimis stagnantibus oculis coram Christo comparuit: *Lachrimis cœpit rigare pedes ejus.* Quasi Dominus dixisset: Verum quidem est mulierem hanc supplicium ingens optimè fuisse promeritam: attamen unica Olympiæ lachrimula ad delendas omnes Antipatri accusatorias literas sufficiebat, quantò igitur magis integrum lachrymarum flumen, ad annihilandas Pharisæi murmurationes & contradictiones abundè sufficiet, dum ait: *Hic si esset Propheta, sciret utique, quæ & qualis est mulier, quia tangit eum, quia peccatrix est.* Ex quo etiam ipsemet Deus dixit: *In quacunque horâ ingemuerit peccator, non recordabor amplius*, quomodo igitur peccatorum pœnitentis nostræ ad castigationem inferendam recordari poterat, siquidem ut refert sanctus Pater noster Augustinus: *Peccatrix illa Maria non solum in domo Simonis, sed etiam post adventum Spiritus sancti hoc idem ardenter perfecit, semper enim dolebat, semper in vita sua flebat, qua commiserat.* Manifestè igitur hinc deducitur, quod unica lachrima *est Vicaria Passionis Christi.* Pharisæus itaque adversus Magdalenam, quoad usque volet Antipatri fungatur officio, semper enim in faciem ei exprobrabitur: *Aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrimis rigavit pedes meos.*

Didacus Vega in Psalm 1. Pœnit.

Matth. 26.

D. Ambr. serm. 46.

D. August. serm. 11. ad Fratrem in Erem.

8. Sanctus Joannes Evangelista haud obscurè subindicat, Deum pro peccatis suis plorantium lachrimas tanti æstimare, ut propriis manibus suis easdem, dum à servis suis effunduntur, colligat: *Absterget Deus omnem lachrimam ab oculis eorum.* Itane? Hoccine Deus ipsemet in propria persona facere non dedignatur? cur non potius alteri munus istud attribuit? cur id non committit alicui Angelo? Scimus etenim quod Angelis animas nostras, Patri æterno Spiritum suum, Joanni Matrem, Petro Ecclesiam consignavit, cur igitur non similiter lachrimarum nostrarum abstersionem alteri committit, sed ipsemet earundem custos & depositarius esse voluit? Meritò sanctus Bernardus easdem valdè celebrandi occasionem sumpsit, dicendo: *Fœlices lachrimæ, quas benigna manus conditoris absterget.* Porrò pro hujusce difficultatis explicatione operæ pretium esse duxi historiam quandam hoc in loco in medium adducere. Lego itaque eorum quendam curiosulum interrogasse Apellem, quorum omnium picturarum, quasi officina sua asservabat, ab ipso omnium venustissima & artificiosissima esse censeretur? cui Apelles respondit: sibi omnes videri & censeri æquales. Cùm autem responsum istud curioso huic homini minimè satisfaceret, per hunc excogitatum dolum hac de re se certiorem facere voluit. Dum enim famosus ille Pictor in publico foro staret, curiosulus ille clara voce clamavit: Properate, properate, ad aquas, ad aquas, quia officinam Apellis ignis corripuit; Quod Apelles audiens ad officinam suam pernicissimo cursu properavit, omnibusque ad incendium extinguendum properantibus acclamavit: *Servate mihi Adonidem.* Unde curiosulus ille non male conjecit Adonidis picturam ab Apelle præ cæteris permaximi fuisse æstimatam. Idem Deus facere videtur, quando sibi præter lachrimas tantum reservat: *Absterget Deus omnem lachrimam ab oculis eorum*, quasi diceret: *Servate mihi lachrimas.* Unde evidenter satis colligitur quo in pretio lachrimæ sint apud Deum: *Non creatura aliqua, non legatus, non Angelus, sed DEUS ipse officium lachrimas abstergendi sibi reservat: Aliâ aliis credidit id proprium esse munus manus divinæ.* Concludit quidam modernus. Verùm enimverò facile quis mihi replicare poterit, hunc Scripturæ locum & hanc prærogativam non esse propriam lachrimarum nostræ pulchrimæ plorantis, & pœnitentis; Invetò. Porrò de Monacho quodam lego, quod dum

dum in Ecclesia culpas suas defleret, Christus Dominus noster habitu sacerdotali indutus, velut missam celebraturus in Altari eidem apparuit, cumque se ad populum verteret, ad dicendum: *Dominus vobiscum.* Calicem quendam aureum quem manu tenebat populo demonstrabat: unde Monachus devotione commotus accurrit, & à Christo cur calicem istum manu sua teneret, & quid in eo contineretur, scisciatus suis cui Dominus subjunxit, quando Magdalena peccata sua defleos lachrymis suis pedes meos rigavit, ego lachrymas ejus sollicite collegi, easque hactenus in hoc calice aureo tanquam reliquias, ac veluti monilia & gemmas assidue custodivi: *Ut sciant & cognoscant omnes, quantum mihi placent contriti cordis & pœnitentiæ luctus, hic tandiu servavi lachrymas Magdalenæ, ad pedes meos fluentes.* Quantò igitur majori cum jure pœnitentis nostræ lachrymis applicari potest, quod de suis lachrymabundus David sanctè gloriabatur: *Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo,* id est, coram oculis tuis. O mira res! Deus ille quem omnes quotquot in paradiso sunt sancti ob oculos intellectus sui velut beatitudinis suæ objectum positum habent, unicam ex lachrymis nostris, ut ita dicam, velut objectum gloriæ suæ accidentalis sibi ob oculos statuit; tam ut Beda nos docet: *Quod amamus, lachrymamur.* Unde alii legunt: *Posuisti lachrymas meas in thesauro tuo.* Quasi diceret: Tu, ô Domine, lachrymas meas, veluti inæstimabilis pretii margaritas, monilia & gemmas inter pretiosissimos gazæ tuæ thesauros recondis. Enimverò nullatenus dubito, quin lachrymæ Magdalenæ incomparabiliter majoris æstimentur, quàm lachrymæ plangentis regii Prophetæ, quarum nimirum sancti Testamenti novi, eos qui ad veterem legem pertinent, præcellunt. Unde credendum est, quod si lachrymæ Davidis in thesauris Dei asservantur in vase quodam argenteo & crystallino, utique lachrymæ Magdalenæ in pixide quadam ex puro, puto, & solido auro efformata, variisque pretiosissimis adamantibus distincta custodientur.

9. Nullæ in universo mundo reperiuntur margaritæ, licet illæ maximi & inæstimabilis pretii esse censeantur, quæ margaritis & unionibus in conchis oculorum Magdalenæ progenitis comparari valeant. Potrò Philippo III. Hispaniarum Regi margarita quædam donata fuit adeò grossa, ut inde ensis sui capulum fieri curarit. Gaspari Morales à Rege Gebagnæ margarita quædam donata fuit, quæ triginta & unam siliquas in pondere habebat, ac tandem 12000. sestertiis, circiter fuit divendita. Cæsar Serviliæ matri Bruti margaritam quandam præsentavit, quæ sexaginta millia sestertiorum in valore seu pretio sui habebat. Alia quoque margarita conjugi Alexandri Severi dono transmissa fuit, qui eidem ut eam pro justo pretio divenderet, mandavit, cumque nullus inveniretur qui tantam in promptu haberet pecuniæ quantitatem, ut illam sibi quis comparare posset, eandem ornamenti loco ad auriculam Deæ Veneris suspendi præcepit, vetuitque conjugi suæ, ne tanti pretii margaritas mundo suo muliebri insertas corpori suo adhiberet. Verum quid sunt cunctæ totius mundi margaritæ, si cum unica Mariæ Magdalenæ lachrymula comparentur? Amabo vos, ô Auditores, quam diversimode sacri Evangelistæ de unguento & lachrymis Magdalenæ loquantur, diligenter observate. De illo etenim dicit: *Attulit alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi.* De hisce autem sanctus Lucas subjungit: *Lachrymis cœpit rigare pedes ejus.* Lachrymas autem illas pretiosas fuisse nequaquam dicit, quod proinde iis, quæ hactenus lachrymarum Magdalenæ valorem & pretium celebrando diximus, contrarium esse videtur, si quidem unguentum pretiosum fuisse dicitur, lachrymæ verò non item, quasi illud præ hisce plutis æstimaretur. Veruntamen quoad hoc contrariam ego opinionem sustineo, pretiosum etenim propriè dicitur, quod magnum in se pretium continet; ita Pater Mendoza exponit: *Pretiosum sumitur pro re magni pretii,* quo sensu Poeta ait: *Ingenium quondam fuerat pretiosius auro.* Et Salomon in Proverbiis ait: *Pretiosior est cunctis opibus sapientia.* At verò difficultas nostra hinc magis adaugetur; Hinc enim inferre quis posset lachrymas Magdalenæ nihil valuisse, si quidem non erant pretiosæ, id est, pretio æstimabiles, Enimverò ex sequenti similitudine patebit solutio: si quis enim gemmam aliquam ab aurifice comparare velit, ideoque ab eodem, quo in pretio eandem æstimet, sciscitetur. respondebit ille pretium gemmæ illius est decem, vel duodecim, aut viginti millium scutorum. Quod si verò postea scire cuperes, cujusnam pretii sit thesaurus sancti Marci Venetiis, vel Thesaurus seu Gaza Regis Galliarum aut Hispaniarum, utique responderetur tibi, hosce thesauros nullum habere pretium quo æstmari, aut comparari possint. Et hoc quidem sensu sanctus Ecclesiæ Doctor Joannes Chrysostomus de sanguine

Ioan. 12.

Franciscus Mendoza. 1. Reg 2. nu 38. fol. 11. Ovidius Proverb. 3

Exaltatio Quadragesimale.

Chryſoſt. Tom. 3. Hom de Proverb.

guine Redemptoris loquebatur, dum ait: *Dederunt pretium ſanguinis qui pretium non habebat.* Hujus itaque generis & qualitatis erant lachrymæ Magdalenæ, quæ non ſicut unguentum pretioſæ eſſe dicuntur, eò quod tantum apud Deum valeant & æſtimentur ut nullum inveniri pretium aut moneta poſſit, quæ illis adæquari poſſit. Ac proinde hic applicari poſſet, quod ſanctus Ambroſius ad aliud quoddam propoſitum poſt ſe ſcriptum reliquit, quod ſcilicet pretium quod unica tantum hujus mulieris lachryma valet,

D. Ambr. lib. 3. de Spiritu ſancto.

nullibi nec uſquam in terra inveniatur: *Non inveniur in terra pretium ejus.*

10. Similem huic quendam Scripturæ locum invenio, ponderatione digniſſimum. Chriſtus etenim, ut notum eſt omnibus, triginta denariis à Juda venditus fuit: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi obtulerunt ei triginta argenteos.* Etenim multi hoc loco quæruntur, cur Judæi nec plus, nec minus, quàm triginta argenteos dederint: Et inter plures alios Origenes dicit, quod pro quovis anno vitæ Chriſti ſolutus fuerit unus denarius, ac proinde triginta

Matth 26.

Origen. in Cathed. D. Thom. in Matth. cap. 26. fol. 101.

denarii, triginta quoque annis correſponderunt: *Tantam mercedem conſtituentes, quantos annos Salvator converſatus fuerat in hoc mundo.* Qua reſponſione nova dennò ſuſcitatur difficultas: Nunquid enim Chriſtus triginta tribus annis hic in terris vixit? certum id, & in confeſſo eſt apud omnes. Quod ſi igitur quilibet vitæ Chriſti annus quolibet ſolutus eſt denario, vendendus utique triginta tribus denariis erat, cum igitur de facto pro ſolis triginta denariis fuerit venditus, cur tres illi anni, quibus ſupra triginta vixit, correſpondentium ſibi trium denariorum pretio careut? Reſpondent multi Scriptores ſacri Salvatorem noſtrum tres illos annos prædicationi impendiſſe, atque ideò tanti fuerunt ponderis & æſtimationis, ut nullum inveniri pretium vel moneta poruerit, quæ illis correſpondere poſſet. Hæc igitur cauſa eſt, cur unguentum Magdalenæ, non verò lachrymæ ejus appelletur pretioſum, id eſt, res magni valoris & pretii, quia videlicet inveniri & numerari pretium aliquod poteſt, quo comparati poſſit: lachrymæ autem ſimiles ſunt tribus annis prædicationis, id eſt, carent omni pretio, utpote valoris cujuſdam inæſtimabilis: *Non inveniur in terra pretium earum.*

11. Sacri expoſitores verbis illis Canticorum, quibus cœleſtis Sponſus Sponſam ſuam alloquitur, nimirum: *Averte oculos tuos à me, quia*

Cant. 6.

ipſi me avolare fecerunt, varias adhibent expoſitiones, Jacobus enim de Valentia ita exponit: *O Sponſa mea averte oculos tuos, ſcilicet filii, & charitatis, & humilitatis, quia tantum miſi placent, & ſunt grati, quod me avolare fecerunt, ideſt, ut relicto & reprobato populo Judaico incredulo, me impulerint, ut repente deſcenderem & venirem ad te.* Coſmas Damianus, dicit, quod Sponſus aſpectu oculorum Sponſæ ſuæ, ob nimiam eorundem pulchritudinem & decorem, tantam habuerit complacentiam, ut contemplando illos, ob nimiam delectationis vehementiam, à ſemetipſo deficeret. *Et Sponſa mea, ſupra quam dici poſſit formoſa, & aſpectu adèo admiranda proinde micantibus iſtis tuis oculis, & ignitas charitatis ſagittas in meum uſque cor, cum me intenta mentis acie, ejaculantibus, ut præ amoris vi me mihi auferant, neque extra me rapiant.* Beatus noſter Egidius Cardinalis Columna opinatur hunc poſſum de Deo intelligendum eſſe, utpote qui ita verbis nobis intendit ſignificare, quod oculo corporeo noſtro ipſe ſit inviſibilis, quodque illum tanquam fidei noſtræ objectum, non debeamus contemplari oculis rationum naturalium, impoſſibile enim eſt, quod ipſe tanquam imperſcrutabilis totaliter cognoſci poſſit. *Averte oculos tuos, id eſt, tolle rationes, ſecundùm quas tu mecum quærere, quia ipſi oculi, id eſt, rationes tuæ, fecerunt me avolare, eo quod deficiant ipſæ rationes ad inquiſitione mea, quia quantò Deum per rationes naturales in veſtigare volumus, tantò magis recedit à nobis.* S. Gregorius Papa, verba Sponſi in ordine ad beatitudinem cœleſtem intelligit: *Oculos avertere præcipimur, ne videlicet aſpicere beatitudinem ſicuti eſt, quantumcunque videamus, arbitremur: Ipſi enim oculi eum avolare fecerunt, quia quò amplius videtur, eò magis inviſibilis eſſe cognoſcitur.* Alii volunt Spiritum ſanctum actiones Magdalenæ prævidentem, de oculis illius pro eo tempore fuiſſe locutum, quando ex fletu continuo madidi, rivos ediderant lachrymarum; quando enim in quadam prope Marſiliam ſicuta ſpelunca, omninò ſolitaria exiſtens incredibiliter flebat pœnitentiam, lachrymantes ejus oculi Chriſtum ſponſum cœleſtem tanto accendebant amore, ut eum Paradiſum cœleſtem deſerere, & tam frequenter pœnitentem hanc vitam tare cogerent, ut centum & decem diſtinctis vicibus quotidie eam convenire ſolitus fuiſſe perhibeatur. Nunquid igitur ſpõſus Mariæ Magdalenæ lachrymanti meritò dicit: *Averte oculos tuos à me, quia ipſi me avolare fecerunt?*

12. Alium

12. Aliam obsecro speculationem quoad istum Dei sermonem, si libet, audite. Etenim Filium Dei se intriduo resuscitandum esse sæpè sæpius præ dixit: *Sicut enim fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & noctibus.* Id quod Christus confirmavit, dicens: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Quæ de re nonnihil inter nos mutuo discutiamus, & videamus an Christus Redemptor noster promissum hunc, qua se mortuum tribus diebus, & totidem noctibus in sepulchro hæsurum, indeque tribus illis diebus & noctibus elapsis punctualissimè resuscitandum esse prædixit, plenè satisfecerit. Et quidem inprimis de diebus comperum instituamus. Mortuus est igitur in die veneris hora nona, & Dominica die mane, antequam dies illuceseeret, resuscitatus est, adeoque juxta hunc computum, duobus duntaxat diebus, isque nondum totaliter completis mortuus permansit, scilicet dimidio veneris die, & toto Sabbathi, atq; ita unus integer dies hic nodes deficeret. Quod verò ad noctes attinet, manifestè mortuus in sepulchro tota nocte diei veneris, sicut & alia sabbathina, non verò nocte diei Dominicæ; unde expressè deducitur, quod non tribus, sed duabus tantum noctibus mortuus permanserit, qua igitur ratione verificari verba illa poterunt: *Erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus*? Imò juxta dictum Sancti Ambrosii & Sancti Hieronymi, ac quidem de duabus noctibus completè verificari posse videntur, quia Sanctus Ambrosius Christum tribus horis ante diem resurrexisse dicit: Et Sanctus Hieronymus dicit Christum Sabbatho circa vesperam noctem cœpisse inchoasse, ac proinde dicitur: *Vespere autem Sabbathi, quæ lucescit in prima Sabbathi venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrum*: Jamque illum resuscitatum esse invenerunt: Quod si verum est, nescio profectò qua ratione verificari possit, quod habemus in Symbolo Apostolorum, scilicet *Resurrexit tertia die secundum Scripturas*, aut: *Resurrexit sicut dixit.* Ad pleniorem hujusce difficultatis resolutionem inprimis demonstrare contendam, quod tametsi non fuerit tribus noctibus & tribus diebus in sepulchro mortuus, inde tamen malè arguatur, ipsum verbo vel promissioni suæ defuisse; Imò potius eum quoad hoc fuisse punctualissimum, idque hac adhibita similitudine clarius explico, si is qui debitum aliquod intra tiduum expedire promisit, illud ipsum debitum secundo die exeunte priusquam tertius inchoetur rite exsolvat, is certè nequaquam dicendus est obligationi suæ aliquatenus non satisfecisse, imò potius dicendus est in servanda promissionis fide fuisse punctualissimus, prævenire enim tempus operibus bonis præfixum & determinatum, non est ab obligatione deficere, sed potius est in diligentia atque cautela superabundare.

13. Nunc igitur ad punctum nostrum propius accedamus, quamobrem scilicet Christus Resurrexionem suam acceleraverit, non expectando tres dies, tresque noctes adæquatè completas & terminatas. Causam existimo hanc fuisse, quia nimirum Magdalena jacturam & mortem Domini amarissimè deflebat, quæ proinde ab oculis Magdalenæ stillantes lachrymæ Christo alas veluti addiderunt uti Resurrectionem suam acceleraret, & tēpus trium dierum triumq; noctium determinatum præveneret: *Lachryma Magdalenæ accelerationem Resurrectionis meruerunt*, concludit S. Irenæus. *Ipsæ me avolare fecerunt.*

14. Ergone mulier hæc pœnitens, Domino suo pro magis acceleranda resurrectione sua alas additura aliud non potuit invenire medium, quàm fletum & lachrymas ab oculis manare? Nequaquam, hæ enim ad hunc effectum maximè fuêre proportionatæ, prouti Sanctus Drogo Episcopus Ostiensis optimè observat: Quodsi enim corpus Salvatoris in sepulchro positum furto inde fuisset sublatum, nullum ad id redimendum invenire potuisset congruentius pretium, quàm lachrymas, hæ enim plus valent, quàm argentum & aurum, aut quivis alii gemmarum lapidumque pretiosorum thesauri. *Si fieri potuisset redimendo corpori, sepulchrum lachrymis impleisset.*

15. Flebat igitur Magdalena, quia sciebat, quod ad hoc ut Magistri sui corpus è mortis manibus redimeret, & vitæ restitueret, nullus sit præ lachrymis thesaurus dignior vel opportunior. Id quod haud aliundè quàm per veritatem quandam Evangelicam confirmare decrevi. Enimverò postquam mortuus fuisset Lazarus, & in Bethaniam Christus se recepisset, obviam habet in via Martham, quæ affectuosissimis precibus ei, ut fratris sui vitam mox restituendam, ab æterno Patre suo impetrare dignaretur, supplicavit: *Sed & nunc scio, quia quæcunq; poposceris à Deo, dabit tibi Deus*: Cui Dominus eā conlaturus, mox subintulit: *Resurget frater tuus*, adeoque aliud à Domino impetrare præter *Ioan. 11.*

bonam voluntatem & pronam intentionem non poterat. Tandem verò acceptâ à Magistro suo licentiâ, domum revertitur, sororemque suam admonet, ut descendat, siquidem Dominus eam ad fores domus ad colloquendum ei

Ioann. 11. expectaret: *Vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te.* Quæ mox recedens, ad portam descendit, & genuflexa coram Domino, inprimis fratris resurrectionem promoveri instanter rogat; Morque Christus de eodem ejus fratre in vitam revocando, atque è mortis manibus eripiendo tractaturus, interrogat: *Ubi posuistis eum?* Porrò attentè hoc loco observandum quod & Martha pro eadem re Domino supplicarit, nec tamen quicquam obtinere potuerit, præterquam bonam ac pronam voluntatem: Magdalena autem vix rogare inceperit, & omnia pro voto impetrarit, quænam est hæc Christi Domini nostri erga hasce sorores partialitas? Enimverò nequaquam hic Christi erga Magdalenam major affectus, partialitatem, sed potius sacramenta & mysteria multa & magna involvit. Adhoc enim ut mortuus aliquis è mortis manibus ereptus vitæ restituatur, nulla præter lachrymas utilis est alia moneta. Cum igitur Martha non fleviſſe, sed rogasse tantum legatur: soror autem ejus Magdalena coram Christo lachrymis madescens comparuerit, ideo Filius

Idem. Dei: *Vt vidit illam plorantem* mortuum resuscitari & Lazarum vitæ restitui jussit: lachrymæ enim ejus pretium erant ad eum recuperandum, atque è mortis manibus eripiendum valdè opportunum: *Omnia Evangelista tribuit lachrymis, quibus resurrectionem defuncti sperare Christus jubet, ut noveris totum hoc negotium lachrymis contulisse,* inquit quidam Modernus. Unde colligitur hujus sanctæ mulieris lachrymas meruisse inprimis resurrectionem Lazari, *quantum ad substantiam,* ac demum resurrectionem Redemptoris, *quantum ad circumstantiam acceleracionis.*

Ioann. Pigna Esthel. 242. c. 12. num. 3.

16. Verùm enimverò ad virtutem lachrymarum respectu Magdalenæ denuo revertamur, quam dum intra memetipsum nunc peccatricem, mox pœnitentem & sanctam consido, nihil invenire queo, cui per magis proportionatam similitudinem comparari possit, quam Rosam. Videbis enim nonnunquam in elegantissimo, optimeque exculto & amœno horto vernantem rosam quandam, quæ sub meridiem dum æstus ferventior urget, pomposum edit pulchritudinis suæ specimen, purpurea sua dilatando folia, aurumque interioris sinus sui, velut thesauraria quædam manifestando & apetiendo, mox verò ubi à caloris pulchritudinis suæ æmuli molestia, velut à maligna quadam febre correpta, contabescit, videbitis eandem planè pallidam, exanguem & emortuam, inter ramusculorum suorum circumdantium brachia deficere, suamque frontem in materni styli gremium languidam reclinare, adeò ut nativâ suâ pulchritudine amissâ, vivacem colorem suum in mortis pallorem adeò commutet, ut vix eam rosam esse vel fuisse dicere posses. Quamprimum verò ad ortum auroræ bona sua fortuna benigno quodam rore irrigatur, videbitis illam denuo sensim & paulatim novella purpura superveſtiri, adeò ut pristina sua venustate perfectè recuperatâ ad eum denuo statum fœliciter redeat, in quo hortorum pompa, odoriferæ familiæ decus, mundi pretium, florumque Regina jure meritò dici potest, quantum enim ab ardore æstivo fuerat mortificata, tantundem iterum à cœlesti rore vivificatur & exornatur. Unde fuit qui ab eadem rosa emble-

Idem ma quoddam ingeniosè formatum hac subjectâ Epigraphe animavit: *Irrigata vivacior.* Porrò Magdalena in hujus mundi viridario velut rosa quædam degebat, ast peccatorum spinis usquequaque obsita: *Erat in civitate peccatrix,* & pro-

Idem. uti Doctus ille scribit: *Adhuc in spinis exsurgens rosa Magdalena apparet.* Rosa etenim erat, quæ ab æstivo seusualitatum mundanarumque voluptatum ardore correpta, famæ odorem amiserat, perdiderat ornamentum animæ, & gratiæ Divinæ venustatem & pulchritudinem, ac proinde nihil certius erat, quam quod ex vernante rosa convertenda fuisset in aridum quendam & exsuccidum truncum, nisi exoriente aurora, id est, Christo in regionem illam adventante, aterni vultus sui cælo, oculorumque suorum fidelis fœcundus lachrymarum suarum ros super purpurascentes ejus genas fuisset dilapsus; Et tunc enim *lachrymis cœpit rigare pedes ejus,* quantum virtute, quicquid per peccatum perdiderat, fœlicissimè recuperavit; unde longe meliori jure dicere poterat id, quod ab alio quodam dictum fuisse legitur: *Lachrymis mea vita redit.* O rorem fœcundissimum! ô lachrymas fœlicissimas!

17. Summa cum prudentia sanctus Lucas Evangelista dicit, quod Magdalena Magistri sui pedibus advoluta *lachrymis cœpit rigare pedes ejus.* Scire autem cuperem cur dicat, *cœpit rigare, & non cœpit lavare?* idque tanto magis scire desidero, quod constet mihi, quod quando

Chry-

Christus in ultima cœna ad illum circa discipulorum suorum pedes lavandos, exercendum humilitatis actum se accinxit, Sacer textus non dicat, quod *cœpit rigare*, sed *lavare pedes discipulorum suorum*. Audire igitur, obsecro differentiam, quæ inter duo hæc prædicta verba reperitur: *lavare* enim nihil est aliud, quàm maculas tollere & purificare: *rigare* autem propriè significat humectare. Unde Ecclesiasticus dicit: *Rigabo hortum meum plantationum.* Et S. Paulus ait: *Ego plantavi, Apollo rigavit.* Num igitur lachrymæ Magdalenæ fœcundandi virtute prædictæ habent? Haud dubiè, id enim Chrysostomus affirmat dicens: *Non sic semina delapsus imber germinare & crescere facit, ut pietatis semen excitat, & virtutem facit ex lachrymis ruens imber.* Et S. Ambrosius easdem lachrymas celebrans dicit: *Beatæ lachrymæ, quæ non solùm nostrum possunt lavare delictum, sed etiam verbi cœlestis rigare vestigium, ut gressus in nobis ejus exuberent.* O felicem te mulierem quæ inferiorem divinæ illius plantæ partem irrigando, eandem clementiæ fœtores, & salutis tuæ fructus producere fecisti: *Remittuntur tibi peccata tua.* Unde Modestus quidam ait: *Mysterio non caret, quod dicatur Magdalena pedes Christi Domini lachrymis rigasse, non lavisse, quia ut irrigatio terram fœcundat ita lachrymarum profusio Christum Dominum ad misericordiam excitabat.*

Ita S. Joannes Chrysostomus de S. Paulo hæc loquens, hanc de ejusdem Apostoli oculis effert doctrinam, nimirum felicissimos fuisse ejus oculos, utpote qui dum Apostolus in cœlum usque cœlum raperetur, paradisum viderunt apertum, & simul cum reliquis beatis spiritibus feliciter potuerunt perfrui gloria essentiæ Divinæ, idque omni meliori modo quo ab oculo mortali potest participari. Ita etenim interpretatur S. Anselmus: *Apostolus itaque raptus in tertium cœlum, intelligitur supremis Angelorum Choris interfuisse, id est, inter agminæ Seraphim sive Cherubim secreta Dei vidisse.* Aucta identidem quid os aureum hac de re dicat: *Viderunt*, inquit. *Paradisum isti oculi, viderunt tertium cœlum.* O felices oculos! ô oculos vere beatos! verùm paulò post excellentius quid de iisdem oculis subjungit, dicit enim illos oculos longè beatiores fuisse quod flevissent, quàm quod cœlum pervidissent, eoque perfruiti fuissent: *Sed eos non tam censeo beatos propter hoc spectaculum, quàm propter lachrymas, per quas viderunt Christum.* Tandem verò concludit, oculos illos ploràsse & lachrymas effudisse, fuisse quoddam, ut ita dicam: *Non plus ultra* quæ beatitudinis: *Beatior qui flevit.* Unde perspicuè colligere possumus, quod is qui hic in terris plorat & flet, beatior sit eo qui summis gaudiis perfruitur in cœlo. Nullam igitur Magdalena occasionem habet, ut cœlitum beatitudini invideat, siquidem lachrimæ ejus, quibus abunde plorans pedes Domini rigabat, virtutem in se continent, eam excellentius beatificandi, majorique gloria donandi, quàm sit illa qua Sancti perfruuntur in cœlesti Paradiso. Quis igitur prohibebit, quo minus de hac Apostola idem dicam, quod S. Chrysostomus de Apostolo prædicabat: *Oculos Magdalenæ beatos censeo propter lachrymas, per quas non solùm viderunt Christum, sed etiam ipsis cœpit rigare pedes ejus.* Etenim licet Magdalena ex millenis titulis beata dici possit, maximam tamen, quâ in cœlis refulget, beatitudinem a lachrimis participavit: *Beatior quia flevit.*

19. Quid amplius dicemus? Quod si tanquam veram semel admisimus, prouti haud dubiè admitti debet, doctrinam Chrysostomi, adstricti utique erimus capiti hujus sanctissimæ pœnitentis coronam imponere Martyrii, eam lachrimas ab oculis jugiter effundentem, prædicando tanquam Martyrem: *Dicam tibi quid valeant lachrimæ, attende diligentius: Quid Martyribus majus, quia animam suam ponunt pro amico suo? grandis gloria Martyrum: Martyres effundunt sanguinem, peccatores effundunt lachrimas: Meretrix illa non fudit sanguinem, sed fontes lachrimarum profudit, & diluit peccata sua.* Idem igitur Chrysost. esse videtur, quod Martyrè venis suis effundit sanguinem, ac quod peccator lachrimas, quæ sanguis sunt cordis, effundat ab oculis. Neque Chrysostomo per hoc satisfactum esse videtur, nisi Magdalenam insuper tanquam virginem celebret. Lachrimæ enim hoc sibi supra Martyrium proprium vendicant, quod Martyrium animas virgines inveniat, lachrimæ autem easdem virgines efficiant, hæ enim virginitatem in iis ubi ne minimum quidem illius videri vestigium potest, renasci faciunt. Errat proinde qui lachrimas Magdalenæ deperditum virginitatis florem non restituisse credit, aut qui singularem in ea præ cunctis aliis virginibus præeminentiam non animadvertit, nam ut ait Chrysostomus: *Illa in Evangelio meretrix virgines quoque ipsas honestate superavit, incredibilis in Christum amoris igne succensa*

D. Ioan. Chrysost. in Psal. 50.

Chrysost. ibid. in Matth.

succensa, & maximis sordibus peccatorum largissimo lachrimarum fonte purgata. Magdalenæ igitur debetur corona quædam ex lacte præparata & sanguine, id est, Virginitatis & Martyrii: Pœnitentis hujusce comas serrum quoddam cingere debet ex rosis liliisque contextam: Justum enim est, ut virginis & Martyris insigniatur glorioso titulo, ut hoc pacto in duplicato suo nomine resuscitet MARIÆ Virginitatem & in Magdalena Martyrium; sicque in numerum ioseratur aliarum sanctarum quæ in cælis duplicata Martyrii & virginitatis glorificantur laureola. Liceat igitur mihi, ut eum summa cum reverentia & cordis humilitate salutando, dicam ei: *S. Maria Magdalena Virgo & Martyr, ora pro nobis.*

20. Eccur igitur, ô animæ peccatrices, mulierem hanc pœnitentem non imitamini? Cur lachrimarum moneta pro illatis Deo offensis & injuriis satisfacere non conamini ad Crucifixi pedes plorando: *Ille enim fletus sit panis noster, quem quotidie comedere debemus die ac nocte.* Ita te S. P. N. Augustinus hortatur. Sint juges fletus nostri fœcunda quædam & salutaris pluvia, quæ terram animæ nostræ adaquando efficiat, ut bonarum operationum possit pro lucere fructus. Sine vita potius, quàm sine oculorum effusis lachrimis esse malo: *Sic peccatrix illa Maria semper dolebat, semper in vita sua flebat, qua commiserat,* Inquit Augustinus: Si naufragamur in culpis, hæ tabulam nobis porrigent, qua ad securum salutis portum perduci valeamus: *o felix tabula! ô vitalis navicula* (inquit Augustinus ibidem) *per quam naufragus videre potest ad portum salutis.* Utinam hoc mane vos qui Magdalenam in malo secuti fuistis, in bono quoque imitatores factos esse conspicerem. Ipsa quidem ut naufragiis secura esset, chariores & opulentiores, quas habuit, merces scilicet lachrimarum suarum margaritas, & salvum capillorum suorum aurum, in mare pœnitentiæ, ad Domini pedes projecit; vos quoque similiter facite, aurum & argentum pauperum necessitatibus sublevandis, si non objiciendo, saltem liberaliter erogando, dispensate.

D. August. serm. 11. ad Frat. in Eremo.

Idem ibid.

PARS SECUNDA.

21. *ET stans retro secus pedes Domini lachrimis cœpit rigare pedes ejus, &c.* Mox ut ab Horizonte Paradisi primi divinæ gratiæ radii in corde Magdalenæ effulserunt, ipsa mirabilem culparum suarum statum cognoscens, suumque Magistrum in domo Pharisæi præsentem esse intelligens, *ut cognovit*, acceptis scriniorum suorum clavibus, complosis ad invicem manibus, sparsâ & solutâ comæ suæ capillatura, suspiransque hunc sese in modum coram posita ob oculos suos gaza & cunctis mundi mulieribus sua ornamentis protestata, & locuta fuisse videtur: O miseri & pauperes thesauri mei (porrò pauperes vos appello, neutiquam ex aliquo egeno compassionis affectu, sed quia ipsissimam meæ dicitatem vobis inesse recognosco) apagite fili & sub hujus terræ visceribus, ubi velut in tumba quadam vestros videmini habuisse natales, denuò spelæamini, utpotè qui ad fascinandos & hebetandos per fulgores vestros mortalium oculos in lucem prodiistis. Satis sine vobis opulenta sum, quam amor Dei mei videre desiderat pauperem: Nimis quoque, vestro hoc splendore amicta, pauper sum, nisi gratia Domini mei me divitem efficiat; in veltrum proinde Orientem morituræ denuò revertamini, & ab oculis meis evanescite; O infelicissimæ natæ margaritæ, pretiosæ miseriæ vestræ verè sunt lachrimis dignissimæ, hoc enim aurora gemmis vestra declarare voluit, quando vos stillando & plangendo in conchis marinis parturivit. Apagite hinc ô fragiles gemmæ, nam ponderosa transparentiæ vestræ onus quoddam in se habent, quod in perfectionis via pigram me efficit.

22. Vos quidem in Regum & Magnatum coronis duntaxat collocari gauderis, ego autem cordialissimè vos contemno, & pedibus velut terræ lutum conculco, ad undas igitur naufragaturæ denuò redite. O fallaces divitiæ! serva & ancilla sum JESU, quem proinde tanquam Dominum meum me deinceps convenit imitari. Hic in summum bonum meum pauper nasci voluit, pro cujus amore proinde dives deinceps nequaquam vivere, sed vos corde meo aspernari cupio. Valete igitur ô vos divitiæ meæ, vale ô fragilis suppellex mea, valete ô vos pompæ mundanæ, vos quidem superioribus meis libus amavi, neutiquam idipsum diffiteor, nunc veluti mortem vos detestor & abominor. Interhasce autem protestationes, & expostulationes, habitu quodam pœnitentiali sese vestit, non minus vili, quam rudi & aspero, subtusque vestium suarum mendicitatem vas quoddam alabastrinum unguento pretioso refertum abscondit, palatia deserit, fugit comercia, divitias relinquit, repellit amantes, abrogat malas & perversas mundi consuetudines, procis suis aditum interdicit, deserit malas societates, mundo dorsum obvertit, claudit errantibus oculos, Deo velò meantem

mentem aperit, divinisque inspirationibus cor suum pandit, unde persæpe factum est, quod ab jocunda plurimorum oculorum suorum autora salutaris delapsa fuerit lachrimarum suarum pluvia, nescio an ad fœcundandam per illarum meritum animæ suæ terram, an verò ad locupletandas margaritis rosas illas, quæ in viridario vultus sui pallidiusculæ rutilabant: si per plateas eunti obviabant amici, qui ipsam attoniti respiciebant, & ab iis salutata non resalutabat, interrogata non respondebat, vocata non audiebat, ad ipsum directa suspiria, non resuspirando dissimulabat, amatores suos non redamabat, delatis sibi reverentias non attendebat, honorantes non rehonorabat, eam fixis oculis aspicientes tantùm bat, nec respiciebat, hacque ratione domum tandem ingrediebantur Pharisæi: *Et stans retro secus pedes Domini, lachrimis cœpit rigare pedes ejus &c.*

23 *Et stans retro*; opera etenim bona ab hominum oculis abscondenda esse sciebat, ut mercis apud Deum esse possint: *Et Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Et stans retro*, fortè quia in corde suo cum Manasse Rege dicebat: *Peccavi super numerum arenæ maris, & multiplicata sunt peccata mea, & non sum digna videre altitudinem cæli pra multitudine iniquitatum.* *Et stans retro*, quasi dicere vellet: Tu ô Domine, me creando pulchetrimã tuam mihi manifestisti imaginem, hanc autem ego culpis meis miserè deturbavi, atque ideò cum tam facie tua comparere non ausim, hic post tergum tuum me abscondere cogor: *Venit mulier & venit retro*, inquit Chrysologus, *quia nos animus post tergum stat ad veniam, quia per culpam norunt se vultus fiduciam perdidisse.*

24. *Secus pedes Domini.* Meritò autem ad pedes recurrit, quia adversus Omnipotentem manum data opera contendere velle, est inter supplicia esse periculis exponere; fortè etiam consona sibi erat, quod *ad pedes tendit semper, etiam quærenti quæ requirit. Secus pedes Domini.* Mancipium etenim olim fuerat Diaboli, cui nunc rebellis facta, servam se facere voluit Salvatoris, qui ut animæ suæ possessionem adire posset, ad ejus sese pedes prostravit, siquidem: *Possessio super pedum positionem. Secus pedes Domini* nam naufragium meruens, ut secutam se redderet ad instar piscis Polypi solido adhærescere vult scopulo, sive petræ illi, de qua dicitur: *Petra autem erat Christus secus pedes Domini*: Pedibus JESU advolvitur, ut se opus illud Sapphirinum esse probet ab Israelitis sub pedibus Domini visum: *Et viderunt Deum Israel, & sub pedibus ejus quasi opus lapidis Sapphirini secus pedes Domini.* O verè prudentem mulierem! Ipsa etenim statum suum verè cognoscebat, sciebatque, ad pedes Domini sibi confugiendum esse, nam ut docet S. Amb. *Peccator ad pedes, Justus ad caput.* Exod 24.

D. Ambr. l. 6. in c. 7. Luc. fol. 456. col. 1. lit. B.

25. *Lachrimis cœpit rigare pedes ejus.* Lachrimis pedes Magistri sui abluit. *O quanta vis in lachrimis peccatorum!* (exlamat Chrysologus) *Rigant cælum, terram diluunt, extinguunt gehennam, debent in omne fas inus latam divina promulmulgatione sententiam. Lachrimis cœpit rigare pedes ejus.* Oculi Magdalenæ fulgura vibrabant in corda amantium, quæ hodie vertuntur in salutarem ab iisdem oculis emanantem pluviam, ut verificetur dictum illud Psalmistæ. *Fulgura in pluviam fecit. Lachrimis cœpit rigare pedes ejus.* Per cervam edocta ad ea lectem dictamnum recurrit, ad curandum peccati sui vulnera, utque in lachrimarum suarum fonte se lavando sanitati suæ restituatur: *Lavanda ad fontem misericordiæ cucurrit*, inquit Gregorius: *Lachrimis cœpit rigare pedes ejus*; nimirum Paradisum sibi comparare volebat, atque ideò lachrimarum suarum argentum, & flavum capillorum suorum aurum ad pedes Domini promptè exsolvit: *Lachrimis cœpit rigare pedes ejus.* Ecce mutatum & susque deque inversum naturæ ordinem: cælum etenim hactenus per pluvias suas terram humectare & rigare solebat: *Mutatur ordo rerum*, quia hodie terram cælum rigat & humectat: *Pluviam terræ dat cælum, ecce nunc rigat terra cælum. Lachrimis cœpit rigare pedes ejus.* In creatione universi facta luce facta est divisio aquarum, per quam efficiebatur, quod aliæ starẽt super cælos, unde Propheta ait: *Et aquæ omnes quæ super cælos sunt*, aliæ autem essent sub cælis ad fœcũdãdas arbores. Ac proinde cõversio Magdalenæ nova quædam creatio fuit, und luce in ea creata: *Vt cognovit*, aquarum divisionem instituit, quarum una pars adhibebatur ad solum terrenum animæ suæ purificandum: aliam verò aquarum partem super cælum animatum effudit, de quo dicitur: *Secundus homo de cælo cælestis. Lachrimis cœpit rigare pedes ejus.* Videntur in Magdalena repræsentari effectus camphoræ, quæ in ipsis quoque aquis ardere dicitur; si enim flammas in ea videre cupiatis, de qua dicitur quod fuerit *Igneejus succensa*: si aquam, ex hisce verbis tenuitur: *Lachrimis cœpit rigare pedes ejus.* Refert Aristoteles quod in

D. Chrysol. ubi supra.

Psal. 134.

D. Gregor. in Caten.

D. Thom. ibidem.

Chrysolog. ser. 93. Psal. 148

Aristot. de mirab. Natura.

finibus

sinibus Carthaginensibus lapis quidam inveniatur, qui in hyeme flumina aquarum, flammas autem in æstate patiatur. Similis quoque naturæ cor Magdalenæ erat, quod nunc flammam edebat: *Magdalena cor ardebat*: nunc verò aquas scaturiebat: *Lachrymis cœpit rigare pedes ejus*. Fons quidam in Epiro reperitur (ita S. Augustinus refert) in quem intincta fax accensa extinguitur, si verò extincta in eundem intinguatur, confestim accenditur: Magdalena in lachrimarum suarum fonte, amorem prophanum extinxit, & accendit Divinum. Plinius quoque refert, quod in Frisia lapis quidam inveniatur, qui mox ut à solaribus radiis contingitur, aquam è visceribus suis confestim emittit: nostra quoque pœnitens à vero Paradisi Sole gratiæ radiis illustrata, duos confestim lachrimarum rivulos emanare fecit: *Lachrimis cœpit rigare pedes ejus*. Jonathas & David pacem inter se mutuam stabilientes, & amicitiam suam corroborare volentes: *Lachrimas plurimas emiserunt in signum firmæ & perpetuæ amicitiæ*, inquit Philo. Sic quoque Magdalena per lachrymas quas effudit, significare voluit, quod perpetuam quandam cum Deo pacem & amicitiam inviolabilem stabiliret, ac proinde *Lachrymis cœpit rigare pedes ejus*. Enimverò fœminis nulla alia præsto sunt arma ad vulnerandum & feriendum, quàm lacrymæ. Unde lex dixit *Lachrymæ fœminarum sunt arma*, Unde Apulejus Psychen Cupidinem maritum suum lachrymis suis incantasse finxit: iisdem porrò lachrymis Magdalena Filium Dei vulnerare voluit, ut is cum sponso dicere posset: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in uno oculorum tuorum*. Enimverò pœnitens nostra Antiquorum usurpare consuetudinem voluit, de qua apud Alexandrum ab Alexandro legitur, quod quando gratia aliqua prima vice à Senatu obtineri non poterat, in secundo sive iterato Senatus congressu *Lachrimis demissi & supplices candidati supplicare solebant, ita quod prius assequi non poterant, pietate motus populus traderet*. Potrò Magdalena postulatam remissionis peccatorum suorum gratiam subitò impetravit, nec opus erat ut secundum congressum exspectaret, idque ob solùm lachrymarum suarum respectum: *Lachrymis cœpit rigare pedes ejus*. Ac proinde asserat deinceps quisquis volet fontem quẽdam in Germania reperiri, in quo rami, folia, carbones, ossa, conchæ in saxa transfigurentur: vel quod in mari Danico inventus fuerit arboris cujusdam ramus quendam in se avium nidum sustinens, qui una cum nido & aviculis in marum lapidem sit transmutatus: *In mari Danico inventum arboris cujusdam ramum, atque nidum inhærentem, pullosque in eo omnia lapidea*. hæc etenim prodigia nil in se habent quod vulgare non sit, respectu aquarum quæ à Magdalenæ oculis effunduntur.

D. P. Aug. lib. 21. de Civit. Dei cap. 5.

Philo leg. antiq. Bibl.

L. 1. §. servi quoties ff. Ad S. C. Silvianum.

Apulejus lib. 5.

Cant. 4.

Alex. ab Alex. lib. 4. dier. genial. c. 3.

Ioan. Picinerius lib. 4. c. 8.

Albertus Mag. lib. de mirabi

26. *Et capillis capitis sui tergebat.* Ergone pedes Domini sui capillis suis detersit? Imò verò: *Ut verticem capilli, ex quo ambulaturus in deliciis suis, in sanctitatem tali verteret servum*, inquit Chrysologus. Potrò de Lybiæ mulieribus refertur, quod quando serpentes è domibus suis pellere nituntur, capillos suos concrement, serpentesque ex illo fumo percepto confestim fugiant. Etenim Christi pedes igni similes extitunt: *Pedes ejus in camino ignis*, suosque capillos Magdalena pedibus Domini instravit, ut venenosos peccati serpentes ab anima sua quantocius fugare posset: *Remittuntur tibi peccata tua*. Postquam Lucilius naufragium feliciter evasisset, comam sibi præscidit, eamque Neptuno dedicavit.

Diis æquoreoque Iovi.
Servatus dicat è pelagi Lucilius undâ
Hos crines; aliud namque habes ille nihil.

27. Etenim Magdalena ab æternæ mortis periculis clementer erepta, capillos suos Domino offert: *Et capillis capitis sui tergebat, osculabatur pedes ejus*. Potrò osculando pedes amorem suum Christo exhibuit: *Osculum mutui amoris incendium est, osculum pinguis est charitatis*, inquit S. Ambrosius. *Et unguento ungebat.* Enimverò vas illud alabastrinum, quod Magdalena unguenti plenum ad Christum attulit, longè opulentius fuit eò, quod Cambyses Persarum Rex Assyrum Regi donavit: Illud autem secum ad Christum attulit, ne cælestis Medicus culparum factorem perciperet. Potrò hæc omnia opera effectus fuerunt amoris, quo gennalem quandam à Christo absolutio nem obtinuit: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Tu quoque ô peccatrix anima fac simile: *Et tu plurimum dilige, ut tibi remittatur plurimum*, concludit S. Ambrosius.

SER-

SERMO XXXIII.

IN FERIAM SEXTAM DOMINICÆ PASSIONIS.

Congregarunt Pontifices & Pharisæi Concilium adversus IESVM, & dicebant: Quid faciunt, quia hic homo multa signa facit? Joan. 11.

QUam facilè judicium hominis verum à falso, bonum à malo, utile à nocivo discernendo decipitur! Logica etenim naturalis sæpè numero fallit, & artificialis haud infrequenter non sufficit unde necessario sequitur, vel quod animi suspensi hæreant & irresoluti, vel quod cæco modo se resolvendo, honestum & utile sæpè intermittatur, ejusque loco homo ad delectabile aggrediendum sese determinet, licet id revera homini nocivum sit & perniciosum. Sic etenim contigit, quod dum ab ignitæ caniculæ ardoribus homo molestatur, spirantem auram captare unam, ut refrigerium spititibus animalibus adferat recreationem, cùm tamen è contra inde potè infirmitas quædam enasci, & mors inopinata conciliari possit. Est alius qui ob infestantem febrim lecto affixus, crudelissimo quodam æstu tantum non excoquitur, unde internus omni compassione dignus, suspirat, & quiescere in lectulo nequit, quia ardentem in pectore suo furnacem habere se credit, ideo totus sitibundus ora labia fonti cuidam frigido applicare desiderat, hancque satisfactionem cuivis alteri præfert beneficio, eò quod aquam illam aliquod sibi allaturam esse refrigerium credat, cùm tamen postea contrarium experiri cogatur, scilicet augeri alterationem, ipsamque febrim per nova quæ inde accrescerunt incrementa vitam sibi tandem eripere. Id quod ideo evenit, quia voluntas cœca est, & licet ab intellectu manu ducatur, hic tamen etiam nequaquam secutus est quod decipi non possit. Unde perspicuè satis colligitur, quod licet homo à prudentiæ dictamine bene regulentur, hinc tamen in operationibus suis facillimè ejus divinitatis constellationi subjectus sit, maximè si proprium judicium operationum suarum primum mobile esse permittat. Enimverò ut huic inconvenienti congrua adhiberi medela possit, & homo ab omni reddatur erroris periculo securus, optimum meo judicio consilium esse videtur, ut homo in rebus agendis multorum requirat, & attente auscultet sententiam. Etenim si ad pondus aliquod sustentandum una manus nequaquam sufficiat, alterius manus subsidium implorare non dedignatur; & communiter dici solet: *Plus vident oculi, quàm oculus*; Tacitus quoque dicit: *Magna negotia magnis egent adjutoribus*. Unde quisquis intelligere vult quanta sit negotii alicujus gravitas, & quænam ad finem illius efficaciter obtinendum sint media maximè proportionata, necessariò idipsum in personarum probatissimarum, magnaque experientia præditarum bilance collocare debet, talium nimirum in quorum manibus vita humana, mundanorúmque negotiorum experientia & practica consistit: Nam *cùm plures plura experti sint, quàm unus solus, decet ad hujusmodi negotia alios advocare, ut per eorum consilium possit eligi via melior*, ut monet Tacitus.

Tacitus lib. 1. Annal.

1. Generosiores Athletæ, cujusmodi sunt Philippus, Pompejus, Scipio, Coriolanus, Epaminondas, Hannibal, Xerxes, & Cyrus, suas semper aures aliorum licet subditorum, & minori quam ipsi rerum bellicarum experientia præditorum rationibus atque judiciis libentissimè adhibebant; nec immeritò, profectò enim vix est possibile, quod unus homo solus omnibus possit prospicere occurrentibus casibus, vel omnes superare contrarietates valeat. Unde eruditus ille Ulyssem & Diomedem simul in una tela depictos, repræsentabat, quorum unus dexteræ suæ robore

Andr. Alciat. Embl. 41. f. 216.

robore plurimum valebat, alter vero parem sibi non habebat in dandis consiliis. Cui picturæ hanc subjiciebat Epigraphen ; *unus nihil, duo plurimum possunt.* Et Homerus Agamemnonem introduxit libere confitentem, *Longe difficilius esse, rem Trojanam evertere, si decem Nestores aut Vlysses in concilio haberet, quam sit totidem Ajaces & Achilles fortiter dimicantes.* Etenim nimia in sui ipsius judicium fiducia admodum est periculosa, ac proinde valde nobis suspectæ esse debent propriæ judicii resolutiones. Unde doctus ille & expertus Politicus prudentissimè monet, quod *Nullus debeat omnino sibi credere, & proprio sensui inniti sed debeat alios ad se vocare, sciens, quod plura cognoscere possunt multi, quam unus.* Principes & Pharisæi qui Hierosolymis degebant, dubii hærebant atque suspensi, ignorantes, quid ipsis de filio Dei faciendum esset, quem stupenda quotidiè videbant patrantem miracula, ideo tandem concilium congregare, omniumque hac super re judicium explorare decreverunt. *Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant, quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Verum enimvero quia consiliarii congregati Caiphas nimirum & alii pro majori parte mali erant, mirum non est, si tandem in pessimam cuncti resolutionem descenderunt, dicentes : *Expedit ut unus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat.* In præsenti igitur discursu, de consiliariis & consiliato sermonem instituemus, videbimus quam sit consilium necessarium & utile. Secundo quod Consiliarii boni esse debeant, æquitatem semper & bonum publicum non vero particulare & privatum ob oculos stauentes. Quod vero ad Conciliatum attinet, ostendemus necessum esse, ut illud æquitatem semper & Justitiam respiciat, quia Deus desuper nobis imminet, longeque aliter ac nos de rebus à nobis consiliatis disponit, certissimum etenim est, quod communi Proverbio dicitur : *Homo proponit, Deus disponit.* Vos igitur me fructuosè & breviter de hoc proposito disserere volentem, attente & silenter auscultate.

Franc. sen. de Regno & Republica.

Ægid. de Reg. Princ. l. 3. p. 2. c. 17.

3 *Collegerunt Pontifices & Pharisæi Concilium, &c.* Romanæ eloquentiæ Patens Consilium hoc modo definit : *Consilium est examinandarum gubernandarumque causarum subtilis animi prospectus.* Idque præ requititur, priusquam de negotiis pondus & momentum in se habentibus deliberationes instituantur ; nam ut idemmet Author docet : *Deliberatio est ante quodlibet inceptum plena maturitatis & solertia consideratio,*

Tull. in 2. Rhet.

Idem ib.

Atque ideo, dum ad illas nos actiones accingimus quæ difficultatem vel ambiguitatem aliquam in se continent, necessario adhibendum est consilium. Unde Ecclesiasticus ait : *Fili sine consilio nihil facies & post factum non pœnitebis.* Sicuti enim oculo lumen necessarium est ad videndum, manui necessaria est vita ad operandum, pedi motus ad ambulandum, arbori humor ad germinandum ; igni calor ad calefaciendum, avi alæ & plumæ ad volandum, ita homo consilium necessario prærequirit, ad providè suaque gubernandum. Unde antiquis valde solemne erat hocce proverbium : *Omnia cum consilio*, id est, cave fis, ne quicquam incipias, quod non prius in sapientum consilio veluti in bilance trutinatum fuerit. Et Ecclesiasticus inter cætera salutaria monita, hoc etiam salubriter suggerit, dum ait : *Fili ne sis sapiens apud temetipsum, sed consilium à sapiente semper inquire.* Marcus Aurelius Antoninus ad bellica vel civiliasnegotia le nunquam accingebat, quin prius cum senatu vel cum sapientibus omnia sua contulisset, omniumque quoad ea judicium attentè & perlibenter auscultasset : *Æquius est ut tot amicorum ac fidelium consiliorum sententia subscribam, quam ut illa se meæ voluntati accommodent,* atque ideo consilii ejus conatus felici semper exitu coronabantur. Contrarium prorsus Xerxes solitus erat facere, qui omnium Asiaticorum Primatum congressum quidem instituebat, non tamen ut eorum audiret & accepta haberet judicia ; sed potius ut cum unanimi applausu suis congratularentur & acquiescerent resolutionibus atque decretis : *Vos in unum convocavi, ut mei consilii vos participes facerem, ideo scitote, vobis magis esse parendum, quam suadendum.* Veruntamen postea, licet serius, clare animadvertit, quod quia amicus & fectator fuerat propriæ opinionis, solas contexuit chymæras, somniataque in aëre fabricavit palatia, siquidem pro mercede ab hoste sibi illatæ & perpessæ stragis, coactus est eidem concedere honorem victoriæ, fuitque in eo verificata illa Plauti sententia : *Nemo solus sapit* : nec non & illud solemne Sophoclis dictum : *sibi placere insolentiæ est insania.* Nam ut alius quidam prudenter notavit.

Consilio quicunque suo sapit, haud sapit ille,
Consilio alterius qui sapit, ille sapit.

Abeat itaque Cæsar, & Consilium aspernetur Spurinæ, qui ob prognosticum Cæsari factum

quod

quod ultra Kalendas Martii non viveret, ei ut sibi caute prospiceret, suaserat, quem cum Cæsar fidelitèr monentem derideret, imo sibi secretum ingredienti obvium hoc dicterio notaret: *Nonæ Kalendæ Martii advenere?* Sputina eidem respondit: *Sed nondum præteriere.* Unde paulò post per manum Bruti & Cassii violenta & funesta mors ei accidit. Alexander quoque Magnus vitam suam in flortda 34. annorum ætate per violentam ex propinato à Barbaris veneno sibi illatam mortem nequaquam terminasset, si Nearchi à Chaldæis ad eum missi consilium auscultare dignatus fuisset: *Cum consilium sprevisset, paucorum dierum curriculo in medio victoriarum cursu, veneno sublatus est.* Sic quoque contemptus consiliorum quæ Roboamo à Senioribus & sapientibus suggesta fuerant, causa unica extitit, cur idem ille Roboam filius Salomonis Regnum perderit: *Seniorum & sapientum consilia neglexit.*

4. Zeuxes formosissimæ Helenæ effigiem delineaturus, suum prius à famosissimis & pulcherrimis totius Græciæ puellarum effigiebus delumsit consilium. Themistocles Rempublicam non solum ingenio & viribus, sed etiam consilio adoleu asseruit. Pericles actionum suarum moderamen ab Anaxagoræ consilio desumebat, Dionysius utebatur consilio Platonis, Alexander Aristotelis, Antigonus Zenonis Stoici, Atheniensibus Demosthenis. Demetrius Phalareus Prolemæum Regem exhortabatur, ut bonam sibi eum librorum provisionem faceret, qui de Regimine tractarent, eosdemque omni cum diligentia evolveret, ut ab iisdem illa accipere consilia posset, quæ nullus ei amicorum suggerere præsumeret. Romulus post ædificatam Romam centum sibi sapientes delegit, *quorum consilio agere.* Alexander Severus nullam promulgare legem solitus erat, quam non prius cũ assistentibus sibi consultoribus contulisset. Antonius Pius gloriari solebat, quod actiones suas multorum consiliis suffulciret. *Æquius est, ut ego tot talumque amicorum consilia sequar, quam ut tot taleque amici eam unius sequantur voluntatem.* Innocentius Papa VIII. ad Pontificatus sui felicius regimen duodecim elegit consiliarios sine quibus nihil penitus statuebat: *Sine quorum consilio nihil prorsus decernebat.* Sicque illi se præcepto conformavit, quod Eruditus ille omnibus Principibus suggessit, dum ait: *Nihil faciant temerè Principes, doctos sapientesque viros consilijs adhibeant.*

5. Omnibus illis qui juxta suum privatum judicium res suas gubernant, accidere solet, quod Paulus Manutius jumento Horatii accidisse refert, quod viam, qua eundem esset, ignorans, & viæ duci suo sive agasoni obedire detrectans, in profundissimam sese foveam infeliciter præcipitavit: *Dictu mirum non admittere consilium: hi asinum illum Horatianum referunt, qui cum nec viam nosset, nec duci pareret, in ruperm præceps datus est.* Ac proinde mirum non est, quod nonnulli magnates ipsarummet etiam fœminarum consilia grata habere non fuerint dedignati. Sesostrates enim Rex Ægyptiorum conjugis suæ consiliis acquiescens, ab imminenti quodam periculo universam suam salvavit familiam. Ataulphus quoque Gothorum Rex, si Paulo Oroſio, & Paulo Diacono credimus Placidæ conjugis suæ consilium admisit. & à proposita sibi urbis Romanæ devastatione destitit. Clodovæus item Rex Franciæ per consilia Clothildis filiæ Regis Burgundiæ inductus est ut in Catholicæ fidei facta dogmata perlibenter consentiret, ut refert Gaguinus. Cum Hesinius Magarensis ab Apollinis oraculo scire desideraret, qualiter sibi agendum esset, ut negotia sua feliciter succederent, hoc ab oraculo responsum retulit: *Refer ad multos, si gerere quicquid feliciter volis.* Græci consilia cum multis agitata adeo necessaria esse duxerunt, ut ob id *Democratiæ* regimen adinvenerint, quæ nihil aliud innuit, quam quod *cum pluribus consultandum sit.* Et tametsi nonnemo inveniri nonnunquam possit, qui in negotiis maximè arduis se à semetipso determinare possit, nihilominus imprudentiæ semper argui meretur, quisquis à proprio se judicio seduci permittit: *Licet homo à seipso possit invenire vias, & modos ad aliquid peragendum, attamen imprudens est, qui soli suo capiti innititur, & renuit aliorum audire sententias:* scribit omnibus gubernatoribus monita loco Eruditus ille

6. Verum enimvero Historiæ sacræ pro millenis aliis prophanis, quas adducere vobis possem, valeant. Etenim in hujus vastæ mundi molis admirabili ædificio Deus in creatione cœli & terræ divertsimode se quàm in formatione hominis habuit. Dum enim Cælum, Solem, Lunam, stellas, terram, mare, pisces arbores, volatilia, quadrupedia & alia creavit, solam hujus verbi *Fiat* virtutem & potentiam simpliciter adhibuit, dicendo: *Fiat Firmamentum: Fiat Lux: Fiant Luminaria & factum est ita.* Postea vero subjungit: *Producat terra herbam virentem*; & ecce mox

de Opt. Reip. stat. l. 10. c. 1.

Paul. Manut. in Adag.

Barthol. Cassan. p. 2. Consid. 10. Catal. glor. mundi

Oros. c. 132. & D. Diac. lib. 13. de gestis Ro. Gaguin. lib. 1. c. 8. de gestis Franc.

Pier. Valer. Laur. Scalab. in moral. de Passione Dom. c. 1. §. 1. à Ægid. in Polit. de Regim. Princ. p. 2. l. 3. c. 17.

Gen. 1.

terram viridi gramine & germine vestitam, & floribus adornatam : *Producant aquæ reptile anima viventis, & volatile super terram* ; & subitò mare factum est piscibus refertissimum, aerque volatilibus frequentatur : *Est factum est ita.* In productione hominis autem, ordo & stylus loquendi mutatur, & loco Ly (*fiat*) adhibetur Ly (*faciamus*) dicendo : *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Porro differentia hæc à multis expositoribus, præcipuè vero à S. Gregorio Nysseno, & S. Basilio attingitur, dum ajunt : *O rem admirandam! Sol creatur nulla deliberatione præcedente, eodemque pacto cœlum, quibus duobus nihil esse par creaturis in rebus potest.* Et postea subjungit : *Æther, sidera, interjectus inter hæc & nos aer, mare, terra, animalia, plantæ, omnia uno Dei verbo in ortum producta sunt,* & ad solam hominis formationem modo quodam particulari sese applicat : *Solius ad hominis fabricationem creator ille universitatis rerum, quadam cum consideratione accedit.* Id quod Sanctus Basilius quoque admirans, ita loquitur: *Mare & pelagus immensum præcepto ad esse producta sunt ; piscium genera omnigena jussu facta sunt; fera & jumenta, & volatilia, dixit & facta sunt : Hic nondum est homo, & consilium sit de homine.* Num igitur Deus hominem creando consilio indiget? aut in suis est operationibus anceps & ambiguus, adeo ut modum meliorem faciendi internoscere nequeat? Consiliari ad eum pertinet, qui de bene operando minimè securus, ne erret aut impingat, graviter formidat. Cum igitur Deus hisce periculis minimè sit subjectus, cur considerando de rebus agendis deliberat? *Ideo consiliamur* (inquit Politicus) *ut regulemur in actionibus nostris.* Cum igitur Deus ut Deus ex sua natura nullas possit elicere actiones, quæ non sint perfectæ, cum ipse sit ipsissima in abstracto perfectio, nec possint non esse regulatissimæ, cum sit ipsissima regula, nullo utique consilio opus habebit, ecquis hac de re dubitat? Enimvero nolo vos diutius tenere suspensos, atque ideo dico, quod Deus trinus in personis in productione hominis consilietur : *consilium sit de homine,* dicendo, *faciamus, & non fiat,* ut homo inde discat, quod quantumvis homo prudens sit & regulatus, nihilominus opus habeat consilio, ideoque in suis operationibus aliorum quoque judicia audire & requirere debeat, inquit quidam Modernus: *Ideo Deus consilium præmisit, dum hominem effingeret, ut eum doceat, aliorum consilia non detrectare.*

Gen. 2.

D. Greg. Nyss. strom. de opif. c. 3.

D. Basilius hom. 10. de hominis constitut.

Ægid. de Regim. Prin. p. 2. l. 3. c. 16.

Ioan. Pinnat. l. 4. c. 37. Ethol. 914. n. 8.

7. Valde mystica est visio illa quam Sanctus Joannes refert se ecstatico contemplationis oculo fuisse contemplatum. Dicit enim se Deum in throno Majestatis suæ observasse, atque ad ejus latera per circuitum viginti quatuor seniores sedentes vidisse. *Et super thronos, vel in circuitu sedes viginti quatuor seniores sedentes.* Sanctus Thomas quærit hoc loco, qualesnam hi seniores fuerint, & quodnam fuerit eorum officium, & dicit, quod erant *Seniores per prudentiam, & sedentes per justitiam.* Porro quando Deus princeps universi in aula sive curia cælesti in Throno magnifico residentiæ suæ considet, maximi momenti & ponderis negotia determinaturus, illa primo cum sapientissimorum consiliariorum suorum prudentia confert, & consiliatur, non quidem quasi nescius sit, quid facere debeat, sed ut hinc magnates documentum accipiant, quod homines prudentes valde & circumspectos sibi assidentes habere debeant, quibuscum gravia negotia sua confertè & omnium opinionibus & judiciis auditis, id quod melius factu futurum sit eligere, eique se conformare possint : *Ut discant, quod in excelso fastigio collocati, à latere semper habeant viros consulentes, cum quibus omnia ad regimen spectantia conferant.*

8. Solebant olim in populo Moysis regimini subjecto nonnunquam aliquæ suborti difficultates, ex quibus in gente Israelitica magnæ nonnulli conturbationes poterant ; Quibus ut Moyses omnem intercluderet aditum, omnibusque ejusmodi inconvenientiis mederetur, à diluculo matutino usque ad vesperum pro tribunali sedens singulorum difficultates & querelas assiduè auscultabat : *Sedit Moyses, ut judicaret populum.* Jethro autem socer illius, qui generi sui utpote amoris & promotoris pacis prudentiam quæ gentium animos componere satagebat, laudare debuerat, eundem potius reprehendebat, tanquam virum modi gubernandi omnino expertem, quique tempus pariter & operam perderet : *Non bonam rem facis, stulto labore consumeris tu, & populus iste, qui tecum est.* Ecce hanc Moysi irrogatam reprehensionem vehementer obstupesco, tum quia imaginari mihi nequeo, quamnam Jethro occasionem habuerit generum suum velut hominem ignorantem arguendi & reprehendendi; tum denique quia nescio quanam in re Moyses defecerit; an forte quia subditorum lamenta non satis maturè auscultarit? aut quia in decidendis causis, & in decernendo unicuique jus suum, aliqua

quo fuerit passione motus? Nequaquam, Moyses enim vir mansuetissimus, integerrimus, & justus erat. Unde igitur Jethro motus est ut diceret: *Non bonam rem facis, & stulto labore consumeris?* Existimo Moysen hanc reprehensionem promeruisse, eò quod in suo tribunali non sederit ad eum modum, quo Deus à Joanne vidit se sedens inter seniores, ut superius diximus, sed solus & sine adhibitis consiliariis, quibuscum causas subditorum eorumque momenta conferre potuisset. *Cur solus sedes?* Jethro igitur Moysi socero displicebat, hoc à genero suo juxta proprium cerebrum, & ex propria privataque opinione exercitum judicium: *Non bonam rem facis stulto labore consumeris.* Porrò hanc ipsius Jethro intentionem fuisse, ex doctrina sancti Joannis Chrysostomi expresse deducitur; dicit enim sanctus hic Pater: *Etiamsi perfectus sis, opus est tibi consiliario, consiliarius omnes opus habent; Multa enim sunt, quæ etiam magni & admirabiles viri ignorant.*

9. Isaias propheta de Filio Dei pro sui Incarnatione in hunc mundum descendente loquens, Spiritum Sanctum super eum requiem suam habiturum, eumque cunctis donis suis adimpletum esse prædicit: *Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini:* Postquod Dei filius omnia jam recensita dona Divinaucto cœlitus acceperit, contra hoc nihilato, quod opponam, hæ namque prærogativæ tantæ adeoque infinitæ personæ ex omni numerò debebantur, at vero capere nequeo, quidnam super timore plenus fuisse dicatur; quæsum enim erat timoris istius causa? *Replebit eum Spiritus timoris Domini.* Sed quid illi opus erat timere? Num forte formidabat Dæmones? sed nunquid hi ad solam nominis sui pronuntiationem contremiscere incipiunt? Num forte sibi ab Angelis metuebat? sed nunquid hi genuflexi ipsum adorant? An forte homines, elementa, vel alias creaturas timebat? at vero nunquid & iste ipsum tanquam Dominum universalem venerantur? An forte timet, ne Pater suus æternus ei insidietur? Minime; nunquid enim hic ipsum filium suum dilectum appellat, in quo illum sibi complacuisse iteratis vicibus publice est protestatus? Quamnam igitur habet timendi occasionem is, qui plenus est fortitudine, atque omni doctrinæ, pietatis, intellectus, & consilii locupletissimus? utique hunc timorem filius Dei in se habuisse dicitur pro institutione magnatum, qui omnino sibi persuasum habere debent, quod non obstante quod docti sint, magnaque experientia præditi, aut idoneum ad suggerendum aliis sana consilia intellectum habeant, sibi tamen de consilio proprio nimium confidere, propriæque sententiæ nimis pertinaciter minimè insistere sed potius timere semper debeant, ne sine plurium audito judicio graviter errent: *Docemur nempe, quò altior quisque est, eò minus suis fidere viribus, suo acquiescere judicio.* Enimvero quidnam sapientem dicere voluisse existimatis, quando sapientiam loquentem, locumque in quo habitet indicantem introducit? Audite: *Ego sapientia habito,* ubi? Num forte in Athenarum Areopago? vel inter doctissimos totius Græciæ sapientes? Nequaquam, sed *In consilio, & eruditis interfum cogitationibus.* Quidnam significat, quod sapientia in consilio habitet? Explicatur idipsum clarius paulò infra, dicendo: *Qui sapiens est, audit consilia.* Sapientiam igitur in consilio habitare, idem est, ac si diceret, sapientis est consiliari cum aliis, vel propria sapientum actio est multorum audire sententias, imprudentis verò proprium est easdem respuere: *Vbi significat sapientiam non solum oriri ex consilio, sed etiam ad consilium requiri: sicut enim stultus sine consilio præceps fertur, ita sapiens nonnisi maturo consilio præmisso operatur.* Jacob ex quo executus fuit suggestum sibi à matre consilium, primogenituram sibi comparavit, omniumque paternarum divitiarum hæres declaratus fuit. David consilium Jonathæ prosequendo, à morte ereptus, & diadema Regni adeptus fuit. Hesther Mardochæi consilia amplexata ex ancilla ad Reginæ dignitatem evecta fuit: *Quam ad regimen aptus, qui promptus est ad bona consilia capessenda?* concludit quidam Modernus.

10. Verum enimverò dicat forsitan aliquis: Quo fine aliorum sententias & judicia auscultabit, qui jam apud semetipsum de rebus faciendis prudenter satis est determinatus? Mutare sententiam, eamque non complere, signum est leviculi hominis, qui instar folii est volubilis. Ast verò ex nunc tibi ostendam omninò contrarium; communè etenim Proverbium est: *Sapientis est mutare consilium,* maximè ex malo in bonum, & ex bono in melius. Celebrabantur in Cana Galilææ nuptiæ ad quas inter alios primores simul convenerunt Christus Domi-

Paul. Marnap. in Cant. Vest. 8. c. 1. v. 6. sect. 3.

Prov. 8.

Proverb. 12.

Mendoza l. 2. lib. 1. Reg. cap. 1. v. 10.

Gen. 27. 1. Reg. 19. Esther 2. Anton. de Escobar. tom. 1. lib. 6. cap. 2. observ. 2. sect. 2.

nus nosset cum sanctissima matre sua. Accidit autem, ut præter opinionem in iis nuptiis vinum deficeret, unde omnes convivæ non parum confusi & mortificati fuere. Porrò pientissima Dei para defectum hunc confestim advertens, filium ut occurrenti necessitati succurrere velit piè precatur: *Fili, vinum non habent.* Cui ille respondit: *Quid mihi & tibi est mulier, nondum venit hora mea*, quasi diceret: si defecit vinum de hoc is curet, quem præsentes nuptiæ concernunt, verum quidem quod per miraculum quo-dam vinum subitò curare possem, veruntamen patrandorum miraculorum tempus nondum advenit: *Nondum venit hora mea*; Quæ verba

Dionysius Carthus. ibid. art. 7. Tolet. ibid. in com.

à Dionyso Carthusiano hunc in modum exponuntur: *Id est, adhuc non est tempus faciendi miraculum mutationis aquæ in vinum, seu alio modo supernaturaliter providendi de vino sufficienti.* Nec non & Cardinalis Toletus: *Nondum venit hora mea, in qua secundùm meam æternam dispositionem hoc opus facere decrevi.* Verum quod si miraculum facere recusat, eo quod nondum venerit hora, in qua illud facere decrevit, cur igitur postea tanquam homo sententiam revocat, & hydrias aqua repletas videns aquam in iisdem in vinum transmutat? Quod si hora miraculum patrandi nondum advenerat, cur tandem in eadem met hora idipsum patrat? Miratus idipsum Modernus quidam, Dominum

Didac. de Baeza T. 2 in Evang. lib. 11. cap. 1. §. 16.

interrogat, dicens: *Si non venit hora, ô bone IESV, cur statim facis?*

11. Veruntamen priusquam ad hanc difficultatem respondeamus, alium quendam Scripturæ passum ponderemus. Cùm puer JESUS duodecimum attigisset ætatis annum à MARIA & JOSEPHO perductus est in Jerusalem, quando secundùm consuetudinem diei festi eo ipsis eundum erat; In via autem in multitudine hominum eundem amantissimum filium suum amiserunt, quem tandem summa cum industria ac sollicitudine conquisitum post triduum in templo inter Doctores invenerunt disputantem, tantaque olim doctrina & sapientia respondentem, ut in stuporem raperet cunctos sapientissimos Synagogæ Hierosolymitanæ Rabbinos. Porrò mox ut MARIA solem illum videt, qui afflictionum triduanarum tenebras à pectore suo dissipabat, redeunte in vultum ejus pristina serenitate protinus consolationem cordis sui sensit; cumque causam ex eo scisceitata fuisset, cur tanto

Ioan. 2.

parentes suos mœrore affecisset: *Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te:* Filius confestim respondit: *Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Et subitò è loco sua consurgens relictis in templo Doctoribus simul cum JOSEPHO & matre sua discessit, atque in Nazareth denuò rediit: *Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.* Verum enimverò ô Domine, condescende nonnihil curiositati meæ, quid est, quòd per patris tui negotia disputando & docendo tractare decreveras, nunc visis parentibus à cœpto operi desistas? cur mentem tuam mutas atque reflectas, dum patris negotiis posthabitis, matrem tuam in Nazareth redeuntem confectatis? *& descendit cum eis.* Factum est hoc haud dubie, ô Auditores, eo fine, ut à Salvatore nostro discamus, quod in concepta opinione atque proposito nostro pertinaces & inflexibiles minimè esse debeamus, quin potius aliorum salutaria consilia libenter & attentè auscultemus, nostrumque propositum haud gravatè, pro ratione temporis & occasionis id à nobis exposcentis mutemus. Audite sanctum & mellifluum Doctorem Bernardum hac de re his verbis disserentem: *Quis jam non erubescat obstinatus ipse in consilio suo, quando suum sapientia deserit? si mutavit consilium suum, ut quod jam tunc cœperat, ex tunc usque ad trigesimum ætatis suæ annum prorsus dimiserit.* Porrò Christi propositum bonum erat, atque perfectum, siquidem ei facere statuerat, quæ Patris erant, & tamen obstitas matris suæ lachrymas & preces confestim idipsum mutavit, ad ejusdem fere modum, qui licet in nuptiis Canæ in Galilæa nullum patrare miraculum statuisset, secus tamen suadente tempore & occasione, & audita sollicitatione matris dicentis ei: *Fili, vinum non habent*, opportunum fore existimavit si aquam in vinum commutaret, tametsi *non venisset hora ejus.* Unde Modernus quidam ait: *Crederem velle meum miraculum longius differre, juxta quod consilium & voluntatem præclarè dicebat: Nondum venit hora mea*; melius tamen se facturum esse censuit, si ad matris mentem propius accederet: *Sapientissimi enim, imò divinissimi hominis est novis attentis circumstantiis nova variare consilia.*

12. Verissimum est quod consiliarii esse debeant viri integerrimi, DEUM timentes, conscientiosi & amatores virtutum, non verò de-

gene-

rare illorum de quibus sanctus Bernardinus Senensis dicebat: *Cujus animam voluptates corrumpunt, libido devincit, avaritia subjugat, cupiditas perturbat*, a talibus enim nonnisi mala & ad proprium interesse spectantia consilia exspectari possunt: sed potius eas in se conditiones debebit exprimere; de quibus supradictus Sanctus dicit: *Talis debet esse qui consilium dat, ut sejpsum formam aliis atque exemplum bonorum operum exhibeat, in doctrina, in integritate, ut sit ejus sermo salubris, atque irreprehensibilis, consilium utile, ratio honesta, sententia decora.* Etenim ex supernis adducta sanctæ Joannis visione speciales quasdam habemus conditiones ad bonos consiliarios requisitas. Seniores enim illi vestimentis candidis induti erant, capurque eorum coma argentea contectum corona aurea ambiebatur: *Circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* Per quod Spiritus Sanctus demonstrare nobis voluit, quod qui Principibus, Civitatibus, vel Rebuspublicis tanquam consiliarii assistunt, veste candida induti esse, id est, mentem puram & candidam habere debeant; in capite verò coronam gestare auream, id est, capitis vertiem charitate habere debeant ornatum, quæ utpote Regina virtutum aptè repræsentatur per aurum, quod Rex quidam est metallorum. Id quod in multis Principum consiliariis valde deficitur, qui mentem non habent puram & candidam, sed passionibus valde contaminatam. Tanquam, quia Principem pecuniæ cupidum efficiunt, ut ejus sibi favorem & gratiam adquirant, ab eoque in numero ingeniosorum atque fidelium habeantur præ cæteris, diu noctuque modos, & rationes excogitant novas erigendi gabellas & contributiones, qualiter ex subditorum sudoribus, pauperumque hominum visceribus ingentes coacervare possint pecunias, unde in sublimatione ingenii sui, subditorum sudores distillant, ut inde eliciant argentum, & aurum, licet ipsi fame mori & interire cogantur. Hi tales quidem caput habent corona redimitum, non tamen aurea, quæ figura sit charitatis, sed plumbea, quæ gravat & onerat, efficiendo ut subditorum humetis nova semper onera imponantur, donec supprimantur totaliter, ut ne suspirare quidem possint. Enimverò in quem finem peculium hoc adeò inique congregatum adhiberi & impendi existimatis? Num fortè ad templum aliquod erigendum? vel ad puellarum domos? vel ad hospitalium ampliores fundationes? Minimè, sed (quod sine ingenti dolore dici non potest) ad fovendas meretrices, ad stipendiandum Morliones, ad Indos, in quibus sæpe una nocte prodigitur, quod per integri anni spatium laboriosè congregatur. O sanguis pauperum quo vadis? quam inutiliter impenderis? Hic est sanguis ille, qui nostris temporibus *clamat de terra*, adversum consiliarios. Principes quidem optima sunt mente præditi, verum hi pauperum jurati hostes, & suipsius amici eandem miserè & turpiter contaminant. Ingentes proinde referamus cælo gratias, quod nos in Italia Principes ejuscemodi non habeamus, iisque compatiamur subditis, quorum humeri tantis premuntur gravaminibus atque oneribus, ut de terra se vix erigere possint. Id quod utique non fieret, si in iis regionibus, Provinciis vel regnis tales essent consiliarii, qui DEI honorem, calamitosasque subditorum miserias ob oculos haberent.

13. Regius Propheta David Psalmum 119. composuit, eique hunc titulum *Canticum graduum* præfixit, per quod nimirum ascenderetur & descenderetur: *Graduum descendentium & ascendentium.* In hoc autem Psalmo David inter alia dicit: *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa*; quasi diceret: Ex quo Rex sum, aliorum imperio destinatus, aliam à te gratiam minimè exposco, quam ut me à labiis iniquis, & a lingua dolosa eripias: At verò quænam sunt hæc labia? vel qualis est lingua illa de qua loquitur? Forte de labiis inimicorum suorum agit, qui famam ejus misere dilacerant? nunquid ipsemet suamet potentia & industria hasce a naribus suis abigere muscas prævalet? Væ regno illi cujus Rex adeò ignavus est, ut malevolorum venenosa labia obsecrare, aut maledicis linguis imponere silentium non possit. Verumtamen, ô Auditores, non est hoc Regis nostri, de quo loquitur, propositum; sed in præcitatis verbis à malis consiliariis liberari desiderat: *Domine, libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa*; quasi diceret, ut interpretatur quidam Modernus: *Me ab impio avoca consiliario.* Quid autem, ô Rex invictissime, in malis consiliariis sinistri formidas? timeo ne mali consiliarii in extrema me præcipitia proturbent; sicut enim boni consiliarii Principem suum ad DEUM ascendere faciunt, ita mali omnia susque deque evertunt, & in extremum exterminium adigunt: *Quid est lingua dolosa?* interrogat idemmet Pater, *subdolam habens*

Psal. 119.

D. Augustin. ibid. fol. 37. & Hugo Cardinalis.

Idem ibid. fol. 308.

ima-

imaginem consulendi, & perniciem nocendi. Pessimorum namque consiliariorum pravæ opiniones, optimos Principes excæcant, prouti frequenti docemur experientia.

14. Protomatrem nostram infernalis serpens hisce fere verbis adoriebatur: quis te timor coërcet; O Eva, quo hujusce arboris fructus degustare prohiberis? Nulla aliarum arborum delicatos adeò fructus progignit, suat etenim meliores ex omnibus qui suat in Paradiso. Num fortè id tibi difficile est credere? Experire obsecro. Forsitan DEUM hosce fructus sibimetipsi reservasse dicis; at verò vel ex hoc solum facile tibi est colligere, fructus illos delicatissimos esse, utpotè soli DEI palato reservatos. Num fortè DEUM hosce fructus comedere credis? O te simplicem mulierem si id tibi persuadeas. Portò Deus ea solum de causa fructus hosce à te gustari vetuit, ut postea illos manducans, tanto sint palato tuo gratiores; an etenim privationem appetitum generare ignotas? Id quod appetitur & desideratur longe gratissimum est, cum deinceps obtinetur DEUS utique se suaque opera à te contemni & aspernari existimaret, si delicias suas, quas tui solius causa produxerat, aspernateris. Certè si eosdem in usum & commodum meum creare dignatus fuisset, in degustandis illis non morarer, sed non rogatus ultro citroque eosdem apprehenderem. Num fortè tibi persuades quod DEUS totius universi creator deliciosissimum fructum hunc ab hac arbore nasci fecerit, & postea nullius creaturæ usui ipsum cedere velit? Equidem DEUM fructus hosce nequaquam comedere, tu melius nôsti quam ego, signum itaque est quod tibi soli eundem reservaverit. Præterea sciendum tibi est, quod DEUS huic pomo virtutem dederit illuminandi cæcos, imbuendique homines scientia boni & mali. DEUS autem qui in omni perfectionum genere perfectissimus est, nequaquam indiget, ut visum & scientiam hanc ab arborum fructibus emendicet; ac proinde alterutrum mihi concedere debebis, nimirum quod vel DEUS hanc unicam arborem absque ullo sibi proposito fine produxerit, quod in maximum cederet honoris sui præjudicium, sic enim imprudenter & stultè operatus fuisset: aut quod fructum istum pro tuo ore atque palato crearit, ut scilicet aperiantur tibi oculi tui, tibique inseratur scientia perfecta boni & mali. Acquiesce igitur, ô simplex mulier ea, huic meo consilio, meisque verbis fidem adhibe, mox enim ut pomum istud simul cum multo tuo degustaveris: *Aperientur oculi vestri. Eritis sicut Dii scientes bonum & malum.* Enimverò si hæc serpentis verba una mecum attentè examinaveritis, facile cognoscetis, quantum malorum author & causa sit unicus Consiliarius malus: Satis enim perspicuum est, quod demon mendax sit, & contrarium semper dicat ejus, quod vere est, & in hoc proprie consistit mendacium: *Sicut tunc aliquis dicit verum, quando affirmat esse, quod est, & negat esse quod non est: ita tunc aliquis dicit falsum, quando affirmat esse quod non est, & quando negat esse quod est.* Quisquis enim mendax est, voce sua contrarium illius exprimit, quod revera est, vel futurum erit. Unde ex quo serpens infernalis dicit: *Aperientur oculi vestri*, omninò contrarium per id significare credendus est, id est, claudentur oculi vestri. *Eritis sicut Dii*, id est, vos qui Dii quidam terrestres estis, Deitatem vestram amitteris: *Non solum sicut Dii esse desierunt, sed etiam qui quasi Dii Dii erant, quibus dictum est: Ego dixi Dii estis, filii Dei gratiam perdiderunt*, inquit sanctus Ambrosius, similiter quando postea subjunxit: *Eritis scientes bonum & malum*, idem est, ac si diceret: amitteris scientiam boni & mali. Nunciatur totum diabolici hujus consiliarii ad protomatrem nostram habitum sermonem breviter recapitulemus, illius enim hæc fere est præcipua series, quod si tu, ô Eva, una cum tuo marito consilio meo adhæseritis, cæci evaderis, terrenamque vestram amitteris Deitatem, nec verum à falso prudenter discernere poteritis. Id quod Rupertus Abbas Tuitiensis considerans ait: *In hoc casu docemur, ut è malis consiliis discernamus.*

15. Postquam tres Magi Magni Judæorum Regis in hunc mundum recens nati nunciam perceperunt, è suis regnis egressi, ad eum debite honorandum opulenta ei munera, aurum scilicet, thus, & myrrham, obtulerunt. Quia verò nativitatis suæ locum ignorabant, ideo ne cæco quodam modo ambularent, DEUS lumen quoddam ad eos misit, quo mentes eorum illuminabantur, & secrum lis iter commonstrabatur, videlicet stellam quandam, quæ veluti viæ dux motu suo eos præcedebat. suoque lumine viam illis demonstrabat: *Et ecce stella quam viderant Magi in Oriente, antecedebat eos.* Cum verò Hierosolymam usque pervenissent, mox stella disparuit,

prout

mouti asserunt Chrysostomus, Theophylactus, Paschasius, Doctor Angelicus, Carthusianus, & alii. Verum enimverò cur stella hæc se Hierosolymis videri non sinit, cùm tamen stella hæc à civibus Hierosolymitanis visa in majorem Magorum excellentiam, nec non in majorem puerali JESU gloriam utique cedere potuisset? Omnibò existimo stellam hanc disparuisse eò quod tres Magi Hierosolymis dubitantes, quonam vel qua via illis eundem esset, ut Christum invenirent, à Civitatis incolis plenam hac de re informationem petierint, dicentes: *Ubi est qui natus est Rex Iudæorum*, quasi stella iis dicere voluisset: Sicne? Ergone cives Hierosolymitanos quo ad viam, quæ ad noviter natum Regem recta ducit, in consilium adhibetis? malos nimirum & novi Regis natijuratos inimicos? attendite quam inde utilitatem filiis reportaturi. Mox enim stella se subducet, lumen scilicet cæleste, quod mentem vestram illuminabat, sine quo impossibile vobis fuisset, vel unicum gressum movere, qui ad Dominum recta vos duceret. Est hæc opinio sancti & melliflui Ecclesiæ Doctoris Bernardi dicentis: *Hinc manifestè datur intelligi, quoniam animum flagitantes consilium, Divinum amittunt, & conversos ad terrenum documentum, signum cæleste deseruit.* Id quod à Strabone egregiè confirmatur, dum ait: *Dum à malis consilium quæritur, vera illuminatio perditur.* Quotquot consilia agitantur cum impiis & malis consiliariis, à quibus nil aliud quam malum publicè possumus?

16. Christum Salvatorem nostrum ultra mare Tiberiadis ingens quædam multitudo sequebatur virorum ac mulierum, qui in summa fame Christum integro triduo patienter sustinuerant, cumque nulla ibi posset vitæ annona pecunia comparari, nil illis præter solam spem in Divinum subsidium supererat. Potrò Christus ejusque Discipuli hujus turbæ necessitati viscerosissimè quidem compatiebantur, nec tamen habebant, undè illis subvenire possent, & licet Dominus noster valde se auxium exhiberet, veluti si nesciret in quam partem se resolvere deberet, ipse tamen optime quid futurum esset præsciebat: *Ipse enim sciebat quid esset facturus.* Tandem ad Philippum conversus de modo quo panis ad hanc multitudinem satiandam sufficiens comparari posset, deliberavit: *Dicit ad Philippum: unde ememus panes, ut manducent hi?* Philippus autem humeros contrahens dicebat: ut verum fatear, O Domine, omne hic me consilium deserit, neque enim ullum excogitare possum medium, quo genti huic provideri possit; hæc etenim multitudo adeò est ingens, ut ducentorum denariorum panes ad eandem frugaliter reficiendam minimè sufficerent, *ut unusquisque modicum quid accipiat.* Enimverò non video causam cur Philippum potiùs consilii causa interroget dicendo: *unde ememus panes?* siquidem multi Doctores scribant, hunc discipulum idiotam fuisse & exigua experientia aut tagacitate præditum, cur non potius Judam in consilium advocat, qui marsupium sive loculos habebat, sciebatque quænam essent loculorum Apostolicorum in pecunia vires; adhæc cùm ageretur de emendo pane, justum erat ut Judas requireretur, hæc enim necessariorum emendorum cura Judam proprié tangebat, qui dispensator erat & Procurator, ac proinde S. Paschasius ait: *Domine quare à Iuda, hic habet marsupium.* Verum videor mihi Christum audire respondentem: Absit ut à Juda petam consilium. Quale enim consilium mihi daturus esset homo pessimus & depravatæ voluntatis? Nolo igitur Judam habere consiliarium, ipse etenim alter quidam Caiphas est, bonos igitur mihi adsciscere volo consiliarios *Cor boni consilii statue tecum*, inquit Ecclesiasticus, *cum viro Sancto assiduus esto.* Sed quo fine? *à quo quærendum est consilium*, respondet S. Bernardinus Senensis. Communiter quotquot sunt civitatum consiliarii, ad nihil aliud respiciunt, quam ad proprium suum interesse, & nihil minus ab iis curatur, quam publica utilitas. Hic officium aliquod prætendit, eo quod insignem habeat redituum provisionem. Ille inclinatur ad favorem erga cognatos, quia ab iisdem bona præstolatur munera; alius ad tale vel tale munus aspirat, eo quod talis muneris officialis facultates publicas administrat, & bona se inde lucra comparaturum esse sperat.

17. Undè Ecclesiasticus hasce inconvenientias prævidens prohibuit, ne quodvis genus hominum admittatur ad consilia, sed prius bene scrutentur & explorent status & qualitates ejus, qui ad senatum vel consilium aspirat: *A consiliario serva animam tuam, prius scito quæ sit ejus necessitas.* Vos ô Principes & rerum publicarum magistratus, quorum est in consilia status vestri adoptare vobis consiliarios, cavete ne illi quos in senatores & consiliarios vestros deligitis, egeni sint & inopes, quia hi nil aliud æquè industriè nituntur facere, quam ut ex substantiis & facultatibus publicis & universorum sub-

D. Paschasius.

Eccl. 37.

D. Bernardin. sen. T. 2. Sabb. post Dom. 2. Quadr. f. 24. Arg. 20. f. 228.

Eccles. 37.

ditorum, domos suas locupletare possint. O si mihi illos nominare liceret, integrum mox recitarem eorum catalogum bene longum, qui paulò ante ferè fame peribant, mox verò ut in cõsiliarios adoptati, quatuor in consilio annos superarunt, palatia sibi emunt & possessiones, vehuntur in rhedis ingenti servorum stipati caterva. Credentias habent argentea suppellectile refertissimas, & scrinia & armaria gemmis & auro plena asservant. Et unde hæ tantæ divitiæ illis proveniunt? num fortè cœlum illas in eorum sinum depluit? sanguis sunt & sudores pauperum subditorum. *Idcò primò considera qualis sit consiliarius, quam ei consentias*, inquit Hugo Cardinalis; *ne fortè sit terrenum ejus consilium, & te per cupiditatem figat in terram, & suum consilium confirmet pro terreno commodo.* Scio equidem dicturos vos esse, admodum difficilè esse, invenire consiliarios sinceros & integerrimos, in quibus non sit aliquis nævus, aut defectus, ac proinde opus esse ut Principes se meliori quo possunt modo accommodent. Verùm ad id respondeo cum sancto Bernardo Senensi: *In agendis dubiis & arduis, ante operis inchoationem certitudo divina voluntatis investiganda est.* Ita Israelitæ faciebant, quando nescientibus ipsis qua ratione res suas moderarentur, ut inimicis suis resistere possent, Josaphat pro omnibus loquens ad Deum conversus ita dicebat: *Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.* Imò ipsimet quoque gentiles hanc politicam & mentis illuminationẽ habuisse videntur, ac proinde Cambyses Rex, hoc filio suo documentum reliquit, ut ne gressum quidem sine cœlesti, id est, Deorum adhibito consilio moveret: *Nihil vel publicè, vel privatus in rebus agas nisi sacris peractis, Deorumque voluntatibus per auguria perspectis, quod agendum est, quod non agendum exoptaret.* Athenienses item in laudabili more positum habebant, quod in publicis eorum Parlamentis vel consiliis præsentem semper haberent Sacerdotem aliquem, qui priusquam negotiis suis manum admoveret, consiliis suis cœli assistentiam genuflexus in terra imploraret. Similiter Romani postquam senatus ad ea negotia quæ bonum civitatis regimen spectabant, tractanda congregatus esset, ut refert Alexander ab Alexandro ad Deos vel Deas suas quas publico cultu passim adorabant, suum habebant refugium, ut consiliis suis assistere, & utiliter in iis determinanda inspirare dignarentur. *Erat mos auspicandorum comitiorum, ut cum precatione Deorum Dearumque bona fausta que omnibus ac Diis bene juvantibus, consilia inirent.*

Hugo Card. in cap. 37. Eccles.

D. Bern. Senensis t. 3. ser. 3. post diem Penthec.

2. Paralip. 2. c. 20.

Alex. ab

18. Postquam filii Jacob ex Ægypto in Chanaan patriã suam revesi essent, præterquã quod saccos secum ferebant frumentis benè onustos, cordibus quoque præ nimia lætitia gestientibus, patri suo Josephum fratrem suum etiamnum vivere, universæque Ægypto in qualitate Vice-Regis amplissimè dominari retulerunt: *Joseph filius tuus vivit, & ipse dominatur in omni terra Ægypti.* Portò lætum hoc nuntium pater lætus quidem vultu accepit, ambiguus tamen & anceps hærebat, an famæ huic tuto fidem adhibere posset; veruntamen dum à filiis Josephi majestas minutim per varias circumstantias describeretur, videretque currum, quem ad eum in Ægyptum perducendum iis donaverat, aliaque præclara munera, quibus eos donarat, cunctis quæ referebantur fidem plenum adhibuit, revixitque in eo spiritus ejus, seque confestim ut eum in Ægypto præsentem salutaret, ad iter ineundum disposuit: *Vadam & videbo illum antequam moriar.* Universam igitur familiam suam in bonum itineris ineundi ordinem redactam, omnibus quæ in via iis necessaria futura erant abundè instruxit, ac paulatim ex Chanaan in Ægyptum processit. Postquam verò ad locum quendam qui Puteus juramenti dicebatur, pervenissent: *Venit ad puteum juramenti*, Ibidem substitit, & sacrificium Deo pro felicibus itineri suo impetrandis auspiciis immolavit, qui Jacobo Patriarchæ nocturno tempore in visione apparuit, eumque ad se accersitum monuit, ut omni metu cujusvis mali sepposito cœptum iter prosequeretur: Ego sum fortissimus Deus patris tui; Noli timere, descende in Ægyptum. Noli timere! Cur timeat Sanctus hic Patriarcha, qui lætus & hilaris ad videndum filium quem teneré semper dilexerat, procedebat? Num fortè dubitare poterat an filio suo invisus futurus esset? aut adventum suum eidem minimè gratum futurum? vel quod venerandam suam canitiem non cum illa reverentia quæ illi debebatur honoraret & exciperet? Minimè gentium: liquidem Joseph magno tenebatur patrem suum revidendi desiderio, ac proinde fratribus suis dixerat: *Nuntiate patri meo universam gloriam, & cuncta quæ vidistis in Ægypto, festinate, & adducite eum ad me.* Num fortè suspectum aliquem, qui ei in via occurrere potuisset formidabat eventum? Dicam breviter quid hac in re sentiam: Existimo igitur Sanctum hunc senem

cionem

cionem in via constitutum hunc in modum secum fuisse ratiocinatum : Quonam me temeratiæ & male consulræ cogitationes abripiunt? Quonam me impulsus voluntatis meæ impellunt? quando in juvenili adhuc ætate constitutus eram, nullam unquam actionem aggressus sum, quin prius de faciendis Dominum consuluissem nunc autem decrepitus senex existens inconsulto Deo, ex privati judicii mei dictamine actiones meas instituto, dum huic me laboriosoitineri non requisito cœli arbitrio accingere non dubitavi, atque ideò haud immeritò malam mihi fortunam aliquam in hoc itinere fore occurrentem timendam esse censeo : Absit igitur ut gressum ulterius moveam, malo enim in tota vita mea stirpem meum nunquam videre quam ulteriores gressus sine adhibito Dei consilio moliri : *Olim nihil legi inconsulto Numine, nunc me solum tanti itineris ducem sequor.* Tumuit igitur Sanctus Patriarcha, & quidem timore ille adeò ingens erat, ut opus fuerit; quod Deus illum animaret & confortaret, dicendo illi : *Noli timere, descende in Ægyptum.* Hunc autem timorem ex causa jam dicta enatum fuisse confirmat P. Franciscus Mendoza, dum ait. *Timuit profectò quod Deum prius non consuluerit.*

19. Hinc igitur unusquisque discat, deinceps nihil negotio arduo aut quod gravis momenti sit admovere, nisi prius Deum requisierit, ut luminosis inspirationibus nos de singulis rité faciendis illuminare & dirigere velit. Dum autem ipsum facere negligimus, vel contrarium illatagimus, nil mirum est, si cœpti conatus nullo infelicem exitum habeant, atque de malo pejus ruant. Illa est prò dolor hominum hujusce temporis temeritas, ut itet aliquod arduum aggressuri non jam Ecclesiam visitent, ibidemque DEUM pro felici itineris auspicio devote invocent, sed potius popinas & culinas frequentent, ibidemque amicis suis valedicturi crapulis & commessationibus vacent. Vel si alicui ineundum sit matrimonium, non DEUM, sed proprium judicium & animi libidinem, vel quam à Sponsa dotem expectant in consilium adhibeant, haud secus ac si DEUM nihili faciant, atque ideò sæpenumero contingit, quod multa postea conjugio alligati ærumnarum & adversitatum genera experiri cogantur, dum utrimque allatæ dotes paulatim evanescunt, contrahuntur debita, pro quorum solutione divenduntur vestes aliaque domus suppellex, oppignorantur conjugis pretiosa monilia, unde tanta inter utrumque conjugem postea nascitur discordia, ut ne unius quidem horulæ gaudium experiri possint. Denique si filii tui professioni alicui speculativæ vel practicæ applicandi sint, cum proprio interesse tuo mox consiliatis nulla habita Dei memoria aut recordatione, deliberas enim de modo quo ita applicati possint, ut tandem fulcrum aliquod domus tuæ evadant, tibique deinceps in senectute auxilio & præsidio esse possint, quasi tuæ determinationes nullo prorsus indigeant divino præsidio, atque ideò frequenter accidit, ut omnia longè secus eveniant, ac tibi proposita fuerant Opportunè Deus de talibus per os Isiæ Prophetæ lamentatur, omniaque dira iisdem comminatur, dum ait : *Væ filii desertores dicit Dominus, ut faceretis consilium & non ex me, & ordiremini telam & non per spiritum meum, & os meum non interrogastis.* Vos proinde Deus videre faciet, quàm sint consilia vestra vana atque fallacia. Ochozias neglecto Deo vivo & vero Israelis, ad Deum Accaron confugit : *Ite consulite Beelzebub Deum Accaron, utrum vivere queam de infirmitate mea hac?* O inanis cerebri Regem, qui spreto vero Deo, sua cum Idolo consilia confert! *Quasi non esset Deus in Israel, à quo possit interrogare sermonem.* Scito igitur quænam ob id te manent supplicia : *Ideò de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.* O quot hodie reperiuntur Ochoziæ veri imitatores. Etenim frequenter accidit, ut unus alterum suum amicum consulat dicens, sunt mihi cum tali irreconciliabiles inimicitiæ, quid tibi videtur, faceremne bene, si vitæ illius insidiando eundemque occidendo de medio tollerem : cui mox alter applaudit dicendo: benedictæ erunt manus tuæ, si idipsum feceris, quid hic aliud facit, quàm quod Deum Accaron consulat: *Ideò de lectulo, super quem ascendisti, non descendes.* Deus etenim infirmitatē quādam tibi immittit, per quam per annum integrū lecto affigaris. Est alius qui dicit: Passus sum à quodam æmulorum meorum gravem injuriam, me etenim in honore & fama nec non & in facultatibus meis enormiter læsit, decretum est mihi vices illi reciprocas reddere quoad vixero, sine ullis pacis induciis, cui alter mox stimulos addit, utique si id facias magnā tibi in tota civitate laudem comparabis; sic enim ipsum tibi per initam pacem reconciliare niteteris, ad hoc te per ignavum timorem exstimulari universi dicerent. O

se infelicem, nunquid clarè vides, quod Deum Accaron in consilium adhibeas? *Quasi non esset Deus in Israel?* Ne dubites quin Deus paulatim hanc tibi infidelitatem atque perfidiam pro meritis debitè rependet: *Idcò de lectulo super quem ascendisti non descendes.* Ego (inquit alius quidam) jam à multis annis pessimæ cuidam societati implicitus fui, & satis evidenter video, quod multum inde lædam sanitatem, honorem, & fortunam, imò quod præcipuum est, conscientiam & animam meam; ac proinde tali societati nuntium remittere eique valedicere quodammodo decrevi, quid tibi in hac re faciendum mihi esse videtur? Respondet alter, stultè facies, si propositum istud seriò executurus fueris: Quæ enim ex ejusmodi societate percipiuntur voluptates, juventuti propriæ sunt, maximeque eidem conveniunt pro fallendo tempore, nisi enim in juventute iis operam dederis, in senectute earum copiam nunquam, quantumvis velles, habebis, atque ideò ætati & tempori indulgeas, & secundum genium tuum vivas, nihili faciens, quicquid alii de te dixerint. O te stultum, qui Deum Accaron & non Deum verum in consilium admittit! sed quid tandem tibi eveniet? *Va filii desertores, ut facerotis consilium & non ex me,* Deus infirmitatem irremediabilem tibi immittit in qua contabescas: *Et de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.* Non dicit simpliciter *morieris,* sed *morte morieris,* id est, duplici morte corporis & animæ. Ac proinde consulo ac suadeo vobis, ut priusquam negotia vestra ardua aggrediamini, eos qui probitate & sapientia præditi sunt, in consilium adhibeatis. Et quidem cum Deo consilium inire securissimum est, sic enim omne aberit errotis periculum. Equidem tamesi ad consilia sua suggetenda ineptus sim & idoneus: attamen suadeo vobis ut hoc meum admittatis consilium, quo vobis omnem possibilem pauperibus exhibere charitatem suadeo, nec tantùm suadeo, sed & supplico & obtestor. Facite Eleemosynam.

PARS SECUNDA.

20. EXpedit ut unus homo moriatur pro populo, *ne tota gens pereat.* Ita Caiphas opinabatur. O quale consilium ab homine, qui sibi sapiens esse videbatur, emanavit? Omnes alios velut imprudentes & inexpertos despicit & contemnit, dicens: *vos nescitis quidquam;* & ipse se magis ignorantem esse manifestè probat: *Consilium huius Pontificis simpliciter sunt erronum.* inquit Dionysius Carthusianus: Suadebat enim facere malum, ut inde bonum eveniret, qui tamquâ ignorans nesciebat, quod *Non sunt facienda mala, ut inde veniant bona.* Etenim ubi & ex qua lege didicit, quod ad hoc ut quis se omni periculo eximat, licitum sit innocenti mortem inferre? Optimè de Caipha, aliisque malis consiliariis verificatur: *Cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire;* quæ verba à Sancto Athanasio ita explicantur: *Cogitaverunt consilia maligna, ut nomen Christi de erent de terra, quæ tamen non potuerunt stabilire, quia non est consilium contra Dominum.* Suaserunt & decreverunt Filio Dei necem parare, timentes ne Romani bella ipsis intentantes, civitatem & Regnum potentia sua sibi raperent, sed Deus ita disposuit, ut propter illatam Filio Dei crudelem mortem Romani civitatem ipsorum funditus everterint, eosque veluti mancipia in perpetuam quandam servitutem redegerint: *Hoc cogitaverunt & operaverunt, quia impediti sunt in consilio suo, etenim hoc ipso amiserunt regnum, & genitem, quia Christum occiderunt:* inquit Hugo Cardinalis. Similiter Dionysius Carthusianus ait: *Idcò Iesum occiderunt, ne à Romanis vastarentur, sed idcò sunt vastati quoniam Iesum occiderunt.* Hic tandem est exitus, quem habere solent negotia per ejusmodi consiliarios Caiphasistas directa, *imo proponit, & Deus disponit,* Et quidem alio modo Deus in cœlo disponit, quàm sibi homo in terra proposuerit.

21. Opportunè hic mihi incidit similitudo illa sive parabola divitis illius à Salvatore nostro coràm Hebræis adducta. Erat certus quidam homo in omnibus fortunæ bonis locupletissimus, qui dum anno quodam admodum fertili & fœcundo ingentes in grano, vino, oleo, aliisque fructibus congregasset divitias, videns locum sibi deesse in quem messem & autumnum adeò liberalem & munificum reconderet, totus anxius per palatium suum quaquaversum discurrit: *Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos?* Tandem granaria sua ampliare & in eam plurimos annos sufficientem vitæ annonam congregare, & suos deinde vitæ annos, depulsa omni cura animique anxietate in lætitia, & gaudio transigere decrevit: *Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede bibe, epulare.* Quasi diceret, Anima mea centum hol-

Dion.

hoſce vitæ meæ reliquos annos in Apolline requiescere ſtatui, Nemo mihi de laboribus aut curis loquatur, multa etenim bona poſſideo poſita in annos plurimos, requieſcamus igitur, omnibuſque deliciis quas excogitare poſſumus, operam demus: Menſæ noſtræ continuò videbuntur ad accumbendum paratæ, in iiſque quicquid lautitiei in vino aut cibis invenire poterit, copioſè apponetur: finis cœnarum noſtrarum ſomni noſtri initium erit, omnes à mente noſtra curas excludemus, ne animũ noſtrum moleſtando quietem nocturnam perturbent; mane nil faciemus aliud, quàm ut de lecto nos recipiamus ad menſam, pro fallendo quoque totius diei tempore recreationes variæ & perjucundæ non deerunt. Ad hanc igitur felicem vitam ego te ô anima, invito, perfruemur ſimul & pariter bonis fortunæ & longitudine vitæ. Verùm, ô infelix! Conſilia nuncupato Deo determinaſti, atque ideò omnia evaneſcent, nil minus etenim eveniet, quàm quæ tibi perſuaſeras, invenies profectò te arces fabricaſſe in aere. Tu etenim diututnam & felicem vitam tranſigere decreveras, ſed ecce aliter cuncta Deus diſpoſuit, hac etenim nocte vitam tuam claudes, tuaſque facultates & ſubſtantias poſſidebunt alii: *Stulta hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autẽ parasti, cujus erunt?* Stultus quidem appellatur: *Stulte*, quia ſtultus eſt quiſquis ſine Deo conſilia agitat, neque enim multa noſtra ſine diſpoſitionibus cœli ulla ratione conſiſtunt: *Eadem nocte ſubtrahitur à te* (inquit ſacta Gregorius Papa) *qui multa tempora ſuæ vanitati tribuis, ut qui in longum ſibi temporalia congeſſit, unum diem ſequentem nequaquam videat.* O quot dives iſte hoc tempore ſui imitatores habet, qui conſilia ſua claudunt & ſiciunt conſilio Deo nequaquam requiſito aut admiſſo? Sic enim ex quo hoc anno agri ob faventem aurem copioſam meſſem promittunt, quot Chymæræ cogitationum ſtultarum mentem tuam pertranſeunt & occupant? volo tale mihi coemere prædium, jamque venditorem ſubarrhatione præveni & obligavi, vel volo ædificare mihi magnificum palatium, cujus jam de facto jacta ſunt fundamenta, volo deſponſare filiam meam ſponſo, qui de facto eam procatur, juvenis ditiſſimo. Verumtamen quia homo proponit, & Deus diſponit, ideò permiſſione divina de cœlo ventus quidam exſuſcitatur, qui ſementem adunt, vel nebula quædam ſubnaſcitur, & vineas devaſtat, vel grando de cœlo labitur, omnemque ſpem tuam anhilat: ſuperaccedit tandem ultima mors, & omnia conſilia tua diſſipat, te pariter & filios tuos ex hac vita abripiendo.

22. Nobis ex millenis capitibus apprime neceſſum eſt in id ſollicitè conniti, ut Cæſaris gratiam ſemper & conſtanter nobis conſervemus (ita ad invicem adverſus Chriſtum conſilia agitantes, diſſerebant Hebræi) atque ideò quia facilè accidere poſſet, quod ſi Chriſti tot ſigna quotidie facientis ſtatum & conditionem diſſimulemus; iniquo id animo Cæſar acciperet, adeoque periclitaremur & Romanorum gratia & Cæſaris amicitia, ideò negotium iſtud maturum à nobis conſilium & deliberationem expoſcit. Quis ſcit an non ob noſtram negligentiam ad iracundiam provocandi ac tandem arma adverſum nos apprehenſuri ſint? Noſtra diſſimulatio magnarum diſcordiarum cauſa & origò eſſe poſſet, quæ tandem ſolo ſanguine placari, aut per mortem noſtram tantùm de triumphari poſſent; atque ideò Pilato dixerunt: *Si dimittis eum ſic, non eſt amicus Cæſaris: venient Romani & tollent noſtrum locum & gentem.* Joannis decimonono. Unde tùm ad hæc pericula evitanda, tùm etiam ne Romanorum arma in ſua viſcera provocent, tandem in conſilio ſuo concludunt innocentis mortem urgendam eſſe: *Expedit ut unus moriatur pro populo, ne tota gens pereat*; ſuaque peſſimè determinata conſulta tandem executioni demandarunt. At verò quia *homo proponit, & Deus diſponit*, ecce conſilium & decreta illius ominò contrarium ab eo quem intenderant, ſortiuntur eventum, ſiquidem Cæſaris imprimis amittunt amicitiam & gratiam, rumpuntur inter ipſos & Romanos diu ſolideque contracta fœdera, bellum in illos urgetur atrox & crudele, inimicorum ſuorum efficiuntur mancipia, tandemque ſerius licet, advertetunt Deum omninò diſpoſuiſſe contrarium illius quod mali cum Caipha conſiliarii in conſilio ſuo determinarant. Unde Euthym. in cap. 11. Joan. ait: *Pratextum jumpſerunt occidendi Chriſtum, ne à Romanis internecioni traderentur: quia verò occiderunt, internecioni traditi ſunt, & quæ fecerunt, ut effugerent, ea quæ fecerunt, non effugerunt.*

23. Non multum id abſimile eſt conſilio hodierno, quod inter ſe agitarunt vinitores vineæ illius, quàm in hodierno Evangelio Filius Dei in parabola quadam hunc in modum Phariſæis propoſuit. Poſtquam enim quidam Paterfamilias plantaſſet vineam, eandem nonnullis agricolis cultivandam & cuſtodiendam commiſit: *Homo quidam plantavit vineam, & locavit eam agricolis.* Matth. vigeſimoprimo. Tẽpore meſſis

autem famulos suos ex parte sua misit, qui rerum suarum satagerent, at verò non solum iisdem debitos dare renuerunt fructus, verum etiam missos ab hero famulos crudeliter occiderunt (id quod rusticorum proprium esse videtur, cùm enim nec conscientiæ, nec animæ curam habeant, omnia sibi industriè coacervare, Dominumque suum extinctum videre desiderant, neque enim avidior & insatiabilior gens in toto potest mundo reperiri.) Dominus autem sive Patersamilias auditis hisce eorum insolentiis, ne quicquam alterationis aut passionis prædominantis passus est, sed confestim novos ad illos servos submisit, quos eodem prorsus modo tractarunt, nam *Alterum occiderunt, alium ceciderunt, alium verò lapidaverunt*. Matth. 21. Tandem verò proprium filium suum misit, futurum sperans, ut aliquem illi respectum & reverentiam deferrent: *Verebuntur filium meum*. Et quid illos audito Domini sui adventu fecisse existimatis? Avidi non solum retinendorum fructuum, verum etiam potiundi vineæ Domini, de rebus faciendis mutua inter sese contulerunt consilia, ac tandem illum quoque adorti, & palis atque ligonibus suis occidere decreverunt, prouti reipsa quoque factum est. O generationem pessimam, cupidam, ingratam, ignorantem, iniquam, & insolentem! Ergone possibile est, quod servus eo vesaniæ adduci possit, ut Domino suo mortem machinetur, ad hoc ut fructuum & vineæ possessionem subingredi possit. Quid dici vel audiri crudelius potest? *Hic est hæres & occidamus eum, & habebimus hæreditatem ejus*. Veruntamen consilia ipsorum fuerunt sicut pulvis in ventum deportatus quia Dominus noster longè aliter disposuit quam ipsi sibi proposuerant & determinaverant: *Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis*. In consilio suo ipsi totius vineæ dominium sibi acquirere decreverant, Dominus autem disposuit, ut nihil penitus haberent aut acciperent, prouti experientia in ipsomet effectu demonstravit. Ita sanctus Pater noster Augustinus sermone quinquagesimo nono de verbis Domini observat, dum ait: *In contrarium eis venit malum consilium; ut possiderent, occiderunt, & quia occiderunt, perdiderunt*.

24 Dum Rex Saul in montibus Gelboe moreretur, certus quidam Amalechita hanc sibi mortem lucrosam reddere, insigni quodam excogitato consilio decreverat. Ita enim intra semetipsum consiliabatur, scio quod Saul juratus semper fuerit Davidis Regis inimicus, unde optimè me factutum arbitror, si Saulem hac mea dextera occisum esse dixero, & in signum remittis scutum Saulis, & hoc ejus regium diadema monstravero, sic enim infallibiliter ejus mihi locrabor gratiam, & insuper bona me remuneratione honorabit: Deus autem aliter disposuit, mirum ut loco gratiæ indignationem sibi regiam, & loco remunerationis mortem sibi adscisceret, siquidem David audito tristi nuncio de occiso Saule, uni ministrorum suorum præcepit, ut stricto mucrone cor illius transfigeret: *Præcipe David unum de pueru tuis, ait: Accedens rue in eum, qui percussit illum & mortuus est*. Iterum similiter in animo suo statuerat Mardochæum patibulo furcæ adjudicare: è contra verò eundem Aman in patibulo Mardochæo præparato affigendum esse decreverat. Pharao quoque totam Hebræorum progeniem funditus extirpare statuerat, ac proinde legem quandam condidit, ut quotquot Hebræis nascebantur masculi, in ipsa nativitatis hora occiderentur: Deus autem è contra decreverat, ut Moyses unicus masculus Hebræis recens natis in ejus aula reguducaretur & adoleseeret, & stirps Hebræa magis magisque indies multiplicaretur: *Quem Rex persequitur ad mortem, illum Dominus per filiam nutriendum destinat* (inquit Lipomanus) *stulti sunt studia impiorum, velint, nolint, cassum contra quàm intendunt*. Denique filii Jacob dum inter se, quidnam ipsis de Joseph fratre suo faciendum esset deliberarunt, ne omnia somniorum suorum realem in ipso sortirentur effectum; ac tandem post multas variasque ultrò citroq; inter se collatas opiniones & cogitata consilia optimè se facturos esse sunt arbitrati, si Ismaelitis eum venderent: *Venundemus Ismaelitis*: Genesis 37. genesi septimo. Deus autem disposuit, ut somnia Josephi verificarentur, imò per eandem viam, per quam ipsi ejus sublimationem & excellentiam impedire decreverant, Deus opportuna invenit remedia ad eum evehendum; Ita affirmat sanctus Gregorius in caput quintum Job, libro sexto moralium, capite duodecimo: *Timuerunt ne Ioseph super eos excresceret, sed hoc quod ei nitus dispositum fuerat, cavendo factum est ut veniret*.

25 Ad idem propositum pro clausula præfatis discursus quandam recensebo historiam. Potens quidam mundi Monarcha nonnullos ex principibus suis ad cœnam suam invitaverat. Qua occasione Filius jam dicti Monarchæ satis malignus abuti volens, decreverat omnes invitatos

Prin-

Principes propinato veneno extinguere, ut tanto facilius & absque ullo impedimento, destinatos sibi fines assequi posset. Ad locum igitur convivii quatuor pocula vini veneno intoxicati præmisit, cujus rei nullus præter ipsummet filiũ Monarchæ conscius erat, ipsique portatori serio ne pocula illa ulli hominum daret, præcepit, donec ipse præsens eadem acciperet. Adveniente autem vino loc, Monarcha pater ejus, qui præsens aderat sitî accensus, vene natis hisce poculis, manum admovit, & bibit; Interim verò supervenit & filius, qui & ipse pariter de eodem vino bibit: mox verò ut toxicum operari in utriusque cœpit, adhibita sunt remedia, at verò quia paterer septuagesimum primum ætatis annum habebat, intra pauculas horas mortuus est: Filius autem præter remedia à juventutis vigore adjutus, ægre mortem evasit. Considerate obsecro, an non in hoc facto verificatum sit quicquid hactenus hoc sermone dixi. Proposuerat Filius Magnatis illius, aliquos à patre ad mensam invitatos Principes intoxicare: Deus autem secus disposuit, nimirum ut venenum, quod aliis præparaverat, patri suo & sibimetipsi noceret. Adhæc nihil mihi dicendũ restat, nisi ut tria præcipuè puncta ex hoc discursu memoriæ vestræ firmiter infigatis, nimirum ut non sitis nimis in proprio judicio & sententia pertinaces, sed multorum libenter auscultetis consilia. Secundò ut in consiliis vestris non sitis Caiphasistæ, sed consiliarii boni. Tertiò ut bene attendatis ad ea quæ in consiliis vestris decernitis, Deus enim aliter semper disponet, quàm vobis proposueritis, si propositum vestrum malum & perniciosum fuerit.

SERMO XXXIV.

DOMINICA PALMARUM.

Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Matth. cap. 21.

1. Multæ sunt conditiones & virtutes morales, quæ in Rege aliquo, vel quovis alio Principe, velut in propria sphæra suam habere debent activitatem. Et quidem justitia inter omnes alias primas sibi honores vendicat, non solum quia *Est virtutum præclari simia*, ut docet Aristoteles: vel *constans & perpetua voluntas jus unicuique tribuens pro dignitate cujusque* juxta doctrinam Romanæ eloquentiæ: verumetiam quia et mente Macrobii mater est innocentiæ, soror æquitatis, socia concordiæ, virtutis amica, gubernatrix mundi, & Dei ministra. Unde à Polio Pythagorico nominatur *Mater & nutrix cæterarum virtutum, nam sine illa neque prudentẽ, neque temperantem, neque fortem esse quemquam* fieri contingit. Et Trajanus Imperator, ut Nicephorus ait, dum præfecto Romano ensem suũ porrigeret, dixisse fertur: *Cape ferrum hoc, si recte imperium gessero, pro me, si aliter contra me utere.* Et Cleon Reipublicæ caput factus confœderatis suis dixit, ut se haud secus, ac si eum nunquam novissent, respicerent, *quia solent amicitiæ recta subvertere.* Artaxerxes triginta scutorum millia cuidam aulico suo liberaliter donare, quam rectitudini justitiæ præjudicando ob ejus intuitũ gratiam quandam indulgere maluit: *Accipe, nam cum hoc tibi dedero, non ero pauperior, injustior quidem futurus, si illa, quæ petebas, fecissem.* Etenim quisquis Principum illam inviolabilẽ conservaverit, in mente posteriorum, nec non in Dei gratia immortalis vivet: *Vir si fuerit justus & fecerit judicium, vita vivet.* Ezechielis decimooctavo. Unde Propheta Regius David Psalmo 71.

lib. 3. hist. Eccl. cap. 23.

Aul. Gell. li. Noct. att. cap. 3.

Justi-

justitiam à Deo veluti imperii sociam postulavit, dicens: *Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis.* Certissimum esse agnoscens, quod *sine ea dissolvuntur civitates, & non possunt Regna subsistere.* Etenim justitiæ velut maturioris ætatis indivisibilis sodalis prudentia adjungitur, de qua Doctor Angelicus D. Thomas secunda secundæ, quæstione quadragesimaseptima, articulo decimotertio docet, quod sit consiliaria admodum fidelis, quæ super judicio nostro prædominium habens ad verum finem operationes nostras ordinat: *Est qua consiliamur, judicamus, & præcipimus, quæ ad bonum finem totius vitæ humanæ pertinent.* Sine qua discursus otiosus existit, intellectus in cognitione veri fallax, depravata in electione boni voluntas, temperantia in moderandis affectibus nimium facilis & licentiosa; Providentia in regimine suo irregulata, prouti in Politica sua Ægidius asserit; dum ait: *Prudentia est perfecto intellectus, bona quælibet mentis, directiva in finem virtutum moralium.* Cui egregium illud sanctæ Ecclesiæ lumen Augustinus addit, quod sit insignis vitæ magistra, siquidem *Docet nos quid fugiendum, & quid timendum sit*, nobisque ut *Tam in prosperis quàm in adversis* iidem, nobisque similes simus, efficaciter persuadet. Et reverà Rex ille qui auræ virtutis hujus favonio non gaudet, Rex tantum est quoad exteriorem appatentiam: Princeps quoque qui hanc sibi non habet assistricem, præter nomen nihil in se, quod Principem deceat, demonstrat: *Si vir prudentia careat, & regia dignitate fungatur, magis est signum Regis, quàm Rex; ut ergo sit Rex non solum nomine, sed re, decet ipsum habere prudentiam.* Post hanc in magnatum pectore eminentiam prætendit magnanimitas, eaque Regum & Principum diademata ad primam gloriam sine ulla controversia cedendam magnoperè obligat, utpotè quæ ab Aristotele & sancto Thoma celebratur, tanquam virtus, *qua tendit ad maxima servando rectam rationem*; neque enim commiseetur gentium vulgo, sed decorum Principum sustentando cum eorundem majestate concertat. Qua suadente Alexander in ludis Olympicis cum aliis quam patribus suis certare est dedignatus: *Cùm à Patre ad currendum in ludis Olympia stadium excitaretur, sanè*, inquit, *si Reges haberurus sim adversarios*, scribit Plutarchus. Verum cur vigilantiam prætereo, à qua Monarchiarum Regnorumque conservatio unicè dependet. Unde Homerus meritò canit:

Ægid. 2. p Polit. l. 1 cap. 9.

Ægid. in Polit. 1. p. lib. 1. cap. 6

D. Augustin. ad Erem. serm. de Prov.

Ægid. in Polit. p. 2. lib. 1. cap. 7

Plutarch. in Regum Apophteg.

Non decet integram noctem dormire regem. Imperio populos, & agentem prospice curas.

Porrò leo tanquam potentissimus animalium Rex apertis oculis dormit, ac proindè ab antiquis in adytis sive foribus templi exsculpebatur, unà eo regendi normam caperent, quotquot ad populorum imperium residebant.

Est leo, sed custos, oculis quia dormit apertis. Templorum idcirco ponitur ante fores.

Quam etiam ob causam regia Majestas apud Ægyptios per sceptrum quoddam repræsentabatur, imminentem habens vertici suo vigilantem oculum, ut per hoc ænigma eorundem in regimine gentium vigilantiam exprimerent; ad quod Jeremias Propheta capite primo alludens dixit: *Virgam vigilantem ego video.* Enimverò hanc sibi Epeminondas inesse probabat, quando Thebanis in diebus solemnioribus sive festivis ludo & tripudiis occupatis ipse circumspectus & vigilans singulis intendebat hoc Platonis monito propriè usus, qui ait: *Principes qui in otio vigilant in civitatibus, malis civibus sunt formidabiles, pariter & hostibus.*

2. Verumenimverò, non est hic mihi tempus, nec otium, ut integrum quendam earum virtutum & qualitatum, quibus animum regium pompose adornatum esse convenit, contextam catalogum; atque ideo cunctas alias Principi alicui necessarias virtutes prætermittens, hoc solum in præsenti discursu declarare constituo, quod unica sola virtus Principi quàm maxime familiaris esse debeat, nimirum beneficentia in adjuvamine aliorum, ut scilicet beneficus alii sit, non verò sibi. *Sit Princeps suis non sibi.* Porrò Regem Gloriæ Christum Redemptorem nostrum talem fuisse hodiernum nobis demonstrat Evangelium, dum de illo dicit: *Ecce Rex tuus venit tibi, non sibi, id est*, (ut Abulensis exponit) *ad tuam, non ad suam utilitatem.* Ac proindè in præsenti discursu videbimus, quod ad hoc ut Princeps aliquis Christi Regis gloriæ verus imitator sit, necessariò requiratur ut beneficus sit erga subditos, non se curando, & adjuvando. Interea verò à vobis unicè desidero, ut per attentionem atque silentium, vos mihi benevolos atque benèficos exhibere non dedignemini.

3. *Ecce Rex tuus venit tibi.* Mirum est, quot vastissimus ille Planetarum Gigas, Sol inquam immensos passus, per spatiosos cœli cam-

campos faciat, quot itineribus arduam Zodiaci viam sequentet, dum nunc ad verticem usque Zenith extollitur, mox in humillimas occasus valles præceps demittitur, adeo ut in continuo semper motu consistens indefatigabilem se esse probet; idque eo duntaxat fine ut viventibus luminosam claritatem suam impertiri, eosque splendorum suorum auro locupletare possit; ipse horas nobis metitur, anni tempora gubernat, terram fœcundat, omnesque creaturas conservat; quasi artificiosissimus pictor, penicilla lucis auroæ coloribus intingens cœlum cæruleo, aureique coloris lineis imbuit, suique ipsius oblitus, totum se aliorum obsequijs impendit, licet hujus ne vel unius teruncij utilitas in ipsũ redunder. Considerate ô Auditores fœcundas arbores, qualiter sub crudelissimis præteritæ hyemis rigoribus, frondosos ramos suos ab indiscreta manu sibi detruncari permiserint & tamen appropinquante vere ad delectandum per viriditatem oculos nostros germen producant, atque nos per fragrantiæ suæ suavitatem ad se alliciunt, floribus pulcherrimis sese adornent, postea verò pomis aureis onustæ & locupletes, eadem nobis tot manibus quot ramos habent benignissimè offerant; ita tamen, non frondes, nec flores, nec fructus in proprium ipsarum commodum etiam minimum redundent, sed omnis aliorum duntaxat utilitati plenariè cedat. Verum quidem est, quod ovium greges lanas sese vestiant, eaque se totum à pluvijs, aliisque quacunque aëris intemperie defendant amantur, hanc tamen lanam veluti quoddam depositum nostrum sustinent, quod ad omnẽ requisitionẽ nostam libentissimè cedunt. Quoniam obsecro fine armenta rigidum collum sum duro jugo submittunt, tametsi inde obiretem & ponderositatem suam graviter molestentur, suamq; indomitam indolem & phreneſin per propriæ libertatis privationem, & sub continuis ab indiscreta rudis agricolæ manu sibi illatis puncturis in perfectam obedientiam sine difficultate aut resistentia ulla commutant, aratra sub laboribus subijciunt, & terram mediante vomere in mille glebas sulcant, dividunt & everunt, nihil curantia quod per hoc propria pabula sterilia efficiant, dummodo auream nobis melle per terræ fertilitatẽ adsciscant? Quot horas decurrata apis visitat? è quot floribus liquorũ suavitatem delibat, eosdemque in alvearium suum deferens per ingeniosum artis suæ magisterium in solum comodum nostrũ, in ceram & mella nobis elaborat? Quot artificijs canoræ aviculæ nidos suos intexũt, sive in rupibus inter spinas, sive in muris inter saxa & rupes, sive in arborũ culminibus adpugnandũ cum ventis, pluvijs & tempestatibus, ibidemq; fœtus & partus suos summo cum laboris impendio educant, eosdemque deinceps in unius hominis solum beneficium & commodum relinquunt, sive ut illum cantu suo vivi oblectent, vel mortui exquisitam delicati gustus humani cupiditatem recreent. Optimè igitur Poëta ille cecinit.

Sic vos non vobis vellera fertis oves:
Sic vos non vobis fertis aratra boves: *Virgilius.*
Sic vos non vobis mellificatis apes:
Sic vos non vobis nidificatis aves.

4. Otto Imperator (si Cornelio Tacito referenti credimus) priusquam ultimam vitæ suæ periodum clauderet, de alia re nunquam gloriatus fuit, quam quod subditorum suorum subsidioque pariter & præsidio semper studuisset, tametsi id nonnunquam nonnisi cum maximis incommodis proprijs facere debuerit: *Faciam, ut omnes intelligatis, quem Imperatorem elegeritis, qui non vos pro se, sed se pro vobis dedit.* Adrian. Imp insignis veri Principis Idea Senatoribus dicere solebat: *Se ita gesturum principatum, ut sciret rempopuli esse, non suam privatam.* De Pilopide etiam Imperatore legitur, quod cum conjux ejus eum moneretut vitæ suæ curã non negligeret, ideoq; super factis suis nonnunquam accurate reflecteret, responderit: *Aliorum est vitam tueri, at Imperatoris ex suis incommodis omnia Reipublicæ parare commoda,* nimirum sciebat Principatum nihil aliud esse (pro uti à sapientibus definitur) quam curam quandam salutis alienæ, prouti videre, est apud Ammianum Marcellinum lib. 30. *Nihil est aliud imperium, quam curá salutis alienæ.* Et quidem advertendum est, quod non dicat Principatum esse curam salutis propriæ, sed *salutis alienæ.* Atque ideo Plato Principibus hoc post se monitum scriptum reliquit: *Non igitur gubernator talis aut princeps, quid sibi conferat, cogitat, aut præcipit, sed quid subjecto conducat, quæq; ei dicit, quæq; facit, cuncta ad illius utilitatẽ & decorem & dicit, & facit.* Justinian. Imperator hanc Principibus indispensabilem legẽ condidit, ut scil. oculum suum ad alienum potius quam ad proprium commodum directum haberent: *Quod communiter omnibus prodest hoc rei privatæ nostræ utilitati præferendũ esse censemus. Nostrũ esse proprium subjectorum commodum Imperator existimantes.* Adriano Imperatori inter

Cornel. Tacit.

Plat l 1. de Republ.

Iustinian. Impe § peræ nul. C. de

c. dic. tolerand.

cætera encomia hæc quoque dabatur gloria, quod sc. subditorum beneficio suam semper majestatem impenderit? *Non mihi sed populo*

Dion ap. Nicol. Rets. class. 1 symb. 15. Sueton.

Titus, qui tanta cum magnificentia Imperium administravit, dum cœnæ accumbens recordaretur, quod ex defectu occasionis obviæ nulli ea die beneficium se exhibuisset, cum non vulgari displicentia, vehementer indoluit: *Recordatus quondam super cœnam, quod nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit: Amici diem perdidi.*

5. Verum enim vero intellectus nostri alis ab imperijs terrenis, ad cælestem monarchiam, Deum videlicet trinum in personis, utpote qui cœli terræque monarcha est evolemus: Hic etenim non est totus sui ipsius tantum, siquidem si de operationibus quas Theologi actiones *ad intra* appellant, loquamur, Pater æternus prima persona sanctissimæ Trinitatis, semetipsum per actus intellectus intelligendo, producit filium, cui sola excepta Paternitate, totum communicat quicquid habet, essentiam nimirum, naturam, divinitatem, sapientiam, omnipotentiam, æternitatem, & omnia attributa. Pater et ilius se mutuo amantes, per actum voluntatis spirant Personam, Spiritum sanctum videlicet eidemque pariter essentiam, divinitatem, cum omnibus attributis & perfectionibus communicant, nihil sibi reservando, quam Pater Paternitatem, & Filius Filiationem. Imo Spiritus sanctus licet *ad intra* nec generando, nec spirando quidquam producat, *ad extra* tamen nobis fidelibus, & toti Ecclesiæ sua dona communicat (unde nomen habet, quo appellatur, *Dator munerum*) amorem scilicet, bonitatem, & gratiam, cum ipse sit ipsissima bonitas, gratia, & amor. Unde tres divinæ personæ, sive de ijs quoad operationes *ad intra*, sive *quoad extra* loquamur, continuò se personis procedentibus communicant, creaturisque viventibus beneficiunt; idque Deo adeo est connaturale, ut si ab hoc opere cessaret, Deus esse pariter desineret. Potius universum desinet esse, quam quod Deus, Deus esse cesset, adeoq; sicut Deus nõ potest non esse Deus, ita quoque Deus non potest ab eo desinere, ut sit universalis & particularis benefactor. Unde si aliquis diceret audiret, quod Deus cesset benefacere, dicerem & & ego quod Deus cesset Deus esse. Ecquis autem est, qui cum veritate dicere possit, quod Deus cesset, vel cessare possit Deus esse? Nullus utique: Igitur nec ullus inveniet qui dicere ausit, quod Deus ut Deus, sive ut unus in essentia, sive ut trinus in personis nostris commodis non sit totaliter intentus. Enimvero in hac materia tantam mihi loquendi libertatem minime vendicarem, nisi ob oculos mihi obversaretur illa Clem. Alexandrini doctrina (l. 8. Stromat.) cui innixus dixi quicquid hucusq; audistis: Dicit enim: *Cum Deus sit bonus, si cessaret unquam benefacere, Deus quidem cesset esse, quod nefas quidem est dicere*: idque quoad operationes *ad extra*: si verò de operibus *ad intra* loquamur, sanctus quoque Zeno Veronensis (ser. in Genes.) latum mihi denuo campum aperit asserendi quicquid jam jam insinuavi: *Hic est Deus noster, inquit, qui se diffudit in Deum Hic Pater qui suo manente integro statu, totum se reciprocavit in filium, ne quid sibimet deroget.* Quasi dicere vellet, quod Deo adeo proprium, & connaturale sit se diffundere, ut si ab hoc abstineret, & totum esse suum in semetipso contineret, videretur suæ excellentiæ eeno quodam modo derogare: *Ne quid sibimet deroget.*

6. Sanctus Joannes Evangelista de qualitatibus & conditionibus Dei nostri Regis gloriæ loquens, ipsum lucem appellat: *Hæc est annuntiatio quam audivimus à Deo, & annuntiamus vobis, quoniam Deus lux est.* 1. Jo. 1. & paulo post subjungit: *Et tenebræ in eo non sunt ullæ.* At verò dicat aliquis, quid opus erat Joannes Deum lucem tenebris carentem esse expresse diceret? etenim si aliquod lucis genus inveniretur, quod tenebras secum conjunctas haberet, Apostolus utique causam aliquam haberet asserendi, Deum esse lucem sine tenebris: cum autem lux omne genus tenebrarum abs excludat, superfluum esse videtur, dicere, quod *tenebræ in eo non sunt ullæ*, quis enim est qui nesciat, quod in luce tenebræ nullum omnino locum habere possint? Scio equidem quod lux significet *affluentiam bonorum*, tenebræ autem *afflictionum multitudinem*, prout interpretatur Gouschelius: atque ideo quis scit an Evangelista nobis insinuare non velit, quod in Deo [illegible] omnia imaginabilia bona ineludantur, excludatur vero ab eodem quævis umbra quantumvis minima cujuslibet adversitatis? vel an non velit innuere, quod cum tenebræ imperfectionem aliquam secum subinferant, unde dicitur: *Tenebræ erant super faciem abyssi.* Gen. c. 1. Ideo cum [illegible] in Deo nullas inesse tenebras dicit, dicere velit [illegible] Deum perfectissimum, imo ipsissimam perfectionem in abstracto esse. Aut ideo dicit tenebras

bras in Deo non esse, quia cum tenebræ peccatum significent : *Tenebræ significant peccatum vel fluxum peccati, eo quod peccatum privet animam lumine*, ideo cum Deus expers sit omnis rugæ peccati etiam minimi, merito dicit : *Tenebræ in eo non sunt ullæ*, ita opinatur Cardin. Cajetan. in 1. Joan. c 1. dum ait: *In reliquis intellectualibus substantiis tenebræ aliquæ sunt, saltem potentialitatis peccandi : in Deo autem nec peccatorum nec potentia peccandi tenebræ aliquæ sunt.* Et enim nulli harũ expositionũ quicquam contradico, verumtamen audire aliam quandam ad propositum nostrum adfert quidam Modernus. Porro Epicurei, ut scribit Tertullian. (l. 2. ad Nationes c. 2.) Deum in beneficiis concedendis otiosum esse dicebant : *Epicurei eum otiosum faciunt* Unde S. Joan ad abolendam & refutandam hanc falsitatem, dicere videtur, qua ratione nobis Deum otiosum esse persuadere potest, siquidem Deus lux quædam sit quæ omniũ tenebrarum est expers ? Lux est, quæ gratiarum suarum lumen, & splendores beneficiorum suorũ nobis indesinenter impertitur, sed advertendum est, quod *Tenebræ in eo non sunt ullæ*, tenebræ enim nihil sunt aliud quam lucis quædã privatio. Unde Apost. dicit : *Tenebræ in eo non sunt ullæ*, significare nobis vult, quod Deum quendã habemus adeo nobis benefic um, ut à concedẽdis nobis favoribus nunquã cesset. Et sicut lux nunquam semetipsam illuminat, sed alios, ita Deus noster totus est pro nobis, & in commodum nostrum semper intentus, nec ab eo unquã distat, prout in effectu ipso quotidie videmus. (Tenebræ in eo non sunt ullæ, sc. nihil est in illo quod non sit lucidũ & illuminãs, sive quod bonitatis suæ radios non emittat, nam tenebræ sunt boni privatio sunt. Et quemadmodum Sol si lucis suæ radios cohiberet, nec nobis communicaret, sibi ipsi derogaret, & splendori suo tenebras offunderet : Ita Deus si ad benefaciendum, & sese creaturis communicandum pronus non esset, suo quidem splendori derogare & tenebras offundere, quod nefas dictum est, quodammodo videretur.)

7. Verum enim verò loquamur de Deo non solum secundum quod sibi complacuit, ut omne quod suum est, nostrum sit, verumetiam secundum quod semetipsum nostrum efficere voluit mediante Incarnatione, sic enim deprehendemus, quod Deus factus sit homo, ita tamen ut Deus esse nequaquam desierit, ut & tanquam Deus, & tanquam homo totus noster esset, & in nostram utilitatem impensus, Isaias c. 11. Filij Dei in hunc mundum adventum oculo Prophetico prævideus, ita loquitur : *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice ejus ascendet*, id est verbum incarnatum sicut virga, & sicut flos nascetur, quia floris & virgæ conditiones habebit : *Christus etenim flos est, ut ipse in Cant. testatur his verbis. Ego flos campi.* Per virgã autem S. Cyril. Regiam dignitatẽ intelligit: *Per virgam eum Regiam dignitatem habere, subindicare videtur :* Verum quænã est hæc in persona Christi virgæ & floris ad invicem nexus & copulatio ? Scio etenim, quod virga rigorem significet : *Reges eos in virga ferrea* : Psa 2. Flos autem fragrantiam spirat & odorem : quæ autem est suavitatis fragrantiæ, cum rigore virgæ conjunctio ? ac proindẽ hoc Isaiæ intentum fuisse minimẽ credo: videamus igitur an alium hujus loci sensum, qui magis proposito nostro conducat, investigare possimus. *Egredietur virga de radice Iesse.* Quibus verbis Isa. vult dicere: Nascetur Filius Dei factus homo, sed cum Regia imperij virga, hæc autem virga florem edet, qui spei symbolum est, & hæc est expectatio boni: Et sicut flos sive odorem spiret, sive fructus producat, non sibi, sed nobis nascitur : ita Christus tanquam Rex nascitur, ut totus sit noster, omne imaginabile bonum in nostram utilitatem producens: ac proinde idem Proph. alibi subjungit: *Parvulus natus est nobis, & Filius datus est nobis.* Isa 9. id quod juxta expositionem S. Cyrilli aliud nihil subindicat, quam quod. *Factus est homo unigenitus Dei Filius, non propter se ipsum, sed potius ut nostram conditionem, sicut fuit à principio restauraret, & ut in omnium vita pretium ac redemptionem suum Sanguinem proprium Deo in odorem propria fragrantia offerret.*

8. Porrò certissimum est, quod talia rebus nomina imponantur, quæ earundem proprietatibus per omnia correspondent Unde Cicero l. 5. de finib ait: *Nomina sunt tanquam rerum notæ.* Et Arist. 7 Met. 12. q. 1. *Nomen dicitur à notificando* Et S. Tho. *Nomina debent proprietatibus rerum respondere*, atq; ideo homo utpote de terra compositus *dicitur homo ab humo. Adã*, idem significat quod *Rufus*, quia de terra rubra est factus. Singuli ex discipulis Christi, quia ad prædicandum Evang. & annuntiandam Christi Fidem per universum mundũ mittendi erant, Apostoli vocati fuerunt, *Apostolus* enim idem est, quod *Nuntius, seu Missus* Isa. Proph. verbum incarnatum Emmanuelis nomine insigniendum esse prædixit ; *Vocabitur nomen ejus Emmanuel:*

Hector. Pintus in Isa. c. 11. D. Cyrill. in Isa. lib. 1. 2. c. 1. D. Cyill. Alex. lib. 1. 2. orat. 5. D. Tho. 3 p. c. 39. a. 2. Isa. 6. 7.

Et tamen Gabriel Archangel. Mariæ ex Dei nomine & voluntate præcepit, ut nomen Jesu ei imponeretur: *Et vocabis nomen ejus Iesum.* Id quod Angelus quoq; Josepho dormienti, apparens prædixit, dum ait: *Et vocabis nomen eius Iesum.* Enim verò Paulus de Palatio hic subingrediens, horumq; duorum nominum *Emanuel* & *Iesus* disparitatem acutè ponderans dicit: Si Dei Filius *Emmanuel* vocandus erat, uti vaticinatus est Isaias Propheta, cur postea Angelus tantam adhibuit industriam ad hoc, ut ei nomen *Iesus* imponeretur: *Quomodo conveniunt vocabitur, Iesus, & vocabitur Emmanuel?* Etenim utrumque nomen optimè convenit, quia *Emmanuel?* idem est, quod *Nobiscum Deus* juxta expositionem omnium Patrum, & præcipuè S. Cyrilli Alexandrini, id est venit ad habitandum & cõmorandum nobiscum. Sed quomodo nobiscum commorabitur? Fortè ut nos judicet? ut condemnet? ut castiget? *Poterat plane* (inquit Paul. de Palatio) *esse nobiscum ad judicandũ nos, ad castigandum, ad perdendum*; at verò ut se ob neutrum horum finium in mundũ venisse subindicaret, sed potius ad benefaciendum nobis, ad gratias & beneficia nobis impertienda; ideò *Iesu* nomine insigniri voluit quod Salvatorem & Redemptorẽ significet: *Ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum*; quasi Angelus dicere vellet: vult Deus ut Jesu nomen ei imponatur, ut omnibus manifestum fiat, quod ei proprium sit, non ad proprium cõmodum suũ, sed ad nostram utilitatem respicere: *Vocabis nomen eius Iesum*, ipse enim ad animas nostras redimendas, proprii sanguinis monetam prodigere, & ad resarciendum damna nostra omnes facultates suas impendere, vitam quoq; suam ad nos à morte salvandos perdere non dubitabit. Pro cujus veritatis corroboratione optimè quadrat sequens Dionysij Carth. doctrina, dum ait: *Iesus interpretatur Salvator, ad insinuandũ quod ipse esset verus mundi Salvator, omnes in se credentes generaliter & complete, atque finaliter à morte peccati, interituque inferni eripiens, & ad felicitatem perducens.*

Luc. c. 1. Matt c. 1. D. Cyrill. l. 3. de Incar. c. 2. Matt. c. 1. Dionysius Carth in c. 1. Luca art 7.

O Infinita equidem à Salvatore nostro patrata sunt miracula, siquidem leprosi fuêre curati, illuminati cæci, mortui resuscitati, infirmi sanati, liberati ij qui à Dæmone fuêre oppressi: at verò consideratione dignissimum est, quod ex hisce curatis neminem ad suam sequelam admittere, vel inter Apostolos suos recensere voluerit, id quod maturam utiq; ponderationem meretur. Nunquid enim hi secum quaqua versum circumducti veracissimi esse potuissent testes, imo & tubæ admodum sonoræ, quibus ejus devulgari & celebrari Divinitas potuisset, efficacia quoq; fuissent motiva, ut totus Judæa mus ipsum Dei Filium esse credidisset & publicasset? Ad hæc multi eorum in signum gratitudinis, eum nequaquam volebant deserere, ab efficaciter ei supplicarunt, ut ipsos in suam servitutem dignaretur admittere, inalterabilem o psi ad mortem usq; fidelitatem promittentes & tamẽ ipse in eorundem desideria condescendere minimè consentiebat. Quis igitur hoc ipsum non summè admiretur, idq; tanto magis, cum Zachæi, Publicani, Matthæi usurarij, imo, & ipsiusmet Judæi viri adeo scelerati & impii societatem non fuerit dedignatus? Quin in hoc facto ingens quoddam lateat mysterium, minimè dubito, licèt idipsum etiamnum penetrare nequeam; atque ideo, ut aliquod mihi lumen adsciscere valeam, ad Principem tenebrarum me recipere cogor, siquidem & umbræ picturarum claritatem magis magisque elucescere faciunt. Etenim primus insultus, quem Dæmon in deserto Salvatori nostro intulit, fuit, quod eum ad lapides in panes cõmutandos exhortatus, quasi dixisset: Video te ô bone Anachoreta in hac eremo omnis annonæ inopem & expertem, atq; ex macilento vultu tuo, quam sis egre tate ipsum austerus & rigidus facile conjicio, adeo enim ex diuturno jejunio extenuatus es, ut viva quædam asperrimæ abstinentiæ effigies esse videaris, atque ideo pietas me ad subveniendum necessitatibus tuis coegit; licet paupertas mea non permittat mihi alijs te muneribus quam horum lapidum honorare, quos in hisce montis meis collectos tibi attuli; Etenim passim in omnibus locis tu verus Dei Filius esse prædicaris, quod si verum est, facillimum tibi erit hos lapides in verum panem convertere, quod si facias tuaq; languentia membra hoc victu restaures etiam atq; etiam rogo: *Die ut lapides isti panes fiant.* Dominus autem oblatum hoc sibi a Dæmone donativum nequaquam gratum habuit, ideoq; & lapides in panes convertere penitus renuit; dicendo: *Non in solo pane vivit homo.* Verum cur dæmonis petitioni non acquievit? Cur lapides istos, ut facere haud difficulter poterat, unico duntaxat verbo in panes non transformavit? S. P. noster August Resp. *Non sic de lapidibus panem, ut voluntatẽ contemnentem tentatoris.* Et S. Thom. id Christum fecisse dicit ad monendum hominẽ, *ut nihil faciat ad arbitrium*

Dia-

Diaboli. Enim verò horum SS. resolutiones debita cum reverentia veneror, tametsi alteri cuidam ab aliquo moderno Authore traditæ opinioni utpote præsenti proposito meo convenienti adhærescam, dicit igitur Author ille, quod si Christus miraculum patrasset commutando lapides in panes, id utique in suam protinus commoditatem patrasse censeri potuisset, quod hominis, non vero Dei opus est, *Si pro sui commodo & saturatione miracula & mirabilia facerem, non Deus, sed homo apparet, cujus proprium est totam suam potentiam in suorum utilitatem convertere.* Porro si Christus illos quos sanitati miraculose restituerat in suorum Apostolorum vel discipulorum numerum adoptasset, videri potuisset miraculum istud non tam pro illorum infirmorum utilitate, quam propter semetipsum operatus fuisse, quasi scilicet illos curasset, ut iis veluti divinitatis suæ testibus quovis in casu obvio uti posset. Unde videtur dicere voluisse, ut videatis hanc nequaquam meam intentionem fuisse, sed huc me solum spectare, ut vos ea, quam vobis gratis restituo, sanitate perfrui valeatis, nolo vos in una mecum societate aut Collegio habere, abitote igitur & alium quemvis bonum pro libitu vestro consectemini *Christus neminem fere eorum, quos curavit, voluit habere discipulum, quamvis aliqui id rogaverint ut fuit illi, a quo Legionem dæmonum expulerat, nec voluit videri sui commodū quærere, sed nostram utilitatē.*

10. Cum tempus & hora qua Filius Dei Redemptioni totius mundi ultimam adhibiturus manum erat, in propinquo esset una cum discipulis suis, in hortum Gethsemani se recepit, in quam solitudinem cum pervenisset, à discipulis suis se nonnihil subducens, hanc ad æternum Patrem suum orationem effudit: *Pater mi si possibile est transeat à me calix iste: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu*, quasi diceret: *non secundum substantiam ejus divinam & impassibilem, sed secundum naturam humanam & infirmam*, exponit Origenes. Verum dicat hic aliquis, nec immerito, quod si te ô Domine tormenta contristant, si deterrent dolores, ideóque velut ad flagella sustinenda bibendúmque amarum Passionis calicem invitus dicis: *Transeat à me calix iste*, cur postea voluntatem Patris tui adimpleri petis? Respondet Dionys. Alexandrin. in cat. D. Thom. ubi supra *Perfectam voluntatem Patris, quam ipse noverat petit sortiri effectum, qua eadem est, & sua secundum Divinitatem.* Unde quotquot adversitatibus succumbunt, & ab infirmitatibus angustiantur, ab hoc Christi facto discant, in omnibus adversorum obviis casibus, divinæ voluntatis manibus sese committere. Unde Beda in cat. D. Thom. ubi supra. *Approximans etiam Passioni Salvator infirmantium in se vocem sumpsit, ut cum hoc imminet, quod fieri volumus, sic per infirmitatem petamus, ut non fiat quatenus per fortitudinem parati sumus, ut voluntas conditoris nostri, etiam contra nostram voluntatem fiat.* Verumenim vero aliam resolutionem quandam, proposito nostro valde accommodam, quæ ex Origene deducitur, velim auscultetis: Quod si adimpleta fuisset voluntas Christi, adeo ut calicis & mortis amaritudinem non ebibisset, id utique in utilitatem & commodum ipsiusmet Redemptoris redundasset: è contra vero per executionem voluntatis paternæ, magna in nos salutis nostræ utilitas & commodum resultabat. *Non mea voluntas, sed tua fiat*, quod idem erat, ac si diceret. Tua voluntas ô Pater cœlestis, voluntati meæ longe anteponatur. Veniant proinde super me flagellorum tempestates, dummodo super homines depluat acceptabilis ros gratiarum. In proprii sanguinis mei procelloso mari libenter naufragabor, dummodo fidelium meorum animæ ad æternæ salutis portum securè perveniant. In probrosam libens mortem me offero; in aspero Crucis ligno velut alter quidam Pelicanus cruentari non formido, dummodo sanguis & mors mea vitam donent generi humano. Fiat igitur, Fiat, *Fiat voluntas non mea, sed tua, videns quanta utilitas totius mundi esset futura per passionem ipsius, dicebat sed non sicut ego volo, sed sicut tu.* Concludit Origenes in capite 26, Matth. in cat. D. Thom. folio 104. Et Pater Stella pariter hanc fuisse Salvatoris voluntatem subjungit, ut voluntas Patris adimpleretur, ut vel sic mundus totus cognosceret, quod nostra commoda propriis anteponat, nostrumque bonum apud ipsum suæ utilitati longe præponderet: *Non, inquit, Pater, fiat hoc, quod loquor secundum carnis naturalem inclinationem, sed, inquit, fiat id, propter quod me misisti, redemptionem scilicet humani generis, ob quam ego à tuo excelso sinu in hoc solum descendi.* Didacus Stella in capite vigesimo secundo Lucæ. *Luc. 6. 22.*

11 Christus in ligno Crucis clavorum remis, & humanitatis suæ velo ab impetuoso Phatisaicæ perfidiæ vento nunquam dilacerato instructus in proprii sanguinis mari navigabat, seu potius naufragabatur, adeo ut cum Propheta dicere potuerit: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me; id est, seditiosa commotio*

D. Athan. ibi. fol. 218. Iudæorum (ut sanctus Athanasius explicat) demersit me in mortem & extinxit. Crucifixores quidem qui ipsum ad *Non plus ultra* miseriarum reductum esse videbant, palam clamabant decretum sibi esse ut ipsum verum Dei Filium esse crederent, si avulsis à Cruce manibus descenderet, seque liberaret. *Si Rex Israël est, descendat nunc de Cruce, & credimus ei*, quasi dicerent: Tot alias miracula petravit, milliésque se Judæorum Regem esse professus est, nunc si libet, aut potest, aliquod veritatis hujusce specimen edat, manusque & pedes suos è clavis absolvat, nósque ipsum veluti Regem nostrum adorabimus: Veruntamen Christus in miraculi istius patrationem consentire nequaquam voluit, licet id facere sine ulla difficultate posset, ex quo enim Deus erat pro libitu suo, quicquid volebat, facere poterat, adeo ut omissio illius miraculi ejus impotentiæ nequaquam debuerit attribui. Rabanus quidem Christum in petitionem ipsorum descendere noluisse existimat, ut nobis tam in sufferendis injuriis, quam Crucis clavorúmque doloribus, patientiæ exemplum exhiberet: Si tunc de Cruce surgeret insultantibus cedens, virtutem nobis patientiæ non demonstraret, sed expectavit paululum, irrisionem sustinuit. Sanctus Hieronymus in Cat. Divi Thom. ubi supra dicit Christum utpote infinita sapientia præditum, clare cognovisse, quod licet miraculum istud ipsis sollicitantibus realiter operatus fuisset, ipsi tamen ob hoc nequaquam ei fidem adhibituros fuisse, id quod ex Resurrectionis sequela manifestè colligit, nam cum illum noluerint credere è sepulchro fuisse resuscitatum, multo minus ipsum de Cruce descendisse credidissent. (Quid enim plus? de Cruce adhuc viventem descendere, an de sepulchro mortuum resurgere? Resurrexit & non credidistis, ergo etiam si de Cruce descenderet, non crederetis. Omnes hæ rationes optimæ sūt: veruntamē videtur Christ. hac in re pompejū imitari voluisse. Referunt etenim Historiæ quod dum urbs Rom. quondā ab omni fuisset alimoniæ genere exinanita, ideóq; eunctí cives gravi fame angustiarentur: Pompejus tandem totius urbis ærumnis intime compatiens personaliter eo proficiscí decreverit, ubi se pro urgentis necessitatis remedio aliquam in granis aliísque victui sustentando necessariis alimentis provisionem faćturum esse credebat. Vix autem navigium ingressus fuerat, cum ecce turbatum mare minitabatur tempestates; Navarchi itáque omnibus viribus

Matth. 27.

Raban. Maur. in cat. D. Th.

iter istud Pompejo dissuadere nitebantur, ut quod imminentis naufragii pericula nimis evidentia erant. Ipse autem vitam suam nihilí faciens, sed commune patriæ bonum ob oculos positum habens respondit: *Vt navigemus, urget necessitas, ut vivamus non urget*: Mystice etenim Pompejus noster mare Passionis in Ligno Crucis suæ navigabat, cui tum sólis defquium, Lunæ obscuratio, & terræ horribilis tremor quid aliud quam mortis naufragia comminabantur. Hebræi imitabantur Pompeii nauarchos, siquidem Filio Dei ut de Cruce descenderet speciosis adhibitis promissis persuadere conabantur; Veruntamen ipse videbatur dicere: *Vt navigemus, urget necessitas, ut vivamus non urget.* Verum quidem est, quod mare Passionis non enavigando, & descendendo de Cruce vitæ suæ consulere & mortis naufragia evadere potuerit: attamen nostras necessitates considerans dicere videbatur: vitæ pericula & mortis naufragia nihili facio, dummodo humanis miseriis exinde subveniri videam. Libenter igitur moriar, ut aliis vitam procurem: *Noluit descendere, ne descenderet sibi, sed moreretur mihi*: ait sanctus Bernardus. Sed quid hac in re multum miramur? Nunquid Rex erat? *Ecce Rex tuus*, igitur vitam suam pro suorum salute mortis exitio exponere debebat. *Venit tibi & non sibi.*

12. Pilatus super caput Christi hanc inscriptionem reponi præcepit; *Hic est Rex Iudæorum.* Veruntamen modum velim, quo Evangelistæ hac de re loquantur, observetis. Sanctus Matthæus dicit: *Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam*, Et Sanctus Marcus: *Et erat titulus causæ ejus.* Enim vero Pilatum omne prorsus cerebrum & memoriam amisisse necessario dicendum videtur. Ipse námque antea expresse protestatus est, quod nullam in Christo pro ejus condemnatione causam inveniret: *Non invenio causam in hoc homine.* Quod si verum est, quomodo igitur justam condemnationis suæ causam publico scripto capiti Crucifixi superimposito profiteri audet? *Posuerunt causam.* Præterea ex quo in conspectu totius populi manus suas abluens eum declaravit innocentem, ipsos vero Judæos iniquos & malevolos: *Innocens ego sum à Sanguine justi hujus.* Unde igitur nunc hujus Crucifixionis causa emanare potuit? Num forte inibrato circa Crucifixi personam iterato examine, aliquem in ejus vita nævum invenit? Minime

mo genitum; Neque enim reprehensibilis esse potest, quin vita sua est infinite perfectus, & in cunctis actionibus suis optime regulatus. Enimvero Auditores omnino credo Pilatum ad hanc inscriptionem erigendam concurrisse veluti instrumentum quoddam, ipsummet vero Deum in hac actione fuisse principale agens. Ac proinde si bene consideretis, videbitis, quod Evangelistæ non referant ita: *Posuerunt causam mortis, seu criminis*, quod falso ei imputare conniterentur, sed *causam ipsius*, quasi causa mortis in eo esset, & ab eo dependeret, non vero ab aliquo dicto vel opere malo. Verum videamus obsecro an eandem invenire possimus. Porro Tostatus 3. Regum 1. quæst. 23. notat, quod electiones Regum quæ in veteri Testamento fiebant, solitæ fuerint institui per eorundem juxta Lauros vel fontes factas inunctiones: (Unctio vel coronatio Regum fiebat apud fontes? Ita enim de Adonia, Salomone, Abimelech, & aliis legitur eos juxta fontem Rogel & Siloe, & arbores Sichem inunctos fuisse. Quænam sunt hæ extravagantes Ceremoniæ, nunquid illa Regis unctio melius in Palatio Rego, vel in platea publica, in foro, vel Templo institui potuisset? Imo vero pro hac Cæremonia adhibenda, nullus reperitur opportunior locus, quam qui est juxta fontes & arbores: *Fons dicitur à fundendo, & fontes perenni aquarum gurgite ad fœcunditatem terra decurrunt; Arbores vero non modo fructuum ubertate, verumetiam viridi comarum pompa utilitati hominum serviunt.* Undepse hosce fontes & arbores Regibus insinuari quod subditorum, non vero propriæ attentæ debeant utilitati, nimirum veluti arbores in commodum aliorum producendo fructus, & tanquam fontes gratiarum suarum aquas ad subditorum utilitatem scaturiendo. Enim vero Christus Rex erat: *Ecce Rex tuus*, & tanquam talis publicè declaratus fuit in titulo Crucis J. N. R. I atque ideo ut tanquam antiquæ respondenti consuetudini, mortuus est in arbore Crucis, inter quinque sacratissimorum vulnerum suorum fontes, quibus sanguinem manabat. Agedum igitur, dicit Deus, scribatur super caput ipsius causa cur moriatur, Et quænam illa? *Rex Iudæorum.* Quia enim Rex erat Judæorum, imo totius mundi absolutus Monarcha, ideo nostram salutem propriæ vitæ anteponere, & Crucis tormenta libenter sustinere debuit, ut per suos dolores nobis lætitiam & gaudium pareret: *Hæc totius causæ sive mortis Christi summa est, quod Rex hominum sit quod perinde est, ac si dicatur: Non à febri, non à senio, non ab hominum odio, non à criminis pœna, sed à Regia dignitate mortis i actum accepit, ut Principii munus & partes undequaque impleat,* Verè igitur regio modo se habuit. *Anton. Vasques in Psal. 100. Anmot. 21. num. 2.*

13. Salvator noster post obtentas victorias, omnesque mundi & inferni inimicos subjugatos, & in supernæ Paradisi regia triumpharet, magno omnium sanctorum Patrum, quos è limbi carcere liberaverat, comitatu stipatus, gloriosus & immortalis in Cœlos ascendit, idque tanto cum splendore, ut quamdiu Cœlum Empyreum stetit, ingressum majori cum pompa & solemnitatis splendore institutum nunquam viderit, nec deinceps visurum sit, quod ut credibile fiat, hoc solum dicere sufficiat, quod gloriæ apparatus talis fuerit, qualis ipsimet Dei Filio debitus erat. Inter tot autem illius triumphi magnificos apparatus unum solum est, quod vehementer obstupesco, scilicet quod currus triumphalis quo subvehebatur, nubecula quædam fuerit: *Et nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Mira profecto res quod in solemnitate quadam longe maxima, pro incomparabilis Majestatis throno nubecula quædam adhibeatur! Verum quidem est quod nubes aliqua à splendoribus irradiata adeo sit venustis coloribus tincta, támque venustam sui speciem oculis imprimat, ut oculus illam potius ex solido, puro, puróque auro factam quam deauratam æstimare possit: At vero tandem vapor quidam est terrenus, qui quoad sui venustatem nil præter apparentiam habet; unde satius mihi futurum fuisse videtur, si Angeli Cherubini & Seraphini sibi mutuo innexi, chlamyde auro, gemmis & unionibus adornata amicti, plumis aureis atque cæruleis inter se alternantibus alati, sese congruo ordine divisos partim scabelli loco plantis Salvatoris substernerent, partim vero ex utroque latere per modum fulcri eum sustentarent; cur igitur loco currus adhibere nubeculam voluit: *Nubes suscepit eum?* Aliqui respondent, factum id esse, *Ut omnis creatura suo famularetur creatori: astra nascenti & morienti, nubes ascendenti & ad judicium redeunti* Durandus hunc passum exponens, per nubem gratiam divinam moraliter intelligit, sine qua nec ad luerum meriti, nec ad consecutionem gloriæ in altum elevari possumus: *Nubes significat gratiam, quia sine nube & sine gratia nullus potest ascendere, etiam Christus secundū quod est homo, & hoc significat nubes, in rat. div.* *Actor. Apost. c. 1.* *Ioannes Gagnejus ibid. f. 354. col. 1.* *Guil. Durand. in*

offic. lib. 6. *qua ascendit.* Oecumenius autem dicit, quod
Oecumenius ap. Petrum de Avendan. Christus *usus est nube tanquam vehiculo, quia Dominus.* Veruntamen Phrasin hanc vel loquendi modum nequaquam intelligo. Imo potius dicendum mihi videtur, quod quia Dominus est, conveniens fuerit, ut Thronus ejus pro majori honorificentia majori quoque Majestate resplenderet. Veruntamen quid hac in re tandem conceperim attenti auscultate. Sanctissimus Carmeli Patriarcha Elias una cum discipulo suo Eliseo procul à Jordanis flumine obambulans de variis rebus, quas imminente hoc ejus discessu occasio suggerebat, sermones inter se miscebant, cum ecce ex improviso, duos flammivomos equos cursores currum igneum post se
ser. de Trin. trahentes venientes vident. *Ecce currus igneus,*
4. *Reg.* 2. *& equi ignei diviserunt utrumque.* Unde Elias absque ullo flammarum metu currum conscendens translatus est in Cœlum: *Ascendit Elias per turbinem in Cœlum.* Elias igitur in curru igneo subvehitur. Redemptor noster autem nube loco currus utitur. O quam pulchrum mysterium, inquit Oecumenius; *Nube tanquam vehiculo u-*
Oecumenius ubi supra. *sus est Christus, quia Dominus, Elias vero igne, quia servus.* Ut verum fatear nondum idipsum intelligo, neque mysterium quod in duabus hisce Scripturis adinvicem collatis latet, adeo facile patescet, nisi prius quænam sint ignis & nubis proprietates dispiciamus. Ille omnia consumit ad semetipsum conservandum, quod utpote vile & abjectum ad servum spectat, nubes autem in semetipsa evanescit & disparet, in pluviam commutata terram fœcundare possit, quæ actio generosa & nobilis ad Dominum pertinet. Unde ut Filius Dei nobis indicaret, talem fuisse ejus erga nos conditionem quamdiu in hoc mundo nobiscum fuit, in vehiculo quodam ex nube lu-
Io. de Sylv. Carmel. Tom. 1. lib. 2. c. 1. qu. 20. num. 82. cida efformato in Cœlos ascendit, *Hæc est ingenita naturæ Christi Salvatoris nostri in documentum optimi Regis, ut seipsum morti subjiciat, ut nobis vitam largiatur.*

14. Enim vero continuatio politicæ istius Redemptori nostro adeo cordi fuit, ut eam ipsis quoque Apostolis persuadere voluerit, ut hi eandem executioni mandarent, traderéntque aliis, tam pro subditorum utilitate, quam pro majori gloria superiorum. Atque hinc est, quod cum Apostolis loquens iisdem dixerit: *Vos estis*
Matth. 5. *lux mundi, & vos estis Salterræ.* Verum inquies, nunquid fuissent digniores tituli, & nomina excellentiora, & muneri Apostolico incomparabiliter magis correspondentia, si illos appellasset ædificii Ecclesiastici fundamentales lapides, vel inæstimabilis valoris & pretii gemmas in Paradisi ornamentum adhibendas; aut si usus fuisse metaphora auri & argenti nimirum metallorum, charitatem erga proximum, morum integritatem & vitæque integritatem significantium? Equidem quod ad salis nomen attinet, cum sancto Gregorio responderi posset, quod *Cibus Dei perpulc.* *condimentum Sacerdos*; vel cum sancto Hieronymo: *Quia per illos universum hominum genus conditur.* Id, quo sancti Patres, Paschasius, Anselmus & Augustinus pariter confirmant. Alii dicunt quod per salem discretionem intelligi voluerit, fundantque se super illa sancti Pauli verba: *Omnis sermo vester Sale conditus sit, id est, habeat discretionem in operibus vestris; Et cum multa virtutes ad Prælatos pertineant discretio maxime est necessaria.* Quod vero ad Lucis titulum attinet, *Vos estis Lux mundi*, dici posset Christum eos hoc nomine appellasse, ut per doctrinam illuminarent, atque in amore arderent. Ita Ansbertus ait. (Dominus Apostolis suis dixit: *Vos estis Lux mundi*, qui videlicet non solum lucent, sed & ardent, quia verba eorum Lumen Scientiæ simul & & amoris incendium præbent.) Sanctus Anselmus subjungit Christum instruere voluisse Apostolos, quod post illuminatas hominum mentes, in eosdem insuper salem seminare debeant, ut ignorantiæ tenebræ & peccatorum stipes nunquam in iisdem excrescere possent, cum peculiaris salis proprietas sit, quod terram, in quam seminatur, sterilem efficiat; (Apostoli Sal & Lux; postquam enim aliquos illuminaverint, eos in bono proposito debent servare, & vermes vitiorum extinguere, & omnem exficcam carnalitatem. Alii tandem ad præsens nostrum propositum opportune respondent, quod sal & lux non ad proprium, sed aliorum commodum & beneficium deserviant, lux enim non semetipsam, sed alios illuminat, & sal non ad sui ipsius, sed ad ciborum condimentum deservit: (Apostoli dicuntur sal & lux: nam hæc non sibi, sed Carstoli aliis suos præstant effectus: Sal non seipsum condit & saporat, sed alios; Lux non seipsam luminat, sed alios.) Per quod Filius Dei Apostolis demonstrare voluit, quod hujus quoque conditionis esse, eandémque superiorum subditorum regimini destinatorum pectoribus inesse debeant. (Verus Prælatus Ecclesiasticus non suis commodis sit intentus, sed aliorum utilitati consulat: non suæ opportunitati est datus, sed totus aliorum emolumentis natus.

15. Isaias Propheta futuram, quæ in nos per veracis Messiæ adventum redundatura erat, prosperitatem & felicitatem prædicens, ærumnas nostras per omnis generis consolationes, nec non per omnium bonorum spiritualium & corporalium copiam compensandas esse dicit: *Mamilla Regum lactaberis, & scies, quia ego Dominus salvans te.* Sanctus Cyrillus, Hieronymus, Procopius, & Oleaster hunc passum ita exponunt. Et Septuaginta Interpretes clarius idipsum declarant, dum legunt: *Divitias Regum comedes* Et enim causam hoc loco scire desidero, cur Propheta felicitatem nobis obventuram esse asserat, velut Lac, quod è mamillis matris alicujus exprimitur? Lac etenim stillatim & guttatim egreditur ab ubere, unde Propheta innuere velle videtur, quod Salvator noster non copiosus & splendidus futurus sit in donando, sed satis tenax & parcus, ac proinde meo judicio aptius locutus fuisset Propheta, si dixisset, quod dum nos per immissam felicitatem locupletare nititur bonis cujusdam imitator existat, qui aquam suam per millena ora copiose scaturit, vel quod fluvius torrens, qui ex uno loco ad alium in summa plenitudine decurrit. Quid igitur sanctus Isaias per metaphoram ab ubere expressi lactationis indicare statuit, dum ait: *Mamilla Regum lactaberis.* Vivit Deus, quia nullum hoc gratius & felicius novum audire poteramus: Felix enim est illa Respublica, quæ à Principe suo, velut matre tractatur, quæ lac filiis suis præbenti natæ sunt gentes illæ, quæ Dominum quasi habent, qui subditos suos velut mamilla quadam tractat, quæ famelico infantulo lac administrat. Mamilla namque lac non sibi, sed filiis conservat & retinet, id est, ad tenerum infantum ætatem nutriendam, & sustentandam: *Lac est in mamilla non ad propriam sustentationem alimentum habente, sed ad alterius nutrimentum.* Joannes Sylveria Carmelitanus. Tomo 2. libro 4. cap. 11. quæst. 9. num. 130. fol. 326. col. 2. Ecce igitur hic tibi revelatum Isaiæ sensum, dicere enim vult: Tu, ô homo, habitum es Regem, qui nihil de tuo sibi vendicabit, sed omnem suam facultatem atque substantiam, imò semetipsum totum & totaliter tuis commodis impendet; Id quod Propheta de novo confirmavit, tunc quando urbi Sion congratulans, omnes quoque Sionis filias ad secum congratulandum invitabat, dicens: *Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.*

16. Eheu quam graves difficilésque rationes Deo Principes illi reddere debent, qui in suo regimine contrarium faciunt, qui impositionibus & gabellis suis pauperculos subditos suos adeò enervant & excoriant, ut illos fame enecari nihil curantes panem ab iisdem sudoris sui moneta comparatum ab ore eorundem eripere non erubescant, imò si possibile esset sanguinem exprimere, & cupiditatis spongia ab illis tollere vellent. Verum quidem est, quod subditi decorum Principis statum sustinere & conservare obligentur (loquor cum debito respectu ut bonos semper salvem) non tamen effrænes eorundem dissolutiones, non ludos & jocos qui diu noctúque durant, in quibus ut plurimum, quod Principes perdunt, subditi solvere coguntur. At verò DEUS qui desursum omnia distinctè videt, tandem crudelitatem eorum abbreviando illis vitam, eósque ad reddendas de malè partis rationes evocando, compensabit. Porrò qui sunt ejusmodi, in eorum numerum reponi possunt, ne quibus Petrus Damianus Cardinalis scripsit: *Omnes præesse inhiant, prodesse nulli.* Quos proinde sanctus Antonius de Padua optimè monet, ut reditus suos, saltem eos, qui superabundant, aut superfluunt, eo modo adhibere & impendere studeant, quo in subditorum proventum redundent: (Regiæ Principi redditus & vectigalia dantur, non ut ipse sibi indulgeat, & lautè comedat, sed ut in populum diffundat, ut omnes sint saturati;) Ipsi autem omnia sibi & in commodum suum habere subjectumque sibi populum volunt ut mancipia catenæ habere alligatum, hominũ ingenio & astutia pollentium singularem delectum instituunt, ex iisque congregationes sæpe & collegia convocant, non tam ut in iis de bono Principatûs regimine consilia agitent, quam ut de modo quo aurum ex subjectis statibus elicere & exprimere possint. illa nimirum Hortulanorum regula utentes, qui ramos ignobiles arboris præscindunt, ut principalem arboris truncum conservent, & in altum excrescere faciant. Verum quidem est, quod in alicujus Reipublicæ corpore mystico Princeps caput existat, nos verò corporis illius membra sumus. Unde Seneca Epistola 25 *Membra sumus corporis magni, natura nos cognatos fecit.* Neque dubium est quin membra, verbi gratia, manus vel pedes in casibus obviis capiti periclitanti subveniant: at verò æquè etiam indubitatum est, quod caput reciproce membris influentiam & vitam participare debe-

Petrus Damian. Epistola 2. libro 1.

D. Anton. Vlyssipp. serm. in Domin. 4. post Pent.

at. Hi autem pulchrum hunc naturæ ordinem susque deque subvertunt, dum sibi & in suum commodum cuncta prospere fluere desiderant. Hi profectò sibimetipsis prorsus dissimiles existunt, nec quicquam Principis præter solum nomen obtinent: imò nec nomen quidem Principis merentur, utpote quibus Tyranni nomen aptius convenit: Principis alicujus dextera (dicere solebat Hildebertus) non tam de sceptro, quàm de collato subditis suis subsidio gloriari debet: *Regia manus melius donativo, quàm sceptro splendeat.* Liceat porrò mihi aliquod ex illa Theodorici apud Cassiodor. libro tertio, Epistola undecima, sententia, formare argumentum: Hic enim breviter dicit: *Quid enim tam regium, quam fecisse felicem?* Suos etenim felicitare actio vere regia est, Cum igitur *Oppositorum sit eadem disciplina*, clare liquet, quod emungere sanguinem & vitam, subditósque in extremum miseriarum fundum redigere proprium sit Tyrannorum. Vobiscum ô superiores, qui Imperii limites in vestra manu tenetis, loquitur Cyrillus Alexandrinus in lib. de recta Fide ad Theodos. dum ait: *Vos etenim terreno fastigio superiores amplissimarum dignitatum fontes estis: Vos humanæ felicitatis principia, & origines.* Fontes etenim esse debetis & mineralia, ut sinum subjecti vobis populi beneficiorum aquis irrigare, & auro pariter & argento locupletare satagatis. Tales inquam esse deberetis: sed contrarium omnino facitis, de quibus merito proinde affirmari potest, quod Ecclesiasticus breviter insinuat dum ait: *Pascua sunt divitum pauperes* Scio equidem me hoc in loco loqui ad illos à quibus non intelligor, siquidem nec Principes nec Reges hoc in loco præsentes auditores habeam: fieri tamen nequit, quin saltem tales præsentes sint, qui vel communitates aut familias gubernant, vel saltem Principis personam sustineant aut suppleant. Apud moralem Senecam proverbium quoddam erat, quo vitam hominum piscium vitæ similem esse dicebat: *Hominum vita piscium vita.* Sed in quonam puncto similitudo isthæc consistit? Dicat idipsum sanctus Basilius: *Major pars piscium alter alterum devorant, & minor apud illos esca majoris est Quid igitur nos homines aliud agimus, cum vim inferimus inferioribus? Quid igitur facimus in potentatibus super inferiores constituti.*

Senecæ Epist. 91. D. Basil. hom. 7. in Hexam. f. 27. co. 2.

17 Quam existimatis causam esse, quod spinetum vel rubus ad regiam super omnes arbores dignitatem fuerit evectus? Nunquid huic dignitati aptiores fuissent, Pinus, Cedrus, Cypressus, Quercus, Malus &c. Nunquid arborum omnium est plantarum vilissima? Verum id quidem est, veruntamen inter omnes arbores nulla est quæ conditiones & qualitates Principum adeo vivaciter & propriè exprimat, sicut rubus. Viæ proximus assistit, nec ullus eidem appropinquat, quin memoriale aliquod ab eodem accipiat, Chlamydem ex humeris tibi detrahet, & nudum relinqueret, nisi teniteris, sed quia id non obtinet, ideo ut saltem partem aliquam obtinere valeat, vestem tuam dilacerat: *Etenim conjunctionis prætextu, ejus vestem, qui sibi adhæret, prendit, ac sibi retinet.* Explicat quidam Modernus. O quot ex vobis qui meis præsenti loco auscultatis in meum favorem libenter loquemini, si locutum esse prodesset, & nisi verba quæ è meticuloso ore proedunt, terrorsum agentur. Hi rubi, hæc spineta omnia sibi attrahent velut inutilia ab hoc mundo per mortis falcem ex improviso extirpabuntur, & in falcis tum collecta, in gehennæ igne æternum concremabuntur. Verum hactenus hac de re multa satis à me dicta fuerunt, licet sine ullo fructu, hoc tamen ad minus me consolatur quod per ea quæ dicta sunt meo muneri utcunque satisfecerim. Enim vero quod si vos damnâ à Principibus & magnatibus pauperibus illata aliqua saltem ratione per Eleëmosynam resarcire satagatis, pauperum oppressores magnopere confundetis, eorúmque vultum verecundiæ larva superinduetis, ac proinde, ut id liberaliter faciatis, vos etiam atq; etiam obtestor, quantum enim sibi à Deo habituri sunt supplicium, tantum tamque excellens vobis retribuetur præmium.

PARS SECUNDA.

18 Zacharias Propheta qui solemnem ingressum, quem Rex gloriæ in Jerosolymorum urbem hodierna die facturus erat, longe ante prævidit omnes Sionis & Hierosolymorum virgines ad congratulandum & congaudendum invitat dicens: *Exultat satis filia Sion, jubila filia Jerusalem: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, justus, & Salvator.* Multæ quidem sunt rationes, quæ non solam Hierosolymam, sed & universum mundum ad jubilandum & exultandum movere debeant. Primo quia Regem justum habituri dicuntur, qui scilicet nulli gravis sit futurus aut molestus: futurúsque sit adeo erga subditorum salutem affectus, ut ad eos salvandos

viriam suam perdere aut prodigere nihili æstimet. Unde Paulus de Palatio ait: *Veniens Dominus super Asinam, venit passurus, & pro omnibus sæculis passurus rem omnibus sæculis tantopere desideratam.* Veruntamen omnino existimo præcipuum eorundem jubilandi motivum esse, quod scilicet talem esset habituri Regem, à quo nullam unquam habituri sint lamentandi causam, nullum passuri onus vel gravameni, ac proinde illa magnâ eâ mansuetudinis amicâ futurâ esse præsciit: *Venit tibi mansuetus.* Adeo enim futurus erat benignus, ut in quovis obvio casu placide & suaviter cum iis esset acturus. Omnéque quod à nobis quæsiturus esset, moliturus esset obtinere non per rigorem vel authoritatem imperii, sed potius summa cum verborũ suavitate.

19. Quinnam existimatis causam esse, quod Christus duos discipulos suos Petrum & Philippum (hos enim fuisse existimat Carthusianus) ad solvendum jumentum emittens, pariter iisdem præceperit, ut si quis causam, cur jumentũ solverent, ab iis exquireret, aut eos impedire vellet, suaviter responderent: *Dicite quia Dominus his opus habet.* Quid? Ergone Rex aliquis subditum rationem dicere tenetur, cur talem legem condat, aut hoc vel illud onus imponat, aut gravem aliquam gabellam vel actionem instituat? *Sufficit ratione voluntas: sic volo, sic jubeo,* nec est debet, qui resistere ausit; velitis, nolitis, nihil refert; quia vobis etiam invitis sic esse debet. Sic quidem multorum in hoc mundo Principum est, verumtamen Rex & Salvator noster hujusmodi terminis nequaquam utitur: *Dicite quia Dominus his opus habet.* Homines enim ab incomparabili suavitate, quam Salvatorem loquentem audiendo recipiebant, essi fortissime attracti continere se non poterant, quin tumultim ad ejus prædicationem & sermonem auscultandum accurrentes, in mediam ejus turbam sese ingererent: Et quidem uno die specialiter, tanta eum loquentem circumdedit populi multitudo, ut vix gressum ulterius movere posset; unde juxta stagnum Genezareth consistens, pro habenda majori loquendi commoditate, Petrum & Andream, ut è duabus navibus ad littus hærentibus, unam sibi tantisper accommodarent, rogavit: eámque ingressus pulpiti loco habuit, quia vero navicula populo ausultanti nimium vicina erat, ideóque ejus prædicatio difficulter ab omnibus audiri & percipi poterat, rogavit Simonem, inquit Sacer Textus, ut arrepto remo cum nonnihil à terra removeret *Rogavit eum à terra reducere pusillum.* Unde Dionysius Carthusianus hoc loco dicit. *Ideo navim intravit, quia turba cœperunt eum comprimere, & in terra cum eis stans, non poterat ab omnibus tam congruenter aspici, & audiri, sicut in navi stans.* Enimvero hoc totum optime dicitur, solum hocce verbum, *Rogavit*, valde mihi in verbis Salvatoris displicet. Ergone Dominus naviculâ à Simone mutuaturus opus habet ut roget? Si ipse Dominus est, cur non imperat & mandat, ut commodet? Si ipse Petri Magister est, cur non potius eidem dicit, volo ut commodes? hanc mihi navim accommoda ne minimum quidem verbum obganniendo? Sanctus Ambrosius respondebit id factum esse quia (servitium plus placet, non quod imperio exigitur, sed quod sponte defertur) S. Bonaventura simul cum Seneca hic subjungit, id Christum fecisse ut hominis generositatem demonstraret, quia *facilius ducitur, quam trahitur.* Vel cum Sancto Joanne Chrysostomo hom. 65. in Matth, hæc adduci ratio poterit, quia *potentior est oratio mitis, quam violenta* Veruntamen Dionysius Carthusianus præter hasce adductas aliam quandam rationem adducit valde ingeniosam, & præsenti proposito nostro plurimum accommodam Vos eam auscultetis utpote attentione vestra dignissimam. Christus quidem tanquam Dominus, unam è Simonis navibus propria authoritate accipere poterat: Id tamen facere renuit, quin potius dulciter eum rogare voluit, suavitatem suam in modo petendi demonstrando, quodque sæpe expedientius sit id, quod plenaria authoritate facere possumus, nonnunquam cum aliqua benevolentiæ suavitate & civilitate moliri (Porro ex hoc ostenditur maxima Christi dignatio, mansuetudo, & pietas, quod Petrum pro tam parva re tam modeste humili terque rogavit, cui præcipere habuit; docens Prælatos, ut proniores sint ad monendum, quã ad præcipiendum, magisque cupiant diligi, quã timeri.) Etenim vere pulchra & bona est hæc Politica, quantumvis Principes ejus observantiam, vilitatem quandam & abjectionem animi subindicare existiment. Merito igitur sancti Prophetæ Isaias & Zacharias Filias Sion invitant, ut tam suavis, placidi, & mansueti Regis sui solemni ingressui congratulentur.

Dionys. Carth. ibid.

D. Ambr. serm. 3. de Sanctis in festo Sancti Basilii.

Dionysius. Carth. in c. 5. Lucæ art. 12. fol. 139. Lit. A.

20. Aliud quoddam supereſt monitum, iis qui publico regimini admoti sunt apprime necessarium, atque pro Reipublicæ vel status alicujus prospero & felici regimi-

ne maximè considerandum. Priusquam tamen illud in medium adducam scripturale quoddam dubium vobis antea proponam, in cujus visceribus monitum à me vobis promissum utique invenietis. Enimvero notum est omnibus atque perspicuum, omnia magni Dei opera operata optime regulata, & non casualiter, sed in certum quendam finem directâ esse: hæc enim veritas adeò clara est & evidens, ut sol magis lucidus esse non possit. Ac proinde cupidus sum explorandi causam, cur post determinatam verbi incarnationem, priusquam illa executioni mandaretur ad MARIAM Virginem missus fuerit Gabriel Archangelus? cur hic, & non alius? videbatur enim, quod cum mysterium inter omnia fidei nostræ mysteria sit facile maximum, decens quoque fuisset ad illud annuntiandum supremum quoque supremæ Hierarchiæ Angelum destinari. Item cùm amor præcipuum sit Incarnationis motivum, teste sancto Joanne, qui dicit: *Sic DEVS dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret*, decentius fuisset si adhibitus fuisset aliquis Seraphinus, utpote quo nullus aptior inveniri poterat ad ferendum tam felix nuncium amoris. Præterea quia verbum æternum quod est ipsa æterni Patris sapientia, incarnandum erat, cujuslibet opinione aptior aliquis ex Cherubinorum choro fuisset ad hoc nuncium expediendum, illis namque scientia appropriatur. Cur igitur hisce omnibus prætermissis Gabriel eligitur? Sancti Gregorius & Hieronymus respondent quod cum Gabriel idem sit quod *Fortitudo Dei*, & Christus similiter per antonomasiam fortis dicatur, prouti illum sub hoc titulo Regius Propheta celebrat, dum ait: *Dominus fortis & potens*, ideo hic potius quam alius ad hanc legationem assumptus fuerit: ad hoc ut legatus missus aliquam in virtute fortitudinis cum suo Principe correspondentiam haberet. Sanctus Proclus aliam quandam expositionem adducit, dicens: *Et quid Gabriel quæso interpretatum sonat? Audi, & disce; utique idem sonat, quod Deus homo, quo dispensationis mysterium facilius persuadeat, rei miraculum nominis ratione anticipat.* Sanctus Petrus Damianus Gabriëlem Angelum Custodem Beatæ Virginis MARIÆ fuisse dicit, ac proinde huic honori nullum alium se ingerere debuisse, utpote Gabriëli soli debitum. Posset etiam in medium adduci opinio sancti Juliani Archiepiscopi Toletani, lib. 2 contra Judæos dicentis: *Iam ergo manifestum est quod unusidemque Angelus Gabriel fuerit, qui & præfixa illa temporum Danielis de Christi Nativitate aperuit, & postmodum Virginis præsentem esse monstravit, & omnia quæ dicta operis efficientia completa esse convenit.* Haec enim opinio nequaquam mihi displicet, ostendit maxime quod in ea aliquid insinuetur quod nescio quam apte præsenti meo proposito deservit, quod tamen ex nunc in medium adducere fastidio, ac proinde pro habenda vera hujus difficultatis resolutione vos rogo ut aliquantulum patienter sustineatis, nisi enim fallar, futurum existimo ut tanto gratior futura sit adducenda resolutio. In primo itaque Regum libro legitur quod Rex Saul in gravi quodam, ob intentatum ei à Philistæis atrox bellum, periculo constitutus, cum belli eventum & exitum penetrare non valens, laboraret in eo an victor futurus, an vero prosternendus & vincendus esset, mulierem quandam Pythonissam accesserit, eamque sub promissione certæ mercedis instantissime ut Samuëlem resuscitaret, rogarit: *Suscita mihi Samuëlem.* 1. Reg. 28. Verum cur non potius Abrahamum, Moysen, vel alium quendam in Scriptura Sacro famulum Heroem suscitari sibi petit? Quid Samuëli cum tumultibus belli commune intercedit? Sistite hic nonnihil, Auditores, quia hasce Saulis Regis Chymæras, cum iis quæ Jacob Patriarchæ acciderunt conferre decrevi. Hic enim S. Patriarcha audito felicissimo de Joseph filio suo sibi allato nuncio, quod scilicet is non solum viveret, sed etiam tanquam Vice-Rex universæ Ægypto dominaretur, illum ante mortem invisere decrevit. Ac proinde Judam filium suum veluti legatum in Ægyptum amandavit, qui illum in terram usque Gessen veluti præcursor antecederet, ibi enim Joseph cum exspectabat, ut illum cum omni nobilitate aulæ suæ in rhedis & curribus ibidem filiali cum reverentia exciperet. Optime id quidem à sancto Patriarcha factum est: verùntamen quidnam Jacobum movit quod Judâ inter omnes filios suos ad hoc munus delegerit? cur non potius Rubenum, qui natu major erat? Cur non Simonem juvenem decorum aspectu, moribúsq; civilem? Certè nullus ex toto fratrum numero ad hanc legationem aptior & equendam, ineptior videbatur, quàm Judas, utpote qui exiguum quondam erga Josephum affectum exhibuit, quando suis insidiarum machinis eidem nocere moliebatur. Enimverò non obstantibus hisce omnibus, vult sanctus Patriarcha ut sepositio quovis alio respectu Judas in vitam se recipiat; Et si hujus rationem scire vultis,

D. Gregor. hom. 34. D. Hieron. in cap. 8. Dan.

S. Proclus hom. de Nat. Dom. tom. 6. conc. Ephes.

Petrus Da

vultis, ecce illam vobis à Lipomano sat bene conceptam: S. etenim Senecio, Judæ dexteritatem, mores, prudentiam & agendi consuetudinem satis gratam in similibus negotiis sæpius expertus fuerat. Atque ideo vade, inquit, fili mi Juda, tu etenim præ cæteris mihi videris huic muneri obeundo aptissimus, alias enim te eodem fine ad alia loca amandavi, & semper res meæ felicissime cesserunt: *Ex causa id fecit, quia prudentiam Iuda filii jam expertus erat & præcipuè, cum excusationem ageret de adducendo Benjamin ad Ioseph.* Eadem fuit Saulis in agendo negotio suo prudentia, licet alias imprudentem se semper exhibuerit, Samuelem enim refutare volebat, & non alium, quia eum, quamdiu in aula sua vixerat, fidelem semper expertus fuerat; & quotiescunque in occurrentibus gravis momenti negotiis eum consuluerat, ejus sequendo arbitrium prospere semper agebat, & quicquid ab eo prædictum fuerat, reipsa & in effectu adimpleri semper viderat: *voluit Samuelem* (inquit Abulensis) *quia ipse prædixerat ei omnia, quæ futura erant sibi.* quasi diceret: Nunquam in consilijs, & futurorum eventuum vaticinijs deprehendi aliquem Samuele melioren: ac proinde alium ejus loco substitutum minimè desidero. Et ecce vobis primæ quoque difficultatis punctum resolutū. Gabriel Archangelus legatus ad Mariam V. mittitur, quia valde practicus & expertus in legationibus suis eatam nunc ad Danielem, nunc ad Zachariam, nunc ad Annam submissus fuerat. Agedum igitur, ita videor mihi audire loquentes tres personas divinas. Gabriel est summæ dexteritatis & experientiæ, estque omnibus ad bonum legatum requisitis conditionibus instructissimus, ac proinde munus sibi à nobis impositum exactissimè exequetur. Est conceptus hic Abbatis Franconij, qui ait: *Eligitur nuntius Francon. unus ex multis millibus, tanto Rege dignus, tanto mysterio idoneus, tam amicæ legationis peritissimus.* Atque hæc eadem causa est cur Christus ad solvendum jumentum duos ex discipulis suis Petrum nimirum & Philippum miserit: *Misit duos discipulos &c.* In alijs scilicet occasionibus sæpius tentatos & approbatos, omnes Magnates per hoc instruens quod ad obeunda quævis munera nunquam eos mittere debeant, quos aptos & prudentes esse certo non cognoscunt, sed tales deputent, quos in similibus muneribus administrandis aliàs & alibi bonos fuisse comprobarunt, qui videlicet justitiam in regimine suo inviolabiliter observarint, salvamque semper & illæsam cum subditorum satisfactione conservarint Principis sui authoritatem & æstimationem, sic enim subditi consolati optimeque contenti vivent, magnamque habebunt cœlo gratias referendi occasionem, quod talem sint nacti Principem qui subditis suis potius quam sibi prodesse satagat. *quique potius vult prodesse quam præesse.* 6. *de gratia.*

SERMO XXXV.

IN FERIAM SEXTAM PARASCEVES.

1. EX quo sterilissima nihili viscera ab omnipotenti Creatoris verbo fœcundata pulchrum mundi partum edidêrunt in lucem, nulla unquam visa vel audita est tam funesta tragœdia, nec ullum tam lugubre spectaculum, vel tantam secum truculentiam & barbariem subinferens eventus, cum majoris planctus debeatur tributum, quam sit amara illa quæ inter tenebrarum horrores hac nocte repræsentatur Jesu Christi Filij Dei mors & Passio. O infaustam noctē! ô funestos eventus! Ergone magni Dei Patris unigenitus Filius ab ipsomet homine illatam sustinebit mortem, ut homo vitam recipiat? Ergòne pro vili creatura diris clavis in aspero crucis ligno configetur Rex Angelorum & Dominus universi? Ergòne verum est quod ad extinguendam flammam inferni, ne totus mundus exardescat, lacus quidam fieri debeat ex sanguine Filij Dei? O cor meum quousque exces-

sivus dolor, qui intra viscera reclusus te affligit & opprimit, hosce oculos impediet, quo minus ingens quoddam lachrymarum mare effundentes amaram Domini mei mortem deflcant? Plangant cœli & Elementa, plangant omnes Creaturæ, in mœstitiam transformentur Angelorum lætitiæ, mutetur in afflictionem eorundem Jubilus, cantus in planctum, gaudia in lamenta: (Tu Domine excessisti factis, excedã verbis, dicam cum stupore & tremore, excessisti supra modum omnis justitiæ metas, & dum nimis videri vis justus, plus justo factus es justus. Imò si dicere auderem præ nimia justitia (nisi quia Deus es) dicerem utique, quia apparares injustus; exclamabat olim B. Archiepiscopus Valentinus. Ubi etenim justitia suos unquam terminos visa est excessisse, ut tamen justitia esse perseverarit? Quis unquam justum esse audivit quod filius Principis pro servo, innocens pro reo mori debeat? (Quænam est justitia, ut filius moriatur pro servo, innocens pro reo, omnipotens pro vermiculo? An non plus ponderat judicij hujus pœna, quam culpa? Non plus redditur offenso quàm debitum fuerit? excessus iste est, nõ æquitas, quomodo erit justitia

S. Thom. à Villa Nova in Conc. 3. de Nativ. Domini.

Idem ibid.

2. Enim verò dum justitiæ rigorositatem, & ministrorum truculentiam & ferocitatem considero, attonitus, & veluti extra me raptus vocem mihi deficere sentio, impallescere vultũ, labia arefieri, innodari linguam, cor palpitare, vacillare spiritum, cadere brachia, omnes deniq; vires meas debilitari vivacissime persentisco. vires, inquam, in me debilitantur, quia Atlas, qui mundum sustentat, concidere videbitur sub gravi pondere crucis: Brachia concidunt mihi, quia in aspero crucis ligno transfigenda video brachia sive manus Regis cœlestis. Vacillat spiritus quia semiextinctus erit spiritus filij Mariæ: Palpitat cor meum, quia lancea vulnerabitur cor Redemptoris; Hæret lingua quia lingua Jesu tacebit. Labia mea exardescunt, quia labia verbi æterni ex propinato felle & aceto amarescere incipient. Impallescit vultus, quia decora solis justitiæ facies eclipsim patietur. Vox deniq; totaliter in me deficit, quia deinceps non audietur amplius vox cœlestis pastoris Paradisi pascua nos advocantis O Deus meus, quo fine adhibetur tantus excessus rigoris, etenim justitiæ limites excedere, à justo recedere & abire est: O inæstimabilem divinæ severitatis rigorem (replicabat ibidem idemmet B. noster Thomas) quia homo deliquit, occiditur Deus, & pro quadam hominis culpa Filius Dei unigenitus morte mulctatur; quid hac severitate severius? quid hac justitia humano sensu rigidius? Nulla porro est creatura, sive sensibilis illa, sive insensibilis sit, quæ intimi doloris & afflictionis suæ signa non edat. Angeli namque desolati esse cernuntur, obscuratur cœlum, Sol suos mundo radios subtrahit, Luna sanguinea efficitur, disparent stellæ, perdit suum ignis calorem, terra licet immobilis sit timet, & contremiscit, transparentiam & diaphanei tatem suam aër deserit, mugiunt horribiliter veti, & sistuntur & hærent fluminum aquæ, in sylvarum se latibula feræ recipiunt, abeunt è pascuis armenta, scinduntur petræ, velum templi dilaceratur, monumẽta aperiuntur, resurgit mortui, infernus conturbatur, dies fusco velo obnubitur quia sol ipsorum extinguitur, Ecclesia Sponsum suum amittens vidua efficitur, pullo colore Maria induitur, quia unigenitus Filius ejus moritur.

S. Thom. à Villa Nova ibid.

3. Ecquid igitur inter tot lugubres funestosque eventus adoriar? quodnam amplexus sum consilium, dum crudelitatem adversus man suetudinem conjuratse videor? Ergòne ab hac crudeli Circe innocens Jesus persecutionem patietur ut David, vendetur ut Joseph, tradetur ut Amasa, capietur ut Goliath, accusabitur ut Abner, illudetur ut Elisæus, denudabitur ut Jerem. percutietur ut Michæas, crucifigetur ut Machabæi, suspenderur in ligno ut serpens, occidetur ut Abel, Lancea transfigetur ut Absolon, & ut Jonas sepelietur? Quonam interea pro auxilio habendo confugiam, ut dolores incomparabiles, & mortem ipsamet feritate truculentiorem vobis repræsentare possim? Non ad Patrem æternum, hunc enim ob gravia peccata nostra video esse iratum: Non ad Spiritum Sanctum, quia hac nocte destruendum prævideo illius templum: non ad Virginem quia afflictam illam esse conspicio & desolatam Non ad Angelos, quia mœsti lachrimantur, Non ad Apostolos quia timeuloli sunt & fugitivi: Atque ideo cum nullam valeam invenire mihi propitiam creaturam, ne stabulum quidem, ad invictum hoc crucis lignum confugio, ad hanc arborem sanctam ad crucem hanc gloriosam, vitæ nostræ fulcrum, & unicam salutis nostræ spem atque fiduciam.

4. Verum enimverò quonam me eheu infelicem converto, à quonam auxilium deposcare statuo? Num fortè à cruce inimica nostra? Nua-

Nunquid enim hæc est illa quæ Dominum nostrum crudelissimè affligit? nunquid ipsa est lignum istud quod lachrymas nobis subministrat? Nunquid ipsa est quæ incarnati Dei carnes dilacerabit? Nunquid hæc est quæ veluti gladius cor Mariæ doloribus transfigit? Denique nunquid crux est patibulum illud in quo vita nostra morte extinguitur? Apage, apage, igitur tis, ô crudelis inimica, immane lignum, crux truculenta, Verum eheu me stultum! quæ nam est illa de qua loquor? insanione an somnio? Nunquid tu, ô crux illa ipsa es, quæ cœlum nobis aperis, iram Dei placas, claudis infernum? Nunquid tu lignum istud in quo triumphat victus, victor verò extinguitur? Nunquid tu es illa per quam bellum in pacem, terra in cœlum convertitur? *Hæc discordiæ amputatio est, hæc pacis firmamentum: Crux est clavis Paradisi, spes Christianorum, errantium via, claudorum baculus, consolatio paupertum, spes desperatorum, periclitantium portus. tribulatorum requies.* Ecce igitur tibi, ô Christiane inclytum illud militiæ nostræ vexillum, in quo trophæa, honores, coronæ, & victoriarum nostrarũ palmæ suspenduntur. Ecce tibi Arcã Noë, baculum Elisæi, Movsis Cathedrã, virgam Aaronis, fascículum myrrhæ inter ubera Sponsæ, Isaaci lignum (Tu quidẽ æterni Regis victoria, & cœlestis militiæ tessera; tu peccatorum es remissio, pietatis exhibitio, & meritorum augmentatio, tu infirmorum remedium, laborantium auxilium, & labor refrigerium.) Ad te igitur me converto, ad te curro, tibi me inclino.

O Crux sancta micans super omnia sidera cœli
——— qua sola reportas
Inuitos vitæ ———

Tecolo, te fateor, veneror te pronus adoro, Christus Principium, finis, surrectio, vita, Mortes, lux, requies Sanctorum, dona, corona, Pro servis Dominus redimendis hostia factus, In te suspendens per lignum toxica ligni Purgavit, clausa reserando limina vitæ.

Labia mea tu moveas, tu linguam meam dirigas, voci meæ vocem suggere virtutis, tu durum hoc cor meum proscinde, inflamma spiritum meum, (Crux esto refugium nostrum & virtus, illuminans mentes nostras splendoribus tuis, inflamma cor nostrum ardoribus tuis, roborans vires nostras virtutibus tuis) Te tevenerabilem saluto, dicendo: (Ave Crux doloribus plena, Dominus crucifixus erit tecum, benedicta inter ligna sylvarum, & benedictus fructus, qui pendet in te, Jesus. Sancta Crux esto nobis auxilium nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

PARS PRIMA.

5. PAssio *Domini nostri Iesu Christi* Passio? Imò vero; sed *Domini nostri Iesu Christi*. Passio crudelis, sed Christi benigni: Passio injusta, sed Christi justissimi: Passio truculenta, sed mansueti cujusdam Dei: Passio odio plena, sed Jesu puri merique amoris. *Passio Domini nostri Iesu Christi*. Passio adeo amara & lachrimosa, ut Redemptorem nostrum doloribus plenum excrucians, animam quoq; transfixerit Mariæ V. Nam ut S. & Seraphicus Bonavent. contemplatur, Filius Dei Passioni suæ daturus initium, ipsique morti obviam processurus, charissimæ suæ Genitrici valedicens ab eadem abeundi poscit licentiam. *Discessurus Dominus apud Bethaniam Deipara valedixit.* Unde hic S. senioris Simeonis prophetiam adimpletam esse existimo: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*, Luc. 2. *Hoc est amarissimus dolor compassionis, quo anima tua implebitur, cum videris filium tuum occidi & persecutiones pati.* O quam dolorosus erat ille gladij ictus dum virgo filium se hunc in modum alloquentem audivit. O dilectissima Mater ab æterno Patre pro mundi Redemptione determinata, in proximo nũc appropinquat; atq; ideo paulo post me factum esse videbis signum, in quod omnia flagella collimant: Hæc coma mea ex aurea in sanguineã atrociter commutabitur, nec jam gemmis, sed spinis coronabitur, quæ dolorosum mihi diadema conficient Hæc facies mea à percussionibus, indeq; expresso sanguine adeo deformabitur, ut illam cognoscere nequaquam valeas. Ad hanc carnem meã proscindendam præparantur ferra, suntq; ad hoc in promptu omnes ministri, ac proindemox illam in mille partes dilaceratam videbis, lactis loco, quale mihi in tenella infantia porrexisti bibendũ, Hebræi prò sitis meæ quam passurus sum refocillatione quadam, fel mihi ministrabunt & acetum, ac tandẽ me in cruce languentem conspicies & moribundum, nec tamen minimũ adsciscere mihi refrigerium valebis. Quapropter ô dilecta mater tanto minus tunc dolore cõficiare quanto nunc præviso vulneris dolor per præcognitionem remittitur, Enimvero in hoc tristi meo à te recessu omnes peccatores tuæ protectioni committo, quos ut pietatis tuæ oculis respicere digneris enixè exopto: *Averte oculos tuos à me ad fratres & filios meos.*

D. Bonav. ap. Ant. de Escobar. t. 1. l. 8. c. 4.

Dionys. Carth. ib. a. 7.

Cant. c.5. Guil. Paris. apud Antonium Escobar ubi supra.

Ne claudas illos, transfer maternam pietatem à me in meos : Propter ipsos avolavi à te ut avertas oculos illos tuos maternos à me, ut à me in meos transferas teneritudinem materna pietatis Unde qualis fuit Filij erga Matrem compassio, quamque tener & delicatus fuerit Matris erga Filium suum affectus, nulla valet lingua, licet Angelica pro viribus sufficienter explicare. Interim virgo voce per suspiria intercisa lachrymasque confundens & commiscens cum verbis, hunc in modum Filium suum alloqui cœpit. O mi amantissime Jesu, quam funesta nuntia tu

Gen. 37. mihi recenses! Eheu quænam sunt illa cor meũ vulnerantia fulmina! O te Jacobe felicem, qui nil præter Josephi tui vestem sanguine commaculatam vidisti: ego autem dilecti mei humanitatem roseo cruore conspersam, & ferris dilaceratam videbo.

6. Fortunatus es ô David, qui Absolonem

2. Reg. 18. Filium tuum tribus lanceis transfixum, & è quercu suspensum & pendulum, non vidisti: mihi soli hæc spectacula videnda reservantur, quando oculis proprijs visura sum filium meũ tribus clavis ligno affixum, & lancea vulneratum. Tui quidem oculi ô Agar sustinere neu-

Gen. 21. tiquam potuerunt, ut viscerum tuorum pignus, filium scilicet tuum siti morientem videres, ego autem inter omnes matres dolentissima dilectum meum præ siti videbo contabescentem, nec tamen ullum mihi permittetur ei adferre refrigerium. O speculum animæ meæ ô lumen oculorum meorum! ô unica spes vitæ meæ! *Fili mi, quis mihi det, ut pro te moriar?* Quænam barbara manus animas illas disiungit & à se invicem divellet, quas tàm sanctus amor conjunxit? Ecquomodo ô Fili mi me solam relinquere poteris? Num forte me tibi non satis fidelem in pœnis sociam fututam esse times? Justum equidem est, ut cum ego tibi in sinu meo novem mensium spatio, desideratum non denegarim hospitium, tu quoque mihi desideratum in cruce concedas receptaculum, verum tamen quia hanc æterni Patris voluntatem esse sat probè scio, ideo absit ut eidem resistam, fiat voluntas ejus, benedicti sint labores quos pro te passa sum, benedictum lac quod tibi bibendum propinavi, benedicti novem illi menses, quibus te in sinu meo portavi. Benedictus sit Pater æternus & Spiritus sanctus, in cujus virtute, in hunc mundum ego te genui. Porrò interhæc verba lachrymatur Filius, quia deserit Matrem, manet quoque exanimis Mater, quia filius ab ea recedit, absque ulla spe eum tertio videndi, nisi inter afflictiones, vel in cruce moriturum aut mortuum. Enim verò mulier illa Romana videre non poterat abeuntem filium, quin & illa mox eundem post tergum sequeretur, spontaneam à patria sibi indicens exilium, siquidem minus grave esse existimabat: *Exilium pati*, quàm jacturam filij. Quilibet igitur vestrum consideret, quam in simili ab invicem discessu graves fuerint dolores Jesu & Mariæ, interea verò versus urbem Hierosolymitanam me recipiam, prosecuturus per omnia loca Dominum, ut mysteriosas illius actiones devotè observare valeam.

7. Porro tempus jam advenerat, quo novo adveniente Veris trimestri solemni quoque cum cæremonia renovandum erat Pascha. Ac proinde, de loco ubi id celebrandum esset à discipulis suis interrogatus Dominus, respondit eisdem: *Ite in civitatem & occurret vobis homo amphoram aquæ portans sequimini eum in domum quam intrat, dicite Domino domus: Magister dicit, tempus meum prope est, apud te facio Pascha.* Luc. 21. Porro hominem hunc, quem discipuli obvium habituri erant, non nominat proprio nomine, sed tantũ dicit: *Occurret vobis homo*; & causa hujus est juxta Theophylactum in c. 11. Luc. ap. D. Th. in Cat. *Ne proditor cognito nomine domum vaderet Pharisæis, qui venientes cepissent eum priusquam cœna fieret, & spiritalia mysteria discipulis traderet, sed quibusdam indiciis in quandam domum diriget eos.* S. Ambr. autem in ea est opinione, quod Christus hominẽ istum proprio nomine nõ appellaverit, quia homo idiota & ignobilis erat: *Ideo sine nomine designatur, ignobilis æstimetur.* O Superbia humana erubesce & confundere, siquidem vilitatem humilium contemnens oculos tuos ad nihil aliud quam in vanas excellentias & dignitates dirigis & deflectis. *Dignationem eius intuere, quia non persona divitis aut potentis eligitur, sed pauper ambitur, & angustum hospitium pauperis, amplis nobilium ædibus antefertur.* Insuper Magister discipulis suis in ejus domo se cœnam instituere velle indicat, quem hydriam aquæ in manu sua portantem videbunt: (Non nomen, non personam, sed lagenam aquæ portantem, ib. explicasse contentus,) inquit Paulus de Palatio. Verum quænam est convenientia inter aquam, quæ mœstitiæ symbolum est, & inter Pascha, quod est tempus solemne cum lætitia concelebrandum? nunquid convenientius vi-

num

nam portasset, quod corda nostra lætificandi virtutem habet: Ludolphus Carth. p. 2. c. 53. respondet: (Tulit amphoram, seu lagenam aquæ, ut in tanto festo haberet apud se aquâ expiationis qua mundaret se & significat quod ubi Christus cœnaturus est lagena aquæ lachrymarum in expiationem debet præcedere.) Unde existimo quod hac actione nobis significare voluerit, quod priusquam ad SS. Sacramenti cœlestem mensam accedamus, animam nostram prius aqua lachrymarum purificare debeamus. Tandem ergo Petrus & Joan. ad cœnaculum præparandum abeunt, & civitatem ingressi hominem illum qui vas aquæ in manibus portabat, obviam habent, cui mox Magistri sui intentionem exposuerunt: *Euntes autem invenerunt, sicut dixit illis, & præparaverunt Pascha.* Luc 22. Christus autem hora à se determinata ingressus est cœnaculum, in eoq; una cum duodecim Apostolis mensæ accumbens hunc in modum loqui cœpit: *Desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.* Lu. 22. Ubi observandum est, quod non dicat simpliciter, *Desideravi*, sed insuper addit, *Desiderio desideravi*, quasi Pascha illud duplici desiderio celebrare desiderasset, tum sc. p.o adimpletione legis, tum etiam ad dandum aliquod legis Evangelicæ initium: (Geminatio verbi notat intentionem duplicis desiderij, sc. ut finiat vetus Testamentum, & incipiat novum, quod erat sibi in desiderio,) inquit Ludolph. de Saxonia ubi sup. col. 4. Præterea hisce terminis, *Desiderio & desideravi*, utitur, quia non dicit *cupiditate cupivi, concupivi*, cur ita? Scriptor quidam differentiam, quæ inter hosce terminos, *cupiditatem* sc. *& desiderii* reperitur, exprimit dicendo, quod *desiderium est de re absenti, & cupiditas de re præsenti.* En ipsissima Authoris istius verba: (Hinc potest colligi aliqua differentia inter desiderium & cupiditatem, nam desiderium circa absentia versatur: Cupiditas verò videtur ille affectus qui expræsentia objecti non in memoria solum, sed reipsa in se causatur.) Hocigitur supposito dubium oritur, nam ex quo Pascha jam præsens erat, & non vicinum, quomodo Christus dicit. *Desiderio desideravi*, ac si procul abesset? potius igitur dicere debuisse videtur *Cupiditate cupivi.* Enim verò tam ingens erat ejus desiderium celebrandi Pascha cū discipulis, ut tametsi præsens esset, ipsi tamen una hora mille anni esse videretur, & sæculum aliquod quodvis momentum: ac proinde *Desiderio desideravi.*

8. Tandem igitur excessivum Salvatoris desiderium tunc adimpletum est, quando acceptum in manus suas panem in suum Sacratissimū corpus transubstantiavit, dicendo: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur* Luc 22. ac demum Apostolus id ipsum dispensavit, dicens: *Accipite & dividite inter vos.* O cibum valde pretiosum! ô delicatum & suave fercu lum? Celebrent proinde historiographi quantum volent cœnas & convivia Luculli, Artaxerxis, Cleopatræ, & Sardanapli, certum tamen est, quod eo quod Christus Apostolis præparavit, nullum hactenus majus mundus viderit. Unde S. Petrus Chrysologus ser. 1. *Mensa Patris nos alit virtutis cibo, salutis epulo, delitiis honestatis & gloria.* Refert Valerius Maximus l. 19. quod cum Octavianus Augustus in puerili etiamnum ætate consistens ruri degeret, Aquila panem quendam, quem unguibus sustinebat, in manus pueruli dimiserit, id quod omnibus prognosticon quoddam visum fuit, è quo futurum esse conjiciebant, cum aliquando potentissimum futurum mundi monarcham, prouti reipsa postea factum esse noscitur. Porro Deum nostrum incarnatum Aquilam quandam esse, Propheta affirmat, dum ait: *Aquila grandis magnarum alarum* Ezech. 17 Hic igitur dum panem Ecclesiasticum nobis porrigit, dicendo: *Accipite & manducate*, quoddam nobis futuræ excellentiæ & dignitatis prognosticon edere voluit. Ita S. Isid. Pelusiota l. 1. Epist. 228. dum ait: *Sacramentorum perceptio nobis conjunctionem cum Deo conciliat, nosque regni ipsius consortes & participes reddit.* Ac proinde à S. Dionysio Arcopagita vocatur *Sacramentum omnium perfectissimum.* Vel ut alij ingeniosè transferunt: *Sacramentum Sacramentorum*, quia in omni genere excellentiæ majus est omnibus alijs Sacramentis, ad eum modum quo Salomon *Canticum* suum intitulavit, *Canticum canticorum, hoc est, inter omnia cantica supremum*, quemadmodum Sol Rex est Planetarum. Unde Alexander Papa expresse determinavit, quod. In sacramentis & sacrificijs nihil est majus corpore & sanguine Domini, Unde Septimius occasionem sumpsit dicendi, (lib. 2. ad v. Marcion. c 18.) quod hoc Sacramentum sit *ciborum ambitio*; cum enim ambitio nihil sit aliud, quam aliqua sui metipsius supra merita præsumptio, hinc Sacramentum istud dicitur *Ciborum ambitio*, quia quodvis meritum nostrum adeo est vile, ut nimis ambitiosus

D. Dion. Areop. l. de Eccles. Hier.

Alex. PP. Epist decr. De Consec. dist. 2.

sus merito censendus foret, qui talis magnificentiæ & dignitatis favorem se promoveri judicaret. Est etenim beneficium quoddam adeo excellens & ingens, ut omnem capacitatem nostram longe excedat. Enimverò eccur putatis Sacrament. hoc à Doctore Angel. dictum esse cœlestis gloriæ dignus, vel arrhabonem? *Et futuræ gloriæ nobis pignus datur*? Michaël Solonius dicit, quod (Pignus est contractus in quo res aliqua mobilis creditori obligatur, & traditur in securitatem debiti) atq; ideo S. Th. demonstrare nobis volens, quod Christus SS. hoc Sacramentum instituerit, & dederit, tanquam pignus obligando semetipsum, nosq; de cœlesti gloria assecurando. Antiquis in more positum erat, quod dum summam quandam satietatẽ repræsentare volebant, juvenem quendam depingerent in dextera cyathum vino refertum, in sinistra vero quendam spicarum portantem manipulum. Porro Filium Dei hodie calicis cyathũ in manu habentem. *Et accepto calice gratias agens &c.* Luc. 22. altera vero non quidem spicas, sed Eucharisticum panem porrigentem video: *Et accepto pane gratias agens, &c. Accipite & manducate*: Marc. 14. idq; non alium ob finem, quam ut appetitus nostros satiare possit, *Cibavit nos Dominus ex adipe frumenti, & de petra melle saturavit nos.* Ps. 80. *In abundantia rerum omnium*: explicat S. Athan ib. Porro Archimedes intra modici gyri vel circuli angustias cœlestiũ sphærarum immensitatem epilogare novit; at verò in hoc Sacr. sapientia & omnipotentia altissimi sese conjunxisse videntur, ad ipsum Deum compendiandum, ad cujus magnitudinem cœli comparati, modicæ quædam cõchæ vel cochleæ esse videntur. Glorietur igitur licet cordatus & animosus Hebræus, quod cœli ei manna depluerint, majorem etenim gloriandi occasionem Christianissimus habet, cui datus est panis cœlestis longe pretiosior manna, qui eidẽ in sacra altaris mensa opipare præparatur. Jactet se quantum volet, quod petra in deserto à Moyse percussa è frigidis visceribus suis aquæ abundantiam ad extinguendam sitibundi Israelis sitim, emanarit; longe enim excellentius quid nobis accidit, quando mystica petra Christus tempore imminentis Passionis ex traditione Judæ & perfidiæ Pharisaica percussus famelicis & sitibundis sanguinẽ & carnẽ suam in cibum & potum subministravit: *In qua nocte tradebatur, accepit panẽ, &c.* 1. Cor. 11. Arroget sibi itidem arcanum se Dei habuisse, in qua conservabatur virga, lex, & manna, quia in arca sanctissimæ hostiæ verus legislator continetur, qui virga est & manna, id est, peccatoribus supplicium, justis autem præmium: *Sumunt boni, sumunt mali sorte tamen inæquali vita interius* Enim vero postquam illos corpore suo eibasset, eorum quoq; spiritus pretiosissimo suo Sanguine, sub vini specie illis propinato recreare & focillare voluit: *Hic est enim Sanguis meus.* Prorro sacri Evangelistæ de hoc sanguine loquentes, non satis inter se convenire videntur: Nam S. Matt. c. 26. dicit: *Qui pro multis effundetur*, & S. Luc. c. 22. *Qui pro vobis effundetur*: at verò ex quo Sanguis Salvatoris pro totius humani generis redemptione effusus fuit, potius dicere debebant, *pro omnibus* non verò *multis*. Respondet S. Thom. S. Matthæum de Sanguine Domini loqui tanquam sacrificio multis applicando, atq; ideo eum dicere: *pro multis effundetur*; at verò S. Lucas de eodem veluti sacramento loquitur, quod gratiam soli accipienti confert, ac proinde dicit: *pro vobis effundetur*. Ita quidem speculativus Doctor exponit dicens: *Ergo hoc peculiare est in Eucharistia, quod non modo prosit sumentibus sicut alia Sacramenta, sed etiam aliis pro quibus offertur tanquam sacrificium.* Dionysius autem Carth. respondet, quod Sanguis Christi effundatur *pro omnibus, & pro multis*: *Pro omnibus*, ipsos quoq; peccatores, i. Judam includendo, quantum ad sufficientiam, cum sufficiat, imo superabundet *pro omnibus*; *Pro multis*, id est, pro justis qui effectivè salvantur quantũ ad efficaciã. *Pro universis hominibus effusus est sanguis Christi, quantum ad sufficientiam, quoniam quantum in ipso est, idoneus est omnium auferre peccata, gratiamq; conferre & gloriam: sed pro solis electis effusus est, quantum ad efficientiam, quia ipsi solummodo taxat Dominicæ Passionis fructum salubriter consequuntur.* Verum enim verò dicat hic aliquis, ex quo is qui solum corpus Domini nostri accipit, tantam gratiam recipit, quantum is qui corpus & Sanguinem simul & semel sumit, cũ Sanguis quoq; in corpore sit per concomitantiam, quid opus erat, ut Dominus dato corpore suo, suum quoq; Sanguinẽ porrigeret? Tangit hanc difficultatem Glos. eandemque resolvit, dicendo: (Conveniens etiam fuit, ad significandum Dominicam Passionem, ut sub duplici specie hoc Sacr. institueretur: In passione enim Sanguinem suum effudit, & sic Sanguis ejus fuit à corpore separatus: Oportuit ergo ad Dominicã Pass. repræsentandam seorsim proponi panem

Mich Solon de contract. Pignorat. f. 1971.

dvinum, quæ sunt Corporis & Sanguinis Sacramenta.) Vel etiam dici poterit, quod sicut sequaces & asseclæ Catilinæ quando adversus Romanum conjurarunt, (Ex uno eodemq; humani sanguinis poculo biberunt, ut quandoquidem generis affinitate conjuncti erant ex uno sanguine bibentes, unanimes, atq; unius essent cordis,) scribit Salustius. Noster Filius Dei quod discipuli sui unquam inter se mutuo dilinderentur, sed ut semper in vinculo charitatis ad mortem usque conjuncti essent, & licet duodecim essent, quoad individuorum supposita, unius tamen inter se cordis essent, ac proinde iisdem in hac Cœna prætiosissimum Sanguinem suum sub specie vini bibendum propinavi dicens: *Accipite & bibite*, Sanctissimus porro Redemptor noster per institutionem augustissimi Sacramenti demonstrare nobis voluit, amorem illum quo nos prosequebatur, minorem nequaquam esse, quem Artemisia Regina superbum illud Mausolæū (quod unum fuit ex septem admirandis cœli prodigiis) Mausolo conjugi suo velut sui erga eam amoris argumentum ædificando exhibuit: ut quem in eo testatum fecit quod ejusdem conjugis sui cineres potui permixtos ebibit, ut hac ratione pectus suum vivum quoddam esset extincti mariti sepulchrum: Verbum etenim incarnatum, ut amoris sui testaretur excessus, seipsum nobis in cibum & potum liberalissimè donavit: *Cùm suum in nos amorem indicare vellet, corpus suum se nobis commiscuit, & in nos sibi redegit, ut corpus cum capite uniretur, hoc enim amantium maxime est*, inquit Cyrus. Ad hoc Cleopatra suum, quo Marcum Antonium deperibat, amorem, perspicuè manifestare, opportuniorem excogitare adventionem non potuit, quam si quandam maximi pretij margaritam ab aceto resolutam in ferculorum si apponendorum condimentum adhiberet: at verò Filius appropinquante Passionis suæ tempore, *in qua nocte tradebatur*. Vinum non dilivit, sed transubstantiavit in sanguinem, & panem in vivum verumq; corpus suum, illudq; Apostolis suis ministravit: *Accipite & manducate, hoc est corpus meum*. Cedat igitur amor Cleopatræ erga M. Anton. amoris Salvatoris, quem hoc mysterio testatū fecit universo mundo. Verum, inquies, quænam sunt hæc à Divina Sapientia & omnipotentia ad suum erga homines contestandum amorem adinventa media? Nunquid alios in hunc finem adinvenire modos potuit? Non est dubium quin multi alij adhiberi à Deo potuissent. Oleaster in Genesin interrogat, cur Deus mulierē ex quadam Adami costa formare voluerit: *Cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, & ædificavit mulierem*, Cur illam non potius de terra, ut hominem, vel ex alia etiam materia formare voluit? Respondet Oleaster, id à Deo factum esse, ut Adam omne bonum suum in Eva collocaret, eamque præ quavis alia re terrena diligeret, utpote qui eam veluti suiipsius partem quandam esse recognoscebat: *Ideo fecit eam ex costa Ada, ut veluti quid suum eam diligeret*: Et S. Tho. ait: Ex viro formata est mulier, ut vir magis mulierem diligeret, dum cognosceret eam esse productam, neque enim Adam minus facere poterat, quam ut eam amaret, quam aliquid sui esse recognoscebat. Enim verò Christus nobis non unam tantum sui partem, sed semetipsum totum corpus sc. Sanguinem, animam, & Divinitatem, donavit, ut se nobis sacramentaliter incorporando, postea nos aspiciens, & semetipsum totū in nobis videns, nos continuò & incessanter amaret. At facile hic quis in contrariū argumentari poterit, dicendo, quod si Christus nos tanto cum fervore, ut diximus, dilexisset utiq; ut SS Sacram. in nostrā utilitatē citius instituisset, nimirum in principio vitæ, nequaquā verò ad usq; mortis suæ punctum id facere distulisset, ut proinde S Joan dicat: *Cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos*: *In finem*, quod argumentum fortius adhuc ligat, si consideremus quod amor moras nesciat, sitque omnis traditionis impatiens: *Non sustinet moras*, Veruntamen difficultas hæc, per quandam S. Pauli doctrinam adducendam facile dissolvitur: Nam ad Cor. scribens, dicit: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit*, mortuo verò marito, nulla in ea superest ad matrimonium spectans obligatio: *Quod si dormierit vir eius liberata est*. Matrimonium igitur in quo maritus & uxor *sunt duo in carne una*, ad mortē usq; durat. At verò quid est SS. Corporis Christi communio aliud quā aliquod animæ cum Christo contractum sponsalitium: *In me manet, & ego in eo*: *Erunt duo in carne una*. Atq; ideo Christus juxta nostrum intelligendi modum, ita intra semetipsum discurrisse videtur: Quod si ego cibū corporis mei in hac vita instituero, homo sibi imaginari facile poterit istud amoris vinculū non nisi ad mortē usq; nō verò

Gen. 2.

Oleast ib. D. T. 1. p. q. 29 art. 2.

Ioan. 15.

1. Cor. 7.

1. C. 7. 1. Cor. 6.

Ioan. 6.

post mortem sese extendere: quod absit credere. Quapropter idipsum non in vita, sed imminente jam morte instituere volo, ut cognoscat mundus, me homini amoris nexu etiam post mortem colligatum esse velle, ut sit amor quidam sine fine ardens: amor etenim ex morte mea vitam accipiet, & ubi vitæ meæ cursus desinit, ibi inter amoris flammas velut alter quidam Phœnix renascetur mea erga hominem charitas: *In finem dilexit eos Salvator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit*, determinat Concilium Tridentinum. Ecquis autem nescit, quod amor corda nostra subingrediens, omnium aliarum virtutum comitatum secum adducat, præcipue verò fortitudinis societatem, ac proinde Sponsa dicebat: *Fortis est ut mors dilectio.* Unde Eucharistiæ amorem Dei erga nos exprimit, nostrisque animis fortitudinem quandam & robur spirituale imperti tur, si forte ex sinistro aliquo accidente obvio dejecti & prostrati essent. Atque ideo Christus Apostolos sub hujus noctis initium per sanctissimum hoc Sacramentum confortare voluit, ne vel ex perfidia Pharisaica vel Sathanicis tentationibus infestati animum desponderent, vel metu aliquo percellerentur. Porrò inter cætera salutaria monita, quæ nos ars militaris docet, hoc quoque unum est (Si forte castra tua hostiu castris propius conferre, aut aliter ad hostem accedere cogeris, priusquam moveas, miles tuus cibum capiat, ne forte præventus jejunus arma cogatur arripere & pugnam inire: Qua re neglecta, male sæpius pugnatum est, milite viribus ob inediam destituto, præsertim ubi prælium non levi certamine, sed graviter toto die peracto venit ad exitum:) Idem quoque monitum Concilium Carthaginense ad Cornelium Papam Epistola 54. toto Christianismo dedit, quod attinet ad inimicos nostros tam spirituales, quam corporales, dum ait: (Quos excitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione Sanguinis & Corporis Christi muniamus, & eum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra adversarios volumus, munimento Dominicæ saturitatis armemus.) Ideo Constantius Imperator nullum unquam cum hoste aggrediebatur certamen, nisi prius totus ejus exercitus, sacra esset Communione refectus & roboratus. Carolus Magnus prius quam cum inimicis suis manus conferret, sanctissimum Sacramentum in auxilium invocabat, dicens: *O salutaris hostia, quæ Cœli pandis ostium, Bella premunt hostilia, Da robur, fer auxilium.* Priusquam Moyses cum Amorrhæo confligeret, voluit totum suum exercitum manna, quæ figura est sanctissimi Sacramenti, cibari. David prælium adoriri noluit, nisi ab Achimelech sacerdote panem prius & ensem impetrasset: (Non modo panem ab Achimelecho accepit David, sed & gladium (inquit sanctus Ambrosius & Joannes de Pinna Ethol. 448.) Nam panis hic Eucharistiam protendit, non solum accepit arma scilicet gladium, sed etiam panem Eucharisticum, quia hoc Sacramentum non modo cibum animæ & alimentum ministrat, sed etiam arma addit, quibus nostrorum inimicorum phalangem possimus fugare.) Saul voluti imprudens reprehensus est quando priusquam cum Philisthæis pugnam iniret, omne ciborum genus iis sumere prohibuit. Ac proinde quando Deus Israëlitici exercitus vires debilitare voluit, omnem illis panis annonam & provisionem ademit: *Et vocavit famem super terram, & omne firmamentum panis contrivit.* Cujus quæ verba Hugo Cardinalis ibidem dicit (consumpsit omne triticum, & omnē materiam, unde poterat fieri panis. Et dicit firmamentum panis, quia panis est firmissimus ciborum affectu, quia firmitatem subministrat, atque vigorem.) Hic est panis ille de quo Regius Propheta loquebatur, dicens: *Panis cor hominis confirmet*, fuitque à Sancto Hieronymo in Psal. 77. appellatus: *Panis fortium*, quia *robustos facit, & vires integrat*, inquit Lorinus in cap. 16 Sapient. Atque ideo magnus ille Carmeli Patriarcha & Propheta Elias: *Ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Ehem! Ergóne possibile est, quod unius panis tanta sit virtute præditus? Porrò sanctus Hieronymus apud Franciscum Labatha loc. mor. Euchar. prop. 14. panem hunc figuram fuisse panis Eucharistici dicit, cum ait: (Undenam in pane subeuntitio vis ac virtus? nimirum figura erat sanctissimi Sacramenti, & hac ratione virtutem illam tantam Deus illi tribuit, qua significaret illam, quam in figurato pane nos habemus. Enim vero Deus Moysi præcepit, ut de omnibus abundè prospiceret, quæ in templo requirebantur, tam pro majori ejusdem ornatu, quàm pro majori commoditate sacrificiorum, quæ offerri debebant; simulque indicavit, in quonam Templi loco ea accommodanda essent.

Concil. Trident. sess. 13.

Cant. 8.

Blond. Flav. de Rom. triumphan. lib. 7. fol. 155.

sent, dum autem in specie de mensa loqueretur, voluit ut ejus locus à Parte Aquilonari consiste-ret: *Mensa stabit in parte Aquilonis.* Porrò sanctus Thomas Aquilonem ad sinistram mundi partem positum esse dicit. Verum, inquies. Nunquid mensa illa, quæ Eucharistiam figurabat, convenientius ad dexteram collocata fuisset, hic enim locus utpotè dignior mensæ huic tantæ dignitatis & excellentiæ convenientior fuisset? Audite Mysterium: Sinistra communiter est dextra debilior, atque ideo naturæ provide voluit, ut cor in sinistra animalis parte consisteret, ut oculi & vires eidem lateri subministraret. Magnanimitatem igitur Deus noster indicare nobis voluit, quod mensa hæc cœlestis fortitudinem atque vigorem cordibus nostris subministret, ut omnibus sinistris occurrentibus eventibus intrepidè resistere valeamus. (Ut manifestum nobis esset, ad hoc nobis à Deo dari, ut in adversis, quæ per sinistram significantur, nobis auxilium & robur fieret.) Unde & ipsemet Salvator noster cœnam cum dilectis discipulis suis celebrare, eosq; corpore suo & sanguine cibare voluit, ut inter adversos mortis illius casus, instar solidæ cujusdam rupis in medio mari ab undarum procellis illisæ constantes & intrepidi evaderent.

4. Enim verò Filius Dei Cœna finita actionem quandam edere voluit adeo heroicam & excellentem, ut similem nunquam viderit vel viderit mundus, nimirum Discipulorum suo tribuere voluit pedes: *Cœpit lavare pedes Discipulorum suorum.* Eorum pedibus se advolvit humiliat, à quibus in terram prostratis a dum mutò debuisset. Porrò omnes Christi actiones nostræ instructiones fuêre, ac proinde dixit: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci ita & vos faciatis.* (Lavat pedes discipulorum inquit Dionysius Carthusianus ibidem article 03. ut perfectæ humilitatis præberet exemplum.) Doctores sacri hoc loco inquirunt, quinam inter discipulos primus fuerit, à quo Christus sacræ hujus cœremoniæ lotionis pedum fecerit initium. Scio equidem Euthymium, Origenem & Chrysostomum homilia 69. fabio 158. col. 1. velle, quod Christus à Juda simeonis exordium: *Mihi videtur, primum eum proiectis lavisse pedes*; cujus hanc Origenes rationem assignat: *Ut medicina ubi magis morbus urgebat, citius adhiberetur*: Licet sanctus Pater noster Augustinus contrariæ opinionis existat, scilicet quod non à Juda, sed à Petro tanquam capite Apostolorum initium fecerit, cui etiam consentit sanctus Bernardus: *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Porrò Petrus Magistrum ad pedes suos prostratum videns, continere se non potuit: quin stupefactus resisteret, & diceret: *Domine tu mihi lavas pedes?* Viva etenim fide miram Christi considerabat excellentiam, atque altera ex parte ad propriam se reflectebat vilitatem: *Christi dignitatem fide viva considerans* (inquit Toletus ibidem in com. fol. 30.) *ab hoc officio Christum removere conatur.* Magnam autem in se energiam duo hæc verba continent: *Tu & mihi*, quasi diceret, inquit Chrysostomus: *Tu his manibus quibus oculos aperuisti, Leprosos mundasti, mortuos suscitasti Tu Dominus, ergo servus* (exponit Ludolphus Carthusianus) *Tu DEVS, ego homo. Tu Creator, ego creatura. Tu mihi misero, pauperrimo, humillimo peccatori lavas pedes sordidos? Vis lavare pedes mihi peccatori, tu qui es Filius DEI? quasi dicat, hoc indecens est, & nullo modo sustinendum.* Tu (inquit Beda) qui verus DEUS es, Tu Rex Angelorum, Tu Filius Altissimi, Tu speculum sine macula, Tu qui ab Angelicis potestatibus adoraris, Tu DEUS æterne pedes lavabis mihi, qui vilissima terræ caro sum? Tu ante me genuflexus prosterneris, coram quo ipsimet incurvantur Atlantes? Tu ô mi Redemptor, coram me te inclinas, coram quo reverenter se submittunt quotquot sunt cœli, terræ, & inferni habitatores? Beda apud Ludolphum Carthusianū ubi suprà. (*Tu DEVS Deorum, Tu Rex Angelorum, Tu Filius Altissimi & speculum sine macula Majestatis Dei, quē adorant Angelicæ potestates, Tu Deus æterne mihi vermiculo lavas pedes? Tu ante me curvaris, ante quem incurvantur, qui portant orbem? Tu ante me flecteris, ante quem flectitur omne genu cœlestium, terrestrium, & infernorum?* Verumenim verò ex quo Ly *Tu* & Ly *mihi* ex mente ejusdem Bedæ, cogitanda sunt potius quam dicenda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua, vobis ô animæ devotæ, quanta hic silentio involvantur considerandum relinquo, quod enim concipere potest cogitatio, lingua efferre nequaquam sufficit. Interea verò dum CHRISTUS opus hoc humilitatis prosequitur, nos quoque ulteriorem Historiæ seriem recensendo prosequamur. Lavat igitur Discipulorum suorum pedes, ut de iis dici possit: *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona?* Et quidem hunc humilitatis pariter & amoris actum tandem quoque erga Judam exercens, aqua simul & lachrimis funestam illam pedis plan-

D. Bern. *sermo* 2. *in Cœna Domini.*

Et D. Augustinus *tract* 56. *ad Rom.* 10.

tam rigavit, ut experiretur, an aliqua ratione possibile esset, ut traditor ille aliquos produceret pœnitentiæ fructus, Apprehensos quoque protervi illius discipuli pedes incredibili charitatis fervore pectori suo firmiter apprimebat & adstringebat, idque quoniam si verum est, quod *Possessio acquiritur per pedum positionem*, demonstrare voluit, quod divini cordis sui possessionem ei ultro citroque libentissime cederet. Naturales Philosophi dicunt, & quotidiana etiam experientia nos docet, quod cor iracundum actuali furore percitum solito fortius palpitet, atque ideo ut Judas evidenter sentire posset, Christum, licet ejus, quam Judas circa eum machinabatur, proditionis optime gnarus esset, ei tamen nequaquam esse offensum aut iratum, pedem Judæ cordi suo adstrinxit, ut pede sentiret, cor suum ab eo nequaquam aversum aut alteratum, sed placidum omninò esse atque tranquillum Nolo quidem inficiari quin magnus Joanni favor acciderit, quando *Recubuit supra pectus Domini*, hoc tamen certum est, quod pectus illud quod Joannes capite tenus solum attigit, Judas pedibus tetigerit, ubi igitur nunc es ô Simon Pharisæe, qui admirabaris, quod Dominus pedes suos Magdalenæ lachrimis rigari & lavari, & capillis capitis sui abstergi permitteret, veni nunc, veni inquam, vide, & obstupesce eundem Dominum pedibus unius Apostatæ advolutum eosdemque lavantem, & suaviter exosculantem. O Juda quavis erudeli fera immanior, quavis Tigride truculentior! O inique & perfide! O cor quovis adamante durius, cui licet oculis serenam illam & benedictam Magistri sui faciem aspiciat, impossibile tamen est, ut à suo se errore emendet: nullum potuit reperiri remedium sufficiens ad latronem à perversa sua voluntate distorquendum. Nam bipedum ingratissimus à cœnaculo digressus, ad exequendas pessimas cogitationes suas sese accinxit, innumera à benigna & paterna Magistri sui manu recepta beneficia per infamem ingratitudinis actum, & sacrilegam traditionem turpiter compensando.

Ioan. 21.

10. Verumenimverò longè ardentius erat, quo filius Dei pro genere humano mori cupiebat, desiderium, quam quo Judas ad eum tradendum properabat, atque ideo una cum Discipulis ad hortum se recepit Gethsemani, locum nimirum, in quo nequam Judas eum tradere & Pharisaicarum turbarum manibus consignare decreverat. Ad hunc etenim hortum Sponsa eum invitabat, dicens: *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum* Bene autem notandum est, quod Sponso non dicat: *Comedat poma*, sed *fructum pomorum*, id est, fructus a pomo in Paradiso nostri, ab Adamo decerpto & manducato prodactos, id est, fructus laborum, fatigationum, dolorum, dolorum, & pœnarum: *Veniat in hortum Passionis, & colligat, & comedat & gustet fructum suæ Passionis, ad fideles reficiendos & vivificandos*, exponit Jacobus de Valentia in Cant. capite 6. fol. 29. col. 2. *Comedat fructus pomorum suorum, scilicet recipiat alapas, & flagella, & vulnera, quæ dicat sicut Adam comedit pomum ligni prohibiti in horto Paradisi in perniciem totius generis humani, ita veniat dilectus meus in hortum Passionis, & comedat fructus pomorum suæ Passionis.* O quam acerbi & amari sunt hi fructus! fructus exponis, mœstitia, timore, agonia, sudoribus, & sanguine compositi: Ac proinde sanctus Marcus dicit: *Cœpit pavere & tædere.* Et sanctus Matthæus: *Cœpit contristari & mœstus esse*, ideoque & tribus Apostolis Petro, Jacobo & Joanni dixit: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Et qualis est hæc mœstitia, quæ universi mundi gaudium & Paradisi totius lætitiam turbare & contristare non dubitat? Ergóne terretur fortitudo, virtus formidat, contristatur gloria, confunditur Majestas, claritas obscuratur, infirmatur sanitas, & beatitudo ipsamet in miserum commutatur. Tu ô mi Salvator, qui velut universæ militiæ Christianæ dux milites tuos ad dimicandum adversus principem tenebrarum animare deberes, primus es qui pusillanimis efferis Nondum hic armatos comparere fæcilius video, qui vel elata voce in certamen te provocent, aut stricto nudóque ferro tibi committantur, aut te aggrediantur insidiose & ex improviso, cur igitur expavescis? Idemmet multum admiratus est beatus Laurentius Justinianus cum ait: *Cur sic tristari, cur sic pavere voluit, cur voluit sic tædere? Quid est hoc Domine? Contristaris & pavere paves? Nunquid contristatur per quem omnes recreantur?* Multæ equidem hujus mœstitiæ & pavoris à sanctis Patribus aliisque Expositoribus rationes adferuntur. Sanctus etenim Ambrosius ex eo quod Christus nullum in semetipso habuit motivum proprium, quod eum ad contristandum induceret, mox subinferre: *Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit, quod doleret, & sequestrata delectatione divinitatis æterna est tædio mea infirmitatis afficitur.* Sanctus Remigius dicit

dicit Filium Dei per suam scientiam quam sacti Theologi *visionis* appellant, falsam prævidisse Manichæorum opinionem, qui affirmaturi erant Christum non habuisse corpus verum & reale, sed phantasticum: Alios item prævidisse, qui docturi erant Christum non habuisse animam informantem, sed divinitatem assistentem, ideoque ut dicit S. Hieronymus *ut veritatem assumpti probaret hominis*, humanarum pœnalitatum demonstrare voluit effectus: *ac proinde Christi est anima mea usque ad mortem: Destruere autem in hoc loco Manichæi, qui dixerunt illum phantasticum corpus assumpsisse; nihilominus & illi qui dixerunt eum veram animam non habuisse, sed hoc loco animæ Divinitatem.*

In. Sanctus Athanasius dicit Christum imitatum fuisse expertum quendam & prudentem belli ducem, qui per stratagema militare nonnunquam fugam exercitus sui fingit, ut cum eo posita in loco commodo sese vertens hostem aggrediatur, & totaliter prosternere possit. Cui etiã S. Epiphanius & Theophylactus subscribunt, eodem modum quo Josue fecit, quando civitatem Hai in suam potestatem redegit: *Fugiemus coram eis, & vertemus, donec persequentes ab urbe longius protrahantur, putabunt nos fugere sicut prius.* Enimvero nihil Domino nostro facilius fuisset, quam ut inimicos suos totaliter profligasset, & in fugam egisset, si animi sui magnanimitatem generositatẽ exercere voluisset; sic autem non fuit adimpletum ingens illud, quod habebat nobis peccatoribus patiendi & moriendi documentum. *Tristari, tædere, & pavere voluit, ut sic ei divinitas pia fraude (dicere liceat) militarique stratagemate uteretur, quo scilicet expresso vero per humanitatem pavore, quasi quadam simulata fuga, aquo recessu irrumpentem propterea audacius hostem insequeretur ac vinceret.* Nisi forte cum S. Leone dicere velimus, quod per suum pavorem omnes suos animare & confortare voluerit fideles ut cum generositate animi & intrepido spiritu mundi & inferni inimicos fortiter aggredi neuaquam formidarent. *In nobis ergo Dominus noster pavore trepidabat, ut susceptionem nostræ infirmitatis induceret, & nostram inconstantiam suæ virtutis solidate vestiret.* Etenim tametsi hæc angustia admodum vehemens fuerit, non tamẽ illum impedire prævaluit, quo minus illam ad æternum Patrem suum orationem effunderet, quæ securissimus operum humanorum dux est & moderatrix. Discipulis igitur post se relictis, non nihil ab eis se elongavit: *Et progressus pusillum*; vel ut S. Lucas scribit: *Avulsus est ab eis quantum jactus est lapidis.* Et quidem Patrem oraturus à discipulis suis recedit, ut nos doceat quod verus orationem attente & fervide faciendi modus sit procul ab hominibus se subducere. Ita Cyrillus Alexandrinus in cat. D. Thom. in c. 22. Luc. *Ubique inveniet eum semotum orantem, ut discas quod animo attento & corde quieto colloquendum est cum Deo sublimi.* Verum quærat aliquis fortasse, quantum se Christus à discipulis suis elongarit? *pusillum*, & ratio est secundum Originem: *Quia nolebat longe fieri ab eis, sed juxta eos constitutus orare.* Vel cum S. Luca Evangelista, *Quantum jactus est lapidis*, quia Deus nunquam se à peccatore tantum elongat, quin etsi saxeum cor haberet ad eum redire nõ possit, ut B. noster Simon de Cassia exponit, dum ait: *Nunquam ita ab aliquo elongatur Christus, ut cor lapideum hominis non possit ad ipsum, si velit, reverti.* Dum autem ad orationem faciendam se recipit, refert S. Matthæus, quod *procidit super terram orans.* Verum ô sanctissime totius universi Redemptor cur vultum tuum in ipsam usque terram inclinas? forte ad eam dulciter amplexandam, & in pacis osculo dissuaviandam te adeo profunde demittis? Si ad id conniteris, frustra laboras, neq; enim jam tempus est paciscendi cum terra, utpote quæ ficcas aridasque spinas præparatas habet, ex quibus pungentissimam ac dolorosissimam capiti tuo coronam connectet: jam funes ministravit, quibus cum vinciendus es & flagellandus, ferrum è fodinis suis edidit, pro clavis inde fabricandis, nec non lignum produxit, è quo dira Crux tua fabricanda brevi erit. ac proinde frustra ad terram tibi pacificè reconciliandam conniteris. *Procidit super terram.* Quia terra per peccatum hominis turpis facta erat atque deformis, unde ne Pater æternus eam adeo turpiter à suo primævo statu mutatam videret, eam speciosissimo vultu suo venustare voluit. *Procidit super terram.* Terra enim propter peccati pondus gravis erat, atque ideo veluti ad hoc pondus diutius sustentandum insufficiens, incurvabatur quasi collapsura in infernum: Unde benignissimus Redemptor noster, ad eam sustinendam se demittit, ne præcipitetur: *Procidit super terram*, id est super naturam humanam: Huic namque dictum est: *Terra es, & in terram ibis* Porro Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam creavit: *Creavit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.* Sed quia tandem de ea fa-

Luc. 22.

Orig. in cat. D. Thom. in c. 26. Matth.

Matth. 26

Matth. 14.

Gen. 2.

ctum est? Commisit homo peccatum, & elegantissimam Dei imaginem in seipso turpiter dele-
Thren. 4. vit, ut proinde Propheta de illo dicat: *Denigrata est facies ejus super carbones.* Quis autem est, qui nesciat quod dum typus vel delineatio sigilli alicujus, vel in unica tantum litera destruatur, accommodari illud & reparari omnino non possit, nisi super idemmet originale suum sigillum de novo reponatur? Christus igitur ut naturæ humanæ terram, in pristinum statum reducat, eique Dei imaginem & similitudinem restituat, proprii vultus sui originale in ipsam usque terram demittere voluit: *Procidit super terram*, quia videns quod Pater æternus illam Divinæ Justitiæ fulminibus castigare vellet, ipse super terram sese prostravit, ut scuti loco eam protegeret atque defenderet. *Procidit super terram*; quoniam antiqua est Cæremonia vel consuetudo, ut qui gratiam aliquam è cœlo per orationem impetrare desiderat, per actum humilitatis in terram sese prosternat; Ita Moysen & Aaronem in Libro Numerorum fecisse legimus,
Num. 28. quando Deum pro aquæ subministrandæ subsidio implorarunt: *Corruerunt proni in terram, clamaveruntque ad Dominum.* Alii dicunt, quod cum Christus debilis, teneræ & delicatæ complexionis fuerit, vicinæ mortis timor eum vehementer debilitarit, atque ideo ob immensum
Isaias. 53. peccatorum nostrorum pondus, quod humeris suis ferebat, (teste Isaia qui dicit: *Et posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrum*) *Pronus in terram cadere coactus est, deficientibus viribus propter agoniam, qua premebatur.* Didacus Stella in cap. 22. Lucæ. In terram igitur genuflexus atque prostratus suam ad æternam Patrem suum orationem effudit. *Procidit in faciem suam orans.* Sed quidnam à Patre suo per ora-
Matth. 26. tionem impetrare desiderat? *Pater mi, si possi-*
Luc. 22. *bile est, transeat à me Calix iste*; Vel cum S. Luca: *Pater si vis, transfer Calicem istum à me.* Verum, inquies, cum Verbum increatum incarnandum in hunc mundum eo præcipue fine venerit, ut pateretur & moreretur, Passionisque amarum calicem epotaret, quid est, quod nunc veluti mutato proposito, idipsum recusare videatur! Præterea, nunquid voluntatem Patris in eo, ut calicem biberet, consistentem accepta vit, cur igitur nunc se adeo à semetipso differentem esse ostendit: Nunquid voluntas Christi ab instanti Conceptionis suæ, *tam in volito, quam in modo & causa volendi*, voluntati Dei conformis fuit? Cur igitur nunc Patrem suum precatur dicendo: *Transeat à me Calix iste*: Respondet Dionysius Carthusianus ibidem articulo quadragesimo octavo petitionem Christi conditionatam fuisse: *Si fieri potest*; & divinæ voluntati conformem, ut patet in adjuncta illa particula, *Si vis*, vel *verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Unde S. Ambrosius ait: *Quasi homo mortem accusans, quod Deus sententiam suam servans*: per hoc ipsum nos monens & instruens quod in omnibus operibus nostris voluntati divinæ conformari debeamus, nec plus, vel minus, altius vel humilius faciendo, quam quod est à divina voluntate stabilitum: *Disce tamen Deo esse subjectus, ut non quod ipse vis eligas, sed quod Deo scias esse placitum.* Et prout Origenes dicit, non debemus orare, ut Deus faciat voluntatem nostram, concedendo nobis id quod desideramus, sed potius supplicare debemus, ut nobis ad voluntatem suam exequendam vires & facultatem subministret, Origenes in cat D Thom. in cap 26. Matth.) *Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu: Docens ut non oremus fieri nostram voluntatem, sed Dei.* Et sanctus Hilarius dicit hanc orationem à Christo factam esse pro illis, qui persecutionum Calicem ebibere, id est, Martyrium sustinere, & pro Fide tanquam Martyres mori debebant, ut Deus illis ad sustinendum intrepide Martyrium spiritum & vires concedat. Orat, ut alterum illud, quod à se transit, accedat. Atque ideo pro his orat, qui passuri eo se erant, dicens: Transeat Calix à me, id est, quomodo à me bibitur, ita ab his bibatur, sine spei diffidentia, sine sensu doloris, & sine metu mortis.) (D. Hilarius in cap. 26 Matth. cat. D. Thom. col. Lit. C.) Porro prætereo hoc loco ingentem curam, qua ranquam zelosus & amantissimus ovium suarum Pastor timebat, ne voracissimus Inferni Lupus eas in volaret, ideoque nunc Petrum ob somnolentiam suam reprehendebat, nunc omnes hortabatur ad vigilantiam, nunc illos ut adversus inimici tentationis insultus orationis arma apprehenderent commonebat, dicens: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* Demum postquam ad orationem suam prosequendam à Discipulis suis reversus esset, cœlum, quod nobis in afflictionum nostrarum supremo culmine constitutis subvenire non cessat, ad Salvatorem nostrum ingenti infinitorum dolorum exercitu obsessum conflictandum, Angelum quendam submisit. *Apparuit autem illi Angelus de Cœlo, confortans eum,* vel ut

Syria-

Syriaca legit, *Confirmans eum.* Circa quæ verba sanctus Bernardus in stuporem raptus exclamat: *Quid? Ergone Cœli gaudium consolatione alia quæ fe indigere ostendit? Ergóne Atlas ille qui eorum universum sustentat, adeo factus est debilis, ut ab Angelo quodam animi vigorem & vires mendicare debeat?* Quonam hoc Ly *Eum* referemus? interrogat idem Bernardus. *Ad eum qui portat omnia verbo virtutis suæ per quem facta sunt omnia per quem universa subsistunt, etiam & Angelus ipse.* Porro Theophylactus legit: *Glorificatus eum*, id est, eam illi revelabat gloriam, quæ ex ejus Passione nascitura erat. E quo legendi modo nova iterum difficultas exsurgit. Quid enim dicemus? Num forte Filius Dei ab Angelo edocendus & instruendus erat? Aut forte gloriam illam quæ ex ejus Passione & morte oriturus erat, ipsamet infinita & æterna Sapientia ignorabat? Minime gentium, utique enim illam habebat perfectissime, & longe perfectius Angelo, atque ideo sanctus Dionysius Christum veri Angelorum Magistrum incognita Incarnationis Mysteria illos edocere dicit: *Supremi Angeli ad ipsum Iesum quæstionem faciunt, divini ejus operis, & pro nobis assumptæ carnis scientiam discunt, & eos ipse Iesus sine medio docet.* Ac proinde S. Thomas respondet: *Quod illa confortatio, vel glorificatio Angeli, non fuit per modum instructionis, sed ad demonstrandam proprietatem humanæ naturæ*: id est ut explicat Cajetanus ibid. ad 1. *Non ut egeret instrui ab Angelo, sed ut probaret exteriori ac sensibili proportione objecti naturæ inferioris partis.* Carthusianus autem ait, quod eum confortaverit quoad partem inferiorem, secundum quam Angelo minor erat. *Confortavit quantum ad partem animæ sensitivam inferiorem ac sensitivam, secundum quam minor & inferior Angelis fuit.* (Dionysius Carthusianus in Luc. ibid. art. 49) Unde omnino existimo quod Angelus ad Salvatorem confortandum, amarum ei Passionis calicem, & dolorosum mortis patibulum ob oculos statuerit, hunc fere in modum eum alloquens. Jam completus est terminus ille. (O magne Fili Dei Altissimi) in quo *Delebitur iniquitas terræ, & regnabit Christus Salvator mundi.* Jam felicissima illa hora appropinquat *Reparationis antiquæ, felicitatis æternæ.* Tu solus es qui sine peccato existens, totum genus humanum à culpis suis redimere poteris. Hic est calix ille tantoperè a te desideratus, per quem Patri cœlesti plenissime satisfiet, complebitur opus Redemptionis nostræ, Infernus devastabitur, & sancti Patres è Limbo feliciter liberabuntur. Hæc crux laborum tuorum gloriorum trophæum erit, nomenq; ejus à cunis orientes Solis, usq; in tumulum ejusdem Occidentis extendetur & dilatabitur, ab hoc Ligno humanæ spei flores progerminabunt, cujus radices abyssum prement, atq; in omnes mundi partes brachia ejus extendentur. Hæc gloriosarum victoriarū tuarum currus triumphalis erit: Hæc funda erit qua velut mysticus David infernalem prosternes gigantem. Generositas & invictum animi tui robur magis acclamabitur, quam id, quod Judith in se exhibuit, si quidem caput Holofernis peccati detruncando animæ humanæ Civitatem ab universis malis liberabis. Clavi tui magis quam clavi Jaëlis celebrabuntur, si quidem cum eis non Sisaræ, sed mortis transadiges tempora: *Vade, in fortitudine tua liberabit Israël de manu Madian. Confortare & esto robustus valde: noli metuere, & noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus in omnibus ad quæcunque perrexeris.* Ind. 6. Iosue 9.

Hisce inquam, vel similibus verbis Angelum Dominum confortasse, & tum demum coram eo disparuisse credere possumus. Porro Evangelistæ ulterius recensent, Incarnatum Verbum cœptam orationem suam prosecutum fuisse, idque cum tanto spiritus fervore, ut per supervenientem ei animi syncopen, ad ipsos usque mortis limites fuerit perductum: *Factus in agonia prolixius orabat, dicitur in agonia fuisse, sicut infirmi in extremis laborantes,* inquit Dionysius Carthusianus ubi supra litera D. Insuper ad tantam sudoris vehementiam eam redegit, ut & merum sudaverit sanguinem: *Factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* O stillæ prætiosæ, imo ô stellæ, quæ in vultus Christi sereno Cœlo apparuistis! Vos totidem estis prodigiosi comeræ qui tenebrarum principi rebellionem & bellum militiæ infernali indicitis. Scio equidem quod sæculis superioribus sæpe visum fuerit Cœlum non aquam sed sanguinem depluere, ex hoc autem portento Astrologi funestum aliquem & infelicem eventum præsagiebant. Quodnam igitur ex hoc prodigio concludemus prognosticum, dum è sacratissimo Jesu Christi vultu, velut è Cœlo quodam sanguinem in terram veluti cruentam quandam pluviam delabi videmus. Ec quid hinc aliud aquam destructionem peccati & inferni ruinam colligere poterimus? Porro terra propter peccatum Luc. 22.

Gen. 3. hominis maledicta erat: *Maledicta terra in opere tuo.* At vero Salvatoris noſtri ſanguine aſperſa, purificata fuit & benedicta, unde David ait: *Benedixiſti Domine terram tuam.* O quam eſt hic ſanguis à ſanguine Abelis longe diverſus! Hic enim clamabat adverſus fratricidam poſtulando vindictam: *Vox ſanguinis fratris tui Abel, clamat ad me de terra:* Sanguis autē Domini licet à corpore ejus in terram uſque decurrerit: *Decurrentis ſuper terram,* attamen ut S. Paulus ait: *Melius clamat quam ſanguis Abel,* quia non mortem ſed vitam, non vindictam, ſed remiſſionem & veniam, non juſtitiam, ſed miſericordiam expoſcit. Unde S Athanaſius *ibid. Loquitur aſperſio ſanguinis Chriſti, quia Patrem interpellat pro nobis, & ideo loquitur melius quam ſanguis Abel, de quo dictum fuerat, vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra; ſanguis Abel mortem parricidæ fratris petiit: Sanguis autem Chriſti vitam perſecutoribus impetravit. Sanguis Abel expetit vindictam, Sanguis Chriſti miſericordiam.* De Domitiano legitur, quod dum illi in prælio exiſtenti, & leviuſculo quodam vulnere manus pauculæ ſanguinis guttulæ ſtillaſſent, ipſe oculis in Cœlum elevatis dixerit: *Vtinam ſufficiat:* At vero ſi ego haſce ſanguinei ſudoris guttas in terram deciduas videns Salvatori noſtro dicerem, *utinam ſufficiant,* Scio certo quod mihi reſponſurus eſſet, *Quod ſufficit Redemptioni, non ſufficit deſiderio, nec amori.* Antiquæ Legis Sacerdos prævidere volens, quonam fine bellum aliquod claudēdum eſſet, fauſtone vel funeſto, *Sancta Sanctorum* eo habitu, quem Ephod appellant, indutus ingrediebatur: In hac autem veſtæ duæ erant gemmæ pretioſæ, quæ mirum in modum in eadem ſcintillare videbantur; Et quidem dum gemmæ iſtæ colorem ſuum nequaquam immutabant, nec ſplendorem ſuum amittebant, felix victoriæ augurium protendebant: quando vero una colore nigro, alia vero rubicundo imbuebatur, ſignum infallibile erat multum eo in bello effundendum eſſe ſanguinem, magnamque exſpectandam eſſe cladem. Tu ô mi Redemptor vere ſummus Sacerdos es noſtræ humanitatis habitu amictus: *Habitu inventus ut homo,* Duæ autem gemmæ veſtem hanc adornantes ſunt corpus & anima: Video autem quod una illarum hodie in pallidum mœſtumque vicinæ mortis colorem commutetur: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem,* altera autem colore tingatur ſanguineo: *Factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis,* atque ideo hinc non immerito

Pſal.

Gen...

Ad Hebr. c. 12.

Ap. Quivin in ſoliloq.

conjicere poſſumus, imminens hac nocte pe- lium fatale futurum eſſe atque cruentum. Pro tutilantes hæ ſanguinis guttæ à S. Ireneo Glo *ſanguinis* appellantur ea, ut reor ex cauſa, ut quilibet ſanguinis gutta nos in valoris ſui cognitionem devenire faciat: ſunt etenim gutæ & globi figuræ ſphæricæ, ſicuti mundus, ut indicio noteſcat, quam vis guttam tanti valoris eſſe, ut integrum quendam mundum, imo infinitos mundos redimere poſſet: *Appoſitè quidem quare ſanguinis guttula globus vocatur, ut ex forma totus innuatur ſanguinis pretioſiſſimi:* Etenim vel *guttula toti orbi terrarum ſufficiebat* (D Ireneus ap. Ant. de Eſcobarit. 1. fol. 344. obſerv. 1. num. 17.) Vel per hunc ſudorem demonſtrare voluiſſe exiſtimo, quam ſponte, libenter, & voluntate pro noſtra ſalute patereretur, ſi quidem velut generoſus quidam equus ſtimulorum amoris impatiens, rupto venarum fræno Hebræorum aviditatem longè præcurrit. Porro Hebræi Elephantes ad prælium excitare volentes ſanguinem, vel purpureum uvæ vel mori liquorem eis exhibere ſolebant: *Elephantis oſten derunt ſanguinem uvæ & mori ad acuendos eos in prælium,* ſicque generoſi evadebant: Porro Chriſti inferior dejecta & puſillanimis eſſe videbatur. *Caro autem infirma,* ſuperior autem portio ſanguinem in eo exprimebat: *Factus eſt ſudor ejus ſicut gutta ſanguinis,* hacque ratione revixit in eo Spiritus, ſeque ad generoſe pugnandum fortiter accinxit: *Spiritus quidem promptus eſt.* Enimvero ſanguis iſte ſuam ab agonia originem habuit, quæ ſecundum Lyranum & Lud. Carth. 2. p. in 1. compl. c. 59. nihil eſt aliud, quam *Reluctatio ſenſualitatis mortem horrentis & rationis ipſā acceptantis;* adeoq; ſenſualitate & ratione inter ſe dimicantibus, ut inquit Beatus noſter Simon Caſſianus. l. 17. c. 30. *Durum bellum gerebatur in anima Chriſti, cujus ictibus ſanguis jam jam larè manabat.* Gerſon autem dicit Chriſtum ſudaſſe præ lætitia, dum cognovit, quod etiam ab inferior, quæ antea recalcitrare videbantur, tandem condeſcenderet, atque ad voluntatem patiendum una cum portione ſuperiore libenter concurreret: *Cum cognoſceret Jeſus ſenſualitatem eidem eſſe obedientem ad moriendum, percepit ex hoc in Deo ſingulare gaudium, & proceſſit ſanguinis ſudor.* S. Juſtinus Martyr dicit cor Jesu ob ſuam teneritudinem velut cereum fuiſſe, ac proinde ab amoris igne incalefcens ſive æſtuans, in ſanguineum humorem eſt liquefactum, ac proinde *Factus eſt ſudor ejus ſicut gutta ſangui-*

sanguinis. Sudor Christi instar coneveti Sanguinis destillat, quod scilicet cor ejus contremisceret, & cor ejus simile esset ceræ quæ liquore destillat. Verum enimvero quid facitis ô peccatores, quid ulteriùs expectatis? cur ad sanguinẽ hanc quovis auro pretiosiorem, qui pro vestris peccatis funditur, colligendum non properatis? *Quid stas? accurre, & suavissimas illas guttas lambe.* Quid deinceps somnolentus dormitas? Nunquid S. Anselmum te veluti Petro longe somnolentiorem reprehendentem audis? *Noli dormire cum Petro, ne merearis audire, sic? non potuisti una hora vigilare mecum?* Hic sanguineus sudor verum est balsamum ad curandas tuas infirmitates, veni igitur, eumque devote recolligendo animæ tuæ applica: *Affunge suavissimi odoris balsamum ægrotis proximum festina, ne tardaveris, ut inde sanari mereantur.* Ita Ludolphus de Saxonia invitat.

11. Tandem ab oratione discedit, & quia ut S. Augustinus dicit amor amantem in amatum transfert: *Eo feror, quocunque feror*, id eo celebris Magister qui discipulos suos fine termino amabat, ab affectus sui vehementia ad discipulos suos denuo requirendos impellebatur, quos expergefactos à somno inveniens, dormite & requiescere jubet: *Dormite jam & requiescite.* O ingens amor! Ipsemet enim qui ab agonia, à sudore sanguineo, à mortis timore animatus, præ aliis requie opus habebat, inter labores & animi ærumnas vigilare dignatur, ut tum securius requiescant discipuli sui. O animosissimum Pastorem! Non sic mundi hujus Rectores faciunt, qui inter delitias & voluptates animas requiescunt, & subditos suos pro laborate sinunt. *Non sic hodie multi Pastores faciunt, qui subditis vigilantibus in agonia positis, dormiunt suaviter & quiescunt.* Interea vero Judas appropinquat, & cum turbis armatis, quibus jam traditionis signum ediderat, veluti lupus devastator hortum ingreditur: *Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum*; & instar Joab qui sub charitatis fraternæ prætextu, Amasam osculando gladio in latere transfigebat, Judas majori cum impietate Magistrum suum osculando & comiter salutando tradit, suorumque inimicorum manibus consignat: *Ave Rabbi, & osculatus est eum.* O perfide Apostole quo animo Magistrum tuum hoc in loco convenis? respondemihi, vel enim huc ingrederis tanquam ejus amicus, vel tanquam inimicus illius? Si tanquam amicus, quo fine tot tecum armatos milites adducis? Si tanquam inimicus, cur eum oscularis? Tu pacem defers in labiis tuis, in corde autem bellum geris. Tu vitam pariter & mortem, salutationem simul traditionem dolosè conjungis. Salutatio qua Creatorem tuum aggrederis. *Ave Rabbi*, in Græco idem est quod *Salve, Gaude Rabbi*; quomodo autem *gaudebit*, quem adeo affligis? Quomodo ei *Ave* dicere audes, quem multis væ tormentorum accumulas? quomodo *salvebit*, quem tu occidis? *Ecce veritas & falsitas, bonitas & iniquitas, humilitas & superbia, patientia & ira, charitas & invidia, liberalitas & avaritia in actibus, non in animis convenerunt*, inquit Beatus noster Simon de Cassia. Enim verò dum intra memetipsum considero, quod Judas bonitatem Magistri sui ingratitudine compensèt, & pro tot ab eo receptis beneficiis eum arctissime amplexando tradat, eum nulli aptius quam hederæ assimilare posse videor, quæ *amplectendo prosternit*. O Judam ingratum! ô perfidam hederam. Porro benignissimus Salvator noster in hac actione facta exhibuit nomini suo, qui metaphoricè Petra appellatur, aptissime correspondentia: *Petra autem erat Christus.* 1. Corinth. 10. quia ferro traditionis percussus, scintillas evibravit amoris, dicens: *Amice, ad quid venisti?* Matth. 26. Audite quanta cum suavitate animam hujus traditoris sibi per correctionem lucrari quæsierit: *Quasi amantis affectu corripit proditorem*, inquit S. Ambrosius. S. Lucas autem Dominum hisce eum verbis allocutum fuisse refert: *Iuda, osculo filium hominis tradis?* Prius eum proprio Judæ nomine compellat, quod idem est, quod confessio: (Admonens eum per nominis appellationem, Judas enim vocatur confessio) quasi dicat: Intellige, accepisti argentum? confitere cito; Judas tandem si diceris, aut Judam præsta, aut tam glorioſum nomen commutta, inquit Cyrillus Hierosol. Catech. 2. Et quidem plus ei circumstantia displicere videtur, quam substantia, plus modus quam actio, dum inquit: *Osculo filium hominis tradis*: id est, inquit S. Ambrosius ubi supra: *Amoris pignore vulnus infligis; charitatis officio sanguinem fundis: & pacis instrumento mortem irrogas?* Et S. Pater noster Augustinus in Cat. D. Thom. in c. 26. Matth. *Oscularis & insidiaris: amicum fingis cum proditor sis.* O inique! osculo quod charitatis & gratiæ præservativum existit veneni toxicum in fundis? Osculo quod amicitiam & fidelitatem conservat, infidelem & inimicum te exhibes? Porro Chymici artem tradunt ferrum

D. Ambr. l. 10 in cap. 22. Luc.

transmutandi in aurum: tu vero charitatis aurum in durum odii ferrum trãsmutas. Apis melis dulcedinem è floribus libat, tu autem veluti scarabæus ex me qui verus flos sum cãpi & liliũ convallium (dicebat JESUS) venenorum ámaritudinem extrahis. Magnus ille Mediolanensium Episcopus benignissimum Salvatorem nostrum hunc in modum loquentem introducit: *Venenum infundis ósculo, quo gratia charitatis infunditur: ósculo quod sacra pacis insigne est, ósculo quo amicitia fida firmatur, ósculo quo fides sancta signatur? Ego ósculum non nego ipse videris, qui violaveris ósculi sanctitatem.* Longe autem ab hac impietate Petrus abeat, qui turbas Magistro suo molestas esse videns (dum ex iis hic eum persequebatur, alius deridebat, alter vinculis circumplexum ligabat) atque ab æquitatis legibus se cogi, & ab amoris erga Magistrum impulsibus, nec non ab iræ furore erga milites concepto stimulari sese sentiens, manu gladium strinxit, & cujusdam ministri, qui cæteris insolentior aliorum in Salvatorem rabiem exacuebat, auriculam ictu præcipiti abscidit: *Simon ergo Petrus habens gladiũ eduxit eũ, & percussit Pontificis servum, & abscidit auriculam ejus dexteram.* Joan. 18 Enimvero non caret mysterio, inquit Cyrillus l. 9 c. 15 quod Petrus auriculam dexteram Malcho abciderit: quia Hebræi finistra semper nonnulla auscultare voluerunt, id est, scripturas & prædicationem suam finistrè semper & malè interpretabantur: (Dextera auris amputatur, ut dextero proboque auditur carere Judæos significaretur, noluerunt enim Christum audire) Veruntamen pietas Domini actionem Petri nequaquam approbavit, quin potius ipsum reprehendendo eidem præcepit, ut gladium suum intra vaginam denuo reconderet: *Converte gladium tuum in locum suum.* Ut per hoc nos doceret, omnes nobis illatas injurias in vera patientia sufferendas esse. *Oportuit ut author gratia fideles patientiam suo doceret exemplo, & potius ad sustinendum adversa fortiter instrueret, quam ad vindicandum provocaret,* inquit Rabanus; atque ut toti mundo demonstraret, quam sit ad dandum pro scorpionibus panem pronus & inclinatus, extensa manu sua auriculam tetigit & sanavit: *Et cum tetigisset auriculam ejus, sanavit eum;* Luc. 22. ex quo aliud quoque documentum addiscimus, scilicet perfecte charitatis actum esse perdere aurum pro plumbo, id est, reprehendere bonum pro malo: *Tunc enim miraculum fecit, erudiens nos, quoniam eis qui male faciunt, benefacere oportet.* Pro-

D. Ambr. in Psal. 39.

Rabanus Maurus ap. Tud. Carth. pag. 2. c. 59.

D. Chrys.

ro temporis brevitas non permittit, ut hoc loco turbæ illius exponam tumultum, vel insolentiam Carum ministrorum illorum insolentias intolerabiles vel Christi in sufferendis injuriis patientiam: quia sub teneritudine pectoris, cordis gregiam magnanimitatem latere ostendit, ac non turpem Apostolorum fugam qua Christum deseruerunt: *Relicto eo omnes fugerunt*; ac proinde omnibus hisce punctis sepositis ad alia tractanda pertranseo. Interea vero dum benignissimus Redemptor noster à charissimis discipulis suis prorsus derelictus, quasi mansueta oviculà luporum ferocitate dilaniandà, solus persistit, illum ô anima devota per devota contemplationem comitare, & gratam illi societatem præstare non desine, donec ego nonnihil quiescendo respiravero.

PARS SECUNDA.

13. TAndem igitur Christus vinculis constrictus, atque insolenti turba circumactus, multisque gravibus verberibus & injuriis affectus ad Jerosolymitanæ urbis portas appropinquat. Verum eheu quantum hic intratus, quæ tu ô animæ meæ unice Redemptor hac nocte urbem hanc ingrederis, differt ab illo, quem paucis ante diebus in eandem civitatem venientem, visus es habere. Tunc canebatur: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus*, Matth 21. nunc verò tibi tanquam Regi renuntiant; *Non habemus Regem nisi Cæsarem* Joan. 19. Tunc spargebatur per aëra frondes & flores, nunc spinas ad torquendum colligunt, tunc ad magnificandam majestatis tuæ gloriam olivarum ramos per viâ prosternebant, nunc verò ad obscurandos sanctitatis tuæ splendores crucis lignum tibi adaptant & præparant: Tunc exclamabant: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, nunc elatis vocibus vociferãtur: *Crucifigatur, crucifigatur.* Tùc acclamabatur tibi a pueris, & honorabaris a gentibus, nũc autem ab omnibus vilipenderis, & minoris quam Barrabas latro seditiosus æstimaris, quænam mutationes, & prodigiosæ vicissitudines sunt istæ? *Et sic cum impetu tanquam contra latronem stridentes, & eum percutientes duxerunt per portas aureas, per quas in die Palmarum intraverat*; inquit Ludolphus Carthusianus p. 2. c. 59. Nonnullæ autem lapideæ statuæ, quæ ad latera portæ illius collocatæ erant, sese com-

rim eo ingrediente inclinarunt eumque cum reverentia sunt veneratæ, ut scribit Vincentius Ferrerius serm 1. in Paras ac si dixissent: *Domine hominis rationales te ligaverunt, & nos irrationales te adoramus.* Portas autem civitatis ingressum ad Annam perduxerunt, non solum quia domus Annæ prima erat ex ijs quæ Christo ingredienti occurrebant, ut proinde gravem se errorem commissuros suæq; jurisdictioni præjudicaturos esse existimarent, si secus facerent: verum etiam quia Annas Caipha antiquior erat & senior. *Judicium autem prius referebatur ad seniores, ut magis justum appareret coram hominibus.* Et tametsi Pontifices Annas & Caiphas qui alternativi erant, mortis sententijs sese ingerere minimè poterant, nihilominus examẽ facere, & processum juxta Hebræorum consuetudinem fabricare debebant. Quia verò mutuus istud eo tempore ad Caiphã spectabat, ideo Annas ne alienam involaret jurisdictionem, Christum ad Caipham perduci præcepit: *Quia erat Pontifex anni illius, id est, administrationem anni illius habebat, quamvis judicium & utilitas judicii communiter amborum esset,* inquit Ludolphus ibid. Joan. 18. Christus autem a Caipha de duobus præcipue punctis examinatus fuit, scil. de doctrina quam prædicabat, & de discipulis quos secum habebat, teste S. Joanne, qui ait: *Pontifex ergo interrogavit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius.* Porro examen istud ut instituebatur ad inveniendam veritatem, quæ quam majori quam ipsummet peccatum prosequebatur odio, sed tantum ut videret an in responsis Filij Dei, quod calumniari & quod Romanum Præsidem accusari posset, deprehenderetur. Equidem quod ad quæstionem de discip. propositam attinet, ad hãc nihil respondet, & ratio est, juxta eundem Ludolphum ibid. c. 60. *Quia tunc de ipsis nihil boni dicere potuit, qui jam fugerunt, dans nobis exemplum, quod mala de aliis non debemus dicere:* sed potius proximorum peccata silentij secreto debeamus abscondere. Quod verò ad quæstionem de doctrina attinebat, protinus respondit, nimirum se in Synagoga palam coram toto mundo locutum fuisse, & in plurimorum sapientum virorum congregatione, quos proinde de doctrina sua interrogare possent. *Ego semper docui in Synagoga & in templo, quo omnes Iudæi conveniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quid locutus sim ipsis.* Joan. 18. Enim verò Auditores, quovis obliquo affectu vel passione sepositâ dicite mihi, vos enim judices esse volo, poteratne Dominus cum majori prudentia aut modestia loqui? *Quid istâ responsione verius, mansuetius, justius?* interrogat Beda ibid. fol. 191. Et tamen unus astantium ministrorum adeo temerarius fuit, ut illum, veluti inurbane & sine debito respectu Pontifici respondentem, reprehendere, ejusque sacratissimam faciem impacto colapho percutere præsumpserit, dicens ei: *Sic respondes Pontifici?* Vah manum impiam! vah sacrilegum brachium! O cor truculentum! ô detestabilem ministrum! ô furiam infernalem! Qua ratione fieri potuit ut hanc divinam genam, limpidum illud paradisi speculum impia manu tua percuteres, nec tamẽ eadẽ illa manus exaresceret? Quod si dextera Jerob. in Proph extensa subito exaruit. Quod si Oza arcam Dei sustentaturus ne caderet eam tangendo temeritatis suæ pœnas per mortem luere debuit, cur hic adeo perversus minister, qui Prophetam Prophetarum, & *sancta sanctorum* tanta affecere injuria, præsumpsit, impunitus evasit? *Exhorresceat cœlum, contremiscat terra, alapis Deus percuti potuit? O Angeli* (exclamat Chrysologus) *qui hæc intuemini: quomodo siletis? quomodo manus continere potestis? quomodo pro Domino vestro non respondetis?* O Angeli cur tam gravem Creatori vestro illatam injuriam dissimulatis? O cœli! cur fulminibus vestris impium hunc ministrum non quantõcius interimitis? O ignis cur hunc perversum non absumis? O aër cur eum in sinum tuum non rapis? O terra cur illum sustentas? O mare cur littus tuum egrediens eundem non submergis? O truculentæ feræ quotquot estis, tigrides, ursi & leones, qui divinæ justitiæ ministri toties fuistis, egredimini: egredimini ut scelestum hunc hominem dilanietis. Etenim verò certus sum quod terra illa: quæ absorbuit Dathan & Abyron: ursi illi qui pueros Eliseum deridentes dilacerarunt: Mare quod submersit Pharaonem: Aër qui tempore Davidis per suam contagionem tot Israëlitas occidit: Ignis qui Pentapolis civitates incineravit: Angeli qui tantam tamque crudelem in exercitu Sennacherib instituere cladem justam de hac tam atroci injuria sumpsissent vindictam, si id ipsum amantissimus redemptor noster ijs permisisset. Porro variæ à Sanctis Patribus adducuntur rationes, cur Salvator noster gravem hanc alapam receperit: Aliqui

D. Petrus Chrysol. serm. 5. ff. 12. de Pa D. & D. Io. Chrys. in c. 18. Io. hom. 82.

enim dicunt id eum fecisse, ut Prophetiæ illi correspōderet, qua dicitur: *Dabit percutientibus se maxillam, saturabitur opprobriis.* Thren. 3. Sanctus Cyrillus Alexandrinus dicit, quod Adam credens Dæmoni dicenti: *Nequaquam moriemini*: Gen. 3. non verò Deo mortem ei comminanti *In quacunque hora comederis, morte morieris.* Gen. 2. Deum quasi mendacii arguere voluerit, credendo Diabolum veracem, Deum verò mendacem & impostorem esse: Constat autē ex legemundana mendacio deberi alapā Ita Lud. Carth. p 2 c. 60. *Alapa ut plurimum pro vindicandis offensionibus verborum solet dari.* Adam alapam Deo in satisfactionem illatæ injuriæ debebat, ipse autem, utpote pura Creatura, ad æqualitatem satisfacere non poterat, quia offensa infinita erat: atque ideo cum verbum incarnatum eo præcipuè fine venerit, ut hanc inæqualitatem suppleret, alapam recipiendo pro mendacio satisfacere voluit: *Ipse enim peccata nostra tulit, & pro nobis laborat, & unus pro omnibus inhonorabatur: nam quemadmodum mors sua mortem nostram destruxit similiter arbitror prævaricationis nostræ dedecus alapa Christo inflicta deletum fuisse.* Hæc autem alapa Christo à milite tanta cum furia & violentia inflicta fuit, *ut per totam domum insonuerit.* Sanctus Vincentius Ferrerius (ibid. serm. 1. in Paraſc.) in ea est opinione, quod ictus ille adeo vehemens fuerit, ut ex illius validitate Christus in terram conciderit: *Et prostravit ipsum ad terram.* Unde genæ illæ quas sponsa esse dicebat, *sicut areolæ aromatum.* Pagninus dicit factus esse *sicut linea sulci*, vel cum septuaginta, *sicut Phiala*, id est, ut Modernus quidam exponit, *Tumida ac plena sanguine.* Can. 5. Verum quonam animo Salvatorem hanc atrocem injuriam recepisse existimatis? Num forte injuriosis denuo verbis percutientem est aggressus? aut irato vultu ei est comminatus? Minimè: sed potius suavi voce & facie benigna eum est allocutus dicens: *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, quid me cædis?* O quanta est hæc mansuetudo! quæ nos magnopere confundit, si quidē si quis lingua nos convitietur, manu protinus eidē respondemus, neque facti veritatem, aut integritatem personæ offensæ aliter demonstrare novimus, quim ferro duntaxat & sanguine. Et quidem si circa offendentem nos, talem haberemus potestatem qualem Filius Dei habuit, pro libitu videlicet nostro de illo & circa illum statuendi existimo omnino, quod etiam per offensoris annihilationem nobis ex integro satisfactum esse nequaquam existimaremus. Ubi alapis maxillæ percussæ (inquit Beatus noster Cassianus) tunc ille quomodo ultus est, nonne poterat terræ hiatibus abolere? vel de movere ex proprijs terminis mare, & voraginibus terram submergere? Imbrem ignis dimittere? unico verbo, vel aliquod aliud acerbum supplicium irrogare? Attamen hæc omnia miti patientique animo pertulit, vitæque tuæ per seipsum leges patientiæ dedit.

D. Cyrill. Alex. ibid. l. 12. c. 46. Ant. Esco-bar. t. 1. l. 9. c. 18 §. 2. num. 9.

Iosephus Speranza Alapa pun. No 8.

14. Verum enim verò quia ut dici solet una infelicitas raro homini solitarie accidit, quia aliunde accumuletur, ideo & hujus perfidi ministri inflictam alapam pariter excepit negatio Petri; qui dum in atrio Pontificis ealefaceret se voluit, in suo erga Magistrum amore valde refrixit. Nām à serva vel ancilla quadam interrogatus, an ex discipulorum Christi numero esset, prouti ex loquendi modo esse videbatur: *Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius?* Joan. 18. Respondit: *Non sum.* Ab alijs quoque interrogatus pertinaciter negavit *Negavit ille, & dixit: Non sum.* Et licet miles quidam cognatus Malchi, cui Petrus abscederat auriculam, se eum cognoscere & in horto vidisse in faciem Petri ediceret: *Nonne ego vidi in horto cum illo?* Sibimetipsi tamen animum feeit, & tertia vice Magistrum suum denuo negare non dubitavit: *Iterum ergo negavit Petrus.* Neque id adeo mirum est, siquidem ab ancilla quadam in domū Pontificis introductus, & cum eadem aliquamdiu locutus fuit. Negotia autem quæ per mulieres transiguntur, nonnisi pessimo fine claudi possunt. *Quomodo non erraret quem intromisit ostiaria, &c. interrogavit ostiaria?* Porrò ancilla Petrum in atrium Pontificis introduxit, ut à Dei gratia eundem excluderet, inquit S. Maximus hom. 2. de latrone. Petro & ancilla: *Ostiaria Petrum ideo in domum Sacerdotis includit, ut à fide Salvatoris excludat.* Neque aliud ab hoc hominum genere expectari poterat: Mulier illa itaque vitæ pariter & mortis ostiaria fuit, quæ nimirum ab illa te excludit, ad hanc verò portam & fores aperit: *Idem sensus in utraque ostiaria officii Dia-gerens, aut excludit à vita, aut includit ad mortem.* Sunt enim mulieres carboni perfimiles qui vel coquunt & urunt vel tingunt, ut Beatus Laurentius Justinianus ait: *Sexus hic mulebris semper suspectus est, illo frequentissimè ab-*

Can. 22. l. 1. de

uritur Diabolus. *Non armatos advocavit milites ut debellaret Apostolum, unius mulierculæ lingua Christianæ militiæ devicit ducem.* Ad hæc præterquam quod Petrus per hujus ancillæ manus inflictæ transierit, accedit quoque quod curiam vel aulam ingressus fuerit, in quâ vitæ integritas, morum bonitas, & Spiritus sanctitas ut plurimum dimittitur, *Petrus semel intravit curiam & ibi vigorem animi perdidit, & Christum negavit quid si diu pertransisset in curiam?* interrogat Hugo Cardinalis in c. 26. Matth. Habet hoc curia in more positum, quod bonos recipiat potius, quam faciat, ut inquit Bernardus l. 4. de Consider. *Curia bonos recipere magis, quam facere consuevit.* Vix Magi Herodis curiam ingressi fuerant, eum ecce stella statim disparuit, quod idem est, ac si quis diceret: Quisquis pedem suum in Principum aulas ingerit: *Statim Dei lumen amittit.* Unde Seneca procul à curia recedens, se in quoddam solitudinis tugurium recepit: *Quia ex tot palatii culiculis cœlum videre non possum.* Ac proinde cum curia adeo hominibus noxia sit, egrediamur, & Apostolum prosequamur, qui galli cantum, datum videlicet sibi à Christo signum, audiens: *Exivit foras & flevit amare.* S. Luc. autem insuper adjungit, quod Christus Petrum respexerit, indeque se Petrus compungi sentiens amarissime fleverit: *Et conversus Dominus respexit Petrum.* Enim verò hic renovatum dividebo illud Ægyptiorem hieroglyphicum, quo Dei conditiones & qualitates exprimebant, solem quendam depingebant, è quo tres emittebant radij, quorum unus quendam ex congregata glacie aggregatum monticulum irradiabat, eumque liquefaciebat: alter vero in mortuum se cadaver extendebat, illudque rectificabat: Tertius verò lapidem illuminans eundem frangebat: cui hanc subnectabant Epigraphen: *Sit Oculi Dei ad nos*, ut Sidonius Apollinarius refert. Porrò Apostolus postquâ Christum abnegasset, conversus est in glaciem, cadaver, & lapidem, id est, frigidus factus est, & gelidus in amore, mortuus in peccato & quovis lapide in malo durior, siquidem trina vice eum ejuravit, & anathematizavit. At verò mysticus Justitiæ Sol Jesus divinorum obtutuum suorum & cœlestis gratiæ suæ radijs *respexit Petr.* & confestim lapis seu petra, cõteritur mortuus resuscitatur, & colliquescit duraglacies. *Egressus foras flevit amare.* Abi, abi igitur ô Petre, & pœnitentiæ speculum peccatoribus esto, ut culparum commissarum turpitudines, tuis quoque lachrymis abluere non omittas.

15. Enim verò Princeps Sacerdotum & universum Consilium de testibus procurandis solliciti erant, qui ut Christi innocentiam ad motis patibulum condemnarent, falsum contra eandem, testimonium deposuerunt, verum casso & irrito labore hæc omnia faciebant, licet multi sese proderent, qui varijs in rebus eum licet sine fundamento inculpabant. Erant enim qui dicerent, eum se jactasse quod templũ Dei destruere, & in tribus diebus idem reædificare vellet: *Hic dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud*: alij eum tanquam blasphematorem accusabant, eo quod dixisset: *Videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei & venientem in nubibus cœli.* Unde Princeps Sacerdotum exsurgens, suaq; vestimenta præ indignationis fervore discindens, eum imprudenter tanquam blasphematorem mortis rerum pronuntiavit *Scidit vestimenta sua dicens Blasphemavit, quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam: quid vobis videtur?* Et merito quidem vestes suas discerpsit, inquit Hier. ib. *Ut ostendat Iudæos Sacerdotii gloriam prodidisse & vacuam sedem habere Pontifices.* Et S. Leo ser. 6. de Pass. Dom. ait: *Sacerdotali se honore privat.* Et quidem Diabolici hi ministri in totidem Briareos se transformari desiderabant, ut totidem manibus, totidemque aliis membris illum calumniari & convitiari ac infestare possent: unde alij linguas suas in eum exserentes eum mortuum velle declarabant: *Reus est mortis*; alij sordida fœtidaq; oris excrementa in eum exspuebant: alij alapis faciem ejus obvelatam (ut refert S. Mar. *Cœperunt velare faciem eius*) cædebant. Etenim quantum enim hæc opprobria patientissimo Salvatori nostro dolorem intulerint, facile deduci potest ex eo quod de Alcibiade Plutarchus refert, quod inter multiplices afflictiones suas, exilij nimirũ amissionis facultatum suarum receptorum ab amicis suis vulnerum, nulla cor ejus adeo sensibiliter pupugerit, quantũ injuriosum verbũ quoddam a Ctesiphonte ei in faciem exprobatũ, ac proinde quilibet nostrum, quantopere tot improperia cor Filij Dei irrãsfixerint, conjiciat. Porro apud Hebr. nulla poterat alicui major irrogari injuria vel opprobrium, quam si quis in faciem alterius inverecundè exspueret, unde & is cui similis injuria acciderat septem dierum spatio ab omni se

Matth. 26.

ho-

hominum consortio subducebat, utpote qui inter homines comparere non præsumeret, Ita enim in libro Numerorum habemus: *Si Pater eius spuisset in faciem illius nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi?* Num. 12. qualis igitur erubescentia Christi sine culpa id patientis fuerit, cuilibet vestrum considerandum relinquo Verum enim verò prædictam faciei obvelationem una cum S. Chrysostomo non nihil observemus: *velare cœperunt faciem eius.* Marc. 11. Luc. 22. Etenim per hanc actionem non solum benedictum Jesum pessime tractare contenderunt, verum etiam aliquod excessuum crudelitatis suæ specimen edere, quia facies Salvatoris adeo benigna erat, ut ipsissimam repræsentare pietatem videretur, ideoque eandem obvelarunt, ne eam videndo aliquod in cordibus suis compassionis erga ipsum motivum excirarent: *Tam gratiosa & benigna Domini facies erat, ut hostes, quamvis crudeles essent, & eum odio prosequerentur, non possent tamen eam cernentes in eum sævire, sed emollirenti commiserarentur: Ideo consilium eorum fuit faciem eius velare, quo atrocius eum caderent, colaphos & alapas impingerent, barbam vellerent pulverem in faciem ejus jactarent, & execrarentur in eum.* D Ioan. Chrysost. hom. 86. in Matth. O quanta cum patientia, & quam libenter hæc omnia injuriarum genera Dominus noster sustinuit, quia illa tandem in beneficium nostrum redundatura esse sciebat. Unde Sedulius Poëta Christianus ita canit.

Salvator patiens subjecto corpore totum
Sustinuit, nostræq; dedit sua membra saluti
Nãq. per hos colaphos caput est servabile nostrũ
Hæc sputa per Dominũ nostrũ lavere figuram.
Hic alapis nobis libertas maxima fulsit. Sedulius lib. 5.

16. Jam nox diluculum fere aspiciebat, quãdo Christus jussu Caiphæ à ministris in conspectũ Pilati, tanquam Regni Præsidis perductus fuit, à quo super multis accusationibus falsis contra eum depositis examinatus fuit, videlicet quod subornasset & ad seditionem concitasset plebẽ. Item quod Regis Judæorum titulum sibi temerario ausu usurpasset. Verum ad omnes hasce sibi impositas calumnias Dominus nihil respondit, & meritò, inquit S. Amb. (ser. 44. de de accus Domino) nam *Bene tacet, qui defensione non indiget* Vel quia si respondisset, tanta fuisset sermonis sui efficacia & energia, ut mox præfidem ad sui liberationem decernendam adstrinxisset & hoc modo jugens illud pro nostra salute in cruce moriendi desiderium suum minime adimpletum fuisset; Ira S. Hier. & Cajet. *Nihil respondere voluit ne crimen diluens dimitteretur, & crucis vilitas differretur,* Verum. ô mi suavissime Redemptor nunquid convitia illas & calumnias audis, quas sceleratissimi isti adversum te arroganter proferunt? ex quo unico duntaxat verbo tuam omnibus notam facere innocentiam potes, cur taces? forsitan quia nosti quam utile sit silentium? *Silentio nil utilius*, sed hæc utilitas minime spectat, sed eos tantum respicit, qui in sermone suo errare aut peccare possunt, cum igitur tu qui verus Deus es, errare non possis, de sermone quoque tuo pœnitendi occasionem habere non poteris Et tamet si alius nemo dixerit: *Nocat esse locutum*, impossibile tamen est ut hoc de te qui ipsissima loquendi regula es verificari possit. Porro S. Gregorius Christum tacere voluisse dicit: *Magis eligens apertis superbientibus despici, quam à non credentibus vacua voce laudari;* Verumenim vero felicissimum te, ô Pilate, dicere ausim, dummodo tuam posses fortunam agnoscere. Nunquid enim divinitatem tuo Imperio subjectam cernis? Nunquid vides quod is qui cuncta gubernat, tuos modo præstoletur arbitrii nutus? Omnium sceptrorum universalis Dominus sub tua dextera obediens commoratur. Totus tibi mundus acclamabit, si hujus innocentis causam defenderis, & quocunque Sol vertitur, tua semper clarissima fama resonabit. Utique Pilatus tam suam obligationem, quam justitiæ rectitudinem agnitus esset, nisi ipsum interesse proprium excæcaret: Et tamen in maximam omnium horum calumniatorum confusionem, eum declarat innocentem, ipsosque tanquam falsarios procul a se repellit. *Obtulistis mihi hunc hominem, quasi avertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inveni in homine ipso ex his, in quibus eum accusatis.* Luc 23. Etenim malitiæ huic Præsidi ad cognoscendam causæ æquitatem aliquod concessisse videtur lucidum intervallum; unde quia consuetudo erat quod in die solemni aliquis mortis reus libertate donaretur, Christi & Barrabæ, qui propter multa patrata scelera centum mortes fuerat promeritus, electionem pro alterutro faciendam populo proposuit, dicens: *Quem vultis dimittam vobis, Barrabam an Iesum qui dicitur Christus?* Matth. 27. O impietatem incredibilem! O perfidiam inauditam! Gens etenim Judæorum incondita voce unanimiter exclamat, & urget ut Pilatus Christum ad Crucem condemnando, in ipsorum voluit desideria descendere; nil enim se curaturos,

Marc. 15. Matth. 27.

si error illius, qualis, qualis ille fuerit, in ipsos deinceps redundet: *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.* Matt. 27. Dictum, factum. Jam enim pœnæ illi subjacent, cujus ipsimet cõtra se ipsos pronuntiarunt sententiam. Refert enim S. Vincentius Ferrerius: Quod in signum hujus vindictæ, quando masculi Judæorum de hoc genere, qui sic clamabant, nascuntur, habent manũ dextram plenam sanguine capiti innixam. Ut igitur Pilatus Christum liberaret à morte, & aliquã huic perfidæ & obstinatæ genti satisfactionem faceret, ipsum Columnæ alicui alligandum & flagellandum esse decrevit: *Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit.* Joan. 19. O crudelem pietatem! ô impiam compassionem! ô justitiam Judicis istius iniquam! compassivam quidem, sed indiscretam. O Judicem sine judicio hoccine justitia præcipit, ut innocens flagelletur? *Hoc Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi ut ejus furorem Judæi satiati sufficere sibi existimarent, & ne ad ejus mortem sævire desisterent*; scribunt Cyrillus & Chrysostomus, id quod etiam affirmat sanctus Paschasius, ac proinde Pilatus dixit. *Corripiam illum & dimittam. Corripiam?* Luc. 23. Correctio, ô Pilate, supponit errorem, cum igitur Christus innocens sit & justus prouti alias sæpius aperte satis confessus es, quomodo & quo jure nunc dicere audes, *Corripiam*? Num igitur flammer intendis justitiam corrigere? aut innocentiam castigare? Et quidem correctio hæc Herodi committitur ut Christus ab ipsissima crudelitate flagelletur. O Deus! videor mihi videre Carnifices præ rabie & insania spumantes spoliare vestibus Jesum meum, eumque sic denudatum Columnæ fortiter alligare: Ille igitur qui arbores fructibus, prata gramine, terram floribus, solem luce, Cœlum stellis, & universum mira quadam elegantia & pulchritudine vestit, hodie remanet nudus? Ne tres illi in fornacem Babylonicam conjecti pueri nudi remanerent, flammæ eorundem vestes urere aut comburere non potuerunt: *Non tetigit eos omnino ignis.* Dan. 3. Similiter Pater ille Evangelicus filii sui graves sustinere & dissimulare potuit errores atque defectus, nuditatem autem ferre non potuit, atque ideo illum ante omnia à ministris suis novis indui vestibus præcepit: (Sustulit filii sui crimina, inquit Chrysost. serm. 3.) qui non sustulit nuditatem, hinc est quod à servis ante vestiri filium voluit, quam videri.) Adam quidem, qui ea quæ Dei erant tanquam latro rapuerat. (*Num furtum est contrectatio rei alienæ invito Domino*) denudari, ligari, & vapulare debebat, prouti justitiæ debitum exposcit: at vero verbum incarnatum quod pro omnium hominum delictis satisfacere volebat, hasce nobis debitas pœnas in semetipso ferre & sustinere voluit. *Adam cum latrocinio furtum commisit quando pomum sibi vetitum attrectavit. Pro cujus satisfactione Jesus tanquam latro voluit comprehendi qui incomprehensibilis est, & ligari qui ligatos venit solvere, & vincula eorum disrumpere.* Porro flagella in Jesum adhibita, juxta S. Vincentium Ferrerium. (serm. 1. in Parasc.) triplicis potissimum generis erant, alia enim ex funibus connexa & implexa erant, alia ex spinarum manipulis erant conjesta: alia autem virgæ ferreæ erant: ideoque durissima & immanissima fuit flagellatio, quam proinde quidam Poëta sacer flebili hoc carmine sive cantu celebravit: *Ludolph. Carth pag. 2. c. 59.*

Vinctus in his Dominus stetit adibus, atq; columnæ
Annexus, tergum dedit, ut servile, flagellis:
Perstat adhuc tĕplumq; gerit veneranda columna,
Nosque docet cunctis immunes vivere flagris. *Prudent. in Bibl. vet. PP. c. 4.*

17. Et enim in hac flagellatione quatuor veluti lapides ob oculos mihi versari videntur: Est enim columna ex lapide reali & naturali: Flagellatores autem ob sui truculentiam ipsis quoque lapidibus duriores existunt: Flagellatus quoque Salvator noster tanta cum constantia verbera sustinet, ac si lapis quidam quovis marmore & molari lapide imperceptibilior esset. Denique ego & tu ob cordium nostrorum duritiem lapides sumus, qui quovis pietatis genere adhibito neq; quaquam emolle scimus. Porro unus lapis virga Moysis leviter percussus, integrum manavit aquarum torrentem ecquænam igitur est cordium nostrorum stupiditas, quod tot verberum in delicatissima optimi Jesu humanitate receptorum gravitas & atrocitas, ad eliciendam ab oculis nostris vel minimam compassionis lachrymulam minimè sufficiat: cum tamen, ut optime S. Augustinus (apud Bernard. Sen. ser. 3. post Dom. oliv. cap. 3.) dicit, *pro impio pietas flagelletur.* Enimvero nullam sacri Evangelistæ de carnificum crudelitate mentionem faciunt, nec quot sacratissimæ illius humanitatis vulnera fuerint recensent, nec quantum pro nobis effuderit sanguinem, aut quot ei inflicti fuerint verberum ictus, vel quanto tempore flagellationem istam continuarint, nec quot flagellatores extiterint describunt, idque quia, prouti mihi imaginari possum, dolore & compassione compuncti, tantam emanarunt lachrymarum abun-

abundantiam, ut eædem in chartam fortuito dilapsæ ipsam delere potuissent scripturam. Ac proinde ô anima mea utinam quantum creator tuus in hac columna passus fuerit, una mecum considerares: nam, *Superadditur, reiteratur, & spissatur plaga super plagam, livor super livorem, fractura super fracturam, sanguis super sanguinem, quousque tam tortoribus, quam in spectoribus satis gatis solvi jubetur à columna, in qua fuit flagellatus*, ut contemplatur Ludolphus Carth 2.p c.62. Considera inquam, ex quo tales sunt Dei alicujus, vel cujusdam innocentis dolores, quos pro peccatis alienis patitur, qualia futura sint tormenta, quæ aliquãdo pro propriis tuis sceleribus patieris. *Et si tam graviter flagellatus est innocens pro peccatis alienis, quam graviter putas noxios, nisi se correxerint, flagellandos pro peccatis propriis.* Ludolph. ibid.

18. Neque dubium est, quin licet diabolicorum ministrorum & satellitum istorum brachia ex continua diraque flagellatione defatigata omnino fuerint, corda tamen illorum eum torquendo satiari non potuerint, licet ultra humanæ facultatis sphæram eum percussissent sine ulla cordium suorum per compassionem emollitione, & tamen beati utique fuissent, si tot ex ipsorum oculis lachrymas elicuisset pietas, quot sanguinis torrentes ex ejus dorso laboris sui improbi eliciebat impietas. Imo in cæpta ferocia magis magisque reddebantur atrociores dum viderent, quod huic columnæ alligatus ad eum modum quo caro & sanguis ejus diffluebat, suã quoq; non expiraret animam; ideoq; de novo ei intentando tormento fuere solliciti, nimirum ut eum veluti stultum deridere possent, vestierunt purpura, manibusque illius arundinem, inseruerunt, summaque cum violentia adhibita coronam impresserunt capiti ejus ex spinis acutissimis implexam & compositam. *Et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus.* Habet autem Deus hoc semper fere in more positum, quod ad omnipotentiam suam tanto evidentius demonstrandã, cuncta sua prodigia operari soleat per media omnino improportionata imo contraria illis, quæ effectus producendus ex sua naturali proprietate exposceret. Sic enim legimus, quod ad cœcos illuminandos usus fuerit luto, illudque oculis alias noxium & contrarium, pupillis cæci applicarit. Similiter quando per Prophetam suum aquam induleorare volebat, aliud ad hunc effectum producendum, non adhibebat ingrediens quàm salem. Porrò Arundo virgultorum omnium debilissima est, ut proinde Christus de Joanne ad turbas loquens, ait: *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* Atque ideo hanc manibus suis defert tanquam instrumentum ad fortificandam & stabiliendam humanam nostram fragilitatem: *Arundo comprehenditur manu* IESV, *ut humana fragilitas non jam sicut arundo moveatur à vento, sed operibus Christi roborata fundetur*, ut opinatur Ambrosius lib. 10. in cap. 23. Luc. Verumenimverò ab hac corona spinea, non nisi post deceptas devotarum meditationum pulcherrimas rosas, recedamus. Porrò nonnulli sunt qui animam nostram in sanguine residere dicunt, alii verò in cerebro eam esse affirmant: atque ita postquam Hebræi JESUM ad columnam flagellando animam ejus in sanguine requirentes, non invenissent, per coronam spineam capitis piam matrem sive cerebri sinum aperiunt, ut animam ejus in cerebro requirant, indequeabigant. Dum autem Domini mei caput spinis cinctum & circumseptum contemplor, in memoriam mihi incidit, quod scribit S. Augustin. libro contra Hæreses, dum Salvatorem cum anima nostra hunc in modum loquentem introducit: *Cum meis sylvas & montes errares, quæsivit: labori, sudori, caput meum spinis opposui, laceratus sum, humeris meis portavit te.* Theophrastus lib. 4. cap. 15. de spinis Arianis refert, quod ex illis sole exorientur guttulæ quædam instar myrrhæ decidant, ac deinceps valde prodigiosæ evadant: Longe autem prodigiosiores sunt spinæ capitis Jesu, quæ mystico Paradisi sole ad occasum vergente, super divinum Christi caput sanguinis rivos distillant. Huic igitur coronæ spineæ cedant illæ antiquorum coronæ, quæ triumphales, obsidionales, murales, civicæ, navales, & ovales dicebantur, licet hæ gemmeæ fuerint vel aureæ, longe enim glorioſior est quæ Regis Regum comam cingit & ambit. Hæc corona David Rege oculo prophetico prævisa fuit, quando dixit: *Super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* S. Hieronymus legit: *Efflorebit diadema ejus.* Chaldæus & Pagninus: *Efflorebit corona mea, vel corona ejus.* Verum, inquies, qua ratione coronam spineam effloruisse verificari potest? optime quidem; nam vere dici potest hanc coronam tot progerminasse rosas, quot fuerunt est illæ purpureæ, quæ ẽpunctura per eam factis fuerunt egressæ. Merito igitur &

Matth. 27.

Ubere Sponsa filias Sion invitare potuit ad Regem suum nobili hoc diademate coronatum contemplandum: *Egredimini filiæ Sion & videte Regem vestrum Salomonem, in diademate coronarum, quo coronavit eum mater sua.* O spectaculum admiratione & stupore dignissimum! Accurrite filiæ Sion ad eum punitius contemplandum: *Filia Sion admirandum hoc spectaculum aspicite, intuemini decentissimam in capite Regis coronam, quam mater ipsius ei circumposuit*, inquit Nyssenus. Sit nobis hæc corona veluti seps quædam animæ nostræ, ne infernales fere ad eam devastandam ingredi valeant. Non sunt tot deliciæ & elegantiæ in hortis hujus mundi quantumvis floridissimis, quantæ in spinoso cacumine nostri Redemptoris Major etenim & intensior amoris actus exhiberi non potuit, quam si quis sepro objecto amato ad atrocia patiendum exponat. Nos equidem pungentes & præacutas hasce spinas in capite nostro deferre debebamus, unde Poëta quidam cecinit:

Indignum diadema geris Rex maxime Regum:
Debetur meritis ista corona meis.

Et tamen ipse eandem pro nobis ex amore nostri portare non fuit dedignatus:

Pungentem caput & cerebrum gestare coronam
Cogit amor, cogit vulnera tanta pati.

Hinc igitur coronæ licet spineæ cedant quæ triumphales, murales, castrenses, navales, ovales, civicæ, obsidionales, hedederæ, populeæ. De Elisabetha Regina Hungariæ legitur, quod quando Redemptorem suum coronam hanc dolorosam, ex spinis acutissimis rigidisque contextam in capite suo pretiosam considerabat, regium diadema suum e capite suo sustulerit, indignum rata, quod crearet coronam in vertice suo gestet gemmeam vel auream, quando creator in capite suo portavit spineam, valdeque horridis sentibus circumplectam: *Absit à me procul tanta impietas, ut ibi capiti meum turrito fastu supermicantis corona superbiat, ubi caput Salvatoris mei spinis coronatum acerbe pungitur.* Tertullianus libro de coron. mil. c. 1. quoque de milite quodam Romano scribit, quod cum ei corona quædam castrensis in hastem seu potius in præmium exhibitæ generositatis à Tribuno data obtigisset, eandem non in capite, sed in manibus suis portavit, indignum nimirum reputans, ut his qui Christianum se esse profitetur, coronam lauream vel auream (ut alii volunt) in capite suo deferat, quando Christus Dux suus spineam in capite suo portavit. Et tamen fatendum est licet non sine nostra confusione & rubore, Deum nostrum ex amore erga nos caput habere spinis circumquaq; obseptum & transfixum, nos autem tot vanitatibus floridum atque ornatum: Corona Domini tui spinis est circumdata & sanguine cupiosissimo tincta, & tua floribus & gemmis elegantissime est adornata, *Pudeat*, inquit Bernardus, *sub capite spinoso membrum esse delicatum.* *D. Bernard. serm. 5. de omnibus Sanctis.*

19. Tandem verò Redemptorem nostrum ex profundis hiulcisque vulneribus toraliter lacerum, sanguine ubique madentem & livoribus toto corpore maculatum ad Pilatum reduxerũt, qui videns in quem statum ipsum redegisset barbara Hebræorum impietas, ut eorundem furorem nonnihil placare & mitigare posset, vel saltem eorum animos nonnihil ad compassionem permoveret, cum sic cruentatum & toto corpore saucium velut in spectaculum coram oculis omnium adduxit, dicens: *Ecce Homo.* Quasi diceret: Ecce, ô Hebræi, hic videtis eum, quem tanto odio hactenus prosecuti estis, ecce eum pro libitu vestro flagellatum, vulneratum, laceratum, & implacabilis furoris vestri prædam miserabilem factum! Nunquid adhuc non estis satiati? Quid amplius circa ipsum fieri desideratis? quidnam pro vestra satisfactione à me insuper exspectare vel prætendere potestis? Numquid ipsum nullum prorsus in venis suis sanguinem habere videtis? Aspicite eum & videte, quia nullam toto corpore partem habeat, quæ diris modis lacerata non sit: *Quousque irruitis in hominem*, videbatur cum Propheta dicere: *Eum flagellis cæsum, spinis coronatum, amictu irrisoriæ vestis indutum, persequentium ostentavit aspectibus.* Sed quo fine idipsum fecit? interrogat sanctus Leo: *Mitigandos proculdubio inimicorum animos existimavit, ut exsaturatis invidiæ odiis, non ultra jam crederent persequendum, quem tot modis intuebantur afflictum.* Servius Galba vim eloquentiæ persuasivam apud Senatores Romanos in vanum adhiberi cernens, prudentissime statuit filios & filias Galli paulò antè demortui in totius Romani Senatus conspectum adducere, habuitque spectaculum istud tot orphanorum inspectatorum in cordibus eam vim & energiam, ut ab iis ad compassionem intimam permotis, tandem pro voto & desiderio cuncta impetrarit. Corda autem Hebræorum adeò in odio concepto indurata fuerunt, ut ad eos placandos, vel mitigandos, nihil profecerit sive orationis energia, *B. Leo ser. 8. de Passion. Domini. Salv. Epist. ad paran.*

nergia, sive eorum objectorum aspectus, quæ ipsissima erant calamitate calamitiosiora. O crudelitas inaudita! *Ecce Homo*, nec tamen emollescunt. Quando coram Cæsare allatum fuit caput Pompeii sui jurati & infectissimi hostis, qui mortem ei continuò machinabatur, is in amarissimas lachrymas resolutus fuisse perhibetur: Hi autem ad conspectum talis spectaculi, quod ipsos quoque lapides ad pietatem potuisset permovere, aut ex æneis statuis lachrymas elicere, ne vel minimum compunguntur, nec minimum edunt suspirium, imò hæ Salvatoris nostri ærumnæ & afflictiones singulare erant ferocitatis suæ nutrimentum & pabulum.

D. August. Tract. 26. in Ioan. & Beda ibid.

20. *Ecce Homo*, inquit sanctus Augustinus, *non clarus imperio sed planus opprobrio. Si Regi invidetis, O Iudæi, jam parcite, quia dejectum conspicitis: flagellatus est, spinis coronatus est, ludibriosa veste amictus est, alapis cæsus est, fervet ignominia illius, frigescat invidia vestra, sed non frigescit, imardescit potius & increscit.* Porrò juxta observationem sancti Augustini, quando Pilatus dixit: *Ecce Homo*, digito eum demonstravit, quia flagellis adeò deformatus erat, ut vix dignosci posset,

D. Augusti ubi suprà.

quod homo esset: *Digito illum ostentans, ac fere testimonium ferens, quod homo esset sectus pro homine non habendus.*

21. Verum enim verò ad te, ô Pater æterne, me converto, tibique Filii tui effigiem monstrando, dicam cum Pilato: *Ecce Homo*, Ecce veram miseriarum effigiem, Ecce originale dolorum, in hac forma impiorum carnificum manibus delineatum, num figuram hanc immutatam agnoscis? Ecce speculum pulchritudinis deforme factum, omniumque opprobriorum & contumeliarum scopus & signum? Non jam amplius ille est, de quo Propheta dicit: *Speciosus forma præ filiis hominum*, si quidem jam factus est omnibus aliis deformior: *Ecce Homo*, ô Angeli Paradisi, quem tantopere videre desideratis! Venite & videte nunc lætitiam vestram in meram afflictionem commutatam: *Ecce Homo*, ô Angeli sancti, in cujus conspectu vos per triplicatas sanctitatis laudes harmonicis vocibus suavissime concinitis, adversus eundem nunc Hebræi in terris tumultuosis vocibus vociferantur: *Crucifigatur.* O Virgo & Mater sanctissima, veni mecum si videre vis dilectissimum Filium tuum: *Ecce Homo*, Ecce faciem illam, quæ tuas afflictiones lætificabat, nunc totaliter respersam sanguine, quæ proinde consolationes tuas in dolorem commutat.

Psal. 44.

Vide nunc mire deformatam Filii tui figuram contemplare & deplora dilectum tuum, quem tanta cum lætitia genuisti, tanto cum amore enutrivisti: *Respice, ô Mater, in faciem Filii tui. Ecce Homo*, de quo cum Psalmista dicere potes, quod propter te factus sit: *Opprobrium hominum & abjectio plebis.* Ecce Pastorem tuum, ô ovis perdita: *Ecce Homo, repletus multis miseriis*, propter peccata tua. Propter te, ô anima Christiana, caput hoc transfixum est acutissimis spinis, propter culpas tuas soles Paradisi, lumina scilicet oculorum suorum sunt eclipsata, propter tua scelera genæ ejus impalluerunt; propter tuos defectus animati Cœli nostri pulchritudo & decor deformatus est; tua peccata fuerunt instrumenta, quæ sacratissimam illam humanitatem dilacerarunt; propter tuos depravatos mores tantus hactenus effusus est sanguis. Tu solus causa fuisti, cur *à planta pedis usque ad verticem capitis non sit in eo sanitas.* Ecce denique qualiter propter te innocentia sit accusata tanquam rea, sanctitas velut prævaricatrix mortis sit condemnata: *Ecce homo qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.* Et tamen cum Apostolo dici potest: *Talem adversus semetipsum à peccatoribus sustinuit contradictionem.* Denique ô eum videre & in aspero Crucis ligno pendulum contemplari desideres, per singultus & suspiria ad hoc te præpara, donec ego nonnihil respiravero.

PARS TERTIA.

22. *Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum, dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant, IESVM verò tradidit voluntati eorum.* O Judex iniquus qui innocentiã condẽnas, ipsãq; justitiam mori & interire imperas! Quoties confessus es te ad eum mortis condemnandum, nullam in eo invenire causam? *Non invenio eam causam in hoc homine.* Nunquid manus tuas abluisti, per hoc te in hanc iniquitatem nequaquam ingerere te velle demonstrans, ne adeò manifestam committeres injustitiã? Et tamen non obstare quod illum *de jure & de facto*, innocentem esse censeas, eum morti adjudicas? quæ nam major excogitari potest iniquitas! Primò dicis: *Innocens ego sum à sanguine justi hujus*, & mox mortis sententiam adversus eundem pronuntias? *Tollite eum vos & secundum legem vestrã crucifigite eum.*

ibus: IESVM autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur. Nunquid audis, quod is quoq; qui eum tradiderat, suum tandem proprium eorum accuset, Christique fateatur & testetur innocentiam: *Peccavi tradens sanguinem justum?* Porrò S. Thomas multas adducit rationes, propter quas Christum mori decuerit. Primò videlicet, ut satisfaeret pro genere humano: *Quod est mori ut judicatus propter peccatum.* Secundò ut verum se esse hominem, veramq; assumptisse humanitatem, non verò corpus æreum vel phantasticum demonstraret. Ita sanctus Eusebius: (Si aliter post conversationem cum hominibus evanescens subitò evolaret fugiens mortem, ab omnibus compararetur phantasmati.) Tertio, ut morte suâ mortem nostram faciliem & gratam redderet, nobisque mortis timorem eximeret: *Ut moriendo nos à timore mortis liberaret.* Quarto, ad dandum nobis exemplum, quo instrueremur quòd sicut ille moriebatur quoad corpus, ita nos peccato moreremur semper viveremus Deo. Id quod S. Paulus optimè notavit, dum ait: *Ita & vos existimate mortuos esse peccato, viventes autem Deo.* Quinto, ut moriendo mortem superaret, & vinceret, suamque testaretur divinam virtutem sese post triduum resuscitando: unde Apost. dicit: *Si Christus judicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam vobis dicunt, quod resurrectio mortuorum non est?* Et Angel. Doct. breviter concludit: *Hoc modo pati Christum, sed mori oportuit, ut pro nostris peccatis satisfaceret, veritatem assumptæ carnis ostenderet, à mortis timore nos eriperet, mori nos peccato moneret, & ad futuram resurrectionem animos nostros pararet.*

23. Porrò Satrapæ & Rabbini in consilio congregati adinvicem dicebant: *Quid agendum de Iesu Nazareno?* Cùm ecce Caiphas sese erigens animi sui sententiam hunc in modum edixit: *Expedit ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat*, quasi diceret;

Vnus pro tota mactetur victima gente:
Ne gens unius crimine tota cadat.

Theodoretus existimat quod licet Caiphas talem intentionem habuerit ipse tamen ex sancti Spiritus Spiritu S. inspiratione locutus fuerit: *Hoc autem ipse quidè prævidit intentione tamè, Spiritus S. gratia ore eius usa est ad futuri præsagium.* Ac proinde etiam Evangelista ait: *Hoc autem à semetipso non dixit sed cùm esset Pontifex anni illius prophetavit, quod Iesus moriturus erat pro gente.* Imo toti consilio pari & unanimi consensu Christum morti adjudicandum esse videbatur, dicebant enim: *Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.* O infelices; ô gentem sceleratam! ô consiliarios præscitos! inquit S. Aug. in cat. D. Tho. ubi supra. Plus perditi homines cogitabât, quomodo nocerent & perderent, quàm quomodo sibi consulerent, ne perirent temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitaverunt.

24. Verum tu, quid dicis, ô Pilate? quodnam est votum tuum? consentisne ut innocens Dominus noster moriatur? Imo vero. O te iniquũ! sed quem errorem commisit: quænam causa adtantum scelus te permovet etiamne tu te adversus sanctitatem conjurasse demonstras? Enim vero, ô animæ Christianæ, videte quantum in cordibus nostris humani interesse passio prævaleat: Ad conservandam etenim Cæsaris amicitiam, Pilatus Dei amicitiam perdere nequicquam curat: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.* Quid igitur facies, ô Pilate? Num tam horrendam committendo injustitiam divinam Majestatem offendes, ne tibi in conservanda puri hominis amicitia præjudices: *Pilatus autem cùm audisset hos sermones, tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur.* O malitiam judicis, qui conculcando justitiam, & divinas contemnendo leges, propriorum sit commodorum idolatra. Hæc etenim decretorum suorum primum mobile sunt, & stella in qua figuntur & firmantur eorum consilia. Hæc Pharaonem induxerunt, ut legem quandam promulgaret, qua obstetrices omnes jubebantur occidere masculos, qui in suo nascebantur Regno, & in universa Ægypto Hæc Herodis crudelitatem instigarunt, ad sanguinolentam tot innocentum puerorum stragem Quid mirum igitur, si Pilatus ex suspicione & formidine amittendi Cæsaris amicitiam inducatur ad decidendum iniquâ sententiâ, & mortis condemnandam ipsissimâ innocentiam? *Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum.* Et ut S. Marc refert: *Volens populo satisfacere, dimisit illis Barrabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur*, ad proprium etenim timorem amittendi commodi, non vero ad honorem Dei respexit: (Timore ductus magis, quam juris æquitate decrevit condemnare Christum inquit Guilielmus Paris. stat 6 Christi patientis,) & judicavit Pilatus secundum allegata, at non secundum probata.)

Ioann. 12.

Ioann. 19.

Luc. 23.

Marci. 15.

25. Verùm enim vero suppositâ divina præscientia & determinatione in sanctissimæ Tri-

nitatis consistorio circa mortem Christi facta, necessum erat ut Christus moreretur, præstaretque æterno Patri obedientiam. Et tametsi Deus per suam scientiam & providentiam aliud pro mundi redemptione invenire medium posset, attamen ut docet Doctor Angelicus Thomas tertia parte, quæstione 46. articulo 1. & 2. folio 216. & 217. (Supposita divina præscientia fuit impossibile alio modo, quam per passionem hoc tantum bonum humano generi præstari) Adhæc congruum etiam erat ut moreretur, ut peractum obedientiæ offensam Patri æterno per inobedientiam illatam plene resarciret; (Ut sicut per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per unius hominis obedientiam justi constituantur multi. (inquit sanctus Thomas: Erat insuper conveniens ut condemnaretur ad moriendum in cruce, cùm enim à ligno omnes nostræ deriventur miseriæ, justum quoque erat, ut inde omnis nostra felicitatis nasceretur. Juxta quod sanctus August. scribit *Contempsit Adam præceptum accipiens ex arbore pomum, sed quid Adam perdidit, Christus in Cruce invenit.* Etenim sanctus Joan. Chrysostomus dicit Christum in Cruce mori voluisse, ut brachiorum suorum unum porrigeret Hebræo, alterum vero ad gentilem extenderet: *In Cruce expansis manibus moritur, ut altera manu veterem populum, altera eos qui ex gentibus sunt trahat.* Vel etiam cum sancto Augustino affirmare possumus, Christum condemnari debuisse ad moriendum in Cruce, ut figuris corresponderet, ni mirum Arcæ Noe, quæ multos liberavit à naufragio: Virgæ Moysis cujus virtute divisæ sunt aquæ maris rubri, populus Dei salvatus est, & submersus exercitus Pharaonis. Item ligno, quod Moyses aquæ immittens ex amara reddidit dulcem: Demum lignis super quibus Abraham arietem Deo in sacrificium obtulit. Denique concludit sanctus Thomas ubi supra in Conclus. *Congruum fuit, ut is qui pro omnium salute moriturus advenerat, & pro peccato primi hominis satisfacturus, non aliam quam mortem Crucis pateretur.*

Idem q. 47. art. 2. Et D. Iren. adverſ. hæreſ. Valen. lib. 3. c. 31.

D. Aug. ſer. de Paſſ. Do. apud D. Th. 3. p. q. 46. art. 4.

D. Aug. ſer. de Paſſ. Do.

26. Tantum autem fuit Hebræorum ad Filium Dei crucifigendum desiderium, ut nullum præparandæ Cruci ad exequendam sententiam tempus admiserint; & tamen hæc alta erat pedes quindecim, lignum autem quod in transversum extendebatur octo habebat pedes longitudinis: & cùm gravis adeo esset, ut eam vix portare posset vitaliquis non vulgaris fortitudinis, illam tamen Salvatoris nostri, ob tanti sanguinis effusionem & ad columnam tolerata flagella debilissimi, humeris imposuerunt. *Et bajulans sibi Crucem exivit in eum, qui dicitur Calvariæ locum.* Quam libenti autem ac pronpto animo eandem portarit, idipsum à B. Laurentio Justiniano de triumpho Christi agonet. 16. clare satis audite: *Susurrantibus sparsim invicem turbis quæ convenerant ad spectaculum, ecce jam Dei Filius egreditur de janua, Crucem super humeros ferens: Incedebat demisso vultu, confuso humili, fatigatus & anxius, quippe qui totus ante fuerat flagellatus, colaphizatus, conspuitus, illusus, atque oppressus.* Porro iter hoc quod mundi Salvator montem Calvariæ ascendendo confecit, Beatus Simon noster Cassianus contemplando meditabatur, eumque taciturn intuebatur dicens: *Quare defers O Domine hanc lignorum sarcinam.* Audite rutem quidnam prohisce verbis responderis: *Porto lignum, ut prava humanas artes ex ipso faciam gradus ascensionis in cœlum: Porto lignum suspendendus in illo ut omnia traham penitus ad meipsum: Porto lignum mortis & vitæ.*

Anton. de Eſcob. t. 1. l. 11. c. 19. §. 2. n. 7.

Joan. 19.

Matth. 16.

27. Verum ô animæ peccatrices nimis hæc Crux gravis est humeris Redemptoris nostri quapropter in ea portanda nec non deferendis omnibus Passionis suæ dolorosis instrumentis nonnihil eum adjuvemus: Vos ô mulieres vanæ & superbia ac ambitione plenæ spineam portate coronam, vos enim estis quæ per vanitates vestras Cap. Dei nostri transfigitis Vos ô avari sanguinis monetâ colligite, hic enim ob usuras vestras copiose funditur. Accipite vos ô carnales acetbas corporis sui disciplinas & flagella, quibus ob vestras lascivias castigatur. Vestra ô iracundi est Lancea, nam ob vestras inimicitias atque vindictas hæc pectus aperit Creatoris, vobis ô gulosi fel debetur & acetum, quocum ob vestras crapulas suavissima Jesu labia amaricantur. Agedum ô peccatores amplexemini Crucem, eamq; humeris vestris deportate, vobis enim illa convenit. Nunquid enim Dominum illam vobis offerent è auditis, dum ait: *Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Hæc Crux nostra est, quia nos illam millies meremur, nos enim crucifigi deberemus, ac proinde dicit: *Tollat Crucem suam non meam.* Unde Paschasius ait; (Non enim suam sed nostram portat Crucem, ideo jubemur nos nostram portare Crucem:

Quia

Quia est sua est in qua patitur homo Deus, nolita tamen est qua redimimur & salvamur. At verò Beatus Archiepiscopus Valent. Thom. de Villanova conc 3. de uno mart. hanc dolorosi Redemptoris nostri invitationē alio modo exponit quasi diceret: *Meam non poterit, gravissima est enim & ponderosa, & quam nullus puri hominis humerus portare sustineat: Nō meam injungo sed illam suam levē facilem, portabilem.* Non ut Crucem meam feras à te requiro, non sanguinis effusionem, non ut membra tua lacerentur, non ut tormentis subjaceas, non ut spinas meas deferas, non ut flagella mea sustineas, sed unicum tantum suspirium a te exspecto, unicum contritionis actum, unicam à te lachrymam desidero, hæc enim sufficit.

28. Enim vero nulla Hierosolymis platea vel vicus erat, in quo non audirentur clamores justitiæ, quæ in eum omni cum rigore & severitate exercebatur. Porro Joannes Mariæ Salomæ Matris suæ domum petebat, in ea enim Virgo mater morabatur, ut eidem de omnibus quæ acciderant relationem faceret: *B. Ioan qui usque ad horam illam secutus fuerat Magistrum, & Cognatum suum Christum, mox currit ad dominum Matris sua Salome in qua bene noverat jam Christi Matrem cum aliquibus devotis Mulieribus adesse*, inquit Parisiensis, Huc autem cum venisset mortuus potius quam vivus, vultu pallido, tremula voce, suspirantibus labijs vix tantum oculisad pedes desolatæ Matris suæ prostratus loqui volebat, sed conatum retinebat cordis angustia: quem proinde Virgo erecta in pedes erigi fecit, hisce eum fere verbis allocuta: Omi chariſſime Joannes, quæ mihi funesta nova adfers? Ubi est Jesus Filius meus? Ubi eū dereliquisti, vivitne, an mortuus est? Verum Discipuli verba suspiria intercipiebant, nec respondere poterat, unde oculis duntaxat loquebatur, respiciendo Mariam: Unde Virgo mox subjunxit Eheu mi Joannes silentium tuum, tuique planctus valde me affligit: Quid mihi adfers nuncij, ô mi dilecte? vitæne an mortis? Quam mihi de dilecto meo Jesu relationem dabis? Apostolus igitur animum resumens, fletumque & lachrymas sistens, inter suspiria explicatis manibus, & elevatis in cœlum oculis, hisce verbis exclamabat: O me infelicem, cur in hunc mundum natus sum? Nunquid è morti mihi melius erat quam vivere ad videndum adeo funesta spectacula? Num fieri potuit ut diem hunc vivus claudam, & non potius anima à corpore dissocietur? O Pietatis M. Maria, si dilectū tuū videre desideras in hoc momento hinc recedas oportet, & in montē Calvariæ gressus meos subsecuta te conferas, eo namque filius tuus Crucis mortem subiturus deducitur. Hisce auribus meis Pilati sententiā audivi, vidi hisce oculis meis Crucem humeris eius imponi: In mea præsentia præ nimia debilitate sub Crucis pondere exanimis sæpius concidit. Porrò verba hæc Joannis Cor Mariæ instar sagittæ trajecerunt, unde vultus ejus factus est quasi pallida Rosa, quæ languescere incipit, unde deficientibus in ea Spiritibus vitalibus in deliquium velut moritura cecidisset nisi brachijs Magdalenæ, Joannis, & Salomæ sustentata fuisset. Tandem igitur resumpto animi vigore, ne Jesum suum videndi occasio elaberetur, supradictos comitata in Montem usque Calvariæ egressa fuit. Ambulabat plorans à desiderio pariter & dolore instigata. Demissis oculis considerabat, quas dilectus Filius pertransierat vias sanguine seminatas & conspersas, quiin Mariæ pectore alium fructum non producebat quam afflictionem. Unde Joanni dicebat, hic utique est sanguis Filii mei quem dum video sanguinem viscerum meorum congelari sentio: ô Judaica perfidia! Quamnam unquam à Filio meo recepistis injuriam, ob cujus compensationem & vindictam tantum debuit effundere sanguinem? O dilectissime Fili ipsos quoque lapides proprij tui sanguinis purpura vestire voluisti? Et vos ô lapides & saxa quomodo liquore adeo pretioso humetacta præ pietate non dirupta? Dum autem inter hosce pios & lachrymabundos affectus gressus suos prosequitur Veronicam sibi fœliciter obviam habuit.

29. Etenim satis credibile est Mariam valde sollicitam fuisse ab hac pia Muliere rerum circa Filium suum gestarum aliquam percipere relationem. Unde liceat hic mihi MARIAM introducere Veronicam Sponsæ verbis alloquentem & dicentem: *Num quem dilexit anima mea vidisti?* Canticorum quinto. Quasi diceret, dic mihi, ô sancta mulier, si de dilecto Filio meo novi quid dicere nosti? Dic mihi, ubi sit infinita illa pulchritudo Paradisi? Veronica autem, quæ nullam rerum gestarum habebat notitiam, quænam sint corporis dilecti sui lineamenta, interrogat dicens: *Qualis est dilectus tuus, O pulcherrima Mulierum?*

Ant. de Esc. t. 1. l. 11. c. 19. sec. 1. § 1. n. 4. f. 433. & Paris. ibid. fol. 469.

lierum. Cui illa : Adeo est in vultu speciosus & elegans, ut quævis pulchritudo in comparatione sui deformitas esse videatur. In ejus namque vultu in tranquilla pace candor liliorum, & rosarum purpura pariter residunt : Coma ejus quædam ex auro filato massa esse videtur; Oculi ejus columbinis oculis similes sunt, nimisaque eius pulchritudo subito spectantium rapit affectus: *Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex millibus* Cui Veronica respondit. Quod si talia, ô mæstissima Mater, sunt filij tui lineamenta, non est quod ultra progrediaris, is enim qui hodie ad patibulum ducitur, nihil cum recitatis hisce lineamentis commune habet, imo idem vera quædam est ipsissimarum miseriarum, & deformitatum effigies; *Videmus eum, & non erat aspectus, neque decor*; imo ne vel minimam corporis sui partem habet, quæ flagellis non sit dilacerata: *A planta pedis usque ad verticem capitis, non est in eo sanitas.* Coma ejus nullum auri colorem refert, sed gelido innexa est sanguini, oculi ejus non rutilant aut scintillant instar Columbarum, sed solis Eclipsati speciem referunt. Genæ ejus nullam habent cum Lilijs & Rosis similitudinem, sed pallidæ & lividæ sunt sicut plumbum, totusque vultus ejus sanguine gelido deturpatus est, & fœtidorum sputorum spurcitie. Vix eum intuita sum, cum ecce viscera mea mihi emolliri persensi, unde pietate commota, hoc lino è capitis velamine sublato vultum ejus absterси, cùm ecce firmissime eidem impressa hæsit ejusdem effigies, quam proinde in hac explicata tela tibi commonstro: vide igitur hanc effigiem & ex ea si hæc sint vultus filij tui lineamenta, arbitrare· Cum mox Virgo subjunxit: Heu me omnium matrum infelicissimam, quid in hac tela video; in hoc quipe velo solem illum obtenebratum esse conspicio, qui afflictionum tenebras dissipare & profligare solebat; facies hæc adeo tenebrosam mihi noctem repræsentare videtur, ut ne ipsæ oculorum stellæ in ea velut in cœlo splendescere aut scintillare videantur. Interim ô pia mulier cœlum tibi exhibitam mihi pietatem tuam compensat: Tu verò ô Joannes una mecum gressus accelera, ut satis maturè eum videre eique tantis in angustiis, priusquam moriatur, subvenire valeamus.

Cant. 5.

Isa. 53.

Iob. 2.

30. Porrò universa civitas, & cum ea omnia loca circumvicina ad dolorosum hoc spectaculum curiosè concurrebant, præcipue verò mulieres piæ & devotæ erga ipsum, quæ tamen siccit eum oculis intueri non poterant: *Plangebant & lamentabantur eum.* Ipsi quoque [illegible] ministri utiq; amare planxissent, nisi femineum potius quam humanum cor in pectore suo habuissent, afflictus autem Dominus ad lamentantes hasce mulieres conversus, eassem à fletu cessare, aut si omnino illis flere liberet super semetipsas & super filios suos plorare jussit. Conversus ad illas Iesus dixit: *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos, & super filios vestros,* q dicereт: non doloris & lachrymarum funeralibus, sed in vera cordis lætitia & risu pariter tandũ est morti innocentis. *Nolite flere super me,* exponit Theodoretus. Nam *Eum qui ultro patitur, flere non oportet, sed magis ei applaudere, & deo eas flere vetat. Nolite flere,* inquit Beda, *cuius [illegible] cita Resurrectio mortem solvere potest, cuius mors [illegible] & omnem mortem & ipsum mortis destructorem [illegible] est authorem.* Etenim mulieres hæ illos nobis repræsentant, quæ pœnas alienas, non vero culpas proprias deplorant, ut scribit Ludolphus Carth. *Typum gerebant istæ mulieres eorum, qui [illegible] alijs compatiuntur, & miserentur, sed non sibi. Cur aliorum peccata deplorant & accusant, sed de suis [illegible] moribus non curant.* Enim verò in turba hac quæ filium Dei ad mortem comitabatur quatuor præcipue personarum genera considero; nimirum carnifices qui eum torquebant; Judæos qui eum deridebant : curiosos qui eum observabãt spectatores, ac demamicos qui eũ deflebant. Vos igitur qui afflicto Domino nostro fletu vestro vos compati non probatis, de numero amicorum ejus non estis sed potius de numero triũ aliorũ *Tu si Christi pass. non doles, non luges, nõ es de turba amicorũ Christi qui quidẽ una cum devotis mulieribus sequebantur lugentes.*

31. Postquam verò Hebr. Calvariæ montem conscendissent, mox eorũ quidam clavos præparare, alij malleos conquirere, alij funes expiscare, alij Crucem in terra jacentẽ accossodare, alij fossam pro eadẽ in terra plantanda effodere, alij manus ad vestes Domino detrahendas extendere cœperunt. Erant autẽ vestiũ panni vulneratæ carni, adeo firmiter affixi, sanguinique jam gelido impacti, ut vestes Domino detrahentes priora renovare & dilatare vulnera debuerint; unde novi denuo sanguinis rivi scaturire & manare cœperunt. Enim verò admiror hic inaudità Hebr. crudelitatem, & propter incomparabilem Creatoris patientiam attonitus hæreo nec discernere valeo an illi tanquam magis atroci & terribili, an vero huic tanquam magis

cru-

ceſſanti palma debeatur, an major fuerit carnificum in vulnerando truculentia, an Chriſti in ſuſtinendis vulneribus & plagis major patientia; illa enim eſt incredibilis, hæc inexplicabilis; illa terminos excedit impietatis, hæc verò prorſus eſt interminabilis & infinita. O igitur ingentem Hebræorum crudelitatem, quæ parem non habet! ô incredibilem Domini mei patientiam, quæ non habet terminum! Etenim patientem JESUM nudo corpore conſiſtentem ſupra Crucem in terra extenſam & proſtratam voluerat dejiciunt, ô Pater æterne, num igitur non hactenus tolerata horrenda ſupplicia non ſufficiunt? Ergone Crucis quoque tormentum inter omnia pœnoſiſſimum perpeti debebit? Porro Tullius delictum quoddam à Cajo Verre commiſſum (dum Publium Ganium prius ſub verberibus confectum, poſtea in crucem ageret) ulterius exaggerare non valens, in hæc tandem verba protupit: *Facinus vincire civem Romanum, ſcelus verberare, prope parricidium necare: Quid dicam in crucem tollere? to tormentum crudeliſſimumque ſupplicium.* Quid quæſo non jam de Cruce Ganii, ſed Chriſti, unius civis alicujus Romani, ſed unigeniti Filii Dei dicemus? Hebræi utique illum vinculis ligando grave quidem commiſerunt delictum, *Facinus vincire Deum*, ſed inſuper eum flagellando ô quantum ab iis patratum eſt ſcelus! *verberare*, dum autem præterea eundem crucifixerunt, temeritatem admiſerunt inexplicabilem *parricidium necare*. Denique cum eum eadem crucifixerunt, quantum peccarint explicare nequit. *In Crucem tollere?* q.d. Orator Romanus, quam grave hoc tormentum ſit humana lingua exprimi nequit: *Teterrimum crudeliſſimumque ſupplicium.* Vos quæſo idipſum mente conſiderate, dum tormentum hoc Dominus in manu ſua experiri incipit. Apprehenſum igitur carnifex clavum palmæ adaptat, demum vim levato per dexteram malleo repetitis ictibus dexteram Domini crucifigit. O manus benedicta, hæccine eſt pro tot tam Hebraiſmo, quam univerſo mundo collatis beneficiis compenſationis retributio? Dexteram hanc quæ ſanitatem ſæpiſſimè infirmis reſtituit, nunc huic legno affixam eſſe conſpicio? Te quæ Paralyticorum conſolidaſti plantas, ut eaſdem libere movere & geſſibus faciendis adhibere poſſent, nunc immobilem eſſe video! Et quidem fuerunt hi mallei ictus adeò validi, ut nervos dexteræ manus adeò contraxerint, ut alterum brachium ad ſibi determinatum ſignum ſive Crucis foramen pertingere non potuerit, ac proinde opus fuerit funem eidem alligare, illudque poſito carnificis in pectore Chriſti pede adeò fortiter attrahere debuerint, ut parum abfuerit, quin brachium illud ab humero ſuiſſet avulſum, id quod à Davide præviſum fuit, cum ait: *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia oſſa mea.* Manumque hac ratione violenter attractam altero quoque clavo pari cum crudelitate transfixerunt. O diram & immanem crudelitatem! Et quidem ô Miniſtri quomodo tantum animi habere potuiſtis, ut clavo manum illam, quæ omni prorſus culpa caret transfigeretis? O benigniſſimæ Salvatoris noſtri manus, vos inquam, quæ cælum adornaſtis ſtellis, terram venuſtatis floribus, nunc video clavis transfixas: non jam floridæ eſtis ex hyacinthis, prout ſponſa dicebat, ſed ſanguine madetis, & vulneribus elaboratæ eſtis ſæviſſimis. Verum uti video ulterius progreditur ſæva Hebræorum barbaries, nam à manibus jam ad pedes pertranſeunt, eoſdemque ſuper ſe invicem poſitos, & clavis dire perforatos triplicatis graviſſimi mallei ictibus cruci innectunt. O ſacroſancti pedes, quot pro animarum ſalute greſſus perfeciſtis, quoties ad ſuccurrendum egenorum neceſſitatibus quaquaverſum ambulaſtis? Vos quibus cæli tapetum loco debentur, nunc crucem infame illud lignum pro ſcabello habetis, vos quondam, ne vel minimo veſtrum tincto vel humectato veſtigio ſuper mare ambulaſtis, nunc verò in horrido ſanguinis lacu ſubmerſos vos eſſe video, ô chari, ô beati pedes vobis non in hoc paribulo clavi, ſed in altiſſimo throno ſceptra debebantur & coronæ. Enimverò quales Mariæ hæc omnia coram ſpectantis dolores fuerint, nulla unquam lingua pronuntiare poterit: qualia fuerint martyria Matris, dum ſuum tam ditum in modum cruentari & vulnerari vidit filium, nulla id facundia quantumvis eloquens, pro minima licet parte enarrabit; omnes etenim pœnæ & dolores JESU in corde Mariæ, veluti in ſuccincto compendio recollecti erant, nullum erat in ſacratiſſima Chriſti humanitate tormentum, quod ſuum in anima Matris non haberet reflexum.

32. At verò quanta ſanctiſſimæ Matris & Filii dolores acceperunt incrementa, quando Crucem in terra plantandam ſublevarunt in aëra *iſta levatione non dubium, quin maximi doloris fuerit, eo quod tunc lacerabantur vulnera manuum* expe-

Guill. Pariſ. ſtat. de Chriſto patiente fol. 471.

Pſal. 21.

Ludolph. Carth. p. 2. c. 63.

& pedum ex ponderositate corporis, profluxerunt quo copiosi rivi sanguinis undique ex illis magnis scissuris & fontibus salvatoris, inquit Ludolphus Carthusianus. Etenim Christus in hac erecta Cruce velut in Cathedra consistebat (inquit S. P. N. Augustinus) in qua præclara ad honorem Dei, nostramque utilitatem redundantia tradidit documenta: *Se habuit sicut Magister in cathedra, & lignum pendentis, factum est cathedra docentis.* Septies autem in cruce locutus, septem quoque nobis valdè præclara documenta edidit.

D. Aug. apud Lud. ibidem.

33. Et quidem in primo verbo nos inimicis exhibendam esse docuit charitatem, dum ait: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt,* Luc. 23. Ad quas voces S. Anselmus serm. de Passione exclamat: *O verbum magnæ patientiæ, magnæ dulcedinis, magni amoris, & indicibilis charitatis.* In hisce etenim verbis adimpletam videt regii Psaltis prophetiam: *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam* Psalm. 108. Porrò Patrem suum ut nobis offensam suam ignoscat, rogat, non quia ille alias offensas remittere non possit, aut non velit: *Sed ut nos pro persequentibus orare doceret, non solum verbo, sed opere,* inquit Chrysostomus. O amantissime crucifixe JESU, cùm justam haberes causam lamentandi in cruce de flagellis, dolendi propter spinas, conquerendi propter clavos, indignandi propter opprobria, vindicandi illatas tibi injurias, tu omnis tibi illati martyrii omniumque dolorum oblitus oras pro iis, qui te oderunt, omnibusque te persequentibus ignoscis: *Christus flagellis cæsus, spinis coronatus, clavis confossus, crucifixus, opprobriis saturatus, omnium dolorum immemor ait: Pater, ignosce illis,* inquit Bernardus.

34. In secundo verbo peccatorum pectoribus spem inserere voluit, bono latroni dicendo: *Hodie mecum eris in paradiso.* Luc. 23. O verba misericordiæ plenissima, è quibus peccatores accipere debent argumentum fiduciæ in Deum, ejusque divinam pietatem, usque ad extremum vitæ spiritum. Audite hac de re loquentem Anselmum: *Hoc verbum secundum magni amoris & gratiæ ac consolationis fuit, in quo Christus nobis exemplum perfectæ spei & fiduciæ reliquit, ut nullas de venia peccatorum, quantumcunque enormium nedum in vita, imò nec in mortis articulo desperare debeat, cum iste latro qui nihil boni fecerat, sed suo testimonio mortis supplicio dignus erat, veniam consecutus fuerit.* Ac proinde cur non quoque tu, ô peccator, culparum tuarum veniam exposcis? num fortè illum tibi minimè condonaturum esse formidas? Pone timorem, & ne tardes actus pœnitentiæ elicere, promptus namque Deus est, ut omnibus offensis tuis ignoscat, & paradisum tibi eadem qua latroni pietate ac liberalitate donet. Nunquid S. Ambrosium loquentem audis? *Cito ignovit Dominus, quia cito latro convertitur.* O fœlix & fortunate latro, qui si manibus ad crucem affixis in prima vice conatus tui regnum cælorum ad te rapuisti, quantò magis millies alias liber ad te rapere potuisses? *Alii latrocinio vitam perdunt,* inquit S. Cyprianus, *tu latrocinio vitam furatus es sempiternam.* Undecunque Sedulius:

D. Ansel. & Lud. de Saxon. part. 2. cap. 63.

Abstulit iste suis cælorum regna rapinis.

35. In tertio verbo, quo matrem Joanni, & Joannem matri recommendavit, dicens: *Mulier, ecce filius tuus, deinde dicit Discipulo: Ecce mater tua,* Joan. 19. demonstrare nobis voluit, quis affectus noster erga genitores nostros esse debeat: (Hoc tertium Verbum Christi fuit materiæ sollicitudinis & pietatis, eò quod in tanta doloribus constitutus, matris mœstissimæ curam gessit, & ei de ministro providit.) Verùm o afflictissime JESU, cur dilectissimam Genitricem tuam non Matris vel Mariæ nomine appellasti, sed eam mulierem vocare voluisti, quod genericum quoddam nomen est, omnibus mulieribus aptum? Quis enim sine singultu eum hæc verba dicentem? Non dixit ei Mater, sed mulier, ne matris dolorem amplius excitaret.) Ludolphus ibidem.

36. In quarto verbo, quo conversus ad Patrem dixit: *Eloi, Eloi, lamasabactani* id est, *Deus meus, ut quid dereliquisti me?* innuere nobis promo voluit, uti S. Augustinus observat, quod in nostris adversitatibus ad Deum nobis recommendum sit pro auxilio: *Ut ostenderet effectum orationis, quæ sient scutum accipienda est contra tentationis in tempore tribulationis.* Secundùm hanc exclamationem demonstrare voluit, quanta sit miseria peccatorem aliquem à Deo derelictum esse: *Ostendit magnitudinem sui dolentis,* ait Ludolphus, quia secundum S. Ambrosium ibid. *Quorum suscepit naturam, horum plevam miseriam.*

37. In quinto verbo sitim demonstrat, qua redemptionem & salutem nostram anhelat: *Sitio.* Unde S. Bernardus interrogat: *O Deum Quid sitis?* Respondet: *Fidem vestram, salutem vestram, gaudium vestrum, plus animarum vestrarum, quam corporis mei cruciatus meminit.* S. An-

S. Augustinus: *Sitis tua salus mea, cibus tuus redemptio mea.* Unde æterno Patri cum Samsone dicere potuit: *Tu dedisti in manu servi tui salutem hanc maximam, atque victoriam, & en siti morior.* Verum cùm dolorissimus crucifixus noster JESUS præ siti mori cogatur, vos, ô animæ peccatrices, oculorum vestrorum lachrymas eidem ad minus porrigite: *Sitienti afferte aquam qui habitatis in terra australi*, inquit Isaias. Porrò Hebræi in potum dederunt amarissimam quandam et aceto & felle confectam mixturam, cùm enim Christus fidejussor noster existat, justum erat ut cum Adam fructus dulcedinem gustavenit Filius Dei pro Adamo & posteris ejus fellis et aceti amaritudinem degustaret: *Et dederunt ei vinum cum felle mixtum.* Unde Ludolphus ait: (Per hoc enim diluitur primus ille malè delectabilis gustus, nam cum per gustum ligni suavis & veneni totius nostræ perditionis causa extiterit prævaricator Adam, opportunum fuit & congruum per viam contrariam invenire salutis nostræ remedium.

34. In sexto verbo dicens: *Consummatum est*, Joan. 19. docere nos voluit virtutem perseverantiæ in bonis operibus. O fœlix est anima illa quæ Christi imitatrix facta cursum vitæ suæ in gratia Dei terminat, & cum eodem dicere potest: *Consummatum est.* Fœlix qui poterit dicere cum JESU: *Consummatum est, cum JESV qui est Alpha & Omega non est præmiū in inchoatione, sed in consummatione, non datur denarius incipienti-bus, sed perseverantibus.* Tu, ô anima, quæ in hac valle propter afflictiones quas ob culpas tuas Dominus noster patitur, contereris, esto perseverans, siquidem *spes nostra*, ut inquit Eusebius Emissenus hom. 1. ad Monach. *Omnes in consummatione atque in fine consistunt.* Ecce adimpletas figuras, prophetias, & oracula, ecce opera redemptionis nostræ plenissimè consummata: tu igitur propriæ salutis tuæ opus consummare identidem satage.

35. Ultimo denique verbo, quod Christus vitam suam in cruce terminans dixit, spiritum suū Patri recommendavit, dicens: *Pater in manus tuas commendo Spiritum meum*, Luc. 23. & consequenter nostras quoque animas eidem Patri obtulit, teste sancto Athanasio, dum ait: *Commendat enim Patri per se universos mortales in se vivificatos, nos sumus membra ejus, secundùm illud Apostoli: Omnes unum estis in Christo.* Et quidem per septimum hoc verbum monere nos voluit, ut quilibet quantumvis sanctus in toto cursu vitæ suæ, & præcipuè in articulo mortis de salute sua timeat. Nam ut Beda refert dæmon morienti Christo adstitit, sinistro crucis brachio insistens, ut videretan aliquid sibi juris circa morientem Salvatorem nostrum vendicare posset. (Sathan super brachium crucis sinistrum extitit, diligenter observans, an in animam è corpore Christi egressuram jus aliquod habere posset.)

Beda & hist Eccl. cap. 72. lib. de Evang. hist.

40. *Et inclinato capite tradidit spiritum.* Joan. 19. Ecce, ô peccatores, incarnatum Deum nostrum mortuum, sed capite versus nos inclinato; ô quam mysticus est hic capitis gestus, inquit Beatus Laurentius Justinianus cap. 20. de triumph. agone Christi. (Caput hoc, dum Passionum ludibria & mortis supplicia pro hominibus pertulit Mediator, liquefecit ad misericordiam, flexit ad gratiam, inclinavit ad indulgentiam.) Porrò Deus à nobis propter peccatum commissum faciem suam averterat, unde David dolebat, dicens: *Avertisti faciem tuam à me*, Psalm. 87. quia verò per mortem Christi cum Deo reconciliati sumus, faciem suam ad nos denuò convertit, & inclinat: *Inclinato capite.* Sanctissima Christi anima veluti candidissima columba, in hoc abundanti sanguinis diluvio ab arca sacratissimæ humanitatis egressa animabus in lymbo constitutis, æternamque fœlicitatem suspirantibus, & aspirantibus pacis olivam detulit: *Emisit spiritum*, spiritum nimirum triumphantem, qui de tot mundi, Synagogæ, dæmonis, peccati infestissimis inimicis debellatis & prostratis gloriosam retulit victoriam.

41. Enimverò ne post mortem quidem, in tam copioso sanguinis mari extingui aut suffocari potuit crudelis Hebræi barbaries, siquidem miles quidam ad extinctum Christi cadaver accedens, latus ejus dextrum lancea percussit, ex eoque vulnere simul manarunt sanguis & aqua: *Unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis & aqua*, Joan. 19. Ab hoc vulnere egressa sunt sacramenta, quæ nobis facta sunt animarum nostrarum antidota: *De latere tuo*, ita loquitur sanctus Cyprianus, *fons egreditur in vitam æternam profluens. Sacramenta in perpetuum duratura & fontis illius ubertas perenni lapsu universam Ecclesiam rigat & fœcundat.* Ab hac quoque Paradisi porta, suam Ecclesia originem habuit: (Emisso spiritu Christus sustinuit lancea perforari latus suum, ut exinde profluentibus undis, aqua & sanguine formaretur unica, immaculata, ac virgo sancta mater Ecclesia conjux Christi, sicut de latere primi hominis

Clemens V. de sum. Trinit.

minis soporati sibi in conjugium est formata.) Verum quemnam primum fuisse existimas? qui primos sanguinis ex hoc vulnere emanantis favores est assecutus? Idemmet qui ejusdem vulneris artifex & author fuit. Longinus enim, qui uno oculo orbatus erat, dum nonnullæ sanguinis guttulæ à lanceæ cuspide ad manum ejus usque dimanassent, manu sua hoc sanguine tincta & rubricata oculum tangens illuminatus fuit: (Longinus latus Salvatoris aperuit, & gutta sanguinis Christi, cùm esset altero oculo privatus illuminatus est extra & intus lumine fidei, & per Apostolos baptizatus post longũ tẽpus in eremo Episcopatus honorem, & martyrii coronam meruit.) Ita sanctus Isidorus & alii. Ehem quam immensa est crucifixi JESU bonitas & pietas? Eodem prorsus tempore quo offenditur, benefacit eum offendenti, & tantæ crudelitatis actui tanta benignitate, tamque insigni beneficio correspondet. Confundatur hic meritò, quisquis obstinatus inimico suo injurias perpessas remittere detrectat. Hic quoque peccator de impetranda sceletum venia fiduciam concipiat, dummodo detestando peccata ad crucifixi pedes recurrat.

42. Quod si igitur Marcus Antonius cruentam Cæsaris vestem Romanis demonstrans, acerbam in iis adversus Cassium & Brutum excitavit vindictam: abs te non erit, si ad accendendam in vobis adversus peccata, utpote quæ sola Christo crucifixo amatam hanc intulerunt mortem ejusque occisores fuerunt, justam vindictam vobis ob oculos statuam non jam cruentatam & sanguine rigidam vestem, sed laceratam, lividam, & gelidi sanguinis brumis contectam crucifixi Domini nostri humanitatem. Aspice igitur quam peregrino modo crucifixus Dominus tuus ab hoc crudeli ligno suspensus hæreat, vide inter quot vulnera, plagas, pœnas, atque tormenta mori voluerit, ut vitam tibi impertiretur; Contemplare, ô anima, Deum tuum & considera, num hoc sit venustissimum ejus & aureum caput: hæccine sint clara illa lumina, quæ omnium hominum serenabant corda; hæccine sint labia illa, quæ inter loquendum audientium animas cœlesti amoris igne accendebant; hæne sint manus illæ, quæ totum fabricarunt universum, hine sint pedes illi, qui pro tua salute tantopere laborarunt; hoccine sit terssissimum illud pulchritudinis speculum, quod totum lætificabat Paradisum. Ah! vide in quam atrocem figuram Dominus tuus hodiè redactus fuerit; heu quam sunt hæc vulnera acerba & funesta. Quodnam ferrum, aut quæ truculenta manus te, ô summum bonum meum, adeò atrociter percussit, & vulneravit? Tu, tu, ô peccator, tantæ saevitiæ artifex, imò carnifex existis. Tui causa tragicum factus est oculis tuis spectaculum. Cum igne ipsimet quoque Hebræi suum recognoverint errorem à se commissum, siquidem: *Revertebantur percutientes pectora sua*, Lucæ vigesimo tertio. Tune hodie illis deterior esse deprehenderis? majorne pectus tuum invasit crudelitas, quam fuerit in animis Hebræorum? Absit, absit. Actum igitur veræ contritionis elicito, utumque pectus percutito, cum Publicano vehementissime dicens: *DEVS propitius esto mihi peccatori*, Lucæ decimo octavo. Et ego, ô animarum nostrarum Redemptor, cum Hebræis, licet in sensu longe diverso replicabo: *Sanguis tuus super nos, & super animas nostras*, Matthæi vigesimo septimo, id est, virtus sanguinis tui animabus nostris efficaciter applicetur. Considera item quod licet dici aut exprimi nequeat quantum pro te passus est Dominus tuus, attamen nisi vitam tuam emendaveris, debitaque cum gratitudine tantum beneficium compenses, longe majori tormento à te indubiè sit afficiendus: *ô homo, vide quam pro te patior, non est dolor sicut dolor meus qui crucior, ad te clamo, qui pro te morior. Vide plagas quibus afficior; vide clavos quibus confodior. Cum sit dolor tantus exterior, interior est planctus major, cum te tam ingratum experior.* Tu turpi peccati chamyde te exuere noluisti; vide igitur me qui ob tui amorem hic nudus hæreo. Tu asperitates es dulcia amorosarum sagittarum mearum vulnera, atque ideò vide me à vertice capitis ad plantas pedis usque vulneribus saucium. Tu cordis tui januam aperire renuisti, ecce me qualiter pro te pectus meum habeam ex lancea apertum. Veni igitur, ô peccator, & per meditationem hæc vulnera ingredere: Hic sanguinem Redemptoris tui cum lachrymis tuis commisce, hic lavã culpis mortalibus animam tuam, hic pœnitens plora, hic langue contritus. Et ego, ô mi Redemptor, hic coram te in genua provolutus tibi supplico, ut in testimonium obtentæ peccatorum nostrorum remissionis huic populo generalem quandam absolutionem impertiri, eique benedicere clementer dignetis: *Benedictio Dei omnipotentis descendat super vos, & maneat semper vobiscum.* Amen.

SERMO

SERMO XXXVI.

IN DOMINICAM RESURRECTIONIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

JESVM quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum, Marci cap. 16.

Duo fuerunt viri illustres, majori charitate & timore Dei præditi, quàm unquam in Judæa floruisse noscuntur, quorum unus Joseph, alter Nicodemus appellatur, quorum pietate exanime & exsangue Redemptoris nostri corpus in frigidi cujusdam matmoris sinum, velut in depositum consignatum fuit. Porrò sepulchrum illud ex omni parte laminis ferreis adstrictum, plumbo adunatum, & Pilati sigillo communitum, lapis superior ab omni eo tuebatur, qui forte sub quocunque tandem prætextu ad eum ab ore sepulchri removendo præsumpsisset accedere. Integra quædam custodum cohors ferro & armis optimè instructa pro meliori ejusdem sepulcri custodia & securitate vigilabat juxta illud, timens ne fortè intempestâ nocte Discipuli ex improviso Dominicum corpus auferentes, postea Christum à mortuis resurrexisse vulgus spargerent. Verum hoc mane dum læta & ridens aurora lilia passim spargeret & rosas, ipsumque cælum cæruleo aureoque colore depingeret, beata Christi anima è Limbi spelunceis reversa, cadaverique ejus flagellis dire lacerato, & sangusne adhuc madescenti conjuncta, idipsum perfectissimè vivificavit. Unde mors cunctarum rerum victrix, & domuatrix penitus profligata, Christo triumphatori visa est cedere, suumque felicem insolentemque ausum & fastum ejusdem pedibus substernere. Unde hic cælorum Rex glorisissimis cinctus radiis, & splendoribus amictus resurtexit à more, nullum deinceps fatali Parcæ tributum redditurus. Et sicut exoriente Sole umbræ evanescunt, campumque diurnæ claritati ultro cedunt: ita quoque, quæ universum mundum paulò antè obnubilaverat, mœstitia in fugam se recepit, lætitiæ apertum perviumque iter relinquens, pristinus vultuum, cordiumque humanorum sedes repetendi facultatem liberam dedit. Porrò milites sepulchri custodes, luminum ab hoc glorioso corpore copiosissimè emanantium claritatem sustinere minimè potuerunt, ideoque tota ipsorum cohors veluti dissipata & profligata remansit, ex ipsis namque alii nimio terrore consternati corruerunt in terram, alii nimiam, quæ eorum oculos perstringebat & habetabat, lucem objectis vultui manibus arcebant: alii sinistrâ scutum corripientes, dexterâ ensem (licet in vanum) stringere tentabant; alii velut aëris hostes facti cum vento pugnabant, alii velut statuæ quædam obstupefacti substituerunt, alii omni prorsus animi ausu depositio aufugiebant, alii denique obdurata fronte timori, qui eos autea ad fugam ineundam compulerat, resistentes, revocatis denuo animis ad sepulchrum accessere propius, atque ut rei veritatem certius edisceret, sepulchrum jam Divinâ virtute reseratum ingressi, manum extendebant in tumbam, sed nihil præter lintea, quibus cadaver Domini involutum fuerat, invenientes, retracta mox manu recesserunt confusi, & tametsi inviti, Dominum vitæ Authorem verè resuscitatum esse

confessi sunt. Superbiat igitur nunc, & extollatur quantùm potest fastuosus tortuosusque serpens de gemmato dorso suo renovato, deque recuperato juvenilis ætatis vigore, redeuntem cordis lætitiam in oculis suis rejuvenescentibus exhibeat, vestemque suam obsoletam inter duas petras dilaceratam relinquat & deserat. Complosisalis in Carmeli, Libani, vel Arabiæ verticem phœnix se evolando erigat, atque ex odoriferis & aromaticis lignis comportatâ structue fatalem sibi lectum comparat, indeque cadenti ætate suæ aromaticum ignem elicitat, per quem incineratus singulari naturæ suæ privilegio noviter revivíscens, cum majestate resurgat: siquidem majori cum stupore Redemptor totius universi, novellus Phœnix in nido crucis suæ ex lignis odoriferis compositæ charitate exardescens ad æternam vitam renascitur. Atque intra sepulchri cujusdam petras mortalitatis nostræ indumenta deserens, gloriæ chlamyde reinduitur, atque è mortis tenebris, ad diei sempiternæ serenitatem immortaliter resurgit. Sollicito quidem gressu, & cum singulari affectus fervore ad sepulchrum Christi devotæ accurrunt Mariæ, ut Magistri sui venerabile cadaver aromatibus exquisitis eum in finem coemptis condire valeant: *Emerunt aromata, ut venientes, ungerent Jesum*: Marc. 16. at verò cœlestem quendam legatum candidâ stolâ amictum supra sepulchrum sedentem inveniunt, qui plenum illis de Christi resurrectione testimonium perhibens, dixit eis. *Jesum quaritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic* (ut interpretatur Ludolphus Carthusianus p. 2. cap. 69.) *Qui jacuit in morte, resurrexit in gloriâ.* Unde cum Prophetâ Regio dicere possumus: *Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinam lætitia*, Psal 26. quorum verborum juxta doctrinam sancti Athanasii hic ferè est sensus: *Ad vesperam Passionis Christi demorabitur fletus in Apostolis, & ad matutinum, quo Dominus resurrexit, erit lætitia & gaudium.* Verùm enimverò, ô Auditores, quod si in hoc lætitiæ & exultationis die occurrentes circumstantias cunctas per ordinem recensere mihi animus esset, meritò cum Ludolpho Carthusiano (par 2. c. 69. de Resur.) dicere possem: *Dies mihi deficiet si voluero omne diei istius exponere Sacramentum*, atque ideò ad duo duntaxat puncta me restringendo, de modo & tempore, quo resuscitatus Dom. est discurremus. Quoad priùs modum attinet, is est ejusmodi quod scilicet immortalis resurrexit, nunquam denno moriturus: *Mors illi ultra non dominabitur.* Rom. 6. Quoad tempus autem, resurrexit tertia die, prout promiserat *Resurrexit sicut dixit.* Cùm igitur dies iste lætitiæ sit dedicatus: *Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Vos monitos esse cupio, ut dum ego meam ad ratiocinandum de Christi resurrectione accingo, vos quoque cunctis ut corda vestra exultent, vultus quoque vestri serenitatem induant, aures vestiæ diligenter auscultent, ac demum linguæ vestræ dicant, quod à vobis futurum speraus exordior.

B. Athanas. in Ps. 29

2. Resurrectio Christi exemplar est resurrectionis nostræ, nec tantùm ejus quæ corporalis est, & in reunione spiritus cum corpore, in novissimo judicii die futura consistit, verùm etiam resurrectionis spiritualis, qua à morte peccati ad gratiæ vitam resurgimus; atque ideò dixit Apostolus: *Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vita ambulemus* Rom. 6. Verum, inquies, quomodo resurrexit? immortalis, & securus se nunquam iterum redigendum esse in manus mortis: *Scientes quod Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.* Ibidem. Ita quoq; nos in hoc facto die meminisse debemus, nos ad gratiam & ad Deum resuscitatos esse cum firmo & stabili proposito nunquam reincidendi in culpæ morem: *Non amplius morituri.* In historiis legitur, quod Centurio quidam post notabilem in bello commissum errorem, Lamaceum Generalissimum Ducem suum precetus fuerit, ut hunc ei errorem condonaret, eò quod firmiter secum statuisset, deinceps esse cautior & vigilantior, curareque ne in similem posthac negligentiam reincideret cui, cui Lamaccus eâ, quæ caput militiæ decet prudentiâ respondit: *In bello non licet peccare bis.* Non omnes quotquot sumus Christianæ militiæ sacramento obstricti Deus Generalissimus noster nostros nobis hoc tempore errores demittit: *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus in remissionem peccatorum.* At verò cavendum nobis est, ne in eosdem relabamur errores: *Non licet peccare bis*: Nunquid S. Apostolum Paulum dicentem auditis: *Et ultra non serviamus peccato?* Id est, inquit doctissimus Ægidius de Columna ibi. (Quicunque debent imitari Christum enim mortaliter viventem, non debent ulterius ad peccata redire; Nos sumus ejusmodi. Ergo non debemus ad peccata redire.

Col.

Rom. 6

3. Cain ex furore iracundiæ suæ in ea se consilia præcipitari permisit, ut Abeli fratri suo, adolescenti amabilissimo, innocenti & instar sterniali alicujus candido mortem inferre violentam secum statuerit. Deus autem ut hunc furiendam ab hâc sua temeritate resipiscere faceret, de commisso delicto processum quendam informatorium facturus eum convenit, & circa corpus commissi erroris hanc ei interrogationem proposuit dicens: *Quid fecisti?* Genes. 4. Quæ verba postea a Septuaginta interpretibus in hæc verba fuêre translata: *Peccasti, quiesce.* Verum ô Domine, dicat hic aliquis, videris mihi huic juveni rem aliquam præcipere impossibilem: Qua enim ratione fieri potuit, ut transgressor post commissum peccatum in pace animi, & tranquillâ conscientiâ remaneat, eaque securitate & quiete gaudeat, quæ immaculati & puri cordis propria est? Quod si enim justi in te solo, qui Deus es, quietem inveniunt, uti Magnus Pater meus dicere solebat: *Inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te,* quâ ratione perversi extra te quietem invenire, & in peccatis suis quieti & tranquilli vivere poterunt, cùm tamen Isaias Propheta asserat: *Cor impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest.* Isa. 57. Nunquid Jeremias quoque civitatem Jerusalem ob culparum suarum gravitatem instabilem factam esse, nec requiem invenire posse dixit: *Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est.* Thren. 1. Igone solus Cain in peccato suo consolationē quietis invenire, & in cunctis casibus adversis, quos culpa in pœnam & damnum transgressorū patere solet, vitam quandam imperturbabilem agere potuit? Et quidem difficultas hæc magis augetur, considerando quod æternus justusque Deus eum postea condemnarit, ut sit vagabundus & fugitivus super terram, ita ut ne pedem quidem in terram quietē figere possit: *Vagus & profugus:* vel cum Septuaginta: *Gemens & tremens eris in terra,* enimverò S. Bernardus per admirandam semper doctrinam suam veram nobis hujusce difficultatis intelligentiam subministrat, dum ait: *Vanum tibi est, dum adhuc sordes influunt, sentinam exhaurire, dum peccare non desiteris pœnitere,* quasi dicat sanctus hic Doctor: Quid vobis conducit purificare animam vestitam, vestramque rectificare conscientiam, si postea ad illam coinquinandam & obliquandā protinus in idipsum redeatis? Quid juvat vas aliquod æneum, argenteum, vel aureum expolire, si postea idem datâ operâ de novo contaminare præsumas? Si peccasti, & denuo restitutus es gratiæ Dei, subsiste firmiter, & recidivam cavero. Et hoc proprie est, quod Deus Caino dicere volebat, cùm ait: *Peccasti?* q.d. Hoccine fratricidium commisisti? Libenter equidem id tibi condonabo, cum hoc tamen pacto & conditione; *ut quiescas;* noli fieri recidivus, quia quantitas continua non est discreta. *Lapsus es, ne relabaris.* Agedum igitur, huc adsis peccator, ad eum namque modum quo Deus Caino locutus est, te quoque alloqui volo. *Peccasti?* Num fortè hucusque per blasphemias, carnis sensualitates, usuras, aliaque scelera Deum offendisti? *Quiesce.* Ex quo Salvator tuus animam tuam proprio suo sanguine purificavit, noli tu eādem novis culparum sordibus contaminare. Si in scelerum præcipitia corruisti, & tamen benignissimus Deus te inde redemit, noli relabi in eadem tam periculosa præcipitia. *Quiesce ne relabaris. Non licet peccare bis.*

4. O Domine, dicebat olim David Propheta Regius fatendum est, quod maximum mihi præstiteris favorem, quo majorem desiderare non possem, pro quo ex omnibus spiritus mei viribus tibi gratias ingentes refero, meque tibi perpetuo obligationis vinculo obstrictum esse censebo. Nunquid enim parum tibi esse videtur quod sacrum hunc rudem & grossum, quo vestiri solebam, conscideris & lacereris? *Conscidisti saccum meum*: unde mihi tanta subnata est cordis lætitia, ut extra me penitus rapiar. Sed quid dicis ô David? siste nonnihil. Nunquid Rex eras eo tempore quo Psalmum hūc composuisti, in quo in hæc verba, inter cætera prorumpis. Eras utique. Quomodo igitur sacco indutus esse poteras? Nunquam etenim hactenus audivi Regem aliquem sacco indutum processisse in publicum: ac proinde eos potius candida byssō, aut purpurâ pretiosissimâ, aut vestibus auro intertextis vestitos esse vidi, sacco autem communiter pauperes & vilissimis civitatis alicujus exercitiis destinati homines vestiri consueverunt. Scio equidem, quod multi sacri Scriptores per hunc saccum Christi Domini nostri humanitatem intelligāt, quæ in Passione flagellis, clavis, spinis, & lanceā laceratat fuit; Ac proinde existimant, quod Propheta Deum incarnatum cum æterno Patre suo loquentem introducat. Ita S. Athanasius, cùm ait: *Convertisti planctum meum in gaudium tristu fuit anima mea usque ad mortem,* *Psal. 29.* *Athan. ibid. 91.*

gaudium

gaudium mihi, quia de Resurrectione gaudere fecisti; conscidisti saccum & corpus meum in passione, & circumdedisti me stola immortalitatis cum summa lætitia. Idem affirmat Guilielmus Parisiensis, dicendo: (Hujusmodi saccus fuerat scissus in multis locis in Passione, videlicet in pedibus, manibus, latere, capite, & quasi per totum in flagellatione; sed conscidit ipsum Deus Pater redintegrando etiã pulchrius quàm prius, in suâ gloriosâ resurrectione.) Verum ut ad præsens propositum difficultati hujus respondeamus, advertendum est prius, quod duo ingeniantur vestium genera; unum ex candida bysso, estque ipsamet Dei gratia, alterum autem est saccus quidam grossus & rudis, estque peccatum, ambabus vestibus anima nostra successivè induitur. Quid igitur nunc David dicit? *Conscidisti saccum meum* q.d. Tu ô Domine saccum, id est, peccatum, quo anima mea induta erat conscidisti, & lacerasti. Verutamen nondum ex toto soluta est difficultas: Cur enim potius dicit: *Conscidisti* quàm *abstulisti à me saccum meum?* vel *Exuisti me sacco meo?* Is qui vesperi quietem capraturus nocturnam, vestes exuit, easque seorsim in locum aliquem reponit, significat quod mane ubi electo se receperit, easdem denuo induere velit? Si autem conscindat & laceret, sufficienter quoque se illas deinceps nunquam reinduere velle significat. Atque ideò ehem quam benè aptè sanctus Rex loquitur, dum ait: Tantam in me ô Deus contulisti gratiam, ut tandem me resolverem ad hoc potuerim ut saccum peccati, quo turpiter & summo cum probro sui hactenus induebatur anima mea, conscindere & dilacerare potuerim. Lacerare dico, quia sanctè tibi promitto, & firmiter statuo me turpi & fœda hac veste nunquam deinceps reinduendum esse, quod idem erat, ac si diceret. Ex quo nunc in tuam, ô mi Creator, gratiam redii, curæ mihi erit, ut deinceps te in æternum nunquam amplius offendam. *Hunc habitum non dixit exutum, sed conscissum: Non sine mysterio: habitum quem nocturno tempore dormiturus exuis, matutino iterum vigilaturus assumis: at verò quem non modo exuis, sed etiam scindis, rumpis, & in frusta discerpis, nunquam amplius recipis induendum:* Ecce igitur tibi nunc eam quæ exinde elicitur conclusionem: *Sic igitur peccatum non est ita exuendum, ut iterum induatur, sed ita dissipandum, ut nunquam amplius in animum revocetur*, concludit Ille Modernus.

Guil. Paris. ser. 2. de die S. Pascha.

Franc. Mend. in l. 1. Reg. c. 7. n. 6. adnot. 16. §. 1. n. 8.

5. Hanc vangelicam doctrinam Israeliticus Citharœdus de novo ratificare voluisse censetur, quando in Psalmis ita canit: *Species tua, & pulchritudine tua, intende prosperè, procede, & regna.* Psal. 44. Hic enim versus Davidicus duobus modis ab Hugone exponitur. Primo enim illum intelligendum esse censet de Verbo incarnato, ac proinde dicit: (Specie tua quantum ad humanitatem; intende, ut sit sensus. Hominem pereuntem respice; procede de utero virginis; prosperè, id est, ad *Hugo* nostram. prosperitatem & utilitatem nostram.) Secundo intelligitur de anima quadam, quæ hisce festis Paschalibus gratiæ eximiis ornamentis, nec non & dotibus naturalibus est ornata, unde apud alias creatura spectabilis valdè redditur & præstans: Dicit igitur: (Specie tua, quantum ad naturalia, pulchritudine quantùm ad gratuita: hoc est imago & similitudo Dei ad quam factus est homo, intende, ut sit sensus: in quem finem qui est Deus, rende sicut te docet species tua humana.) Unde singulariter advertendum est, quod hisce verbis dedit monitum: *Prosperè procede.* Quid enim significat prosperè procede? nihil aliud quam progredi in statu perfectionis, non verò velut cancer retrogredi ad vitam impiam & perditam, & peccata semel demissa retentare. *Prosperè procede* (ita exponit Hugo fol. 107. *Non retrocedendo ut cancer.* Si dimisisti ludos, *noli retrocedere, ut illos resumas*; si odores odii erga proximum extinxisti, *noli retrocedere*, ut in iisdem denuo accendaris. Si amasta te societate separasti, utpote quæ causa erat damnationis animæ tuæ, ad eam denuo renovandam aut repetendam *noli retrocedere.* Qui autem secus fecerit, *Non Rex efficitur, sed servus peccati*, non regnat, sed istar mancipii servit & obsequitur. *Hugo*

6. Nescio an aliquando ad verba Apostoli reflexeritis, quando Epistolam ad Romanos scribens, in memoriam nis revocat ingens illud beneficium illis & omnibus aliis superioribus temporibus per opus redemptionis & effusi pretiosi sanguinis in amarissimâ passione sua collatum, dum ait: *Justificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quæ est in Christo IESV, quam posuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiæ suæ* Rom. 3. Nil melius isto Apostolus dicere poterat, atqui ideò neque in iis multum opus est immorari, id verò quod passum in se continet valde

rabile difficilem, imò talem, quo fortè in Epistola sancti Pauli nullus difficilior reperitur est, quod Apostolus sequentibus verbis asserit: *Propter remissionem præcedentium delictorum*: quasi inferat, quod quicquid Dei filius patiendo, sudando, effundendo sanguinem, moriendo, & tergendo, operatus fuisset, id totum ad hunc finem fecisset, ut à præteritis peccatis nos redimeret. Unde sequeretur manifestè, quod Christus pro peccatis præcedentibus mortuus sit, quæ omnium ante passionem suam commissa fuêre, non verò pro iis quæ mortem & passionem ejus subsequuntur, adeoque quod Christus non satisfecisset pro peccatis nostris, id est eorum, qui in hunc mundum post mortem suam pridem venerunt. Cum tamen Angelicus Doctor nos doceat, quod *Passio Christi non solum sufficiens, sed etiam superabundans satisfactio fuit pro peccatis humani generis*. Et sanctus Joannes Evangelista ait: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi*. Joan. 2. Ac proinde ut verum fatear, non satisfacio, quâ ratione hæ doctrinæ Theologicæ S. Pauli, Joannis, & Thomæ Aquinatis inter se conciliari possint. Fateor equidem me curiosum & cupidum semper fuisse sciendi, cur sanctissimæ Ecclesia, cujus cæremoniæ mysteriis plenissimæ sunt, ordinaverit, ut tempore Paschali, & in omnibus Dominicis totius anni, quæ Dominicæ resurrectionis, utpote inter alias Dominicas præcipuæ correspondent, quandam Antiphonæ cantentur: *Alma Redemptoris mater: Ave Regina cœlorum: Salve Regina: Regina cœli*, in pedibus erecti stemus, non verò genua flectamus in terram; prout alio tempore & aliis diebus solitum est fieri. Estque hæc difficultas quondam à sancto Justino Martyre & Episcopo Lugdunensi mota & resoluta, dum ait interrogatus: *Unde talis in Ecclesia consuetudo?* & statim respondet, quod profunda nostra in terram genuflectio *lapsum nostrum in peccatum repræsentet*: Paschali autem tempore, & quovis Dominico die in pedes erecti stemus, ad significandum quod per Christi merita à lapsu peccati, ad harum gratiæ resurrexerimus. Unde quando Apostolus Philippenses exhortari volebat, ut sollicitè in gratia Dei conservare curarent, hisce utebatur verbis: *Sic state in Domino charissimi*. Et S. Justinus (Quod verò die Dominico genua nō flectamus signum est & designatio resurrectionis, per quam gratia Christi, & à peccatis & à morte, qua ab illo interfecta est, liberati sumus) Et sanctus Germanus Episcopus Constantinopolitanus idemmet confirmat dicens:) Genua flectere sancto die Dominico Resurrectionis, significat lapsuum nostrorum erectionem facta per triduanam Christi resurrectionem) Hoc igitur supposito jam doctrinam sancti Pauli intelligere poterimus, quâ Christum pro peccatis præteritis passum & mortuum esse dicit: *Propter remissionem præcedentium, & non subsequentium delictorum*; Neq; enim Apostolus imaginari sibi potuit possibile esse, quod cum nobis perspicuè constet, quod ad hoc ut à lapsu in peccatum resurgeremus, necessum fuerit Filium Dei tanta pati tormenta, mortemque adeò diram atque crudelem subire, nihilominus in eas possimus cogitationes descendere, ut nos ad committenda iterum nova peccata redeamus, sed potius quod nos in pedes erectos in gratia fuissemus conservaturi, atque ideò non dicit: *Propter remissionem subsequentium, sed præcedentium delictorum* Unde S. Anselmus ait: *Per ostensionem suæ justitiæ placuit DEO, ut remitteret illis præcedentes culpas, & justificaret eos, ut deinceps juste viverent*.

B. Germ. t. 8. Bibl. vet. PP.

D. Ansel. mus ibid. fol. 24. col. 2. l. C.

71. Magister noster cælestis Joan. 14. variis de rebus loquebatur cum discipulis suis, scilicet, quod esset discessurus ex hoc mundo, & iturus ad patrem, de amore item quo se invicem diligere deberent, de præceptorum divinorum observantia, & de multis aliis particularibus ad animarū salutem pertinentibus, inter alia autem eis quoq; hæc verba dixit: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*. In quibus ea quæ ultimo dicuntur maximè ponderanda veniunt, scilicet: *Mansionem apud eum faciemus*. Quid enim hæc sibi velint, non adeò perspicuè capi posse videtur. Scimus etenim quod quisquis cœlum ingreditur Deo fruiturus, is bonum illud infinitum nunquam perdet, sed possidebit in æternum. Imò (ut sacri Theologi dicent] si ipsimet Beati sponte propria objectum illud beatificum non amare, sed ab eo alienari vellent, nunquam id eis possibile foret. Et ratio est, quia voluntas natura sua ad bonum utile, honestum, & delectabile prosequendum & desiderandum est inclinata, sive illud verum sit, sive appatens, atque ideò cùm DEUS bonum quoddam sit infinitum excedens capacitatem tàm intellectus creati, quàm voluntatis, in eo quoque omnis perfectissimi boni ratio invenitur, & consequen-

Joan. 14.

ter voluntas Beati in eo sibi non complacere, aut non delectari non potest, sed ad amandum & prosequendum illud objectum est necessitata, absque eo quod elicere possit ullum actum in contrarium, odiendo ipsum, vel illud non volendo aut recusando. Quid igitur opus erat, ut quod adeò nobis est perspicuum, Christus nos doceret, aut testimonium perhiberet de illo, quod sine ulla ambiguitatis umbra credimus? Adeò nobis verum est, quod si Dei misericordia id nobis clementer concedente, pervenerimus ad cœlum: *Mansionem apud Deum faciemus*, quam certi sumus quod ignis calefaciat, aut sol splendescat. Verumenimverò S. Gregorius Magnus hunc passum non de ea mansione intelligit, quam velut comprehensores habituri sumus in cœlo, sed de illa quam tanquam viatores facere debemus in terra. Multi namque sunt, qui in diebus hisce Paschalibus à peccato recedunt, & ad Deum se recipiunt, confitendo, communicando, frequentando Ecclesias, aliaque opera bona præstando: sed quid tandem: *Mansionem apud eum non faciunt*, quia ad pristina peccata sua turpiter redeunt: *Avertuntur à bono incommutabili*, id est, ad usuras, odia, detractiones, blasphemias, ludos, &c. *Ad perpetranda peccata redeunt, ac si ea nunquàm planxissent*, inquit Gregorius hom. 30. Eheu quid juvat, si quis hisce diebus Paschalibus cum Deo se reconcilier, si contractum cum Deo amicitiæ fœdus, nova denuò peccata committendo rumpere volumus? quid juvat quod quis divinam acceptet gratiam, si quævis hora mille anni esse videantur, donec pristinam malè vivendi consuetudinem denuò resumamus? *Non sufficit venire, sed oportet mansionem facere apud Deum.* Spiritualiter resuscitati sumus, nequaquam igitur ad pristinam culpæ mortem nobis est redeundum. Unde Guarricus Abbas: (Christus resurgens justificationis perpetuæ nobis condidit formam: ut quomodo Christus resurgens à mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur; sic Christianus conresurgens Christo, jam non peccet ad mortem, nec ei peccatum ultra dominetur.)

S. Gregor.

Guarric. Abb. serm. 2. de Resurr.

8. Duas præcipuè in Evangelio Resurrectiones consideto, unam Lazari, qui Marthæ & Magdalenæ frater fuit, alteram verò Christi Redemptoris nostri; & magnam, quæ inter utramque reperitur, observo differentiam. Resurgit enim Lazarus, & omnes illas fascias, & ligacula, & sudarium secum effert, quibus sepulchro illatus fuerat: *Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata.* Resurgit demum filius Dei, nec tamen de illo in Evangelistis legitur, quòd sepulchro aliquid quantumvis minimum extulerit; nam linteа & sudaria quibus corpus ejus involutum fuerat, in sepulchro reliquit. Unde Petrus & Joannes attestantur, quod ad sepulchrum accedentes viderint: *Linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput ejus.* Scire autem percupiem, quænam sit hujusce disparitatis causa. S. Petrus Chrysologus forte respondebit: quod *Tunc tartarus ligatis manibus & pedibus, Lazarum retulit ad superna: timens ac tremens, ne dum moras faceret, ne dum tardaret, solvit, ne dum moras facit, ne dum tardat referat unum, omnes cogatur afferre.* At verò Cardinalis Toletus, & Dionysius Carthusianus, quærentes, cur Christus Dominus linteamina quibus corpus ejus involutum fuerat, secum non extulerit, dicunt: *Si linteamina ista reperta fuissent, facilè imperfecti in fide suspicari potuerunt, Dei corpus ablatum, non suscitatum fuisse.* Diuicus autem de la Vega autem similitudinem quandam addicit in medium quæ ad hujus disparitatis pueilæ assequendum & intelligendum luminis loco inservire poterit. Dicit igitur: Numaliquando aliquod è triremi egrediens vidistis manicum? si talis ad mancipii miseram conditionem redactus homo, dum egreditur triremem, secum non portet vel ferrum ad collū, aut ad pedes catenam, signum est illum perfectam assecutum esse libertatem, neque ad triremem in qualitate mancipii deinceps reversurum esse; quod si verò vel pedis ferro, vel collum catena onustos habens egreditur, è contra eum subitò ad pristinam conditionem subeundam reversurum esse idipsum significat, *ad triremem est reversurus.* Porrò Lazarus sudarium & linteamina aliaque ligacula quibus manus & pedes ejus vinciti erant secum è sepulchro extulit, quia *Erat iterum moriturus*: Christus autem non item, quia *Mors illi ultra non dominabitur.* Hæc etenim fuit resurrectio animæ, illa verò temporalis, seu ad modicum tempus tantum durans: *Lazarus egrediens de sepulchro, sudarium & ligamina illum insequuntur, ut intelligat remigem esse mortui, & quod ad sepulchrum iterum reversurus est: At Christus surrexit sine sudario, quia à lege mortis jam erat solutus.* Cum itaque tu quoque, ô Christiane, hodie resuscitatus fueris, facilè utique scire poteris, utri ex his duabus resurrectio tua sit similis. Cuinam igitur illam similem fuisse dicam? Nonne forte resurrectioni Salvatoris? utinam, verumtamen æqua-

Joan. 11.

nequaquam credo. An verò Lazari resurrectioni similis esse dicenda erit? utinam non esset, sed tamen ei vere similem esse certum esse existimo. Audi quid huic simili dicentem Davidem, cùm ait: *Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi.* Per has autem adeò elegantèr compositas filias Propheta Regius animas nostras intelligit, quæ in hisce Paschalibus diebus gratiæ ornamentis exornatæ conspiciuntur: Verumtamen imaginari mihi non possum, cur illas templo similes esse affirmet: *Ut similitudo templi*, idque tanto magis, cùm S. Athanasius exponat, dicens *Circumornatæ auro, gemmis, serico, ut similitudo templi.* O quàm elegantem aspectum templum aliquod exhibet, quando in majoribus solemnitatibus ritè est exornatum! Pavimentum respersum est floribus, altaria vestita aulæis, aliisque opere Phrygio ex auro, argento, margaritis, aliisque lapidibus pretiosis contextis appositis, supra gradus in altari positos fastum pomposum exhibent vasa & flores ex serico & holoserico adeò per artem eleganter efformati, veris & naturalibus iisdem palmam cedere meritò debeant; inter hosce flores autè per justam symmetriam valdeque proportionatum ordinem collocatæ intermediant lucernæ aureæ vel argenteæ, quarum singulæ suas in pectore habent reliquias. Abhinc oculos si in parietem defixeritis, eosdem pannis sericis ad ipsos usque fornices vestitos, & eximiis pictutis egregiè illustratos esse conspicietis, adeò ut totius templi elegantiâ non nisi ductis in altum superciliis & cum maximo stupore contemplari possitis. Sed quamdiu tanta templi hujus elegantia perdurabit? Elapso die, & completa diei festivitate, denudantur altaria, demittuntur à parietibus panni serici & elegantes pictutæ, tolluntur cum suis floribus vasa aurea & argentea, in suum denuò sacrarium sacræ reponuntur reliquiæ, & postremum denuò templum induit faciem. Psalmista igitur per hanc insinuatam similitudinem optare volebat, animas fidelium hisce diebus festis, quibus gratiæ divinæ decore elegantèr compositæ & expolitæ, templo haud absimiles esse, quia earum elegantia simul cum festivitate paritèr terminatur, tribus autem Paschæ diebus elapsis, in eam conditionem redit, *sicut erat*, & novus denuò liber inchoatur: *Circumornata ut similitudo templi.* Et quidem sita se res tecum habeat, resurrectio tua Lazari resurrectioni similis erit, valdeque à Christi resurrectione discrepans & divet-

sa, utpote qui *Surrexit non amplius moriturus.*

9. Similes proinde sumus militibus, qui millebelli incommodis conquassati, post millies in una hora eis obvenientia evidentia mortis pericula, firmum quidem sibi faciunt propositum, quod si vel semel ad patrios denuò lares feliciter fuerint reversi, ad militiam redire in perpetuum nolint: cum tamen mox ut in suam sunt reversi patriam, quælibet hora mille anni eis esse videantur, dum tympani strepitus, quo ad bellum invitantur, eorum incipit auribus insonare. Vel etiam nautæ similes dici possumus, qui à maris tempestatibus horribiliter infestatus, & inter undatum procellas jamjam quasi naufragaturus, quovis momento mortem suam oculis obversantem conspicit, cum periculo pariter cum mercibus ipsoque navigio simul perdendi & vitam. O quoties hunc mari se commisisse pœnitet. O quoties suspirantibus labiis & palpitante corde votum in cœlos emittit, quo se, ubi præsens periculum evaserit, mare nunquam deinceps videre, nedum sulcare promittit! Mox verò ut portum salvus appulit, conquassatæ navis tabulas resarcire denuò incipit, sectatur quas per mare transvehat, merces, & mari se denuò propediem commissurus, ventum quotidie favorabilem præstolatur: verbis propriis Seneca idipsum pressius edicat: *Adeoque adversus experimenta pertinaces sumus, ut bello victi, & naufragi maria repetamus.* Nos etenim millies quoque experti sumus, quàm sit periculosum peccato mortali insordescere, verè enim divinæ gratiæ perduntur valde pretiosæ merces, in evidenti semper constitimus animas nostras perdendi periculo, & tamen mox ut ad salutis portum nonnihil evasimus, & in Dei amicitiam, velut in patriam nostram, reduces facti sumus, si occasionis tympanum ad peccatum invitans vel minimum perstrepat, sive minimæ tentationis modicus ventus nobis afflet, protinus ad vitam revertimur pristinam, & Dei offensam nobis iterum superinducimus. Unde S. Bernardus dicebat: *Fiet filius gehennæ multipliciter, qui post indulgentiâ delictorũ in eadẽ denuò sordes inciderit.* Opportunè hoc loco Siculus ille incidit, qui dũ navim aliquã fructibus plenã ab una civitate ad aliã per mare trãsvehere vellet, & improviso tẽpestas quædã adeò eũ est crudeliter aggressa, ut ad vitã salvandã, navim quoque è naufragii periculo eripiendã opus fuerit, ut ad navim suam omnibus quos vehebat fructibus exonerandam, eosque in mare ejicien-

Senec. l. 1. de benef. cap. 1.

D. Bern. serm. 2. de Assumpt.

Ioan. Ant. Valasq. in Epist. ad Philip. c. 2 v. 12. ad n 2.

dos firmiter secum statueret, quod faciens in tantum sibi est auxiliatus, ut feliciter ad portum tandem appulerit; cùm autem in eo constitutus & penitus defatigatus nonnihil conquiesceret, sedato vento mare subsidit, suæque est tranquillitati restitutum, unde Siculus subridens dixit: *Novi quid velis, ficos vis.* Nunquid? visne pluta? Utique, sed noli me adeò reputare delirum, ut qui me semel in extrema redegisti vitæ pericula, alia quoque vice me denuò decipias; servit hæc historiola nobis, ut qui postquam semel peccati naufragium & æternæ mortis pericula evasimus, deinceps reddamur cautiores, ne iterato iisdem nos periculis ultrò committamus, sed potius monitum Sancti Bernardini Senensis sequamur dicentis: *Fac sicut asinus, qui nunquam cadit, ubi semel cecidit.*

D. Bern. Sen. tom. 4 correct. 99 serm. 22. col. 1. l. C.

10. Verùm, quantum nos experientia docet, vix est, qui per gratiam Dei hisce sacris diebus in pedes erectus non imitetur infirmos, qui postquam medecinâ adhibitâ sanitati sunt restituti, recidivas patiuntur, non semel sed sæpius: id quod prudenter insinuasse videtur, quando ait: *In circuitu impii ambulant*; q. d. motus impiorum sphæricus est & circularis; etenim quid Propheta Regius per hunc stultum ambulandi modum, quem peccatores facere asserit, infertre velit, penetrare satis non possum; S. tamen Joan. Chrysost. vetam Prophetæ intelligentiam penetrare contendit dicens: *Quid est in circuitu impii ambulant? etiamsi impii nos circumcirca obsident, nihil grave patiemur; tu Domine es, qui perpetuo custodis, nos enim conservas & extollis, claros que & illustres reddis.* S. autem Augustin. Davidem de iis intelligit, qui cogitationes suas in bonorum terrenorum comparationē defixas habent, qui pro uno pugno luti maximos perdunt cœli thesauros: *In circuitu impii ambulant, id est intemporalium rerum cupiditate, quæ septem dierum repetito circuitu, tanquã rota volvitur, & ideò non perveniunt in octavũ, id est, in æternum, pro quo iste Psal. titulatus est.* At verò ut hæc Davidis verba præsenti proposito adaptem, potius dicendum existimarem, quod inter alias differentias, quæ inter motum progressivum & circularem inveniuntur, una hæc sit; quod qui secundùm primam speciem motus movetur ad terminum, unde discessit, nunquam revertatur. Contrarium autem faciat, qui movetur motu circulari, vel sphærico. Volebat igitur Psalmista significare, peccatorem hanc habere proprietatem, quod dum Sabbatho S. confessus à suo termino à quo, quæ est mala societas, discessit, hisce tribus Paschalibus diebus moveatur, & ex virtutum viam ambulet, adeundo Ecclesiam, oratoria frequentando, preces, Eleemosynas erogando; sed quid tandem? *ambulat in circuitu*, quia ad pristinas malas consuetudines & societates, denique offensas vertitur. Eadem Davidis verba Hugo Card. pulchrâ quadam similitudine interpretatur, desumpta à puero quodam, qui cotinuò se gyrans & regyrans tandem vertigine adactus in terram concidit: *Isti volvuntur ad modum puerorum, qui rotã circumeuntes circumbant se, & cadunt subitò, ita isti & volantes & turbantes circa temporalia, subitò ruunt in peccatum.* Hic circumgyrantur circa malum, sunt papiliones circa malum, sunt papiliones circa lumen, nunquam tamen ludum hunc finiunt, nisi finaliter cadendo. Primo die Paschæ conservantur in gratia ob reverentiam Patris æterni: *Gloria Patri*, secundo die ob respectum *Filii*: *Filio*; tertio in honorem Spiritus S. *Et spiritui Sancto.* Quarto verò die ad pristina revertuntur: *Sicut erat in principio & nunc & semper.*

11. Quis est, qui nesciat; recidivas semper pejores & periculosiores esse primis infirmitatibus? interrogentur medici, qui in discernendis languoribus corporis, maxima sunt præditi experientia. Optimè idipsum notavit S. Cyrillus dum ait: *Relapsus in ægritudinem pestilentiosiorem esse solet, & quos prima valetudo adversa non exinanit, ea iterata post redditam incolumitatem ægrotantes, stultos è vita.* Quem aphorismum postea huic propositioni spirituali applicans subjungit: *Haud secus frustra pœnitentia modo camentum jaminum, si post eam peractam ad præterita vitæ sordes redditur.* Ac proinde Salvator noster juxta piscinam jacenti languido dixit: *Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Quibus verbis juxta ejusdem Cyrilli doctrinam aliud singnificare non voluit, quam miserum, quas peccator ob relapsum in culpam reincurrit. *Quibus verbis significavit per peccati iterationem hominem in deteriora prolabi mala.* Ut tamen idipsum magis liquidè intelligatis, mala pœna quæ homo ob relapsum in peccatum sibi adscisit, fusius nonnihil declarabo.

12. Sæpius intra memetipsum consideravi, & miratus sum, Deum nostrum qui naturâ suâ erga populum suum Hebræum misericors esse solet & benevolus, unâ nihilominus vice se, ut ita dicam ab impatientia vinci & ad supplicia permoveri permisisse. *Ecce furor Domini concitatus in populũ, percussit eum plagâ magnâ nimis.* Facilè inquis illud

Chrysost. ibid. fol. 31.

Augustin. ibid. f. 31.

illud vehementer obstupesco, jam jam enim tanquam benignus & benevolus Pater ipsis de cibis provident delicatissimis, nimirum conturnicibus, & paulò post dum hanc escam degustant & cibum adhuc ore suo renent: *Adhuc carnes erant in dentibus eorum*, subitò favores in furorem, conturnices in vulnera, manna denique in supplicia transmutat, & veluti David affirmat: *Adhuc escarum erant in ore ipsorum & ira Dei ascendit super eos.* Aliam subitæ hujus mutationis causam invenire nequeo, nisi quod Hebræi recordati fuerint carnium, piscium & fructuum, quos in Ægypto manducare soliti erant, quales sunt cucumeres, melones, allia, cepe, porri, & similia: *Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porrique, & cepe & allia.* Quis hic non dicat, meritò vos, ô Hebræi hæc & alia majora supplicia prometitos esse, qui animos adeò viles & abjectos exhibetis? Deus vos nobilium instar tractat, cibatque conturnicibus, & manna, & vos allia & cepas desideratis? Verum dicat aliquis, quisnam hic gravis error erat, qui tam diris castigabatur supplicijs & pœnis? & quidem ut tantò evidentius difficultatis pondus eluceat, adde Deum omnipotentem iisdem Hebræis haud obscure insinuasse, nolle se quempiam ex illa solitudine salvâ vitâ egredi, quin potius omnes in eadem mori & sepeliri: *In solitudine hac jacebunt cadavera vestra.* Quodnam est igitur delictum hic commissum, quod adeò graviter luere coportet? num fortè Deo rebelles extiterunt, aut commiserunt errorem aliquem qui *crimen in se læsæ Majestatis* contineat? breviter quidnam hac in re sentiam, edico: In illa solitudine degebant, postquam ex Ægypti servitute fuissent egressi, & tamen in eandem servitutem redire desiderabant: *Constituamus nobis ducem, & revertamur in Ægyptum*, atque ideò tametsi Deus Hebræos, quamdiu in Ægypto habitabant, nunquam castigarit, attamen mox ut in Ægyptum *è cujus dira servitute Dei benignitate erepti fuerant*, redire decreverunt, vulnera, supplicia, flagella, occisiones & mortes cœlitus super eos descenderunt: *In solitudine hac jacebunt cadavera vestra.* Quando tu, ô peccator, Deum primitus offendis, malum id quidem est, sed quod facile ignosci possit; at verò, si post emendationem & recuperatam Dei gratiam, & fœliciter dimissam peccati servitutem ad peccandum iterū redeas, jam in aëre pendent fulmina quæ te conficiant: *Et non in solitudine, sed in inferno jacebunt, non cadavera, sed animæ vestræ.* Unde Deus per hoc factum demonstrare nobis voluit, *gravius ab eo puniri peccatum repetentes, quam primum perpetrantes.*

13. Semei Davidem Regem verbis suis gravissimè offenderat, jamque operibus ipsis deterius feciſſet, si oblata ei fuisset occasio, hâc autem deficiente suam in Davidem malevolentiam per injurias evomuit: *Ita loquebatur Semei cum malediceret Regi; Egredere, Egredere vir sanguinum, & vir Belial*, adeò ut omnes, præcipuè verò Abisai filius Sarviæ eum mortis reum pronuntiarint dicentes: *Nunquid pro his verbis non occidetur Semei, quia maledixit Christo Domini?* David autem solitâ, & Regiâ magnanimitate suâ id totum ei condonavit, nam hunc ferè in modum, eum ad se accersitum allocutus fuit: hue adsis Semei, tu scis, quas mihi intuleris injurias & maledicentias, quibus me offendisti, tu quoq; nosti, abi, & bono animo esto, tibi enim verbo Regio promitto, nullam indè tibi à me vindictam formidandam esse: *Et ait Rex Semei non morieris.* Hoc igitur inprimis memoriâ tenete. Rex autem Salomon mortuo Davide Semei ad se vocato sub gravi vitæ perdendæ mulctâ serio præcepit, ne civitatem egredi, aut extra portas illius pedem effertre præsumeret. *Mitque quoque Rex, & vocavit Semei, dixitq; ei, ædifica tibi domum in Hierusalem, & habita ibi, & non egredieris indè huc atq; illuc, quacunque autem die egressus fueris, scito te interficiendum. Sanguis tuus erit super caput tuum.* Abi & rebus tuis prudenter consule. Faciam quidquid Majestas vestra mihi præceperit, etoque in Regis præcepti observantia punctualissimus. Tres annos intra portas civitatis commoratus, tandem ob casum quendam, qui nonnemini servorum suorum accidetat, necessitate coactus egressus est in Ged ad domum Achis, quod cum auribus Salomonis insonuisset, is indignatus dudum adversus Semei Iatam sententiam executioni mandati voluit, q.d siccine observantur tibi imposita Regis præcepta, eane sic temerè trāsgredi præsumis? id me hercle impune non feceris. Ite, occidite eū: *Iussit itaque Rex Banaiæ filio Iojadæ: qui egressus percussit eum & mortuus est.* O miserum Semei! indigue is Regem quendam tractat, nec tamen indignum ab eo verbum reportat. Tandem vix pedem extra civitatis fores figit, & mortis condemnatus? quænam est ista justitia? si morte punitus fuisset *cum malediceret Regi* factum utique bene fuisset, nunc autem pro re nihili cur tantus rigor exercetur? Salomon, si mihi sensum meum edicere liceat, dicā liberè, nimis es furiosus pro re

nullius momenti, facilè nimis à cholera te superari permittis. Quid? ergone Salomonem hominem adeò prudentem & sapientem ego velut indiscretum & injustum arguere audebo? revoco sententiam, audio namq; quid Semei dixerit, priusquam illum mortis condemnaret; utiq; recordaris eorum quæ fecisti Patri meo: *Dixitque Rex Semei, Tu nosti omne malum quod fecisti David patri meo* Quondam Majestatem Patris mei graviter læseras, at verò quia id nonnisi semel feceras, indigne id David pater meus non tulit: nunc verò quia etiam præcepta & personam Regis altera vice contemnere præsumpsisti, nulla tibi superest remissio, expeditus es, reus es mortis: *Posterior culpa quamvis in objecto levior, tamen ex circumstantia recidivi, gravior judicatur, & proinde graviori supplicio punitur*, inquit S. Cyrillus Alex.

14. Vendentes & ementes qui sacrum Templum prophanabant à Deo Filio bis inde ejectos esse sacri referunt Evangelistæ: primo scilicet S. Matthæus dicit: *Intravit Iesus in templum Dei, & ejiciebat omnes ementes & vendentes de templo &c.* De secunda verò vice S. Joan. scribit, cùm ait: *Invenit in templo vendentes boves & oves, & columbas, & nummularios sedentes.* Circa hoc tamen difficultas quædã hic mihi subnascitur, scilicet, quod S. Joann. affirmet Christum apprehendisse flagellum in manus, illosque templi prophanatores graviter percussisse. *Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, ejecit omnes &c.* & tamen de hac circumstantia S. Matth. minimè loquitur. Quid igitur de hoc tam diverso referendi modo utriusque Evangelistæ dicemus? alterutrum enim sequatur necessum est, scilicet, quod vel unus id quod factum est diminutè & non secundum omnes circumstantias scripserit: vel quod unus scribendo excesserit, plus nimirum scribendo quam revera factum fuit, quorum neutrum pius fidelis facilè admiserit, mentitur enim quisquis hoc dicere præsumit. Audite igitur mysterium. S. August. historiam hanc de ementibus & vendentibus in templo (prout suprà insinuavi) bina vice accidisse affirmat: *Manifestum est autem, inquit, non semel sed iterato factum hoc esse à Domino.* Et quidem semel id acc disse refert S. Matth. quia verò id, de quo Matthæus agit, primitus factum fuit, ideò Christi punientis & flagellorum non meminit: S. Joannes autem refert id quod secunda vice contigit, quando *fecit flagellum de funiculis*; quia enim semel de Christo è templo ejecti, ad sacrum templum prophanandum, secunda quoque vice redierunt, ideò depositâ mansuetudine rigor inducitur à Domino & admonitiones in supplicia, verba in flagella commutantur. *Iam semel Iudæi ejecti à negotiatione* (inquit quidam Modern s) *in templo facta, iterum ad illam redierant, quod maximè coram Deo eorum animam aggravabat, & divinam iram sollicitabat, imò supplicium maximè exacerbabat.*

Matt. 21.

Ioann. 2.

Aug. in concord. Evang. ap. D. Th. in cat. c. 2. 2. fo. 50. co. 4. l. C.

15. Nunquid stultum censeres illum, qui squalido, obscuro, & subterraneo carcere, in quo in multos usque annos constitutus fuerat hodie liberatus, cras denuò nova patratus scelera, in eundem iterato carcerem conscicndus? Nunquid omnis cerebri expertem diceres eum, qui vulnera sua à Medico vel Chirurgo perfectè sanata, sibimetipsi malitiosè & petulanter denuò renovaret? Cur igitur tu quoque è peccati carcere, & tyrannicis Sathanæ manibus heri elapsus, hodie ad peccata reverteris, ut in eadem denuò miserias recidas, à quibus à Domino tuo clementer fueras redemptus? Cur animæ tuæ vulnera renovare non erubescis, quæ mysticus tuique amantissimus Samaritanus non jam vino vel oleo, sed pretiosissimo Sanguine suo perfectè sanaverat? Obsecro te, ut aureo Chrysostomi monito aurem tuam promptè exhibeas, dicentis: *Noli peccare post veniam, noli vulnerare post curam, noli sordidari post gratiam.* Quod si tu, cui princeps tuus semel & iteratis sæpe vicibus commissa delicta condonavit, eadem denuò committere non verearis, nulla prorsus es excusatione dignus, sed asperioris potius severitatisque supplicii reus esse censeris, quia ut S. Petrus dicit: *Facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.* Ac demum subjungit: *Melius erat illis non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti, ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.* Atque ideò sapienter replicat S. Chrysost. nullam prorsus mereri veniam qui Deo primum errorem sibi benignè condonanti ingratus, in culparum præcipitia denuò relabi non cavet, nec timet: *Indulgentiæ ingratus est, qui post veniam peccati, sanitate indignus est, qui semetipsum postquam curatus est vulnerat: nec mundari meretur qui seipsum post gratiam sordidat.* Verè namque Deo illudere videtur, quisquis post peccatum agnitum à Deo in gratiam suam vix readmissus, Deum denuò graviter offendendo ejus se inimicum declarat; ut proindè facilè assentiat Discipulo dicenti, quod si omnia animantia quæ in aere, terra, & mari degunt, imò omnes arbores, lapides, & in litore congregatæ arenæ, omnesque creaturæ damnum

quod

quod recidivans patitur anima sanguineis lacrymis deplorarent, *Non tamen sufficienter deflerent damnum, quod incurrit recidivans per unum peccatum mortale.* Insuper addit hominem in peccatum mortale relabentem in deteriori statu esse, quam si mille Dæmonibus cinctus, aut crudeliter à carnifice in rotam actus, suspensus, vel mucidatus esset, & rationem reddit: *Quia damna illa sunt ficta & transitoria; sed damnum illud, quod homo incurrit per peccatum mortale, infinitum est & æternum.*

16. Verum enimverò tempus me monet ut præsentem discursum tandem finiam & claudam, quid facturus sum nonnullorum recensendo pœnam, qui in hoc sacro Paschatis die post factam peccatorum suorum Exomologesin, & sumptam sactam Synaxim ad pristina denuò peccata redire non dubitarunt. Refertur itaque quod cerni quidam lascivi juvenes carnis sensualitati & gulæ admodum dediti, cum maximo sacri hujus diei, nec non sanctissimi Sacramenti eodem die mane ab iis sumpti contemptu post auscultatas vesperas easque subsecutam concionem ad popinam, gulam suam ad crapulam usque rigatuti concesserint, cumque temperantiæ limites notabiliter transgressi essent, jamq; vini calore exæstuarent, omni Dei timore, omniq; conscientiæ scrupulo deposito ad prostibula & lupanaria denuò reverti non dubitarint, iisque vitiis quæ paulante in Sacramento pœnitentiæ dimiserant autoritate denuò se polluere & in prædam dare ingressi. Id quod ab iis tamen nequaquam sanctum est impune, siquidem ab eorundem ore & naribus adeò ingens emanavit ex improviso sanguinis profluvium, ut brevi tempore in terram cruentes vitam & animam pariter cum Deo perdiderint. Imò eodē, quo id contigit, momento grando quædam summè horribilis de cœlo lapsa omnes eorundem juvenum possessiones perdidit & devastavit, quæ mox impletæ fuere scorpionibus adeò venenosis, ut solo halitu vel obortu necem homini protinus intulerint. Astitit terribili huic divinæ ultioni insignis quidam servus Dei, qui gravis hujus vindictæ causam sibi à divina Majestate revelari petiit, ob quam suprema Numinis Justitia tam severum extinctis hisce juvenibus immisisset supplicium, cui apparens quidam Angelus, Dei nomine, ideò factum id esse respondit, quod eodem Paschatis die, quo vel maximam divinæ gratiæ per pœnitentiam recuperatæ rationem habeti conveniebat, lascivi isti juvenes ad peccati vomitum irrevetenter & turpiter fuerint reversi: *In die sancto Paschæ sanctam Communionem receperunt, & postmodum contra seipsos & Sacramentum Altaris utique in choreis & ebrietatibus & similibus deliquerunt.* Considerate igitur ô animæ Christianæ quam sint hi temerarii in peccatum relapsus peccatoribus pernicioſi & noxii, atque ideò cùm hodie à gravi admodum jugo & crudelissima servitute liberati fuerimus, qua fronte & temeritate in pristinas denuò relabendo culpas colla nostra ponderi intolerabili & servituti peccati subjicere non verecundamur? *Liberi sumus* (Ita S. Oresiesius loquitur) *jugum de cervicibus nostris mundana servitutis abjecimus, cur rursus volumus reverti ad vomitum nostrum?*

Disciſ. ſer. 2. Paſch. ſer. 32.

S. Oreſ. c. 4. Bibl. vet. PP.

17. Veruntamen sicut relabi in peccata pristina probrosum est & execrandum, ita non minus utile est atque laudabile ad opera redire bona; illoq; merito digna, quod propriè pignus est gloriæ, inter quæ è præcipuis utpotè charitativis operibus unum est Eleemosyna quam cùm per totā quadragesimam inopum necessitatibus subveniendo exercueritis, ad eandem quoque hodie, id est, in die Paschatis, qui specialis lætitiæ dies est, redites ut vel hac ratione pauperes ad argenti vestri tinnitum sive sonum, gaudii & exultationis spiritus in cordibus suis excitare possint.

PARS SECUNDA.

18. HActenus de Resurrectione quoad modum locuti sumus, superest nunc ut in secunda parte de eadem quoad tempus tridui ab eo promissum discutiamus: Dixit enim Christus Dominus. *Post tres dies resurgam*, vel *Tertia die resurrexerit à mortuo*, ut ait Ecclesia, quod cum ita se revera habeat, meritò Ecclesia canit: *Resurrexit sicut dixit*; verè enim ita factum est, sive de naturalibus, sive de artificialibus diebus sermo sit, ut volunt S. Aug. & S. Thom. Promisit enim se in capite tridui resuscitandum & verè ita contigit. Deus namque noster datæ fidei seu promissionis suæ punctualissimus est observator. Verum tametsi id sit verissimum, nihilominus quæstionem hanc an scilicet Christus quoad tempus resurrectionis promissioni suæ, quam toti mundo fecit, post tres dies & totidem noctes triumphabundus resurgendo, verè per omnia respondeint, accuratius nonnihil ponderemus. Etenim quantum ad dies certum est, quod circa meridiem diei Veneris mortuus fuerit, siquidem ut duo Evangelistæ Matthæus & Mar-

Aug. in 4. de Trinit. D. Th. 3. p. q. 53. a. 2. in reſp. ad 3. f. 250.

Marcus scribunt: *Emisit spiritum circa horam nonam*, manstque in sepulchro mortuus tota die Sabbathi, & diluculo sequentis dici, ad orum autoræ inde resurrexit, adeòque juxta hunc computum unico duntaxat die cum dimidio mortuus fuit, quomodo igitur promissio ejus subsisteret, qua ait: *Post tres dies resurgam.* Quod si deinde de noctibus sermo sit, computus earum multò minus subsistit, mortuus namque sepultus fuit tota nocte dieí Veneris & Sabbathi, id est, duabus noctibus; Et tamen dixit Christus: *Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ.* Qua igitur ratione Christum verbis suis plenam fidem dedisse, sustinere poterit? Libens hic prætetibo superius insinuatam responsionem Doctoris Angelici & S. Augustini, & solius Isidori Pelusiotæ resolutioni adhærebo, qui nequaquam repugnare existimat, quod Christus promissionem suam, qua ait: *Tertia die resurgam*, adimpleverit, & quod tamen ante diem tertium à mortuis resurrexerit. Id quod sequenti exemplo clarè manifestatur: Si enim Petrus verbi gratia, centum scuta à Paulo cum hac impressa conditione mutuasset, quod eadem intra triduí spatium perfectè esset restituturus, & idem Petrus postea primo vel secundo die elapso, tertio autem nondum completo, mutuatam denuò restitueret pecuniæ summam, is utique non posset dici fidei suæ defuisse, sed potius dici posset eum fidelem fuisse datæ promissionis executorem; Idem autem est casus noster, inquit Isidorus Pelusiota epist. 14. lib. 14. Christus enim resurrectione sua diem tertium præveniens, fidem datam violasse dici non potest, quin potius dicendus est eandem summa cum diligentia tertium diem quoque præveniendo adimpleviſſe: *Admiror dementiam quarentium, cur Christus ante triduum surrexit; si enim resurgeret tardius, quàm prædixerat, impotentiæ esset: celerius verò est summa veritatis indicium si quem enim, cum spoponderit suo debitori post triduum exsolvere debitum, eadem die satisfacientem viderimus, non fallacem, sed potius ut veracem eum admirabimur.* Eundemmet igitur conceptum de Christi quoque Resurrectione formare debemus: *Ad hunc itaque modum, Dominus citius quam promiserat, resurgens ab omnibus meritò adorabitur.*

10. Quærit S. Thom. an generis humani Redemptio alio medio, aliove modo quam Christi Passione & morte perfici potuerit & ad eandem quæstionem sub hac distinctione respondet, quod scilicet *possibile & impossibile possit sumi duplicitèr, vel simpliciter, vel ex suppositione*, quod si loquamur *de possibile simpliciter*, nullo dubium esse potest, quin Deo præsto fuerint tii modi, dicente S. Luca: *Non est impossibile apud Deum omne verbum*; si verò sermo sit de possibili ex suppositione, Doctor Angelicus quodvis aliud medium impossibile fuisse docet: *Supposita præscientia & præordinatione Dei de Passione Christi, non erat simul possibile Christum non pati, vel hominem alio modo, quam per Passionem liberari.* Dicite igitur nunc, ô Auditores, Fuitne hæc salutis nostræ Divina prædestinatio, aut importat & connotat aliquid aliud, quam promissionem quandam à Deo *ab æterno* factam de homine mediante Verbi incarnati passione & morte liberando? Nihil profectò aliud, atque ideo cum *ex tali suppositione* nullus alius modus possibilis fuerit, in bona consequentia quoque sequebatur impossibile esse, quod Deus promissioni suæ adimplendæ deesse posset; ac proinde Cajetanus Angelici Doctoris doctrinam exponens & declarans dicit: *Aliomodo quam per Passionem Christi hominem liberari, fuit impossibile, supposita præscientia & definitione Dei falsa, quia impossibile est definitionem & præscientiam Dei falli.* Quomodo igitur Deus ille, qui pro nobis mortuus fuerat, promissioni suæ non responderet poterat, alio quam quo promiserat tempore resurgendo? *Hodie*, inquit Parisiensis, *hanc promissionem efficaciter implevit, quia resurrexit, sicut dixit.*

20. Et quidem ut Christi in adimplendo promisso veracitas tantò manifestius appareat, alium quam Regem aliquem fidelitatis Dei nostri, veracem testem adhibere nolo. Audite igitur, quid is in persona ejusdem Christi dicat: *Neque*, inquit, *prophanabo testamentum meum, & qua procedunt de labiis meis non faciam irrita.* Quibus verbis Propheta Regius, de iis quæ Deus homini dedit promissionibus loquitur, hæc enim vocat *Testamentum*, id est, juxta doctrinam S. Augustini: *Firmamentum promissionis Dei*, & Hugo simul cum S. Athanasio: *Pactum & promissum.* Quâ autem ratione Deus se habet in datis à se promissionibus? Nunquid auditis? *Non prophanabo*, quod idem esset si diceret, non violabo promissum, sed inviolabiliter illud observabo: *Non violabo pactum & promissum meum contraveniendo*, Exponit Hugo. Et S. Athanasius: *Non prophanabo, seu violabo testamentum, & pactum meum; quæ promisi faciam.* Atqui dies

eum Christus nobis promiserit, quod in capite tridui foret resuscitandus, credendum nobis erit eum promisso suo minimè defuisse, nam quæ *procedunt de labiis meis, non faciam irrita*. Et ratio est, quia ut Strabo scribit: *Prophana esset promissio, si esset inexpleta*. Audacter igitur dicamus, Christum promissioni suæ perfectè respondisse, & resurrexisse sicut dixit.

21. S. Mater Ecclesia crastinâ die duos nobis oculos ponit Discipulos, Lucam nimirum & Cleopham, qui in Castellum nomine Emmaus nunquam commigrare solebant, qui dum de passione & morte Magistri sui, quæ paulò ante Hierosolymis consummata fuerat familiariter inter se colloquerentur, accidit quod ex improviso in medio itinere eis in personato peregrini ejusdem habitu apparuerit Dominus: *Et factum est, dum fabularentur, & secum quærerent & ipse IESVS appropinquans ibat cum illis*. At verò dicet fortasse aliquis, quænam Christum urgebat necessitas, ut se iis associaret? Nunquid ipsorum meritis etiam procul ab eis absens & è longinquo mitigare & lætificare poterat? Quod si Resurrectionem suam eis persuadere, ejusdemque veritatem eorum cordibus inserere contendebat, nunquid munus & officium istud melius & congruentius Angelo cuidam commisisset? Ipse namque qui omnipotens est, & in quo idem est velle & posse, illos haud dubiè ab incredulitate sua, in quam inciderant, per auxilium gratiæ eripere potuisset. Enimverò pro meliori intelligentia, id quod in S. Marco cap. 18. nuper nos in memoriam vobis revocare, ubi dicitur: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*. Medius itaque inter Lucam & Cleopham de se loquentes Christus ponitur, tanquam eorum comes & itineris socius, velut ià promissione sua illis facta coactus & necessitatus, ut videlicet fidem verbis suis præstaret. Ita opinatur Beda, dicens: *Loquentes de se Dominus appropinquans comitatur, ut quod sacrarum promiserat, impleret, scilicet, ut ubi sunt duo vel tres in nomine meo congregati, ibi sim in medio eorum*.

22. Luc. 1. Deus ad Zachariam seniorem Sacerdotem, dum is Altari incensaret, Angelum quendam submittit, qui ei nomine suo nascituram promittat filium, dicens: *Vxor tua Elisabeth pariet filium*. Luc. 1. Sanctus autem Senex tum suam tum Elisabethæ conjugis suæ senilem ætatem considerans, iis quæ ab Angelo dicebantur difficilem adhibere fidem, & quasi rituBeda.

bare videbatur, dicebat enim: *Vnde hoc sciam? ego sum senex, & uxor mea processit in diebus suis*. Quem Gabriel Archangelus haud dubiè reprehendens hunc ferè in modum creditur fuisse allocutus: Quid dicis, ô Zacharia? Etgone me neutiquam cognoscis? An me Angelum quendam coram divinæ Majestate in cælesti cutia continuò assistentem esse ignoras? Itane mecum aut cum eo qui similis mihi est procedere soles, dicendo: *Vnde hoc sciam?* In incredulitatis tuæ justam pœnam loquela tua orbatus esto: *Eris tacens, & non poteris loqui*: sed quamobrem: *Quia non credidisti verbis meis*, quasi diceret: Deus tibi promittit, suoque verbo certum te & securum reddit, nasciturum esse infallibiliter tibi filium, & tu eidem fidem adhibere renuis? Etgone Dei promissa vana esse posse tibi imaginaris? Erras utique, si id tibi persuades, nec ego hunc errorem tuum impunè dissimulare ulla ratione possum. Unde Modernus quidam Scriptor causam investigans: (Quare Zacharias ab Angelo tam graviter puniatur?) respondet: (Quia post Dei promissionem, ultra quam nihil est amplius desiderandum, signum quæsivit.) *Ioan. Sylveir. l. 1. c. 4. qu. 29.*

23. Non igitur deinceps admirot sanctum Petrum Apostolum, dum in monte Thabor constitutus, Dominum ut perpetuam quandam in eo monte mansionem figeret obsecraretur, hoc retulisse responsum. *Nesciens quid diceret*. Meritò enim id de sancto Petro dicebatur, quia si Christus verba Petri exaudisset dicentis: *Bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula*, qua ratione tot nobis à sanctis Prophetis ex speciali Dei commissione factæ promissiones adimpleri potuissent? Nunquid, ô Petre, satis advertis, quod si Dominus meus tuæ voluntati acquiescceret, opus fuisset ut ejus promissiones, quibus se morte sua toti mundo vitam daturum promiserat, fidei & veracitatis omnis expertes fierent, id quod absolutè arduum est & impossibile: *Non est bonum Petre*, ita loquitur sanctus Damascenus, *quod Christus ibi moraretur; quoniam si mansisset, nequaquam facta promissio consequeretur effectum*. Quis itaque Christum promissionem suam quoad tempus resurrectionis suæ fefellisse, affirmare audebit? Nemo utique; imò quilibet nostrum eum quoad hoc glorificando dicat: *Resurrexit sicut dixit*. *Luc. 9. Damasc. serm. in Cat. D. Thom. ca. 9. Luc.*

24. Omnibus igitur hactenùs dictis suppositis, scite hodie percuperem, an vos quoq; à morte peccati ad gratiæ vitam resuscitati sitis, sicut dixistis & promisistis. Nunquid Deo & Confessario

vestro firmiter promisistis, vestramque fidem obstrinxistis, quod deinceps vitam sanctam & irreprehensibilem agere, & in hoc proposito Deum non amplius post hac offendendi perseverare velitis? Dicite sodes, num huic promissioni respondeatis? Deus idipsum scit: quem dum vos decepturos esse existimatis, vosmetipsos turpiter & graviter decipitis Lex etenim præcipit: (Studiosè agendum esse, ut ea quæ promittuntur opere compleantur.) Et Gregorius IX. in Decretalibus: *Ea quæ promittuntur, opere impleri debent.* Faxit Deus ne de vobis id quod Propheta ait, verificetur: *Inimici Domini mentiti sunt ei*, Psalm. 80.

Extra. de pactis ea. qualiter. Greg. IX. in Decret.

sed quomodo? *Non reddentes promissa, quibus se obligarunt ut præceptis implendis*, inquit sanctus Athanasius ibid. fol 270. Quid autem inde fructum erit? *Erit tempus horum in sæcula*, id est, *Erit tempus pœnæ & punitionis eorum durans in sæcula & in æternum.* Curandum igitur nobis est, ut resurrectio nostra Christi resurrectioni similis sit quoad modum, qui in hoc consistit, quod *Mors illi ultra non dominabitur*: sic item fidelis quoad tempus tridui promissum, sic enim de te quoque dici poterit quod de Christo: *Resurrexit sicut dixit.*

SERMO XXXVII.

IN FERIAM SECUNDAM PASCHATIS.

Duo ex Discipulis Jesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum septuaginta ab Jerusalem, nomine Emaus &c. Luc. cap. 24.

1. DUo Discipuli Domini ibant in castellum Emaus, quod nunc juxta Bedam dicitur & est Nicopolis famosa Palæstinæ civitas: *Ipsa est Nicopolis civitas insignis Palæstinæ.* Et quidem ex sacro Evangelio constat nobis, unum ex hisce discipulis Cleopham fuisse, alterum verò S. Ambrosius & Ludolphus Carthusianus Almeonem filium Rufi fuisse volunt; at verò Theophilus Episcopus & S. Gregorius Papa S. Lucam fuisse dicunt, qui *propter humilitatem se non nominavit.* Ibant autem associati: *Duo ex discipulis Iesu*, non solum quia *si unus ceciderit, ab altero fulciretur*: Verum etiam & quidem præcipuè ut mandatis Magistri sui obtemperarent, qui eis charitatem sectari præceperat, quæ si sancto Gregorio credimus *Minus quam inter duos haberi non potest.* Potrò familiari quodam discursu inter se de funestis rebus, quæ paucis ante diebus acciderant, sermocinabantur: *Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus quæ acciderant*, Eccles. 4. id est, *de Passione Christi Magistri eorum*, inquit S. Vincentius Ferrerius serm. 2. ad confusionem eorum, qui ad stationes pias eundo vel murmurant, vel detractoriè loquuntur de proximo, vel alios inter se miscent vanos sermones: *Iesus autem appropinquans ibat cum illis*; ex quo colligimus, nos Deum habere adeò nostri amantem, ut societatem nobis libenter præstet, & in afflictionibus nostris nos consoletur, quinque sine nobis esse non posse videtur. Discipuli quidem eum attoniti respiciebant, nec tamen eum videndo, quisnam esset, cognoscere poterant: *Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent*, ac proinde quivis potius sibi imaginati fuissent, quam quod ille verè esset ipsorum Magister, nam *peregrinum putabant eum, cujus vultum non agnoscebant*, inquit Beda. Etenim objectum omne in se bonum continens ob oculos suos positum habebant! O quanta felicitas! illud tamen minimè cognoscunt; O quanta miseria! Unde Gregorius in Evang. hom. 23. *Convenienter iis spectum quem recognoscerent, non ostendit; hoc agens foris in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis: Ipsi namque apud semetipsos ardebant, & amabant, & dubitabant.* Quia verò Deus

Ludolph. p. 2. c. 76.

Theoph. Greg. ap. Alb. Patav. ib. serm. 2.

Greg. ho. 17. in Evang.

nostra

nostet hanc in se communiter proprietatem exprimit, ut nostro semper agendi modo respondeat, ideo (de se loquentibus præsentiam exhibuit, de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit,) ait Gregorius. JESUS autem illis appropinquans interrogavit eos: *Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem*, quasi dicat. Scio quidem non adeò laudabile esse si quis de aliorum factis sollicitè inquirat, me autem ad cognoscendum sermonis vestri materiam non curiositas, sed charitas exstimulat, quæro enim hoc ut bene vobis consulam, & consolationem vobis adhibeam. Cleophas autem hanc interrogationem admiratus respondit: *Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & hæc ignoras?* quasi diceret, nullus est in urbe Ierosolyma vicus, in quo clamor eos personuerit eorum, quæ proximis diebus ibidem contigerunt, & tamen tu nihil cognovisti eorum? Non replicat Dominus noster, sed nova mihi videntur quæ dicitis, optatem nihilominus (si curiositati meæ in tantum condescendere vobis placeat) ut de omnibus me certiorem facere non dedignemini. *Quæ?* Itane, ô Domine? Adeò subitò oblitus es tot immanium dolorum quos sustinuisti? Informent te igitur omnia corporis tui membra, manuum pedumque tuorum vulnera interroga, hæc etenim veluttotidem suavissima ora, te extra omnem dubium respondendo constituent. Verumtamen audio Discipulos Domino interroganti, *quæ?* replicantes: *De IESV Nazareno, qui fuit vir Propheta potens in opere & sermone coram Deo & omni populo, &c.* Ubi bene observandus est mysticus Discipulorum de Domino respondendi modus, dum de eo dicunt quod fuerit: *Potens in opere & sermone*; nimirum oppositum eis faciunt illi, qui præstantes quidem sunt in verbis, in factis autem & operibus non item. Unde Dionysius Carthusianus ibid. art. 50. ait: *Multi sunt potentes in sermone, debiles verò in opere*: multi namq; magnificè de pietate loquuntur, & sunt eruditi; alii de mansuetudine, cùm sint iracundi, alii denique humilitatem prædicant, cùm sint luciferi. Verumenimverò, quid juvat aliquem potentem esse *in opere & sermone* coram mundum, cum tota rerum summa in hoc consistat, quod aliquis talis sit apud Deum, vel eorum Deo. Adhæc Discipuli cœptum sermonem prosequuntur ulterius dicendo: *Nos certo credebamus futurum*, ut post triduum resuscitaretur, sicuti promisit, at verò tertius nunc agitur dies, nec tamen ullum promissionis suæ expectatum effectum: *Nos autem sperabamus, quia esset redempturus Israel.* Verum, ô Discipuli, quid dicitis? quid conquerimini? nondum promissionis elapsus est terminus, quia *Tertia dies est hodie*, & animo cadetis miseri? O humana impatientia! verum est, ajunt insuper, quod nonnullæ mulieres attestentur se visitasse sepulchrum ibidemque ab Angelis intellexisse verè eum resuscitatum esse, sed quis garrulæ mulierum loquacitati fidē adhibeat? Ac proinde Dominus qui illos à fidei semitis longius abiisse advertit, eos ut emendarentur acriter reprehendit, dicens: *O stulti & tardi corde ad credendum in his quæ locuti sunt Prophetæ*, eosque adhibito Scripturarum lumine veritatem cognoscere fecit: *Incipiens à Moyse & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant.* Postquam autem Castello Emmaus viciniores essent, peregrinus ille incognitus abeundi licentiam ab ipsis sibi indulgeri petiit, qui tamen invito animo ipsum abitum parare audientes: *Coegerunt illum dicentes: Mane nobiscum.* Sed dicat aliquis: quomodo violentiam ei inferre potuerunt, cùm nulla sit vis aut fortitudo, quæ divinæ prævalere possit? Respondet beatus Simon de Cassia: (Cogitur piis precibus, devotis orationibus, & funiculis charitatis pius tenetur Christus.) Porrò Deum nobiscum esse & morari nobiscum, favor est omnium quos impetrare possumus longè maximus, quia sine ipso opera meritoria elicere minimè possumus: *Sine me nihil potestis facere.* Joan. 15. Ac proinde Dionysius Carthusianus, ubi suprà, nos exhortatur dicens: (Sic & nos quotidie Christum rogemus ac invitemus, ut in cordis nostri cubiculo manere dignetur.) Christus autem eorum familiari invitationi libens condescendit: *Et intravit cum illis*, adeò namque Christus omnibus se pium atq; benevolum exhibet, ut nemini justa petenti denegare quidpiam possit. Quoddam igitur ingrediuntur cœnaculum, omnibusque mensæ accumbentibus ut cibo fessa membra nonnihil refocillarent, Dominus manus suæ signo Panem dividit, & exinde ut dicunt sancti Patres Augustinus & Gregorius: *Eum quem in Scripturæ Sacræ expositione nō cognoverunt, in panis fractione cognoverunt.* Et subitò Dominus disparuit: *Et ipse evanuit ab oculis eorum.* Quas actiones sanctus & mellifluus Doctor Bernardus considerans exclamabat dicens: *O bone IESV, quam bonus socius es in via! dulcis ad confabulandum, humilis ad obsequendum, fortis ad pugnandum, intellectū illuminans, affectum inflammans, refrigerii præ-*

D. Bern. in Thes. nove ibid. fol. 13 col. 2.

stans. Præcipuè verò ex hactenus dictis observo, tres potissimùm Passiones in cordibus Lucæ & Cleophæ dominatas fuisse, scilicet mœstitiam: *Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem & estis tristes?* Interesse seu commodum proprium: *Nos autem sperabamus, quia esset redempturus Israel.* Et timor: *Sed & mulieres quædam terruerunt nos.* Ac proinde satis acriter à Christo fuere reprehensi dicente: *O stulti & tardi corde.* Nec mirum, vult enim Deus, ut suî ei cum lætitia & jucunditate animi inserviant, amore & benevolentia erga Deum potiùs quàm tristitia, aut metu permoti & inducti, prout in præsenti discursu prolixius videbimus.

2. *Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem ambulantes, & estis tristes?* Porrò inter alia nobis ab Ecclesiastico proposita documenta, unum est non minus Dei servo utile, quàm præsenti meo discursui proportionatum, nimirum: *Tristitiam longè repelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa.* Eccl. 30 Et Sapiens in Proverbiis subjungit: cordi nostro à tristitia idem damnum irrogari, quod vesti à tinea, aut à verme ligno: *Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.* Proverb. 25. Ad quid vestis à tinea corrosa, aut exesum à vermibus lignum hominibus inservire uspiam poterit? Dicat idipsum Joannes Cassianus lib. 9. cap. 3. de spiritu tristitiæ: (Vestimentũ namq; tinearum esu attactum, nullius pretii vel honesti usus poterit ulterius habere commerciũ: Itidemq; lignum vermibus exaratum, non jam ad ornatum mediocris ædificii, sed ad combustionem ignis merebitur deputari: Ita igitur & anima quæ edacissimis tristitiæ morsibus devoratur.) Nequaquam exprimi potest, quantum Dei servitio mancipatum & dedicatum hominem tristitia dedecear, aut melancholia, siquidem S. Basilius orat. 12. de tristitia, qui pessimam hanc ejus conditionem advertit, ita scribit: (Nimia tristitia auctor peccati esse solet, cùm mœror menteñ submergat, consilii inopia vertiginem afferat, penuria cogitationis ingratum animum generet.) Ad idem propositum rem porrò incredibilem veram tamen hoc loco referam. Refert etenim S. Lucas, miserabilem quendam in Synagoga fuisse hominem ab immundo quodam spiritu obsessum: *In Synagoga erat homo habens Dæmonium immundum*, Luc. 4. Scire hic percuperem, qualenam Dæmonium illud fuerit quod dicitur immundum, & quomodo in infelicem hanc creaturam desævierit? Dionysius Carthusianus, ibidem art. 11. respondet: Immundus vocatur quoniam in seipso totus immundus seu vitiosus consistit, in omnibus quæ agit peccans, quia ad finem perversum omnia refert.) Aut immundum appellari dicit (ob effectum, quoniam ad vitiorum impuritatem hominem tentando inducit.) Jam igitur audito pessimas qualitates & conditiones quibus malignus hic spiritus est obnoxius, & ad quas illos quos infestat dissolutiones promoveat; audite, inquam nunc, quisnam sit diabolus hic spiritus, qui habitu personato immunditiæ amictus velut incognitus comparet; Cardinalis Toletum talem quendam dæmonem fuisse ait, cui proprium erat eos, quos opprimebat, ad melancholiam inclinare: *Qui humoribus melancholicis illa adscribunt.* Unde facilè conjici potest, quantum nobis mœstitia damnum conciliet, si id quod Toletus dicit, cum doctissimi Carthusiani doctrina conferamus. Et quidem si hæ rationes, ad hoc ut vos capitales hujus nostræ adversariæ hostes esse declaretis, non sufficiant, moveamini ad id ad minus audiendo Davidis Regis inter meliores & optimi, & inter magnos maximi miserta lamenta, dicit enim: *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula infernî invenerunt me*, Psalm. 114. Quinam obsecro te, ô Regum potentissime, sunt hi te adeò affligentes dolores, num fortè febri quadam maligna, aut cordis quadam angustia factus es obnoxius? Sanctus Hieronymus pulsum ejus tangens, eum mœstitia oppressum esse deprehendit; ac proinde cum aliis legit: *Mœrorem vel afflictionem, & anxietatem reperi.* Ergo mœror animi eam cor aliquod torquendi vim habet, ut mortis ei dolores concilier? Ergone tristitia est quæ ut animam quandam in infernum prorurbet, eandem in præcipitiorum extremitatem collocat? Si ita est, vobis considerandum relinquo, an vobis melancholiæ spiritum intra cordis vestri hospitium susc ipere expediat. Verùmenimverò Auditores, ne vobis persuadeatis me diem hodiernum, qui verus est lætitiæ dies, ingratis de mœstitia institutis discursibus turbine alquo vel tristi nube obfuscare velle: Nequaquam enim id facere est mihi animus, quin potius specimen seu vestigium aliquod vobis suggerere decrevi, quo excitati mœstitiam non solum detestantes è cordibus vestris profligeris, verum etiam integro quasi gaudii & exultationis mari corda vestra redundare faciatis, hac enim ratione specialiter id obti-

nere

rebitis, ut obsequia vestra tantò futura sint divinæ Majestati gratiora & acceptiora.

3. Agendum igitur: *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete*, Philipp. 4. Et quidem ut verba illa Apostolica animos vestros tantò efficacius permoveant, examinemus nonnihil illa adhibitâ S. Anselmi insigni doctrinâ, sic enim facilè cognoscemus, quanta cum energia nobis persuadeatur Domino servientes læti quoque & gaudentes id facere studeamus. Primo itaque docuit, *Gaudete*, id est, ut S. Anselmus exponit: *Cor vestrum exhilarate, & omne bonum unde gaudendum est, statuite vobis.* Sed *in Domino*, ad differentiam illorum, qui gaudent in delitiis mundanis & carnis sensualitatibus & voluptatibus: *Et ideò non in sæculo gaudete, sed in Domino est, non in iniquitate, sed in veritate, non in vanitate, sed in spe æternitatis.* Postea verò subjungit Apostolus lætitiam nostram non intermittentem, sed continuam esse debere. *Gaudeatis Domino semper*, id est, *non per intervalla, ut modo gaudeatis, modo non gaudeatis, sed semper gaudeatis, sive in prosperis, sive in adversis.* Et postea de novo iterum repetit: *Iterum dico gaudete*, quasi non sufficiat simplex quædam lætitia, sed potius in servis Dei pro eo tempore, quo afflictionibus in Dei gloriam redundantibus impendunt, requiratur lætitia quædam gemitus: *Et non semel dico, sed iterum, ut gaudeatis, informans & inculcans repetita commonitione gaudium.*

4. Sponsus cœlestis ex abundantia affectus amicos suos ad recreationes verbis valde urbanis undique benevolentiâ plenis invitaverat, rogando eosdem ut hanc ultrò citroque eis oblatam invitationem grataner acceptare dignarentur, quasi diceret: singulatem me à vobis favorem accepisse existimarem, si tugurium meum & cellam vinariam non dedignatemini subingredi; Venite igitur charissimi, neque enim vos me invitatem secutos fuisse pœnitebit, vina enim generosissima vobis sum appositurus: aut si (quod nequaquâ futurũ existimo) vinũ meũ gustui vestro nõ satisfecerit, liberũ vobis erit, ut contra me lamentimini, meq; in amicorum vestrorum numero minimè censeatis: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* Enimverò ô sponse, quod tantâ cum benevolentiâ familiares tuos invitaris, tum id decet ingenuitatem & magnificentiam, ac proinde hunc tuæ tàm insigni liberalitati congaudeo pariter & applaudo; tuisq; amicis & sodalibus, ut oblatam sibi non respuant gratiam consulo, imò si ipsemet in eorũ numerum eadem planè benevolentia admitti possim, nequaquam me multum rogari permittam, nec me in tertiâ verecundam usque vicẽ invitari patiar. Veruntamen aliquod ex illo verbo inebriamini persentisco fastidium, si enim ad ebrietatem usque potandum mihi fuerit, me venturum neutiquã promitto; scio equidem vinum moderatè sumptum stomacho & sanitati plurimũ conducere, sed quidem sine mensura & modo bibere satagunt, mira illos tàm dicere quàm facere adigit, neque enim quæ olim Lotho & Noe exinde acciderunt, etiãnum ex memoria evanuerunt. Imò verò ô Auditores, ut inter nos nonnihil familiariter hac de re disseramus, nunquid & vos existimatis nimium potum noxium esse vitæ? nunquid ob detestabiles inde frequentissimè enatos effectus, quos quotidie cum nauseâ videmus, ebrietas summè est detestabilis? Nunquid Apostolus ad Ephesios scribens expressam quandam prohibitionem insinuavit, dicens: *Nolite inebriari vino*? An non apud antiquos, quia damna ex nimia vini potatione exsurgentia probè notant, si Cœlio fidem adhibemus, hoc in omnium ore proverbiũ erat: [Ignem in gremio gestat, qui assiduò utitur vino: & S. Ambrosius dicere solebat, quod *Non esset hodie servitus, si ebrietas non fuisset*) Unde vix aliquam invenire causam possem cur sponsus dixerit: *Inebriamini charissimi*, cum S. Gregorius Nyssenus nos doceat, quod *Omnis ebrietas soleat efficere, ut mens excidat à vino superata.* Veruntamen idemmet Sanctus per vinum istud æternæ intelligit beatitudinem. Unde quia David ait: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ.* Psal. 35. inde sequentia verba scribendi occasionem captavit scil. *Sic inebriantur, qui bibunt ex ubertate domus, & potantur torrente delitiarum.* Psellius. (ap. Cosm. Damia. in cant. l 4. act. 4. n. 4.) hunc passum: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini.* de mensa Eucharistica exponit, dum ait: *Quicunque fratres mei estis, edite corpus meum, & bibite sanguinem meum, atque inebriamini præsta oblatione, & oblivioni date omnes mundanas curas, tanquam in ecstasim rapti ebrietate.* Verùm quamvis aliam ejusdem passus declarationem pertranseamus, & ad propositum nostrum veniamus. Quis etenim vinum lætitiæ symbolum esse ignorat? utpote quod lætificat, & æstuare facit humana corda? *Vinum lætificat cor hominis* quibus verbis, alius quidam subjungit: *Hilares homines reddit.* Atque ideò quando sponsus

Ephes. 5.

Cæl. Rod. l. 18. c. 31.

D. Amb. ap. Cæl. l. 25. c. 17.

Gregor. Nyss. in Cant. ib. ho. 10.

sus cœlestis servos suos, id est, fideles ad vinum bibendum advocat, quasi ad lætitiam quandam concipiendam invitat. Quia verò *inebriari vino*, plus est quàm *bibere vinum*, ideò dicendo, *Inebriamini charissimi*, indicare voluit, eos qui charissimi ejus sunt, eíq; serviunt, lætitiâ quandâ in pectoribus suis habere spirituale non vulgarè, sed extraordinariâ superabundantè, & excessivam. Ita Ægidius Romanus ibi. lect. 10. *Comed te spiritualem dulcedinem, bibite vinum spirituale lætitiæ, & inebriamini charissimi ebrietate spiritus in contemplationis dulcedine persistendo.*

Psal. 103.

5. Abraham Patriarcha divino parituras præcepto, ut in divinæ Majestatis honorem sacrificium offerret, una cum Isaaco filio suo postquam struem quandam lignorum colligasset, eamque filii sui humeris imposuisset, servis suis ad pedem montis relictis in montis verticem ascendit. Isaac autem victimam observans, sed non videns, devota quadam curiositate permotus, Patrem quidnam sacrificare statuerit, interrogat, quasi diceret: Domine Pater, ligna quidem & ignem habere nos video, mea tamen opinione, id quod in sacrificio optimum est nobis deesse existimo, nam victima ubi est? num fortè ex oblivione illam domi reliquisti? *Ecce ignis & ligna, ubi est victima holocausti?* Genes. 22. Non deerit nobis victima fili mi, non deerit utique; Deus etenim qui mundi necessitates maturè satis prævidet, de ea nobis per suam providentiam prospiciet: *Dominus providebit sibi victimam holocausti fili mi.* Illius namque est ut nostros defectus suppleat. Verùm dic mi ô chare Abrahã, nunquid Deus Isaac victimam tuam futurum prædixerat? Omninò. Nec te hujus aliqua incessit oblivio? Nulla penitus. Cur igitur filium tuum non curas cœlestis voluntatis fieri participem? Cur non eidem liberè & rotundè eummet sacrificandum esse dicis? Num fortè eum hujus cœlestis consilii non vis esse conscium? sed quomodo id fieri poterit, si festiva hæc actio sine ipso celebrari minimè possit? Sanctus Ephrem difficultatis hujus punctum ingeniosè tangit, ipsamque Abrahæ intentionem penetrat & perfectè assequitur, quod si sanctus Patriarcha filio suo eum victimam futurum esse, ipsiusmet Patris sui manu sacrificandam & offerendam aperuisset, facilè fieri potuisset eum in aliquam conjici mentis tristitiam, ac proinde corde mœstitia occupato montem conscendisset: atque ideò quia bonus hic Senecio in aula Dei practicus erat, probèque sciebat, quod Principi cœlesti nihil æquè gratum esset, quàm ut sibi à servis suis cum speciali cordis lætitiâ quævis expediantur obsequia, filio suo, quod tanquã victima à se sacrificandus esset, revelare noluit, ne hujus rei conscius animus ejus amarâ obrueretur tristitiâ: *Non mysterium revelavit* (inquit S. Ephrem. orat de Jona) *Abraham, ne illo tristitiâ affecto, ipsius donum inquinaretur.* Sciebat enim, quod ut monet Apostolus, *Hilarem datorem diligit Deus*, 2. Cor. 9. & ut sanctus Anselmus monet: *Non ex tristitia, sed ex lætitia cordis est dandum quod datur.*

6. Quisnam toti mundo jucundior aut utilior nuntiari poterat eventus, quàm quod reperatore ille, qui à culpæ miseriis nos subducere & tyrannica infernalis inimici servitute liberare, hominem bonis cœlestibus locupletare, Paradisi portas aperire, eumque Dei perpetuum aulicum, socium Angelorum, illiusque beatitudinis quæ cunctarum imaginabilium felicitatum epilogus est possessorem facere debebat, hic in terris inter nos homines natus esset. Hæc autem omnis humani gaudii origo & radix, ideoque felix & gloriosa nativitas, hic in terris ante omnem aliam creaturam ab Angelis revelata est pastoribus gregem suum custodientibus: *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus est vobis hodie Salvator mundi.* Luc. 2. Quis hic præadmiratione obstupescens non dicat; Ergone mysterium aliquod adeò dignum venerabile & sublime, adeò vili & abjectæ genti revelatur? Principes terræ hujus maxumi ponderis & momenti negotia, non cum plebecula, sed cum primatibus, non cum hominibus indoctis, rudibus & idiotis, sed cum viris prudentiâ, rerumque usu & experientiâ præstantissimis conferre & communicare solent, & Deus excellentiores totius curiæ suæ paranymphos mandat ad gentem adeò humilem, quæ etiam in hominum serie se continuerit ignorat: Cur non potiùs ad potentissimas mundi hujus coronas ablegat? Nativitatem adeò magni Regis per expressas particulares imò extraordinarias legationes Pastoribus eo fine insinuari, ut noviter nato Regi obsequantur, inserviant, eumque adorent, quis unquam audivit? Ita enim Angelus Pastores alloquitur: *Hoc erit vobis signum, invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio.* Ibid. Fortè id eis honoris attributum est, quia vigilantes erant custodientes vigilias noctis? Hæc quidem fuit sancti Gregorii sententia dicentis: *Dumque ipsi piè super gregem suum vigilant, divina super eos latius gratia coruscat.* Itaque

Etenim quantumvis hæc adducta ratio bona sit, Sanctus tamen Vincentius Ferrerius, alteram quandam proposito meo congruentiorem rationem adducit; dicendo, quod pastores eâ horâ, quâ Rex gloriæ Salvator mundi in hunc mundum est natus, valde hilares & læti fuerint, quique noctem somno tribuere debebant, jubilo & exultatione pleni ea nocte cantarint, atque ad Lyripipii & tibiarum concentum exsiliendo saltarint, ideòque hosce pastores, qui lætitiam cordis, vultus quoque hilaritate & serenitate referebant, judicatos esse aptissimos maximeque idoneos, qui incarnato Deo nostro servirent, suaque obsequia deferrent: (Hæc benedicta Nativitas fuit revelata pastoribus vigilantibus, non Imperatori Octaviano dormienti, nec in Jerusalem Magistris & Doctoribus, nec Sacerdotibus, sed pastoribus, carmina cantantibus.) Ita Vincent. Ferrer. sers 1. de Nat.

7. Tres Magi Orientales, mox ut cœlestis Regis intellexêre Nativitatem, derelictis regnis suis difficile prorsus atque arduum ingressi sunt iter. Dum autem in viâ constituti, stellam se continuo anteeuntem viderent, præ nimia lætitia quasi videbantur desipere: (Videntes stellam Magi gavisi sunt gaudio magno valde,) id quidem ut exponit Sanctus Remigius in Car. Deus Thomas ibidem fol. 9. (Non satis fuit hoc Evangelistæ, Gavisi sunt, sed addidit, gaudio magno, & valde.) Etenim lætitiam & gaudium hoc adeò excessivum prorsus obstupefecit, videbatur namque mihi justum potius & convenientes fuisse, ut varias ob rationes varia, ob diversas incommoditates viarum præseferrent itineris fastidia, tùm ob labores & defatigationes quas patiebantur, utpote qui ex opinione Physicati, quadraginta quovis die conficiebant milliaria: tùm ob arduarum difficiliumque viarum incommoda, utpote qui nunc per inaccessas rupes, aut celsissima montiù juga transibant, nunc varias sustinebant aeris injurias quibus molestabantur à ventis, pluviis, nivibus, & frigore, eo tantò magis infestantibus, quod complexionis essent teneræ & delicatæ, atque delicijs, otijs, regiorumque palatiorum suorum commoditatibus assuefactu. Imò verò licet aliud modo turbarentur motivum non habuissent, vel hoc unicum illos mente inquietâ & turbatâ tenere debebat suspensos, continuus scilicet timor atque suspicio, quâ haud immeritò, ne diuturnæ absentiæ suæ tempore, regna ipsis subjecta aliquas paterentur ab inimicis suis, aut viris seditiosis insidias & violentas invasiones timere poterant. Quibus tamen omnibus ne quicquam obstantibus, corde tranquillo, quietoque animo iter illud conficiunt, nec ullas sentire videntur itineris molestias aut labores, nec sinistris infestantur cogitationibus aut suspicionibus, quæ ad turbandam, quæ gestiebant, lætitiam sufficere potuissent. *Gavisi sunt gaudio magno valde.* Quomodo igitur hoc fieri potuit; Respondit Dionysius Carthusianus lætitiam hanc causatam esse à desiderio, quo ferebantur ad hoc, ut pervenire possent ad fruitionem boni illius, tanta cum anxietate animi ab ipsis quæsiti, cuique propediem magis magisque vicinius appropinquabant: *Dum enim aliquid cum desiderio quæritur, tanto majus est gaudium quanto desiderati inventio certior fuerit, atque vicinior.* Glossa autem idipsum in hunc sensum exponit: *Gaudio gaudet, qui propter Deum gaudet, qui est gaudiù, addidit autem & magno, quia de magno gaudebant.* Mea autem opinio, salvis omnibus aliis, hæc est, quod cum Magi in Bethlehem eo potissimum fine processerint, ut Regem Regum Dominum suum esse recognoscerent, & consequenter ad declarandum se ejus fidelissimos servos, subditos, & vasallos esse, more solito auri incensi, & myrrhæ tributa penderent, ideò probè scientes Deum pro suo servitio desiderare in servis suis serenitatem atque lætitiam, omnisque tristitiæ & melancholiæ exclusionem, ut ejus se indoli conformatent. *Gavisi sunt gaudio magno valde.* Ita exponit Ludolphus Carth. (p. 1. de appar. Dom.) dum ait: *Stella duce cum magno gaudio ad tugurium, in quo Dominus Iesus natus est pervenerunt.*

Dionys. Carth. ib. art. 4.

Glossa ap. D. Th. in Cat. ib.

8. David Rex omium illarum victoriarum memor, quas populus Israeliticus cum cœlesti adjutorio adversum inimicos suos obtinuerat, omnes circumquaque gentes ad aliquas gaudii & exultationis singularis demonstrationes faciendas invitabat dicens: *Omnes gentes plaudite manibus.* Ps. 45. Et postea subjungit: *Iubilate Deo in voce exultationis*, id quod ex mente Sancti Joannis Chrysostomi idem est; ac si dixisset: *Illi offerte gratiarum actionem*, q. d. Pro omnibus divino favore mediante obtentis victoriis, debitas Deo gratias reddite. (Hugo quoque Cardinalis ibi fo. 110. co. 2. ait, Davidem invitasse omnes gentes ad debitas Deo laudes reddendas; *Gentes ad laudem invitat.* Nunc igitur per adhibitas sanctorũ Patrum doctrinas examinemus

D. Chrys. ibi. s. 8.

modum

modum, quo David ad persolvendas Deo gratiarum actiones & laudes, quæ sunt actus obsequii Deo debiti, exhortatus fuit. Primò igitur dicit: *Plaudite*, id quod aliud nihil juxta expositionem sanctorũ Patrum Athanasii, Augustini significat, quàm *Gaudete*: Postea verò sequitur: *Iubilate*. Circa quod verbum Hugo quærit, cur David hoc termino, vel verbo *Iubilare* usus fuerit? Et respondet: *quod Iubilus est ineffabile gaudium, quod nec taceri potest, nec exprimi valet propter gaudium.* David igitur dicere volebat; Quod si nostras gratiarum actiones & laudes divinæ Majestati pro tot receptis gratiis, & beneficiis exhibitas Deo gratias atq; acceptas esse velimus, cum gaudio & lætitia easdem conjungamus. *Plaudite*, id est, *gaudete, exilite*; inquit Chrysostomus ubi supra. *Iubilate Deo*, sed qua ratione id faciemus? *Gaudete ineffabili, lætitia inenarrabili.* Quod optimè cum illo convenit, quod idẽmet Propheta Regius in Psalmo, qui intitulatur; *In confessione*, Psal. 99. dixit, in quo modum docere videtur, quo Deo servire debemus, si servitutem nostram ei gratam esse desideremus: *Servite Domino in lætitia*, id est, ut quidam Modernus Didacus Bæz. tom. 2. in Evang. l. 6. c. 4. § scribit: *Deo servire debemus in lætitia, si placere cupimus.*

Athan. ib. fol. 151. August. ib. fol. 83.

Hugo ubi sup.

9. Nox in suo cursu medium iter agebat, quando virgines prudentes accensis lampadibus bene instructæ, versus sponsi domum se receperunt, ubi summâ cum celebritate ejus habebantur nuptiæ, ad quas & ipsæ magna cum cæremoniarum solemnitate fuêre receptæ: *Venit Sponsus, & quæ parate erant, intraverunt cum eo ad nuptias*; Matth. 26. Et confestim omnes domus fuêre occlusæ: *Et clausa est janua.* Dum autem nuptialia gaudia in optimo suo flore erant, strepitum passionis alicujus ad portam fieri percipiunt, unde prospiciens sponsus, alias quinque virgines conspicit, ad easdem nuptias admitti desiderantes, quæ proinde orant, & obtestantur dicentes: *Domine, Domine, aperi nobis.* Sponsus autem illas derideus, sine ulla consolatione spei inexauditas dimisit: *At ille respondens ait: Amen dico vobis, Nescio vos.* Verùm dicat hic meritò aliquis: Quænam est hæc partialitas? Illis sine ulla repulsa aut mota difficultate aperta est porta & indultus ingressus, aliæ autem quinque tanto cum dedecore patiuntur repulsam undenam hæc procedit diversitas? Fortè quod in ipsa obscuritate noctis sine lumine stultè oberrarint? Quod minimè dicendum videtur, siquidem hic luminis defectus non redundabat in præjudicium sponsi, neque aliquod nuptiarum damnum inde resultabat, sed in solam cedebat virginum illarum confusionem, si fortè intempesta nocte sine lumine fuissent inventæ. Atque ideò ego illas exclusas esse existimo, non quia lumen non habuerint, sed potius quod nullum secum in lampadibus suis oleum portaverint: *Sed quinque stulæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum.* Et ideò etiam à quinque virginibus prudentibus non lumen, sed oleum petierunt dicentes: *Date nobis de oleo vestro.* Verum dicat hic aliquis: Ergone ob solius olei defectum tam probrosam experiri repulsam debent, ut iis dicatur; *Nescio vos?* Sanctus Matthæus qui nos in hujusce difficultatis labyrinthum immittit, filum quoque porrigit, cujus ducatu egredi possimus: Porrò inter alia salutaria monita, quæ Salvator noster nobis reliquit, unum & quidem salutis nostræ utile valde & proficuum fuit hoc: *Tu autem cum jejunas, unge caput tuum*: Matth. 6. Quam extravagans, & extra propositum pronunciatum est hoc consilium? Quid enim jejunium cum unctione, & abstinentia cum oleo commune habet? Pro hujus difficultatis intelligentia observanda est cæremonia quædam, antiquis, præcipuè verò Palæstinis usitata, ut sanctus Hieronymus aliique Scriptores referunt: Mulæ namque nationes in certis quibusdam lætitiæ communis casibus caput suum ungere solebant: *Si-[illegible] lebant Palæstini diebus festivis ungi, sed tamen [illegible] rientales in lætitia & rebus prospere ungebantur* [illegible] unde oleum lætitiæ symbolum esse deducitur. *Oleum significat hilaritatem*, inquit Pierius Valerianus. Sic David: *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatẽ, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.* Et Richardus Btixiensis to. 2. dicit: *Oleum in vasis lætitiam in corde.* Atque ideò dum Salvator nos monet, ut jejunii tempore caput nostrum ungamus, nihil aliud significare contendit, quàm quod si nostros ad servitium Dei adhibitos conatus Deo gratos esse desideremus, eosdem hilaritati & lætitiæ associare, & jejunium omniaque alia opera hilariter facere debeamus. Unde Paulus de Palatio dicit: *Unge caput tuum*, id est, *latissimum te exhibe.* Dionysius Carthusianus: *Festivus & hilaris esto.* Et Hieronimus: *Præcepit ergo ut quando jejunamus, [illegible] latos & festivos non esse monstremus.* Ecce ipse tibi apertas nunc & pervias semitas, per quas ad primæ difficultatis intelligentiam [illegible] pertingere: virgines enim fatuæ à nuptiis ex-

clusæ

cludantur à Sponso dicente : *Nescio vos*, non quia de nocte ambulantes carebant lumine, sed ad demonstrandum, quod ad nuptias cœlestes ingredi volens ad fruendum æterna beatitudine, Deo servire debeat oleo inunctus lætitiæ. Unde S. P. meus Augustinus ait : *Per oleum ipsam lætitiam significari arbitror, secundum illud: Unxit te Deus tuus oleo exultationis.*

10. Et tamen inveniuntur, qui quando o-ptaliquod bonum ad Dei obsequium sunt fa-cturi, melancholiam vultu suo referunt, haud secus ac si mortem, qua ex hac vita mox eripien-dis essent, ob oculos haberent. Videte, quæso, quinta lætitia omnia loca in tempore dierum bacchanalium pervagetur, singuli enim istis die-bus dicere videntur : *Coronemus nos rosis ante-quam marcescant, nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra.* Mox verò ut dies ci-nereum illuxit, ecce vultum universæ civitatis in mœstitiam quandam commutatum, ut meritò dici possit : *Versa est in luctum cithara nostra.* Undenam obsecro hæc tanta melancholia exo-ritur ? quia nimirum hoc tempore magna opus est patientia, advenit quadragesima, tempus ni-mirum in quo jejunandum est, adeundæ con-ciones, frequentandæ Ecclesiæ, Deoque assiduè inserviendum. Et ideò tibi tristandum videtur? Mira profectò res hæc est! Eo tempore quo mun-di & carnis sensualitati inserviisti, adeò excess-fera atque exorbitans fuit vestra lætitia, ut in in-stantiam quandam degenerare videretur : nunc autem ex quo serviendum est Deo, quilibet ve-tegallina ex aquis madefacta tristis incedit, omnique gaudio nuncium remittit, id quod e-videns signum est, quod magnam in hoc habe-at displicentiam, quod ex parte temporis ad talia ingeatur virtutis opera, quæ in beneficium a-nimæ Deique obsequium redundant. Alius ad gratiam quandam obtinendam Beatissimæ Vir-ginis le totum recommendat, atque sub voti ob-ligatione quovis Sabbatho in pane & aqua jeju-nare promittit : Tandem desideratam impetrat gratiam, factusque jam voti adimplendi reus, omnibus totius septimanæ diebus tider, jocatur, & gaudet, nec ullam habet quæ illum conturbet molestiam : at verò illucescente Sabbatho, cœlum super ipsum ruere videtur, atque ideò valde v. de-tur ab heri & nudius tertius mutatus : *Versa est in luctum cithara ejus.* Vexatur alius à febrili quodam languore infirmus, ita ut mens ejus nec locum invenire, nec requiem possit ; & quidem si nonnemo amicorum suorum ejus animæ con-

sulere volens eidem suadeat, ut confessione ani-mum suum expiare non differat, mox cor ejus veluti gladio quodam transfodigi videtur, muta-tione vultus passionis ex illa monitione obori-entis vehementiam haud obscure indicat, adau-getur febrilis ardor, loqui desinit, adeò ut si be-ne advertas, majorem in eo ex suggesta confes-sione, quàm ex febrili languore visurus sis me-lancholiam atque tristitiam. Hæc igitur mœsti-tia discipulorum occupaverat corda ; ideoque Dominus eos interrogabat, dicens : *Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes & estis tristes?*

11. Imò verò præter hanc cordis mœstitiam, insuper interesse quoddam suum animo versa-bant, quod iis deperibat ; unde & dicunt : *Nos autem sperabamus, quia esset redempturus Isra-el.* Circa quæ verba Beda ait : *Meritò tristes inca-debant, quia & ipsos quodammodo arguebant, quod in illo redemptionem speraverint, quem jam mortuum viderant.* Et similiter Theodoretus in cat. D. Thom. ibid. fol 137. inquit : *Exspe-ctabant enim Christum salvaturum & redem-pturum populum Israel ab ingruentibus malis, & à servitute Romanorum, ipsum quoque crede-bant terrenum Regem fieri;* Deo itaque inservie-bant oculo in quoddam interesse suum directo, dum se ejus interventu à dira nimis subjectionis jugo, quo Romanis devincti erant, eruendos & liberandos esse firmiter sperabant. Minimè quidem dubitare licet, ô Auditores, quin Deo servientes egregia simus ab ipso mercede remu-nerandi, siquidem Deus, cui obsequia nostra deferimus, liberalis pariter est & justus ; minimè tamen decet, ut nos ei hoc præcipuè fine ob ocu-los posito serviamus, quisquis enim in eo, quod Deo præstat obsequio hac intentione regitur, Deo velut mercenarius non verò tanquam filius ser-vire censetur. Ac proinde S. P. N Augustinus apud Raimundum de Pisis, tom. 1. de charitate, cap. 5. di-cebat: *Quod Deo, licet sine premio serviri non pos-sit, tamen sine intuitu premii serviendum est.* Beda.

12. Dæmon quondam pro solita sua & inolita temeritate amicorum Dei contubernio se ingerere nō dubitabat, quē proinde Dominus interroga-bat, unde veniret, & quid terū moliretur, cui ille respondit, se pro universali quadam visitatione instituenda universam terrā perambulasse, eamq; per omne circumferentiæ suæ spatiū de facto cir-cuivisse: *Circuivi terrā & perambulavi eā.* Job. 1. Haud dubiè igitur subjūxit mox Deus, inter cæte-ros mortales, *Iob, servū meū cōsideraſti;* dic sodes;

 satas-

rarasne ejus qualitates attentè considerasti, aut observasti innocentes gressus illius? Credo equidem, nihil te in illo, quod reprehensionem aut animadversionem mereatur, adinvenire potuisse; ipsissima namque est simplicitas, & omnem in eo operam & curam suam collocat, ut mea firmiter observet præcepta, meique honoris incrementum oculis ejus incessanter obversatur, ac proinde quod si eundem tentationum tuarum igne explorare cœperis, eum haud dubiè aurum, non verò paleam esse comprobasti: *Nunquid considerasti servum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?* Audite, obsero!, quid malignus hic spiritus Deo replicarit. Tu quidem, inquit, hanc ejus innocentiam magni facis, ego verò nullius æstimo; Quis enim Principi tali non cum omni possibili curiositate & sollicitudine inserviat, cui hæc solemnis est consuetudo, ut obsequia à servis suis præstita grata semper mente revolvens, totus in eo versetur, ut eadem remunerando, potentes illos pariter & opulentos efficiat? id quod tuâ in eum prodigè effusâ munificentiâ abunde satis comprobasti; Quidnam enim ille desiderare poterat, quod ei à tua liberalitate affluenter non fuerit communicatum? *Nonne tu vallasti eum, & domum ejus, universamque substantiam per circuitum; Operibus manuum ejus tu benedixisti, & possessio ejus crevit in terra?* An non igitur efficaces satis ad tibi sollicitè inserviendum stimulos habet? *Nunquid Iob frustra timet Deum?* Quid si meo quoque consilio aliquis apud te locus esse posset, alium utique sonum auribus tuis insonantem percepturus esses. Tu quidem omne illud aurum esse tibi persuades quod splendet, verum à veritate procul abberrans deciperis: *Extende paulisper in eum manum tuam*, eumque in corpore affligas, filios ejus tollendo è medio, eum omnibus fortunæ bonis exue, & in paupertatis sterquilinium repone, haud dubiè alium de ipso sermonem institues: *Tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.* Quibus verbis Dæmon aliud nihil, quàm Jobi apud Deum existimationem diminuere saltem si abolere non posset, intendebat, atque ideò dixit: *Nunquid frustra Iob timet Deum?* Vel ut sanctus Pater noster & Ecclesiæ Doctor Augustinus legit sermone 34. de Tempore, sermone 1, fol. 241. *Nunquid gratis.* Quasi vellet dicere: Ergone tibi persuades, quod Job, cujus tam celebris apud te est nominis existimatio, gratis & pro nihilo tibi inserviat, aut absque ullo interesse te diligat? Decipieris graviter; nam vere mercenarius servus tuus est. O perfide & pessime spiritus! Ergone eliem excogitare inventionem non potuisti, qua verum aliquem Dei servum, qualis Jobus, Deo invisum & exosum reddere posses, quam illum redarguas veluti propter privatum aliquod interesse Deo inservire? Imò alio ad id non opus non est, hoc enim abundè sufficit, ac proinde Dæmon subjunxit: *Tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.* Deus igitur quam innocentiæ Jobianæ strenuus advocatus, ut eam nulli interesse inniti toti mundo palam faceret, omnem diabolo potestatem in corpus ejus contulit, permisit enim ut Lucifer omnem adversus eum virulentiam suam exsetat, in ejus perniciem totus conjuret infernus, ut omnem segetem exurat, dispendat & interficiat armenta, filios occidat, diripiat divitias, ædificia suspendeque evertat, eum quoque toto corpore veluti continuo ulcere affligat, nihilque intactum relinquat in universi, corporis sui membris præter unicam & solam linguam quam ad Deum laudandum & in medio adversitatum pelago benedicendum adhibeat dicens: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum.* Quasi diceret: Quod si Deus divitem me esse jubeat, sit in æternum benedictus; sic tamen etiam æternum glorificatus, si jusserit me esse pauperi; sive liberalem se erga me, sive parcum & avarum exhibeat, perpetuo eum amore prosequi cupio: sive fortunæ bonis me cumulet, sive iisdem ad inopiam usque me exuat, servire illi constanter & sine vicissitudine desidero: sive per pietatis effectus, sive per tribulationum rigores me vibret, in hoc obfirmatus animo permaneho, ut eum perpetuo laudem, & grata semper mente prosequar. Unde S. Augustinus ubi supra columna tertia litteræ G. *Invenitur Iob gratis colere Deum, gratis diligere.* Potrò quod hucusque diffusius insinuavi, Poeta quidam sevorus hujus temporis pauculis hisce versibus resumpsit:

Téne colit frustra Iobus, tibi victima ab illo
Multa cadit frustra [callidus hostis ait]
Non illum cumulas opibus? non prole beata?
Non tuus hic reddit prospera cuncta favor;
Te mercede colit, non verò ductus amore
Prospera si fugiant, mox tibi terga dabit.
Ista quidem faso de tanto milite: verum
De multis eadem dicere jure queas.

13. Nabuchodonosor Rex stultitiâ quâdam perculsus statuam quandam sui repræsentativam in præclaro quodam & sublimi obelisco fabricatus, atque ab omnibus totius regni sui primoribus patribus & plebeiis revetenter adorari voluit. Mox igitur ut erecta fuit statua hæc regia, ad exhibenda cuncta reverentiæ & adorationis obsequia cõmunior ad illam, eamque flexo poplite adoravit battapæ, Magistratus, Rerumpublicarum capita, Regnique primates, & cum his pariter vir sive quovis hominum genere mares & fœminæ, senes cum juvenibus, magni & parvi, pauperes & divites, & cum plebeiis nobiles, tribus duntaxat elegantissimis adolescentibus exceptis, *Sidrach*, nimirum, *Misach & Abdenago*, qui quovis etiam adhibito conatu ad hunc Colossum adorandum induci aut permoveri minimè potuerunt; Intentatæ sunt iis minæ atrocissimæ, sed surdis illis auribus acceperunt: adhibita quoque blandimenta, cassa prorsus apud ipsos fuêre & irrita. Tandem in conspectum Regis fuêre adducti, & tanquam inobedientes & rebelles graviter accusati *Viri isti contempserunt, tum, decretum tuum, & statuam auream, quam erexisti, non adorant.* Nabuchodonosor itaque hinc acceusus, & atroci vultu ad juvenes conversus clarâ in alcum dexterâ illos, aut præcepto ipsorum parete, aut in ardentem fornacem prosternendos esse jussit: *Prosternite vos & adorate statuam quam feci, quod si non adoraveritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis.* Quibic factum esse existimatis, ô Auditores; dum illos ad hasce minas pusillanimiores factos discreditis? Imò intrepidi audacter respondent, se talem quotidie Deum adorare, qui potens sit eos ab eorum manibus & flammarum incendiis si ita visum fuerit confestim liberare: *Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis.* Verumenimverò audite insuper quid paulò post subjungunt: Quod si autem Deo nostro ita visum fuerit, ut intra fornacis istius flammarum ardores consumamur & moriamur, ei minimè obsistemus, utpote qui Dominus noster est, nec tamen obid ad adorandam flexo poplite statuam nos unquam induci patiemur: *Quod si voluerit, notum sit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, & statuã auream quam erexisti non adoramus.* O verè beatos pueros! ô veri servi Dei & Domini nostri! Evidenter satis hoc facto demonstrastis, servitia vestra quæ DEO adeò constanter exhibetis, nullâ humano interesse inniti, nimirum ut mortis periricula evadere valeatis, siquidem tametsi vobis in igne quoque moriendum esset, æquè ad ei inserviendum eumque amandum prompti atque expediti remaneris: *Gratis colunt Deum, & gratis diligunt.* Unde Theodoretus pueros ipsos hoc modo loquentes introducit: (Nos pro mercede aliqua Domino non servimus, sed amore ejus omnibus rebus vultum ipsius præferimus.) Et hæc est vera illa servitus, quæ Deo nostro optimè complacet, quamque accipere à nobis desiderat. *Theodoretus.*

14. Evangelica illa parabola, quam Christus Matthæi vigesimo in medium adducit, mysteriis omninò est refertissima. Nam Paterfamilias quidam summo mane aurorâ illucescente egressus est, ut vineæ suæ excolendæ operarios conduceret; Morque ut domo sua in plateam egreditur opportunè aliquos sibi obvios habuit, quos ad excolendam possessionem suam dimisit: *Misit eos in vineam suam.* Hora autem tertia denuò egressus alios invenit in foro otiosos, eosque similiter ad ejusdem vineæ labores obeundos ablegat, dicens. *Ite & vos in vineam meam.* Infra horam sextam verò & nonam iterato in vicos se recepit civitatis, & circa alios sibi obvios operatios idem præstat: *Exiit circa sextam & nonam horam & fecit similiter.* Tandem circa horam undecimam è domo sua egressus alios invenit; eosque hortatur, quod tametsi hora jam sit tardior, quàm ut in ea multum laboris præstari possit, nihilominus ne otientur, & tempus inutiliter perdant: *Ite & vos in vineam meam.* Transacto autem die, relicto labore omnes agricolæ è vinea discedentes in domum se Patrisfamilias recipiunt, ut quilibet pro tatione præstiti in cultura vineæ laboris singuli singulas suas mercedes recipiant. Comparent igitur primi, qui tota die laborarant, secundi item qui hora diei tertia ad vineam accesserant, alii quoque qui horâ sextâ & nonâ in vineam prædictam ablegati fuerant, denique qui suum in vineam laborem horâ undecimâ pridem exorsi erant, cum cæteris quoque comparent; quorum singuli licet labor eorum quoad tempus quo durarat longè dispar esset, eandem tamè recepêre mercedem, nec primis plus ultimis solutum fuit, sed omnes *acceperunt singulos denarios.* Verũ, inquies, quænam est hæc justitia, quod idem prorsus stipendium erogetur tàm inter illos, qui modico tempore, quam qui diuturno laborarant? tàm iis qui primâ horâ accesserant, & portaverunt pondus diei & æstus, quàm aliis qui undecimâ pridem *Matth.* 20

dem horâ laborare cœperunt, & tantum unâ horâ fecerunt? Haud immeritò primi contra hanc iniquitatem lamentati sunt: *Murmurabant adversus Patremfamilias dicentes: Hi novissimi unâ horâ fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei & æstus*: quis enim non judicet majori remuneratione dignum esse eum, qui majoribus & diuturnioribus sese confecit laboribus? Sanctus Gregorius Nazianzenus acutè observat differentem valde serviendi modum ultimorum à primis. Primi namque secundi & tertii labores aggressi sunt cum pactæ mercedis securitate: Primi namque ad labores se receperunt: *Conventione facta de denario diurno.* Secundis autem Paterfamilias dixit: *Quod justum fuerit dabo vobis.* Et tertiis: *Facit similiter.* Cum ultimis verò de præmio nihil locutus est, neque ullam iis mercedem promisit, sed tantùm dixit: *Ite & vos in vineam meam.* Unde perspicuè colligitur primos, secundos & tertios cum expresso interesse pactæ mercedis inservisse: ultimos verò sua præstitisse servitia absque ullo respectu ad interesse proprium; & ideò quoque mirum non est, quod una hora servitutis & obsequii sine ullo interesse Patrisfamilias præstiti, DEO æquè accepta sit, & cum eadem prorsus quantitate mercedis remuneretur, ac si fuisset servitus unius integræ diei, quæque arduo & diuturno labore constitisset: *Illi non prius crediderunt, nec ingressi sunt quàm ipsis ex conventu merces constituta fuisset: Hi nullâ conditâ mercede ad laborem accesserunt.*

Gregorius Nazianz. orat. in sanctum Baptisma.

15. De insigni quodam Dei servo, qui cæcus erat, cuique Pigmenius nomen erat, scribitur, quod cum is cæcitatis suæ corporalis imperfectionem ex Dei amore magnaque cum patientia sustineret, visitatus aliquando fuerit à Juliano Apostata, qui eum detidere, simulque in aliquem adversus verum Deum iracundiæ actum instigare volens eum prius salutatum hunc in modum allocutus fuisse fertur: *Gratias ago Pigmeni, quod mihi liceat te videre.* Quasi exprobrando ei dicere voluisset: Gaudeo Pigmeni te tali cuidam Deo obsequia exhibere, qui cum tibi debitam pro meritis retributionis mercedem rependere meritò deberet, oculorum tibi lumen præmii loco abstulit: Perge igitur laborare ei inserviendo, & fruere fructibus quos inde percipis, & præmio tibi concesso. Veruntamen Pigmenius Juliano temere eum alloquenti, prudentissimè respondit, dicens: *Et ego Deo gratias ago, quod te non videam*, q. d. Et ego qui Deo & Domino meo absque ullo mercedis interesse inservire debeo, sive oculorum meorum lumen mihi eripiat, sive idem mihi restituat, nihili facio, imò si præter auditus & linguæ seu loquendi facultate uti privet, eum tamen semper & amare, summaque cum diligentia ei inservire volo & desidero.

Anton. Sabellicus apud Thomam de Trusil. tom. 2. ser. 6 post Dom. 1. Quadr. conc. 4.

16. De duobus quoque religiosis, quorum unus provectioris ætatis, alter verò juvenis, ambo verò Dei servitio consecrati & dedicati erant, scribitur; Quod dæmon, qui ut bonos in æternæ damnationis præcipitia impellat, eosdem infestare nunquam cessat, seniori religioso die quodam in cœlestis Angeli specie apparuerit, hisque eum verbis fuerit affatus: Misit me DEUS ad te, ut tibi cum non modicâ meâ displicentiâ revelem, juniorem Sodalem tuum in certo damnationis statu consistere, eamque quàm Deo exhibet, servitutem ad æternæ vitæ consecutionem nihil ei conducere posse, quia certò damnabitur: hisque dictis ab oculis ejus confestim disparuerit. Sentor autem magnam inde in animo suo pertulerit perturbationem, adeò ut vix aliquam admittere consolationem posset: imò quocumque Religiosus junior collega ejus eum transiret, eum videns amarissimè fleverit, quod juniori videns summe est admiratus, & causam tanti fletus sibi ab eo manifestari poposcit, ac tandem ab eo post multas preces & sollicitationes quidquid revelatum fuerat didicit. Quid in hoc casu, ô Auditores, juvenem hunc tecisse existimatis? Num fortè eum à bene cœptis destitisse, aut in reprobum sensum datum eum esse, aut suam infelicitatem inconsolabiliter deplorasse & adversus Deum lamentatum fuisse creditis? Minimè gentium. Audite enim prudens & sanctum ab eo seniori Sodali suo datum responsum: Nequicquam te, ait, tesista contubet, quod frenim damnandus sum, damnabor, aut si salvandus eto, salvabor utique. Fiat in quovis casu sanctissima Dei voluntas, cujus dispositionibus omnia perfectissimè acquiesco. Neque enim DEO meo servio sive extimore ne condemner in infernum, sive ob interesse meum, ut felicer ingredi valeam cœlestem paradisum, sed potius quia dignus est, cui omnia servitia & obsequia mea deferam & consecrem, & quia ad ei perpetuo inserviendum summè astringor. O juvenem quidem quod ad ætatem spectat, verè tamen si animi prudentiam spectemus, venerabiliter senem. *Noli tristari* [in-quit sodali suo seniori.] *si enim, debeo damnari, damnabor; si salvari, salvabor; sicut Deo placuit.*

placuit, ita factum est: Non enim servio Deo propter Regnum cœlorum, sed propter suam charitatem & bonitatem, quam habet ad me, & propter suam passionem, quam sustinuit pro me: Si vult mihi dare Regnum cœlorum, potest; si infernum, iterum potest.

17 Huc quoque spectat quod de sancto Ivone Britone scribitur. Is namque cum Ptolemaïde in qualitate legati sancti Ludovici Noni Regis Franciæ degeret, obviam dicitur habuisse feminam quandam, quæ instar furiæ cujusdam infernalis per plateas obtrans, in dextera accensam & ardentem quandam facem, in sinistra verò vas aqua plenum portabat, & continuò inter suspiria & lachrymas exclamabat dicens: O Deus! ô Deus! Estne possibile? Estne possibile? Nequeo quiescere, aut alicubi subsistere: unde attonitus Ivo eam ad se accersitam interrogavit, quænam adversitas eam tantopere affligeret, & quem in finem ignem & aquam utrâque manu circumferret: quæ inter suspiria verba professus hunc in modum respondit. Quod si à Divinâ Majestate mihi permitteretur hujus facis incendio Paradisum succendere, eumque penitus conflagrare, essem parata, ut ne minima ejus supereffet reliquia; hâc autem aquâ optarem, ut, si possibile esset, totum inferni ignem mihi latens extinguere, ut hac ratione omnem hominis occasionem è medio tollerem, Deum amandi aut illi inserviendi, sive ex pœnarum timore, sive ex præmii desiderio: *Cupiem cœlestem Paradisum hoc igne incendere, hac verò aqua restinguere flammas inferorum: Non enim vellem ullum mortalium aut propter cœli altissima gaudia Deo servire, neque fugere scelus ob supplicium formidinem, sed amore potius amabilissimi Numinis.* O quam ad hoc propositum prudenter loquitur Magnus ille Ecclesiæ Doctor S. Ambrosius in caput 9. Lucæ apud Vatab. tomo 2. cap. 3. adnot. 2. num. 2. dum ait: *Qui Deum sequitur, non præmio ducitur ad perfectionem, sed perfectione consummatur ad præmium. Imitatores enim Christi non propter spem boni sunt, sed pro amore virtutum, Christus enim per naturam bonus, non propter præmii cupiditatem: Ideo passus est, quia benefacere eum delectavit, non quia incrementum gloriæ ex sua passione quærebat.* Verumenimverò omninò contrarium hodiè fit ab hominibus: Cur enim jejunare in Sabbatho? ut à Virgine Beatissima in adversis occurrentibus experiantur auxilia, vel imminentia evadant pericula (Non dico hoc malum esse, longè tamen melius mihi viderentur facturi, si talia absque similibus interesse, aut speratis commodis præstarent:) Cur tot curatis ficti Missas? Respondebit fortè aliqua mulier, ut Deus marito meo restituat sanitatem; aut Mercator dicet, ut felices progressus omnia mea habeant commercia: Insuper cur sæcularis iste statum aggreditur Ecclesiasticum? Si verum dicere volunt, respondendum illis est, vacabit proximè tale vel tale beneficium, quod se sperat esse assecuturum: Aut respondebit Paterfamilias, filiam meam ex sæculari vita Monasterio dedicatam esse volo, sic enim multis parcam sumptibus, alias in eam maritandam collocandis. Nequaquam autem ita faciendum est, sed potius sola Dei gloria ob oculos ponenda est in operibus nostris, & excludendum quidvis aliud; servire debemus Deo, quia ipse idipsum infinities meretur, nosque ad idipsum præstandum infinities obligamur, atque hac ratione quivis alius finis vel interesse privatum ab animis nostris evellendum est: Id quod etiam ex Concilio Colonensi de Vita Monastica capite quarto deducitur, ubi habemus: *Qui Monasterium ingreditur alio affectu, quam simplici amore DEI ductus, veluti vel spem vel promissionem Abbatiam consequendi habens, vel in otio vivere affectans, vel lucris temporalibus inhians, vel honores ab hominibus appetens; quisquis talis est, non DEI Filius aut Monachus, sed planè mercenarius est.* De Alexandro Magno legitur, quod æstimaturus uter ex duobus Cratero scilicet & Ephestione ipsum vehementius amaret, dixerit: *Craterus amat Regem, Ephestion Alexandrum.* (Cœlius Rodiginus libro vigesimo tertio lectionum antiquarum capite quarto.) Sententia hæc tanto Heroe verè dignissima est, per hanc namque dicere voluit: Craterus mihi servit, meque diligit, ob interesse suum ut videlicet tanquam Rex ipsum remunerem: At verò Ephestion amat Alexandrum, quia tametsi homo privatus essem, nec haberem unde præmia largiri possem, nihilominus libens, volensque mihi servitet, meque diligeret. O quot hodiè sunt Crateri in mundo, quam pauci Ephestiones! Quot sunt qui tandem cum discipulis Domini dicunt: *Nos autem sperabamus, quia esset redempturus Israel.*

PARS SECUNDA.

18. *Sed & Mulieres quadam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum.* Tremunt, timent, terrentur: *Terruerunt nos.* Sed quid formidant: Audite Dionysium Carthusianum dicentem: *Discipuli verbis mulierum istarum auditis, terrebantur, quia forsitan metuebant, quod Iudæi increduli imponerent eis, quod corpus sui abstulissent: Magistri, & propterea eos persequerentur.* Magister sententiarum quatuor assignat genera timoris, nimirum humanum vel mundanum, servilem, initialem & filialem, sive ut alii aliis terminis hunc exprimunt castum & amicabilem. Timor humanus est, ut docet Cassiodorus apud Magistrum sententiarum libro tertio, disputatione trigesima quarta: *Quando timemus pati pericula carnis, vel perdere bona mundi, propter quod delinquimus.* Et hic timor minimè tanquam bonus approbatur, *Hic timor malus est*, inquit Magister: Talis fuit timor Petri, quando in atrio ab ancilla interrogatus, Dominum suum negavit: Unde Gregorius Papa apud Ph. Diez in loc. comm. V. Timor. dicit: *Quia mori timuit, vitam negavit.* Sic quoque Pilatus Cæsaris amicitiam perdere timens, mortis condemnavit vitæ authorem. Neque Discipuli hoc loco alio correpti fuisse timore videntur, quam hoc, juxta doctrinam jam jam ex Carthusiano relatam. Secundus qui est servilis ex timore pœnæ ob peccatum commissum nobis debitæ in nobis nascitur: *Et quidquid boni facit, non facit timore amittendi æternum bonum, quod non amat, sed timore patiendi malum, quod formidat:* Hic autem timor bonus est & utilis, unde Concilium Tridentinum sessione sexta can. 8. ait: *Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccatis abstinemus, peccatum esse, aut peccatores facere, anathema sit:* Hic autem timor quia charitate non est informatus insufficiens est, & imperfectus. Tertius qui est filialis vel castus & amicabilis, consistit in displicentia vel detestatione culpæ, in quantum solum est offensa Deo irrogata, isque ab amore nascitur, quo eum prosequimur, ideoque perfectus est, de quo proinde David cecinit dicens, *Timor Domini sanctus permanet in sæculum sæculi.* Hunc quoque timorem Beati in patria conservant, qui proinde à sacris Theologis reverentialis dicitur. Porrò sanctus Paulus, tametsi in gratia confirmatus esset, molestias tamen à Sathana sibi illatas omninò timebat, atque ideò pro earundem libertione ad divinum confugit auxilium: *Datus est stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet*: Unde catena quadam ferrea carnis sua membra macerabat: *Castigo corpus meum, ne cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Hic autem timor Pauli castus, amicabilis, & filialis, ac consequenter perfectus erat? *Hic erat fortè quidam filialis & castus amor, sine aliqua timoris servilis commixtione, quem perfectissimi habere solent.* Quartum genus timoris initiale dicitur, Deum atque ex filiali & servili componitur, & in iis præcipuè recipitur, qui justi esse incipiunt, & duas præcipuè ob causas peccare formidant, timorum ob amorem quem gerunt erga Deum, & ob formidinem quâ ad pœnas inferni damnati horrent. Similis autem timor filialis fieri potest, si secunda causa cessante prima solam reliquam manserit: Et ratio est, quia *perfecta charitas foras mittit timorem.* Hoc autem loco considerationem nostram circa duos tantum timores servilem scilicet & filialem occupatam esse volumus. Et quidem ex his Deo per secundum, non verò per primum servire debemus; id est, *Per tuum amorem, & non formidinem pœnæ.* Unde sanctus Gregorius libro 21. moralium capite 8. subjungit: *Quisquis superna patria civis est, si non jam timore supplicii, sed amore charitatis immunditiam deserit, bonumque operatur.* Geneseos decimo septimo Deus Abrahæ dixit: *Ambula coram me, & esto perfectus*: Quid autem Abrahæ faciendum, ut hanc Dei voluntatem exequi posset? Quâ ratione ipsi coram Deo ambulandum erat? Quænam est illa, quam tantopere in Servo suo desiderat virtutis perfectio. Explicat idipsum Interlinearis, dum ait: *Secundum beneplacitum meum incede, ut non timore, sed amore servias.*

19. Dei Filius maris tempestate sedata una cum discipulis suis è navigio in Gerasenorum Regionem exscendit, ibidemque in via quadam hominem à spiritu maligno obsessum miserèque vexatum obvium habuit, qui tanto pollebat virium robore, ut quantumvis validis catenis ferreis vinctus esset, easdem haud secus ac si ex cera factæ fuissent, dirumperet, nec erat ulla fortitudo, quæ adversus eum ulla posset ratione prævalere, horrendos bestiæ instar edebat ululatus, & nunc in lutum, nunc in petras præceps agebatur; mox verò ut Dei Filium videre cœpit, protinus ad eum accurrit & proximus factus, ad ejus

Dionys. Carth. lib. art. 50.

Magister sent. ubi supra.

Psal. 18.

ejus pedes prostratus submisse eum adoravit, elatoque voce quam singuli ex circumstantibus audire facilè poterant, tanquam verum Dei filium publicè celebravit dicens: *Quid mihi & tibi Jesu fili Dei altissimi.* Dominus autem ejus genuflexiones, adorationes, suique tanquam Filii Dei acclamationes atque præconia omnino est aversatus, neque aliud quodcunque reverentiæ obsequium sibi ab eodem exhiberi est passus, sed vultu eum aspernatus corripuit, atque ut ab illo corpore protinus recederet serió præcepit dicens: *Exi spiritus immunde ab homine.* Verumenimverò (O mi Redemptor dulcissime) probe novi quod etiam illos qui vel verbis, vel factis aliquam tibi intulerunt contumeliam vel injuriam, non tantum non fueris aversatus, verumetiam amabiliter, summaque cum benignitate & amore eosdem receperis, cur igitur Dæmonem istum, qui tanta cum submissione ad pedes se tuos prosternit, tam indignis verbis recipis, ejusque de te pronuntiatum testimonium aversaris, immundum eum appellando, atque ab habitatione sua violenter exturbando? Nunquid in majorem tuam redundaret gloriam, si audires ex infestissimis inimicis tuis nonneminem te veluti verum Dei vivi Filium præconizantem, eundemque videres coram pedibus tuis dejectum atque prostratum: Enimverò priusquam huic difficultati respondeamus, alium quendam scripturæ passum accuratè quoque ponderemus. Scimus etenim quod cum Verbum incarnatum in partes Cæsareæ, quæ à Philippo nomen habet, pervenisset, discipulos suos interrogarit, an scirent quænam esset hominum cæterorum de ejus persona vulgata opinio: Matt. 16. *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Qui ei responderunt dicentes, *Magister bone.* Varii quoad hoc variè pro modo & capru suo sentiunt atque loquuntur; sunt enim qui te Joannem Baptistam esse etedunt, alii verò Eliam te esse existimant, alii Jeremiam, alii denique te velut Prophetam quendam venerantur. *Vos autem* (subjunxit mox Salvator) *quem me esse existimatis?* Quæ verba sanctus Petrus inaudiens, alios loquendo prævenit, & liberè constanterque respondit: *Tu es Christus Filius Dei vivi;* Quæ Petri responsio Domino ac Salvatori nostro adeò mirè complacuit, ut visus fuerit satiari non posse deinceps sanctum Petrum ingentibus encomiis celebrando, eundemque super quosvis alios mirè extollendo; Dicebat enim: *Beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & tibi dabo claves regni cœlorum.* Nunquid amplius quid in hanc rem dici poterat? Eum namque veluti beatum deprædicat, dignum nimirum cui Pater æternus altissima revelet Divinitatis suæ arcana, ipsum quoque constituit ædificii Ecclesiastici fundamentalem petram, eamque adeò firmam & stabilem, ut ne quidem totus in unum conspirans Infernus ad eam loco movendam sufficeret: Claves denique Regni cœlestis eidem contulit, eumque omnium thesaurorum cœlestium Dominum & dispensatorem esse voluit. Agedum igitur utrumque hunc scripturæ locum nunc paulisper ad invicem conferamus, sic enim facili negotio videbimus, quantum sibi in principio similes sint, dissimiles verò in fine: Petrus etenim Christum verum Dei Filium esse confitetur: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Idem quoque & Dæmon confessus fuisse noscitur, dum ait: *Jesu Fili Dei altissimi;* Et tamen Petri confessio adeò est Deo accepta, Dæmonis verò ingratissima; unde obsecro disparitas ista nascitur? Petrum beatum deprædicat, Dæmonem verò immundum spiritum esse pronuntiat? Nolite id mirari, inquit sanctus Augustinus; Spiritus enim timore commovebatur, dum confessionem illam ederet, ac proinde Christo quoque dixit: *Adjuro te per Deum ne me torqueas:* Discipulus autem agebatur amore: *O Domine hoc tibi dixerunt Dæmones, quare illi non sunt beati? Quare? quia Dæmones hoc dixerunt timore, Petrus amore.* (Augustin. hom. 17. in Quinquag.) Marc. 5.

20. Sanctus Paulus ad Ephesios scribens eosdem hortabatur, ut tanquam filii lucis ambularent: *Vt filii lucis ambulate.* Quidnam autem per illum loquendi modum urgere & inferre voluerit, non est cujusvis intellectui facilè pervium. Inprimis autem dici potest, quod opera quæ de die, splendescente luce, fiunt, à quolibet videri possint, & consequenter virtuosa sint & laudabilia; quæ verò in nocturnarum tenebrarum obscuritate de nocte fiunt, videri non merentur, utpote opera defectuosa & meritò contemnenda: *Opera enim lucis* (inquit sanctus Ambrosius) *palam sine timore fiunt, tenebrarum autem opera in occulto, quia illicita sunt, omne enim peccatum palam fieri timet;* Unde Apostolus apertius illos monere voluisse videtur, ut operarentur bene, atque in lauc[illegible] dignis operibus sese exercerent. Vel etiam dici potest quod cum Deus sit pater lucis, Ephes. 5. Ambr. ib. fol. 165.

lucis, dæmon verò ècontra princeps sit tenebrarum, Apostolus Ephesios monere voluerit, ut vitam agerent filiorum Dei, non verò eorum qui sequaces sunt & imitatores diaboli. Verumenimverò ô sanctissime Gentium Doctor, ignosces (spero) si liberius locutus fuero; videtur etenim mihi quod ad Ephesios suprædicta verba in hoc sensu exposita scribens nimiam tibi vendices licentiam, dum eos ut se Dei filios æstiment & sensent, commonefacis: *Vt filii lucis ambulate.* Maximi namque sancti hunc sibi filii Dei titulum vendicare non præsumpserunt, sed solius servi Dei titulo contenti acquieverunt. Sic enim David expresè dicit: *Ego servus tuus, & filius ancilla tuæ.* Sanctus Petrus quoque ait: *Simon Petrus Servus & Apostolus Iesu Christi* Suisque amicis scribens, dicebat: *Servi subditi estote.* Sanctus Jacobus etiam dicit: *Domini nostri Iesu Christi servus.* Jacob. 1. Imò nunquid tu ipse ô Sancte Paule Apostole tibi & Timotheo tuo servi nomen vendicasti, dum ais: *Paulus & Timotheus servi Iesu Christi*; Philip. 1. qua igitur ratione vis ut Ephesii, se Dei filios esse existiment, exhortans illos hisce verbis: *Vt filii lucis ambulate?* Enimverò S. Apostolus præcitatis verbis clarius hunc Ephesiis sensum inculcare volebat: *Mementote*, ô Ephesii, ut Deo tanquam filii, non verò tanquam servi inserviatis, id est, in timore filiali, non verò servili. Filii Patri suo semper obediunt, semper illum amant & amando offendere timent, sive illis Pater abblandiatur, sive eosdem percutiat, idem quoque vos facere studete ô Ephesii. Et hoc eodem sensu intelligenda quoque est servitus illa, qua sancti suprædicti Deo obsequebantur. Optimè ad hoc propositum quadrat illa S. Dorothei doctrina dicentis: *Si timore gehennæ benefacimus in servili statu sumus: si ut mercedem recipiamus, mercenarii: si bonum ipsius gratia facimus ad filiorum statum transimus.* Qui Deo timore adactus inservit, servit Regi, qui verò ex amore id facit, Alexandro inservit. Nostisne quamobrem multi Deo inserviant? quia ejus supplicia & pœnas formidant. Scitisne cur se contineant, ne illum offendant? quia Infernum esse firmiter credunt; nisi enim id sibi adeò fortiter persuasum haberent, tanta utique futura esset sine numero multitudo eorum, qui facerent malè, quanta aliorum qui benefacere omitterent.

Psal. 115. 2. *Petr.* 1. 1. *Petr.* 2. *S. Doroth. doctr.* 13.

21. S. Bernardinus Senensis filialem timorem triplicis generis esse tradit, eumque tripartam subdividit, ut sit alius *separationis*, *alius offensionis*, alius denique *reverentialis*. Etiam tu ô Christiane peccatum aliquod mortale te à Deo separare probe nosti, & tamen illud committere non dubitas, unde clarè satis te hujus timoris expertem esse subindicas, qui proindè parum curas sive cum Deo unitus sis, sive ab eodem sis separatus. Præterea si in te reperiretur timor offensionis, abstineres utique non solum à culpis gravissimis, verumetiam à levioribus, nunc autem cum cujuscunque tandem generis peccata sine numero committas; satis superque te ab hoc timore inanem esse declaras. Tertium autem timoris filialis genus, vocatur Timor reverentialis. Visne evidenter ostendam tibi nec hunc in te posse reperiri? Nunquid Deum in quovis loco præsentem esse, neque videre, & operationes tuas observare nosti? Et tamen adeò es temerarius atque præsumptuosus, ut in ejus præsentia quodvis etiam scelus licitè patrari posse existimes; ubi igitur est filialis ille respectus, ubi est, quam illi debes, filialis reverentia, quam quævis creatura, & multo magis quilibet Christianus erga ipsum profiteri & exhibere obligatur! Tu blasphemas, & nosti quod Deus te audiat, nec tamen ipsum vereris? Tu millena exagitas illicita commercia, nec adeò es stolidus, ut Deum te videre ignores, nec tamen idipsum quidquam æstimas! Non curas immissatia tibi divina supplicia, non pœnas Inferni, nec jacturam quidquam æstimas paradisi. Nullius igitur generis timor ullum in te locum capit. Tu Dæmoni non vero Deo deservis, igitur Dæmonis quoque non vero Dei eris; Quod si Dei te esse cupias, eidem quoque Deo alacriter, sine ullo interesse, & ex amore vero & non ficto deservire satage.

***

SER-

SERMO XXXVIII.
IN FERIAM III. PASCHÆ.

Stetit Jesus in medio discipulorum suorum, & dicit eis: Pax vobis. Luc. cap. 24.

1. UTinam omnipotens Deus tot mihi hodierna luce facundas linguas concederet, quot linguati acutique enses in noxio humano sanguine hodie verruntur: quando vel à rauco tympano, vel ab acti belli tubâ ad prælianda in aciem evocantur milites; omnes utique aperitem ærumnas atque miserias, quas ad summum civitatum, rerum publicarum, imò totius mundi excidium atque perniciem parere solet, omnes mundi angulos pervagans & obtinens maledictum bellum; certò mihi futurum persuadens, quod post cordium vestrorum transverberationem oculi vestri si non sanguineis cruentas, saltem amarissimi fletus copiosissimas lachrymas effusuri essent: Nunc autem cum tot mihi tamque facundas linguas promittat non ausim, pro mea præteritorum sæculorum inquirat experientiæ. Etenim bellum aliud nihil sibi indicat, quam quoddam ex doloribus & ærumnis compositum mixtum, sive infelix multarum miseriarum compendium: *Hic fructus belli est* (affirmat Sapiens ille modernus) *in quibus non victi quam etiam victores patiuntur dispendia, conterruntur cladibus, ruinis labefactantur*, bellum profligat gratam amatæ patriæ requiem, quæ quodam mitæ dulcedinis nectare spiritus vitales nutrit & alit, è contra verò delicias in inevitabiles miserias convertit, candida lina, & holosericæ vestimenta in ferreos, æneos, atq; chalybeos thoraces transmutat, dies sine cibo, noctes sine somno, hyemè sine igne, sine umbra æstatè transigit quisquis in militiam sese recipit. Horribiles strepitantium metallorum fragores illius lædunt auditum, densæ nitrati fumi caligines visum illius obfuscant, imò nonnunquam intra nitrati pulveris turbines suffocatus remanere cogitur. Hinc copiosè manantis sanguinis torrentes, illinc cadaveribus repleri valles conspiciuntur; aut si nonnemo fatti violentum evadat, mox se ab extremis pestilentiæ & famis exterminiis obsessum esse conspicit, cum certissimum sit quod quisquis in militiam se recipit, in evidentem mortem idemmet concedat. Scio equidem pauculos quosdam è belli fragibus ad domos patetuas fortuna tali, quali auctos revertì, illam tamen non sine sanguine & vitæ periculo sibi pepererunt, nec sine lachrymarum effusione à suis recipiuntur; Unde Clemens Alexandrinus lib 3. prædag. c. 2 ait: *Pectora pulsantur planctibus & luctus terram possidet.* Bellum denique fatalis quidam est cometa, qui cuilibet hominum generi funestas comminatur ruinas; est vas Pandoræ, de quo Hesiodus scribit, dicens: *Est, per quam omnis generis mala humano generi in pixide importata fuere.* Novit utique urbs & orbis Roma, quisnam ejus Cæsaris & Pompeji tempore, status & conditio fuerit, de qua Tullius loquens ait: *Quæ domus tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odiis atque discidiis funditus possit everti?* Propter bellum Lysandri urbs Athenienſis facta est triginta tyrannorum mancipium. Lucius Silla præcipuas Italiæ urbes in sanguine natare fecit: *Universas Italiæ partes civilis sanguinis fluminibus inundavit.* Porrò imminentes infelici Esau ærumnæ à seniculo Isaac parte suo hisce ei vocibus prognosticatæ fuerunt: *Vives in gladio.* Gen. 27. Nunquid Matres in Metropoli Soriæ obsidionis tempore vitam suam propriorum filiorum suorum carnibus sustentare fuere coactæ? Prudenter proinde antiqui fecere Hetrusci, qui dum cunctis Diis aliquod intra civitatem templum erexissent, solum Martis delubrum intra mœnia non admiserunt, sed extra civitatem voluerunt esse extructum. Athenienses quoque nullâ in re suam adeo probaverunt prudentiam, quam quando Alcibiadem bellorum contra Romanos conservatorem & fomitem à patria sua voluerunt esse extorrem. Demum apud eosdem Romanos Fabius & Valerius Maximi sibi titulum compatarunt, eo quod discordiarum ardores bellorumque civilium incendia opportunè sciebant compescere. Unde nunquam illum Psalmi versiculum lego quo David, ait:

Petr. Crinit. l. 13. c. 2.

Cic. in Lælio de Amic.

Io. Rav. t. 2 f. 251.

Vetruv. l. 9. c. 2.

Plut. in vita Pompeji.

Dissipa gentes, quæ bella volunt, quin ejusdem Regii Davidis labris benedicam, Deumque ad preces illas exaudiendas enixè exorem. Quapropter, Auditores charissimi, quod si tot tantaque evitare velitis miseriarũ agmina, infernalem hanc maledicti belli Megæram procul à finibus vestris arcete: pacis potius amatores estote, si ad cunctorum bonorum fruitionem aspirare velitis. Nam ut Aug. de Civ. Dei ap. D. Bern. Sen. de bono pacis ser. 9. art 1. optimè ait: *Tale donum est bonum pacis, ut in rebus creatis nihil gratiosius soleat audiri, nihil dilectabilius concupisci, nihil utilius possideri.* Ad hanc igitur pacem vos exhortor quæ à Cassiodoro *Animorum ordinata tranquillitas*, & à S. Gregorio *vestigium pacis æternæ* appellatur. Hanc inquam pacem hodiernæ lucis cordibus vestris imprimere desidero, quam Salvator noster suis hodie attulit discipulis. Nũquid enim ô Roma audis Evangelistam dicentem: *Stetit Iesus in medio discipulorum, & dixit eis: Pax vobis?* Et quidem ut ad eandem pronis animis recipiendam intactamq; & inviolabilem inter vos conservandam inclinemini, præsenti sermone bona, quæ pax secum ferre solet, prolixius exponere decrevi, ut vel inde intelligatis, & per bonã consequentiam, quam illa vobis futura sit utilis, deducere possitis. Et quidẽ cum pax juxta Bernardinum Senensem intimo sit fœdere juncta cum silẽtio: *Pax est summum silentium*, conabimini & vos dum præsenti discursui assistitis pacem indissolubili quoque nodo cum silentio conjungere.

Greg. de cura past. p. 3 admon. 23.

Bern. Sen. l. 3 serm. 1. de pers. beat. Evang. c. 2.

2. Scriptores sacri cœlestis hujus Deæ, Pacis nimirum, quæ à Pindaro Justitiæ filia appellatur, multas assignant definitiones, è quibus, quantam ipsa mundo utilitatem conciliet, facilè deducere licet. Ex mente namque Tullii, quisquis in pace vivit, prospera & tranquilla gaudet & fruitur libertate. *Pax enim est tranquilla libertas.* Chrysostomus quoque eam vult esse omnis ab humano corde desiderabilis gaudii & exultationis originem: *Pax omnis gaudii est materia.* S. Bernardinus Senens. (t. 3. de bono pacis ser. 8. c. 1.) eandem boni honesti titulo decorat, quia *Est debitus & incorruptus ordo naturæ, & modus exactus necessariò in moribus exquisitus.* Quibus S. Augustinus præclara hæc verba subjungit, dum ait: *Pax est serenitas mentis, tranquillitas animi, vinculum amoris, consortium charitatis. Hæc est quæ simultates tollit, rixas compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida, nescit extolli.* Optime quoque hunc proposito convenit, quod elegantissime in hanc rem Poeta quidã modernus cecinit, dicit:

Pind. in Pythiis.

Cicero.

Aug. l. de verb. Dei.

Pace nihil melius, nil Pace salubrius orbi
Terrarum, cœli qui regit astra, deûs,
Pace Dei cultus, legumque verenda potestas,
Et sacra Musarum gloria pace viget,
Pace frequens affert Hymenæus gaudia sponsis
Educat & castus pignora casta thorus.
Pace suas mercator opes, sua rura colonus
Possidet; absque metu carpit & hostis iter.
Tunc resonant Cithara tunc saltibus apta juventus

Ad numerum cœtu ducit ovante chorus

Meritò igitur Flavius Marcianus Imperator non solum ob usurpatam in gubernando prudentiam famosus, verum etiam à scriptoribus, tanquam Pacis amator & conservator celebratus, dicere lebat, *Imperatori arma non esse induenda, dum in pace esse possit.* Pax namque summum maximumque bonum est, quo civitas, Respublica, aut regnum aliquod frui possit. Optime ridet Romanæ facundiæ parens agnovit, quando pacem deprædicando ita scribit: Hæc (nimirum est amabilis illa & perhumana Dea, quæ nuptias, festa, cognatos, liberos, amicos, divitias, suavitatem annonam, vinum, omnemque voluptatem pacis hominibus) uti refert Cicero de leg. Agr. ad populum. Rullum. Num forte vos, ô Auditores, latet, quod de famoso Chinensi Regno plures retulerunt Historici? De illo namque scribitur, quod in situs sui vastitate & magnitudine adæquet, imo potius superet universam Europam; sub se eamque quindecim vastas continet Provincias, in quibus ducentæ quadraginta septem sunt civitates majores, minores autem mille centum & quinquaginta duæ; perlonarum vero numerus tantus est, ut quod ab illis penditur tributum ad quinquaginta octo ascendat milliones, præter fœminas, pueros, milites, & officiarios regni. hæcque regni illius propagatio & magnificentia ex unica & sola perpetim in eo regno florescente & urgente Pace. Veteres quoque Pacem sub virginis cujusdam effigie aut similitudine exprimere solebant, dexterâ manu sua cornucopiam tenentis; sub hâc namque figurâ Julius Cæsar illam in in monetis suis imprimi curavit, ut per hoc pacem omnium bonorum copiam secum adferre innueret. Vespasianus eandem per dextram manus conjunctas, à quibus quidam spicarum manipulus pendulus erat, repræsentavit, per figuram hanc inferre forsitan volens, à pace omnium bonorum nasci abundantiam. Eadem quoque Pax à quibusdam non incongruè bellatrix nominatur, utpote quæ ad integritatem cujusdam civitatis

utamen atque defensionem armata semper consilia. Unde Agesilaus Lacedæmoniorum Rex interrogatus, cur civitates suæ muris & mœnibus cinctæ non essent, respondisse fertur: *Pax pro muris nobis est.*

3. Vetum enim vero ad Scripturas propius accedamus. Omnibus igitur notum est, quanto Deus gentem Hebræam amore fuerit prosecutus, præcipuè vero quot quantisque eam quotidie honoraverit favoribus, variisque benevolentiæ parentæ demonstrationibus, quando nunc in eorundem sacrificia ignem cœlitus demisit, nunc delicatissimo Manna eosdem in deserto pavit, nunc secutum eis per mare rubrum transitum indulsit, alias in eorum commodum atque obsequium dulcissimas è petræ sinu aquas elicuit, nunc viganas illis consignavit, quæ patratis à se prodigiis universam in stuporem ageret Ægyptum, nunc in obviis casibus consilium datutus, aut consolaturus in occurrentibus adversitatibus personaliter ei apparendo, nunc præclaras illis adversus inimicos suos concedendo victorias, aut ex dura Pharaonis servitute eosdem eripiendo; Denique efficiendo, ut per horridas ignotasque regiones transeuntes de die per nubem, de nocte vero per lucidam ignis columnam ducatum infallibilem acciperent, aliisque efficerentur millegratiarum donis, passim in sacra Scriptura vasta locis recensitis. Inter cæteras vero gratiarum prærogativas, ea mihi videtur fuisse præclarissquam Deus in Exodo ei exhibuit, ut quolibet anno trina vice ab universo populo ad suæ dignitatis & increatæ excellentiæ majorem gloriam & honorem festum quoddam celebraretur solemne: *Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.* Exod. 23. Id quod de novo itetum in Deuteronomio hisce verbis ratificatum fuit: *Tribus vicibus per annos apparebit masculum tuũ in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit in solemnitate azymorum, in solemnitate hebdomadarum, & in solemnitate tabernaculorum;* Deut. 16. Eo vero tempore, quo dictorum festorum agebatur actualis solemnitas, Deus omnibus ut ad eadem concurreret, serio mandavit: Porrò Josephus Hebræus, Theodoretus & Philo hujusce cæremoniæ rationem inquirentes, tandem concludunt, Deum ad præceptum illud condendum, nullâ fuisse alia ratione permotum, quam ut omnes ad illam solennitatem confluentes, ficuti unabantur corporibus, ita quoque voluntatibus; animorumque consensione & nexu conjungerentur, adeoque si forsitan aliqua inter eos simultas oborta esset, aboleretur, ita ut in pristinam redeuntes amicitiam perfectam inter se stabilirent pacem, hacque ratione omnibus illis fruerentur bonis, quorum illa bajula esse solebat: *Conveniunt in civitatem, in qua templum constituunt, ter in anno* (inquit Josephus Hebræus l. 4. Antiq. c 6.) sed quo putas fine id faciunt? *Ut convenientes adinvicem, & epulantes, amici sint; & ut aspectu, & loquela memoriam sui semper obtineant.*

4. Hinc igitur in facilem devenire cognitionem possumus, cur, quod in multis scripturæ locis manifeste exprimitur, olim omnes difficultates & lites occurrentes in portis civitatis decidi & terminari consueverint. Id namque clare liquet ex Genesi, Deuteronomio, & libro Ruth; quod etiam Nicetas observasse videtur, dum ait: *Mos veterum fuit, ut seniores in porta consisterent, & causas introeuntium judicarent.* Quis enim hic non dicat, quænam est hæc tam peregrina atque extravagans consuetudo? Apud nos enim hic mos inolevit, quod forum judiciale, ut cuivis hominum generi commodiori esset loco situatum, in ipsius urbis erigatur meditullio. Veruntamen summa id cum prudentia olim fieri consueverat. Sciebant enim quod quocunque discordiæ & lites ingrediuntur, ibi mox omnia malorum genera enasci & prodire soleant, atque ideo seniores & judices in portis subsistebant, quasi permittere nolentes, ut litigiosi viri in ipsa sese urbis viscera insinuent, sed potius foris, & quoad fieri poterat remotissimè ab urbibus remaneant. Sic enim urbis umbilicum & centrum in flore perfectæ pacis conservando securos se esse credebant, qui omnium bonorum tam corporalium quam spiritualium fructus percipere & comparare possent. Optimè igitur Nicetas ubi supra dicebat, quod olim sentores in porta consistentes causas introeuntium judicarint, *ut civitatis populus esset pacifi cus, in quam discordes ingredi non possent*, Probe namque sciebat, quod quisquis in pace vitam agit, omnium desiderabilium bonorum se possessorem constituat. Ut veritatem hanc tanto perspicacius intelligatis, revocetis obsecro in memoriam ea, quæ de ætate aurea vos sæpius intellexisse existimo. Hæc namque ætas tempus quoddam subinferebat, in quo una cum virâ tranquillâ inundabat abundantia pacis. Illo namque tempore homines sine ullâ alicujus quietem ipsorum turbare valentis mali suspitione placidè dormiebant. Mensis convivæ accumbebant, suarumque epularum lautitiem aliqua veneni amaritudine contaminandam

Gen. 34. Num. 20. Deut. 22. Ruth. 4.

Nicetas in c. 29. Iob. n. 17.

Nicet. ubi supra.

esse nequicquam formidabant. Viator è longinquis regionibus ad paternum dominium auro gemmisque onustus revertens, gloriabatur suas a rapaci insatiabilis latronis manu illæsas atque intactas remansisse pecunias. In florida camporum planitie nunc exultando ludebant, nunc vero amænas carpendo herbulas sese pascebant mansueti ovium greges, omni canis custodiâ destituti, cujus alias fidelitati omnem vitæ suæ spem confidere solebant: Pastor quoque gregis illius ab omni cura solutus ad spondam tortentis cujusdã sedens, dulci Lyripipii aut fistulæ suæ modulo tempus fallebat. Quilibet intempesta quoq; nocte itinera peragens viator, aurum suum per vias non minus securè deferebat, quam si illud domi suæ in scrinio mille seris communito haberet reconditum. Agri per hostilium copiarum velitationes & excursus nunquam turbabantur, per crudeles bellici furoris strages non desolabantur vineæ: arbores quoque feroces hostilis ferri nunquam experiebantur ictus; milites ad temperandos hyberno tempore gelidi Aquilonis rigores, nunquam ad excitandum ignem arbotum frondibus à trunco rescindendis insidiabantur. Nullum reperiebatur adeo temerarium ferrum quod humana penetrare viscera, vel ad sanguinem aditum sibi aperiens & per tortuosas inde semitas egrediens, spiritus & vitam secum extrahere præsumeret. Nondum ignis sese è concavis metallis exonerando per ejectos inde ponderosos globos superba demoliri ædificia didicerat, Flammæ quantumvis vehementes atque voraces ad liquefacienda metalla, integrasque civitates incinerandas furibundum ausum suum nondum exseruerant: ô tempora! ô mores! ô ætatem multis profundis è corde ductis suspiriis desideratam! Ætas autem prædicta omnibus hisce bonis securè constanterque fruebatur, quia omnia à se procul elimaverat Matialis furoris consilia, seu potius quia nullum adhuc in mundo natum erat bellum, sed potius illius loco pax deliciabatur in mundo:

D. Bern. Sen. t. 3. de bono pacis art. 2. cap. 1. *Dum bellicus furor* (inquit S. Bernardinus Senen.) *non impedit naturæ processum, commendantur semina terris, & ad segetem maturam deveniunt, & messem floreſcunt vineæ, arbores fructus educunt: Tutò dormitur in ædibus, & in arvis securè itineratur; in via latro non timetur insiliens.*

5. Solent Scriptores sacri nonnullas circa Evæ formationem excitare difficultates; Quarum prima hoc tangit quod scilicet Deus noster illam ex

Genes 2. quadam Adæ costâ formarit: *Tulit unam de costis ejus, & ædificavit in mulierem*: Nunquid enim Divina omnipotentia illam ex nihilo, vel credem terrâ è qua virum formarat, producere potuerat? Forte id fecit ne ipsa utpotè adeo nobilis & pulchra, suam ex principiis adeo vilis materiæ qualis terra est, originem trahere dedignaretur & erubesceret: Hoc tamen minimè subsistit, cum enim vir contentus erat, ut ex tam vili materia plasmaretur, contenta quoque esse debuisset & mulier. Atque ideo Archiepiscopus Moguntinus Rabanus Maurus, ita respondet: *Quod mulier de viri latere facta est propter ipsius conjunctionem commendandam.* Secunda vero difficultas hoc respicit, quod scil. Deus Adamum primo profundo esse sopore sepultum, ac tum demum ex ipsius sic dormientis latere costã tollere voluerit: *Cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus.* Quis hic non desideret scire causam ob quam Deus somnum hunc Adami oculis immiserit? Forte si expertectus & vigil fuisset, divinæ voluntati fuisset reluctatus? Non est hoc credibile: *Quid opus erat dormisse Adam* (interrogat idemmet scriptor) *ut costam illi Deus, de qua fœminam faceret, tolleret, qui & vigilanti nec non identidem facere potuit.* Porrò ambæ hæ adductæ difficultates ad unum prorsus eundemque scopum collimant, ac proinde una pariter eademque responsione resolvi facile poterunt. Formavit igitur Deus Evam de costa Adami, quia volebat ut Adam illam reluctari ipsius partem semper diligeret: ipsa quoque licet quadam Adami costã esse suum recepisse recognoscens, reciproco eum prosequeretur affectu, adeo ut inter ipsos ex amborum animabus par quædam nasceretur imperturbabilis: Dici quoque posset Deum id fecisse, ne inter illos ex alterutrius parte lis aliqua nasceretur præcedente, dum nimirum vel mulier se viro nobiliorem esse prætenderet, aut vir se muliere potiorem dignioremque esse jactitaret; hoc enim modo subintrante inter maritum & uxorem suscitatum fuisset bellum. Ne igitur mulier aliquem supra virum moliretur majoratum, aut vir præ muliere præeminentiam quæreret, Deus virum ex terra, mulierem vero ex costa quæ suam quoque ex terra originem decit, formaram esse voluit, ut sic sedatis utrimque alias emergentibus controversiis, pacem inter eos perpetuam stabiliret. Et ob eandem rationem Deus pariter in Adamum soporem immittere decrevit; si enim Adam expertectus vigilasset, aliquem utique ex evulsione costæ dolorem sensisset, cujus deinceps aliquando memor factus, indignatione & choleta erga illam commoveri potuisset; ortumque hâc ratione novum fuisset

bellum

bellum; cui Deus suscitando omnem adimere voluit occasionem ideoque. *Cum obdormisset, tulit unam de costis ejus: Ne Adam sentiendo dolorem* (ita exponit Chrysostomus) *mulieri ex se formatæ postea doloris memor infensus fieret.* Quasi dicere, Deus hæc omnia eo duntaxat fine facit, ut in pace deinceps vivatis, ac demum è pace inter vos omnia cœli terræque bona proveniant, vestræque utilitati cedant.

6. Ergone, inquis, ex pace omnia bona scaturient? Quid? Tunc hæc dicere dubitare audes, ex Evangelio hodierno manifeste elicitur. Ingressus Jesus in cœnaculum *januis clausis* audit discipulos inter se contendentes, dum unus gloriosam ejus resurrectionem affirmat, alter vero negat; Petrus & Joannes prope sepulchrum se fuisse, nec tamen Jesum invenisse asserebant: Thomas autem id se nequaquam credere posse aut velle expresse dicebat: *Nisi videro non credam.* Dei Filius autem qui contentiones eorum volebat componere, vulnera sua eis commonstrans, verum se eumdem Magistrum esse declarabat, quasi diceret: Cessent inter vos, ô prædilecti discipuli, cessent, inquam, controversiæ, ex hisce humanitatis meæ cruentis cicatricibus me recognoscite. Pacificos vos volo ô filii charissimi, non veto litigiosos, atque ideo pacem vobis adfero, ad patrem vos hortor, *Pax vobis, Pax vobis.* Dicet fortasse aliquis, Ergone possibile est quod Filius Apostolis suis nihil aliud præterquam pacem annuntiet? cur non potius illis felicitatem terrenam ac cœlestem promittit beatitudinem? Attenti chore ô Auditores jam jam enim latens hic vos referabo mysterium. Mox ut totius hujus universi Redemptor in hunc mundum est natus, Angeli turmatim de cœlo descendentes, harmonicis suavibusque vocibus suis Deum glorificabant omnipotentem, quod mortalitatis nostræ paludamento vestiti, mundanasque miserias in Paradisi felicitates commutare dignatus fuisset: *Gloria in altissimis Deo*: Postea verò ad terram Luc. 2. sese convertentes perfectam quandam hominibus augurabantur & promittebant pacem: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Ergone inquies ex Angelorum ad nos instituta legatione, & ab ipsomet Deo incarnato terra aliud nihil expectare habebit, quam pacem? Cur non potius hi cœlitus in terram destinati nuntii Deum in terram advenisse nuntiant? aut terram commutandam esse in Paradisum dicunt? aut Deum qui antea vocabatur *Deus exercituum*, vel Deus terribilis & formidabilis, nunc factum esse infantem benignum, pium, atque mansuetum? aut nunquid fortunatius nobis attulissent nuntium, majusque in nobis causassent gaudium, si nobis Deum eo fine in hunc mundum advenisse nuntiassent, ut nos cœlestibus locupletaret gratiarum suarum thesauris, aut è dura Sathanæ servitute redimeret, vel denique in beatam nos Paradysi patriam perduceret? *Et in terra pax: Cur non divitiæ, honor, gaudium, gratia, reconciliatio, redemptio?* Nequaquam ita fieri debebat, sed potius horum omnium loco solam pacem annunciari conveniebat; Eo ipso namque quo pacem adferebat, omne nobis bonum attulisse censeri poterat, siquidem in solius pacis nomine omnia bonorum genera veluti in brevi compendio reperiebantur conjuncta: *Quia sub nomine pacis hæc omnia comprehenduntur. Tanta enim res est pax, ut nomine suo omnia bona conjungat*, nimirum & divitias & gloriam, & honorem, & gaudium, & gratiam, & reconciliationem & redemptionem. Fortunati itaque fuere discipuli, qui a sui amantissimo Magistro solam pacem recipientes, corda sua omnibus invenerunt cœlestibus bonis referta & cumulata: *Pax vobis*, Et quid amplius? *Qui pacem dedit*, inquit glossa) *uno verbo omnia bona dedit.*

Franc. Lab. in appar. conc ver. pax punct. 5.

Gloss. ibid.

7. Ingeniosè admodum Fernandius observat, quod quotiescunque alicui in exteras peregrinasque nationes abeundum est, ab iis quos domi deserit, ea semper servetur consuetudo solemnis, ut abeunti honotarium præsent aliquousque comitatum, cum auguriis pacis. Ita enim Abrahæ dictum fuit: *Ibis ad patres tuos in pace.* Idem quoque Abimelech & Ochozath Isaac dixerunt: *Te cum pace dimisimus auctum benedictione Domini.* Moysen in Ægyptum abiturientem Jethro quoque optimæ pacis imprecatione est prosecutus dicens: *Vade in pace*; Id quod in milleuis quoque aliis locis invenietis. Pro cujus intelligentia advertendum est, Pacem in Hebræo per hanc vocem *Schalom*, id est, salutare, exprimi, haud secus ac si Pax & salus synonyma essent. Unde S. Joann. Chrysostomus quotiescunque hæc verba: *Profecti sunt in pace*, in scriptura sacra invenit, eorum loco legit: *Abierunt cum salute.* Quisquis enim pacem secum habet, quoddam adversus omnia mala antidotum efficacissimũ secum defert, se curusque esse potest, nullum ei obventurum esse casum sinistrum, cunctaque ejus consilia atque conatus felicissimos sortituros exitus; salvus namque ibit & redibit, nec non cum Philosopho illo dicere poterit: *Omnia bona mea mecũ porto.*

Gen. 17.

Gen. 26.

Exod. 4.

Tertul. l. 5. con. Marcion. c. 5.

Fernand. in c. 26. Gen. sect. 4.

porto. Nam ut Fernandius ait: *Bona quidem omnia hominibus provenire solent ex abundantia pacis.*

8. Et quidem tametsi hæc ita se habeant, illi tamen S. Joannis Chrysost. expositioni qua loco illorum verborum: *Profecti sunt in pace* legit: *abierunt cum salute*, nonnihil immoremur. Neque enim mihi persuadeo magnum hunc Ecclesiæ Doctorem de sola loqui corporali salute, verum etiam de spirituali; adeo ut dicere velit, quod quisquis verus est pacis amator, salutis animæ suæ securum se possessorem esse credere, seque prædestinatorum seu electorum Dei numero annumerare possit; Id quod ex quodam è Baruch Prophetæ desumpto scripturæ loco *ab oppositio* facilè colligi potest, qui de domo Dei, cælo nimirum vel superna Hierusalem, in qua Beati sine fine immensa perfruuntur beatitudine, loquens, postea vero de antiquis Gigantibus qui in ipso mundi exordio exorbitantis statuæ reperiebantur, mentionem faciens dicit: Deum Optimum Maximum minimè sibi in illis complacuisse, ut eos eligeret, ideoque periisse: *Non hos elegit Dominus, propterea perierunt.* Nullum quidem mihi dubium est, quin verum sit, ideo gigantes illos periisse, quia scilicet Deus eos non elegit: sed in hoc solum mea consistit difficultas, quod causam penetrare nesciam, cur Deus illos electorum suorum numero adscribere, aut in cœlos admittere noluerit, cum certum sit, quod *quantum est de se vult omnes homines salvos fieri.* Num forte Deus eos adeo temerarios futuros esse credidit, ut antiquæ stultitiæ suæ vestigiis insistentes, novam denuo in cœlis turrim ædificare contenderent, prouti alias cassò licet & irrito conatu fecerant? S Ambrosius hujus causam exercitio & naturali Gigantum proprietati adscribit, quæ videlicet, uti ex sacro Textu deducitur, in hoc consistebat, quod nimirum viri fuerint armigeri, pacis persecutores, atque ad consectanda bella valde propensi: *Gigantes ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum.* Quod si enim fuissent *scientes pacem. Hos elegisset Dominus*, Audite ipsissima sancti Ecclesiæ Doctoris verba: *Et merito non elegit, quia prælium non pacem sciebant.* Quid igitur futurum de illo erit, qui est *sciens pacem & non bellum*, is utique in optima consequentia de electorum & Prædestinatorum numero erit. De qua consequentia tanto minus ambigo, cum S. Ambrosius idipsum confirmet subjungendo: *Et ideo tu Pacem disce, ut eligaris à Deo.* Num autem modicum tibi bonum esse videtur, de tua te certum esse salute, teque certo ac infallibili futuræ tuæ ad gloriam prædestinationis signo insigitum esse: Quid enim ultra potes desiderare?

Baruch. c. 4.

S. Ambr. lib. 1 de Cain & Abel. c. 5.

9. Ehem quantum universus mundus hujus civitatis Pacis Deæ censeri debet obligatus! Eorum illam maximorum bonorum bajulam esse vos perspicacius cognoscere, ac proinde ad sequentis scripturæ accuratiorem ponderationem attentos vos esse cupio. Verum igitur quidem est S. Joannem Evangelistam hanc solam adferre causam cur milites Crucifixores in Calvariæ monte Crucifixi filii Dei crura non fregerint, quia nimirum eum invenere mortuum: *Cum vidissent eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis & aqua.* Veruntamen mihi animus est, ut per Anselmi doctrinam mysterium aliquod præsenti proposito nostro accommodatum curiosius nonnihil investigemus. Dicit igitur Sanctus hic Doctor: *Qua hora sanguis redemptionis exivit de latere Domini cruce pendentis.* Quid sequitur? Audite stupendum quod Claudam nec unquam hactenus auditum Paradoxum: *Tunc patuit hominibus introitus in regnum cœlorum*, q. d. Tunc apertum nobis est cœlum; tunc declarati sumus regni cœlestis hæredes, tunc in Paradyso admissi sumus ad Angelorum consortium; Tunc scilicet, quando *Exivit sanguis de latere Domini.* Cur obsecro non citius vel tardius, Audite S. Anselmum, quia in illa hora *Pacificata Cælestia & terrestria.* Ac proinde Apostolus ad Colossenses scribens dicit: *Pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in cœlis sunt, sive quæ in terris sunt.* Quibus verbis pariter nobis demonstratur, quod quoad usque bellum prævaluit, cœlum semper occlusum fuerit: Pace autem stabilitâ, quando *Pacificata sunt cælestia & terrestria, tunc patuit hominibus introitus in regnum cœlorum.* Soli namque paci in acceptis referre debemus tantum beneficium.

10. Sapientissimus Salomon una ex parte oculo Prophetico prævidens martyria, sanguinis effusionem, mortemque crudelem, quam servi Dei Catholicæ fidei confessione passuri erant: ex altera verò conceptum illum considerans, quem stolidi gens infidelium præsens tantum hujus vitæ tempus considerans, mentis vero oculum ad futuræ vitæ æternitatem minimè reflectens, sibi formabat, dicit: *Visi sunt oculis insipientium mori.* Sap. 3. Hinamque stulti huic caput amputari, illi ferro pectus transfodigi, alteri vero viscera evelli & contorqueri videntes, sinistrum sibi de illis

formabant judicium. At vero quidnam in ipsa rei veritate hisce martyribus evenebat? Nunquid auditis? *Illi autem sunt in pace.*

11. Quid autem hisce verbis inferre Sapieos voluit? Num fortè quod ex parte ipsorum finita fuit prælia, terminata bella, iisdem à carnificibus atq; Tyrannis intentata? Etenim certum quidem est idipsum veritati summè consentaneum esse, attamen inclytus sapientum Rex auctius & amplius aliquid hisce verbis mihi dicere voluisse videtur, quod breviter declarabo. Expressius namque & clarioribus verbis insinuare volebat, Martyres illos, non esse mortuos, prouti stulti illi credebant; sed in superna cælesti gloria & beatitudine Paradysi perenniter vivere. Nunc igitur hic Modernus quidam scriptor subingrediens sequentem movet difficultatem dicens: *Quid? nonne innumera bona illorū dicere potuisset:* Exempli causa: *Illi sunt in æterna vita, in lætitia sempiterna, facie ad faciem Deum semper vident; Cur hoc tantum expressit: Illi autem sunt in pace?* Pulcherrimam audite responsionem, vere dignam quæ aureis characteribus describatur, audite inquam eandem & diligenter observate: *Quia quidem tantum bonum est pax, ut periphrasis esse valeat omnium cæstium bonorum.* Unde manifestè deducitur, Pacem omnia in se bona totius Paradisi complecti, adeo ut idem Pax significet, quod æterna gloria, & beatitudo Paradisi.

12. Id quod expresse quoque ex sacris à sancta matre Ecclesia institutis Cæremoniis deduci posse videtur. Quando enim celebrantur exequiæ, & funeralia solemnia pro defunctis nostris, ultimata totius devotionis conclusio hisce verbis enunciari solet à sacerdote, dum ait: *Requiescant in pace.* Scio equidem Ecclesiam hoc loquendi modo nihil aliud desiderare, aut intendere, quam ut animæ tales collocentur in parte gloriæ, qua beati fruuntur in Paradiso, respectu namque intentionis nostræ, & conformiter ad desiderium nostrum, idem est dicere: *Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace,* ac si alius diceret: *fruantur gloria Paradisi.* Pax enim, Gloria, Paradisus, Beatitudo sunt termini convertibiles, ut ait Logicus, unam eandemque beatifi cam visionem significantes.

13. Enimvero exinde lumen aliquod ad sequentem scripturæ passum facilius intelligendum mihi subministrari videtur. Perfidus ac venenosus ille cerastes Judas, copiosâ quadam multorum turmâ stipatus, inter densas intempestæ noctis tenebras ad hortum procedit Gethsemani, Magistrum suum ibidem traditurus. O delictum summe detestandum & execrandum, quale mundus nunquam ante vel post eum commisit aut committet. Ut autem impietas ejus suo non frustraretur fine, vigiles & attentos delicti sui socios esse, omnemque ab animis suis timorem atque formidinem excludere hortatur, siquidem magister ejus nullos alios in sui defensionem secum habeat, præterquam undecim discalceatos, inermes, atque pusillanimes discipulos. Hisque dictis ipse, primus animo intrepido quosvis alios præcedens hoc eis signum dedit: *Quemcunque osculatus fuero ipse est, tenete eum.* Dumque Dei filius tertia vice ab oratione consurgens, ad discipulos suos reditum pararet, ecce Judas se prodit, eique appropinquat, amplexatur eum, eumque exosculans apprehendit, cum antea suggestum signum dedit militibus. *Et osculatus est eum.* Mira profectò mihi res esse videtur, ô Auditores, quod Judas osculo quodam, quod signum & symbolum est pacis ut scribit Durandus, dum ait: *Homines osculum*, id est, *pacis signum sibi invicem dant*; uti non verecunderetur veluti cruenti cujusdam funestique belli instrumento. Adhæc, quænam Judam cogebat necessitas ut ad Dominum suum perfide tradendum, doloso hoc uteretur osculo? *Si non castè saltem cautè*, inquit S. Pater meus Augustinus. Favebant densæ noctis tenebræ, in quibus occultus & abditus remanere poterat, adeo ut non opus esset Magistro vel discipulis ejus se manifestare; & ne turba in apprehendendo Christo aberraret, sufficiebat, si illum vel manu vel digito turbis indicasset, vel insuper voce alta clamasset: *Ecce eum!* Nunquid videtis illum? Is est qui erectus stat corpore, ite, festinate, apprehendite, ligate, tenete &c. aut si adigente rabie, omninò ipsi decretum hictoris exequi officium, amplectendo, & tenendo ac stringendo, quo fine eidem osculum impressit? *Et osculatus est eum.* Existimo omninò hoc Christo à Juda impressum osculum à voluntate Domini potius, quàm à Judæ intentione processisse; ac osculate rationem. Multorum scriptorum constans est opinio, Christum in cœnaculo Judæ pedes lavisse, ac demum osculatum fuisse, prouti cæteris quoque fecerat Apostolis; sic enim videmus Episcopum quoque dum in septimana sancta Christi personam repræsentans ad ejus imitationem, duodecim selectis personis pedes lavat, eosdem quoque protinus osculari. Atque

Matt. 26.

Durandus in rat. Div. Offic. lib. 4. c. 33. num. 4. S. August.

ideo

ideo filius DEI, qui in ultima Cœna osculum pacis signum Judæ pedibus infixerat, voluit ut idem Judas in horto Gethsemani accepti a Christo osculi faceret restitutionem: Testatur idipsum S. Paulinus, dum ait: *Osculum non ideo accepit, ut pacem proditoris acciperet, sed ut suam ab alien (id est, à Iuda) reciperet* Idque DEI filium non alio fine à Juda exigisse existimo, quam quia impium illum traditorem impœnitentem moriturum, ac proinde damnandum esse præviderat, cui proinde pax, cujus symbolum est osculum, minimè conveniebat, siquidem ut supra diximus, pax omnia in se cœli bona complectitur, adeo ut pax idem omnino sit, quod gloria Paradysi; Imo si osculum illud pacis signum, secum ad Infernum condux isset locus ille pœnarum, in Paradysum transformatus fuisset cœlestium gaudiorũ; Illa tormentorum abyssus, ubi mera discordia regnat, adveniente pace, ex improviso transmutata fuisset in perfectæ beatitudinis cœlum empyreũ; *ubi pax est, Deus ibi est, ac etiam Paradysus*; inquit Joannes Viguerius. Porro num domus illa in qua maritum inter ejusque conjugem prævalet discordia, verus sit infernus, illa vero in qua Pax benedicta triumphat, alter quidam sit Paradysus, idipsum vobis dilecti Auditores dijudicandum relinquo, qui per experientiam ea superre melius ferre poteltis judicium: *Vbi rixæ & bellum, ibi Diabolus & Infernus*, scribit idemmet Viguerius. Veruntamen nolo hodierna die quæ specialis est dies lætitiæ, vos quicquam conturbare. Quin potius ut pacem deinceps inviolabilem conservetis, velim ut adhuc majores illius admiremini prærogativas, ex ipsomet Pacis nomine deductas.

D. Paulin. in Bibl. vet. PP.

Io. Viguer. de virt. char. c. 12. §. 2. v. 2.

14. Certissimum est, cunctas ad nominis alicujus compositionem concurrentes literas significatum aliquod habere. Sic enim exempli causa, tria Jod in nomine DEI apud Chaldæos, tres divinas significant personas Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, *Patachamee* autem essentiæ unitatem. Imo in Alphabeto Hebræo nulla est litera, quæ suum non habeat significatum Aleph enim significat *Discipluam*; Beth *Domum*, Ghimel *vocis plenitudinem*; Daleth, *Libros*; Heista; Vau, *In ipsa*, Zain *Vivit*; Heth *vivens*; Teth. *Bonum*, Jod *Principium*, & sic consequenter de aliis discuttere licet. Unde S. Pater meus Augustinus occasionem sumit, investigandi trium illarum literarum significatum quæ ad hujus nominis *Pax* compositionem ingrediuntur, dicitque primam literam, scil cet P. significare *Patrem*, A significare *Filium*, qui proinde de semetipso ait: *Ego sum Alpha* Tertiam vero, quæ est X. de formatur ex duabus lineis conjunctis representat *spiritum* sanctum, qui est *Nexus amoris* inter *Patrem & Filium*; Quod vero hi Pax innovata D. dobum sit per hoc denotatæ essentiæ Divinæ unitatem. *Pax est una dictio ex tribus literis constans*, inquit S. Augustinus, *ad significandum Trinitatem & unitatem in DEO, à quo Pax ipsa procedit.*

Faustin. Tasf. ser. 4. ad Heb. Apud Ric. Brixian. tom. 1.

15. Cujus quidem confirmatio ex ipsismet apud S. Joannem à Salvatore nostro prolatis verbis deducitur, quando Patrem suum æternum pro discipulis suis orans, ita loquitur: *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos.* Quibus verbis Cardinalis Toletus Christum de pace loqui existimat, utpote quam inter Apostolos suos vere stabilitam videre desiderat, *ut sint pacifici inter se.* Equid autem eo quod pacifici sint, securiorum existimas? *Ut sint unum sicut & nos* Ubi Ly sicut ut potat Dionysius Carthusianus, *Non denotat omnimodam Deparitatem, sed aliquam assimilationem, secundum quod dici solet, omne simile est dissimile*: In quonam verò hæc pacificorum cum sanctissima Trinitate similitudo consistit? *In Divinis sunt tres* personæ, & unica duntaxat essentia, hic & in humanis, ubicunque pax viget & floret, plures quidem reperiuntur personæ, illarum tamen omnium una est voluntas: *ut sint unum unitate naturæ & voluntatis, sicut & nos* in plurali propter personarum pacificarum pluralitatem: Adeoque multi in pace simul viventes vera quædam sunt Sanctissimæ Trinitatis similitudo atque effigies. Idipsum S. Augustinum asserere voluisse existimo, quando dixit: *Ad hoc enim valet, quod ait: Ut sint unum sicut & nos unum sumus, ut quemadmodum Pater & Filius non tantum aqualitate substantiæ, sed etiam voluntate unum sunt, ita & hi, inter quos & Deum mediator est Filius, non tantum per hoc quod ejusdem naturæ sunt, sed etiam per eandem dilectionis societatem unum sint.*

16. Hac quoque ratione consolidati videntur egregia illa S. Gregorii Nazianzeni doctrina, qui opinatur, quod quisquis pacem amat, is quoque cum DEO unitus sit & confœderatus: *Deo divinis sunt proximi, qui pacis bonum amplexi videntur.* Et quod si mihi quid hac de re sentiam, enuntiandum esset, dicerem utique, Pacem unius videri quendam esse respectu DEI imagonem. DEUS enim non potest, ut ita dicam, ibi non esse præsens, ubi pax floret & viget. Pro cujus majori evidentia suppono, quod Pax fundata sit in unione cum exclusione discordiæ: *Vera Pax &*

requirit

requirit unitatem cum proximo sine discordia; vel ut docet Doctor Angelicus S. Thomas: *Pax includit concordiam, & ubicunq; est Pax, ibi est concordia.* Qua facta suppositione nunc ad quendā è sacris Geneſi desumptum Scripturæ locum recurramus. Ibi namq; legimus, quod Jacob justis Isaac Patris sui mandatis obtemperaturus, è paterna domo discendens in Mesopotamiā ad Laban Rebeccæ matris suæ fratrem, se receperit eo consilio, ut ibidem sibi proposito suo per omnia consentaneā sponsam adoptaret. Primo itineris die transacto noctem tranſigere coactus est in loco quodam prorsus ab hominibus deserto, ubi nullus habitator aut incola erat, ubi ne quidē tuguria reperiri poterat Pastoris tugurium, in quod proficiendo lasso corpore, & dulci capiendo somno divertere potuisset; ac proinde explicato super terram pallio suo, lapidibusque nonnullis, capitis sui suppositis in terram decumbere & suaviter dormire cœpit: *Dormivit in eodē* loco. Diluculo verò ad ortum auroræ è somno expergefactus, itet suū prosecuturus in pedes sese erigit, omnaq; circumquaq; circumspiciens, locum quoq; in quo decubuerat fixè observat, & lapides quos cervicalis loco capiti suppoſuerat, pariter considerat, ac tandem veluti ex tot præmissis antecedentibus hanc subinfert conclusionem: *verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebā.* Indè subjungit: *Non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli.* O quot hujusce loci in quo Jacob tantillus quievit, accumulātur prærogativæ! Fatis est etenim locus iste residentia Dei, domus Dei, & porta cœli &c. Scire autem hoc loco operæ pretium quænam fuerit tantorum bonorum hujus causa, & unde Deus permotus fuerit, ut hanc Jacobi durum lectum tot gratiis cœlestibusq; favoribus honoraret. Num fortè id factum est, quia terra illa Jacobo opus quoddam misericordiæ præstiterat, dum virum quietis egenum in sinum suum confovendum & recreandum recepit? Enimverò pro hujusce difficultatis intelligentia observandus singulariter ille loquendi modus quo sacer Chronista Moyses hoc loco utitur, dum de lapidibus illis quos pertentaut Jacob capiti suo submisit, sermonem instituit. Quando enim serotino tempore lapides illos collegit & loco cervicalis accommodavit, in plurali loquitur affirmando multos fuisse. *Tulit de lapidibus*, matutino verò diluculo expergefactus Jacob, ut sacer Textus ait: *Tulit lapidem quem suppoſuerat capiti suo.* Ubi ut vides in singulari loquitur, id quod multis disputandi occasionem ministrat, si enim multi fuēre lapides, quomodo postea unicum tantum fuisse dicit? Num fortè alii lapides se inde sub noctis crepusculum dormiente Jacob subduxerunt, veluti dedignantes ut homini cervicalis vice subserviant, qui non eo fine, sed longè alio à Deo & terra producti fuissent? Præterea hic omnes, & soli illi quam Lyranus reddit, libens adhæresco. Dicit igitur Lyranus: *Dicunt Hebræi quod accepit tres lapides, & quando evigilavit, invenit, quod illi tres lapides facti sunt unus lapis.* Eandem quoque opinionem Tostatus tenet. *Tunc illi lapides propter sanctitatem Jacob certantes quis capiti ejus directè supponeretur, in unum lapidem redierunt, & in aurora unus lapis apparuit.* Ecce igitur nunc vobis in favorem sanctæ Pacis detectum & manifestatum hic latens mysterium. Lapides enim inter se congregati & uniti fuerunt, ut ex pluribus lapidibus facti sint unus idemque lapis, atque ideò quia hoc modo inter se concorditer erant uniti, thronus quidam & residentia Pacis facti fuisse videntur, siquidem ut supra diximus: *Vera Pax requirit unitatem sine discordia*: Unde si animati fuissent vivi, non solùm se concorditer congregatos & unitos fuisse, verùm etiam pacem à se conservatam fuisse dicere potuissent. Imò plus dicam, scilicet lapides illos verè animatos fuisse & vivos, siquidem à seipsis, nullâ alienâ interveniente operâ, ad hanc perficiendam unionem sese moverunt taliter, ut unus duntaxat lapis esse viderentur; quis igitur Pacem inter illos habitasse inficiari audebit? Itane? Pax igitur inter lapides quoque invenitur, meritò igitur Jacob asseruit dicens: *Verè Dominus est in loco isto. Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli*, quia ubi Pax est, ibi Deus, qui inter pacificos habitat, eorumq; domos in suam sibi residentiam eligit; vivendo enim in pace Paradisi & Dei portæ vicini & proximi semper assistunt. Id quod Sanctus Grigorius Nazianzenus ubi supra, insinuare volebat, dum ait: *Deo & Divinis sunt proximi, qui pacis bonum amplecti videntur.*

17. Porrò doctrinam hanc per aliam, quam per ipsiusmet Filii Dei doctrinam authenticare nolo, qui ait: *ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*; ubi Christus de illis loquitur, qui vivunt in pace, & sunt *spiritualiter & corporaliter uniti*, inquit Carthusianus, *videlicet in charitate & gratia*: sed quodnam inde in illos redundavit bonum? *Ibi sum in medio eorum*: idque sufficit,

Lyran. in Glos. ord.

Greg. Naz. supra.

Matth. 18.

Dionys. Carth. art. 32.

sufficit, quod scilicet secum habeant omnium bonorum authorem, plus enim (intensive) dici non potest. Ac proinde idemmet Dionysius aliquas illius beneficii exaggerationes in tantum insinuat dicens: *Ibi sum in medio eorum, id est, inter eos, atque in cordibus singulorum per Spiritus sancti directionem, piam gubernationem, & precum illorum gratiosam exauditionem: Tales ergo Christus custodit, protegit, & illustrat.* Dion. ibid.

18. Aliter se res habet cum Diabolo. Hic namque obscurus & acer tenebratum Princeps Tyranni officium exercens, suam in pectus Saulis transtulerat residentiam, ubi crudelissimus factus carnifex, alias quam impietatis non promulgabat leges, suamque in contorquendis infelicis Regis illius visceribus evomebat rabiem; cor damque afflicti hujus Principis transformaverat in vallum quoddam, unde ejus continuò infestabat & perturbabat quietem: seu potius in quoddam theatrum in quo diræ & horribilis iniquitatis suæ exhibebat spectaculum. Unde Rex ille à Diabolicis hisce furiis agitatus, quendam secum in corde gerere videbatur Infernum, vel saltem vivam quandam animati Inferni effigiem.

19. Sæpenumero in interiori cordis sui persentiscebat quasdam sibi excessivi furoris accendi flammas, omnibusque animæ suæ potentiis veluti in confuso quodam chaos sepultis bonum à malo distinguere non poterat, negotia quoque à mente penitus evanescebant, suamque non nisi ad id quod nocivum est applicabat voluntatem. Nullum proferebat verbum, quod animi cujusdam desperati non esset indicium, nullum formabat gressum, qui illum in præcipitia, si vicina fuissent, non proturbasset: inter noctis obscuræ tenebras larvarum instar vagabundæ obertrabant ejus cogitationes, nullum somnus ejus cum grata luce habebat commercium; animique turbationes omnem à cordis sui limitibus requiem proscripserant.

20. Omnis lætitia quandam ei conciliabat mœstitiam animique mœrorem; Et sicuti homini infirmo, qui depravatum habet gustum, ita quoque ei omnes dulcedines in amaritudinem videbantur converti, In solius Davidicæ Citharæ dulci plectro impottunis maligni illius spiritus molestiis opportunum inveniebat remedium, hic enim ad tactum chordarum, dum ab ingeniosa musici citharœdi manu suavissima formabatur harmonia, suum non solum deponebat fastum, sed vires quoque suas contritas, suamque tyrannidem mortificatam experiebatur; imò veluti ramus quidam à vento valido decussus & langueseens ipse quoque musico hoc instrumento personante victum se atque totaliter contritum dedebat; vel etiam instar avis nocturnæ illucescente die in rupem sese fugam capiebat: *Percutiebat David Citharam, & spiritus malus recedebat ab eo.* Quasi Dæmonium dicere vellet, fugitivum incipio vertere tergum, quia substam mihi inimicam meam persentisco, quæ veluti generosa bellatrix in stadio arcis circumfusis thoracе se unionis vestit, erigit concordiæ galeam, harmoniæ scutum apprehendit, vibrat hastam pacis, & harmonicis meis ictibus petens, mensuratum tactibus sensibiliter tangit, ligat chordis & fidibus, velocissimis me fugis fugat, nec non & clavibus suis in imo me Inferni barathro recludit, musica quæ vitam affert, mortem mihi adimit, & velut quædam Paradisi nuncia ad Infernum reverti me cogit. Unde Carmelinus Incognitus P. Michael de Ayguanis Bonnienfis ait: *Spiritus maligni melodiam, cantus maximè spiritualis, odio habent propter concentum vocum, & ubi ipsa audita fuerit, fugiunt.*

21. Ac proinde meritò alii dixerunt, ipsam omnium bonorum appellari posse seminarium: *Pax seminarium omnium bonorum.* Sanctus quoque Augustinus animæ illam comparat, à qua sicut omnes procedunt functiones humanæ, ita quoque bona omnia derivantur à pace: *Spiritus enim humanus sicut nunquam viviscabit membra, nisi fuerint unita: sic spiritus sanctus nunquam nos vivificat, nisi in pace uniti fuerimus.* Unde ipsemet DEI filius, qui fons est omnium bonorum perennis, tam in Patris sui sinu, quam in utero matris suæ Pacem secum habere voluit. Unde Bernardus: *Filius à Patre processit, & venit in mundum, ut qui prius erat cogitatio pacis in corde Patris, fieret & ipse Pax in utero matris, volensque sibi ab Isaia Propheta Principis Pacis gloriosum titulū acclamari: Pater futuri sæculi, Princeps pacis.*

22. Videor tamen mihi audire nonnemini, qui in contrarium S. Matthæi opponat Evangelium, imò ipsammet Christi doctrinam, qui apertè profitetur, se non admittendum in terris pacem, sed ad bellum suscitandum in hunc mundum è cœlis descendisse *Non veni pacem mittere, sed gladium;* quique proinde miretur quo fiverit hactenus hoc meo discursu detestatus fuerim bellum, & pacem persuadere non dubitarim? *Nunquid aliud judex nuntiat, & aliud præclamat?*

23. Argumentum istud à S. Joanne Chry-

sostomo

Chrysostomo quoq; non sine pondere adducitur, qui murati videtur, quod Filius Dei nunc Olivam pacis signum nobis adferat, mox vero gladiũ Matthæi instrumentum apprehendere suadeat: *Non veni pacem mittere in terram mittere: quomodo igitur præcipit, cum ad suscipientium domos ingrederentur, pacem omnibus daretaut quomodo Angeli clamabant? Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis? Quomodo etiam omnes Prophetæ pacem populo tempore ipsius futuram prænuntiarunt?* Quâ, inquam, ratione simul consistere potuerunt, nunc pax & nunc bellum, aut nunc bellum, post pax. Respondeo igitur hac adhibita distinctione, & dico pacem duobus modis considerari posse: *vel quatenus se extendit ad concordiam, quæ est in bonum, vel ad concordiam, quæ est in malum.* Si primo modo consideretur pax, bona est & sancta, de qua hactenus in hoc discursu locuti sumus, quæq; à charitate veluti è radice sua nascitur: si vero secundo modo intelligatur, scilic. quod concordiam *quæ est ad malum*, qualis erat illa turmi Babylonicam ædificantium, vel Dæmoniorum in procurandam animarum damnationem consentientium, vel etiam Hæreticorũ fidem oppugnantium, vel plurium aliorum in perniciem proximi sui conspirantium, de hac verba Christi intelligi debent, quibus ait: *Non veni pacem mittere sed gladium.* Charitatis enim opus est gladium & bellum in eos immittere, qui in malo suos concordes, *mediis tamen licitis per sponsionem veritatis.* Ad hanc pacem in mundo stabiliendam Filius Dei non venit, quia Diabolicũ est, non Christiana aut Divina: Neque de hac intelligendus est, quando Apostolis præcepit, ut eam in domos eorum subinferrent, qui illos in suas habitationes charitativè recepissent: *Dicite pax huic domui*: nec hanc dedit Apostolis quando hodie eis apparens dixit: *Pax vobis.*

24. Etenim Pax quæ hodie inter homines reperitur tota alia sit, ad secundam Pacis speciem pertinet, quia se extendit *ad concordiam quæ est in malum.* Ac proinde Hieremias Propheta dicebat: *Pax, Pax, & non est Pax.* In mundo nil præter pacem venditatur, & tamen ne vel minima pacis reliquia in eo inventur. Qualis autẽ hæc pax sit intelligere nequeo; Erit namque, verbi gratia, Gubernator aliquis Civitatis, vel superior alicujus Religionis, qui probe novit quosdam subditos suos confœderatos scandalosè vivere, actiones indecentes suoque religioso vel christiano statui repugnantes committere: vel etiam hunc pauperum operationum mercedes defraudare, illam sensualitati suæ dissolutè nimis fræna laxare, claustralem illum mercaturas & negotiationes illicitas ab usuta & offensa Dei præscindere non velentes agitare: Superior autem qui mansuetus & mitis potius, quam bonus & zelosus ab aliis haberi vult, ipsum scienter permittit, claudit oculos, dissimulat, non admonet, non reprehendit, aut castigat. Justitiam posthabet, honorem Dei pedibus suis substernit, tegit malefactores & abscondit, reos defendit, fovet delinquentes, imo eosdem velut personas honoratas protegit, dum transgressiones eorum velut opera meritoria dilaudat, & amplexando pejores, bonos conculcat. sub prætextu quod illi, non hi sint amici. Hic inquam superior in pace consistit, omnes charos suos amicos esse æstimat, neminem vult offendere, nec ullius sibi vult concillare discordiam. De hac utique pace intelligendus est Hieremias Propheta dum ait: *Pax pax, & non est pax*: non enim pax bona *quæ sit ad bonum*, sed potius pax est diabolica. Hanc igitur eradicare & dissipare pro viribus debemus, inter hosce qui hac sunt pace confœderati immittendus & vibrandus est discordiæ gladius:

Non est pax cum impiis, dicebat Isaias: *Malorum namque, cum incaute amicitiis jungimur, culpis ligamur*, inquit S. Gregorius Papa. Et ratio est juxta Dionysium Carthusianum, quia pax est inordinata: *Est igitur Pax nociva & inordinata quæ est concordia, seu consensus, vel quietatio aliquorum in malo.* Porro vera & bona pax non debet contrariari virtuti, supradicta autem repugnat rectitudini Justitiæ, superioris obligationi. Conscientiæ, Legi, Deo, &cui non hac proinde: *Non est pax.*

25. Nos qui *sumus filii Dei adoptivi per Fidem*; & consequenter divitiarum cœlestis Patris nostri hæredes: *Unus est enim Pater vester qui in cœlis est*, ejus quoque mentem adimplere debemus: ita namque lex nobis mandat & præcipit: *Filius hæres tenetur servare testamentum Patris, & solvere legata & onera hæreditatis, si velit habere, hæreditatem.* Quidnam autem Salvator Noster verus Deus, & verus homo testamento suo nobis reliquit? *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*: Fallitur igitur quisquis hæreditatem se habiturum sperat, & testatoris tamen voluntatem non adimplet. Et tamen plurimi sunt, qui oderunt pacem, & in discordiis vivunt; De illis loquor discordiis, quæ in civitate quadam vigent inter parentes & cives quæ familiarum causant ruinas & excidia. De hisce Chrysostomus timebat dicens: *Non timeo externa bella sed pugnam domesticam.* Quid mea refert si bellum aliquod in Francia, Hispania, Flandria vel in Anglia exurgat? Non timeo furiosum Gallum, non tardum & irresolutum Hispanum, non generosum Germanum, non prudentem Italum, sed pugnam domesticam. Veruntamen discursum hunc tandem cum Poeta concludamus dicentes:

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Isa. 59.
D. Gregor. 3. p. cur. past. admon. 23.
D. Dion. Cart. in c. 10. Mat. art. 20.
Matth. 6.
Chrysost. ho. 27. in 1. 12. ep. 2. ad Cor.
Virgil.

PARS SECUNDA.

26. Quotidiana nos experientia docet, quod omnes res mundi hujus tandem finiantur & terminum suum accipiant. Finiuntur Divitiæ dignitates, honores, gaudia, advertitates, fastidia, lætitiæ, labores, imo & ipsamet hominis vita sua clauditur ultima periodo: Conveniebat igitur, ut una cum Quadragesima, jejuniis, & mortificationibus meæ quoque prædicationes finem suum assequerentur. Quales autem hæ fuerint, mei id labores dicere norunt: qua autem ratione vobis placuerint, norum est vobis; An fructuosæ fuerint, vestris id reservatum sit conscientiis: Quod si in meo dicendi modo aliquæ observatæ sint imperfectiones, earum

culpa taléti mei attribuatur debilitati, vestraq; me humanitas ſperare jubet, ejus mihi pœnam facile condonandã eſſe. Quod ſi autẽ ex laboribus meis ni aliquid natũ eſt, id totũ attribuatur Deo: *Quia omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt* Libens interea agnoſco nec diffiteor floridum adeò auditorium, quali ego hactenus hoc in loco honoratus fui, imbellẽ non abſq; faſtidio Oratorẽ auſcultaſſe, qui nimirum omnium illarum partium & qualitatum inops ſit & inanis, quæ tùm à loci hujus gravitate, tùm ab actionis dignitate poſtulantur; veruntamẽ ſecuros vos quoq; eſſe velim, quod quicquid potentiæ intellectui defuit, voluntatis in vos ſemper propenſiſſimæ abundantia ſuppleverit. Quod ſi diſcurſus mei brevitatis terminos exceſſerint deſiderio id meo attribuendum eſt, quo prolixiori tempore vobis loquendo animarum veſtrarũ ſpirituali profectui & utilitati conſultum eſſe volui; præterquam quod cum numerus auditorum (qui verbũ Dei audiendi cupiditate & devotione moti huc convenerunt) adeò copioſus fuerit, ideò ut quilibet illorũ ſuam ſibi ex ſermone habito partem vendicare & accipere poſſet, datâ operâ & ſtudio ſermones meos prolixiores eſſe volui, ne ullus Auditorum meorum de me lamentandi occaſionem acciperet. In cunctis verò doctrinis & propoſitionibus toto hoc Quadrageſimali tempore ex hoc pulpito prolatis, me veluti Chriſtianum (licet maximum peccatorem) eorum quorum intereſt judicio genuflexus ſubmitto: Proteſtando ſolemniter quod omnia hactenus dicta conformiter ad ſanctæ Eccleſiæ & Fidei catholicæ dogmata & non aliter intellecta eſſe velim: Gratias quoque vobis infinitas refero, quod ex innata vobis devotione & Chriſtiani hominis obligatione vobis perſuaderi permiſeritis ut quotidie ſacrũ hocce templũ frequentaretis; Id quod magnopere me ædificavit, ſicut & hactenus verbũ Dei accurate auſcultaſtis, ſingularis attentio.

27. Tandẽ ex quo omni conſolatione plenus à vobis jam jam ſum receſſurus, ideò ne vos in hoc ſermone meo ultimo aliquo affectos faſtidio dimittã, aliaq; vobis ſalutaria monita animarũ veſtrarũ ſalutẽ ſpectantia poſt me relinquã. Lego igitur, quod Græci à Perſarũ Rege magnis cladibus affecti, conſpirarint, & ad mortẽ uſq; adverſus eũ conjunctis viribus præliari & dimicare ſtatuerint, duplici tamen præmiſſo juramento; quorũ primũ erat de Duce ſuo nequaquã deinceps deſerendo: ſecundũ verò de eligenda potius morte, quã ut ſe velut mancipia ejus manibus in ſervitutẽ perpetuo dederent. Porrò damna nobis per peccatum illata adeò ingentia ſunt, ut pro eorundẽ reſtauratione neceſſum fuerit, ut ipſemet Dei Filius tanta pateretur, atq; tot inter tormenta in aſpero crucis ligno amariſſimã mortem ſubiret; juſtum itaq; eſt ut nos omnes adverſum peccata conſpiremus, ſtatumq; ſuſque firmiter moti potius quam ejus ſe ſervitutis miſerrimo jugo ſubjicere. Præterea militiæ quoque Eccleſiaſticæ milites ſumus, qui ſub cruentæ crucis vexillo militamus. Dux autem & Capitaneus noſter Chriſtus eſt; firmiter igitur ſtatuamus oportet, nos partes nunquam deinceps deſerere, utpote qui ſingulari nem pariter & vitam pro nobis prodegit. Et hoc quidem monitum in genere omnibus deſervit.

Paul. Ares. de tribul. loct 18. n. 31. f. 303.

28. Juſtis autem de anuſum quendam lapide pretioſo qui *Diaſper* dicitur inſignitum, hunc in ſuo ſemper digito deferent, & ob oculos habebunt ut ſi vere ex humana fragilitate aliquam ſibi DEI offenſam conciliarent, DEUM aſperum & ſeverum eſſe memorarint, utpote qui ad peccatorum ſupplicium leſtrum creavit, hac enim meditatione mediante bonitatem ſuam & DEI gratiam in animabus ſuis facilius conſervabunt. *Si tentatio te provocat, DEVM aſperum intuere,* monet te ſanctus Gregorius Thaumaturgus: Peccatoribus autem alium conſigno annulum pretioſo Adamantis lapide decoratum; ut ſi ſe nonnunquam peniſtigationem Diabolicam in aliquod peccatum mortale lapſos eſſe meminerint, ſeque per hoc in longè miſerrimum & infelicem ſtatum præcipitarint, memineriut DEUM habere noſtri adamantiſſimum & benigniſſimum, *qui non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.* Nequaquam autem ſicut Judas & Cain deſperent, quia miſericordia Dei incomparabiliter major eſt peccato commiſſo. Hunc quoque annulum ijdem S. Gregorio Thaumaturgo mutuo acceptum ejus quoque nomine tibi ô peccator liberaliter dono, & moneo pariter, ut *Quando deſperato te tentat, DEVM amantem reſpicias.* Ecce igitur hoc eſt quod intra paupertatis meæ facultatem reperire potui, ut tibi donarẽ, modicũ hoc æqui bonique conſulas cureſq; ut paupertatẽ donatoris ſuppleat benignitas recipientis.

29. Hiſce itaque ſic ut præmiſſis, ne meum à vobis diſceſſum diutius differam, tametſi nec quoad nomen, nec quoad ſimilitudinem, nec quoad vitam & converſationem Angelus ſim aut dici mereat, idem tamen ubi ô Devotiſſima Roma tandem dicere cogor, quod olim Angelus cum Jacob tota nocte luctatus dixiſſe fertur, nimirum *Dimitte me jam enim aſcendit aurora.* Tandem enim aurora, id eſt, tempus dieiillius illucſcit, quo mihi à vobis recedendum & ſi non ad cellam, ſaltem ad cellam meam redeundum erit; Dimittite igitur me & finite abire. Verum enimvero video mihi neminem ex vobis cum Jacobo replicantem audire ſcilicet verbis: *Non dimittam te niſi benedixeris mihi.* Et quidem non ſine admiratione idipſum percipio, Egone enim benedictionem vobis impertiatiquamnam in vobis redundare bona poterunt ex benedictione peccatorum graviſſimi, quem unquam terræ ſinus ſuſtinuit, aut cujus facies proſpexit? O benigniſſime & in crucem crudeliter acte animarum noſtrarum Redemptor, tu qui ex hoc ligno ingens effuditi ſanguinis diluvium, effunde nunc ex hoc pulpito ſuper animas illas meritorum tuarum infinito pretio redemptas copioſiſſimum benedictionum & gratiarum tuarum imbrem & pluviam. Tu qui nobis daturus vitam inter dira tormenta non es dedignatus mori, larga tua benedictione vivifica ſemen noſtram, noſtriſque cordibus fœcunditatem imperitie, ut meritorum ac tandem ſalutis æternæ fructus producere valeamus. Ad hanc autem benedictionis efficacium tuum ſimul perſonæ divinæ concurrant, Pater memorie veſtræ benedicat, Filius intellectui, Spiritus Sanctus voluntati: *Benedicat vos omnipotens DEVS Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, Amen.*

FINIS.

INDEX

INDEX RERUM
ET VERBORUM MEMORABILIUM,

quæ in hoc opere tractantur. Prima Cifra sermonem, secunda numerum sive paragraphum indicat.

A.

Aaron non fuit punitus ut soror ejus ser. 12. nu. 15.
Abbas Agathon amicus silentii, s. 16. n. 2
Abbas Conradus ejusque digiti resplenduerunt ser. 12. nu. 14.
Abbas Gelasius ejusque miraculum. s. 27. n. 14.
Abbas Jacobus fratrem suum reprehendit. ser. 12. n. 5.
Abradaces & Pantheona, ser. 9. n. 22.

ABRAHAM.

Cur se pulverem & cinerem esse dixerit. s. 2. n. 1.
Erga Lazarum officium charitatis exhibuit, ser. 1. nu. 19.
Hilaritet sacrificavit Isaac filium suum. ser. 9. nu 3.
Non manifestavit Isaaco quod futurus esset sacrificii victima ne eum contristaret. s. 37. n. 5.
Cur Isaaco manus ligarit. ser. 31. nu. 20.
Patria sua recessit. ser. 12. n. 4.
Quatum à Deo protectus fuerit. ser. 14. nu. 8.

Absalon.

Quo medio ad hoc usus fuerit, ut servi ejus Ammonem fratrem suum occiderent. ser 3 nu. 4.

Abundantia.

Ejus Hieroglyphicum. ser. 35. n. 8.

Acanthus.

Ab ejus proprietate desumptum Emblema. ser. 15. n. 10.

Accaron.

Consiliarius fuit Ochoziæ. ser. 33. nu. 19.

Acham.

Cur ob errorem punitus fuerit. ser. 16. nu. 21.

Achates lapis.

Fuit qui caput Regis inse exprimet. ser. 15. nu. 4.

Achilles.

Ejus Historia. ser. 14. n. 13.

Archiolphel.

Calumniator fuit. ser. 9. n. 4.

Adam & Eva.

Cur pellibus vestiti fuerint. ser. 26. n. 2.

Adamas.

Ejus proprietates. ser. 7. n. 4.

Adrianus.

Navis ejus in monetis procusa fuit. ser. 1. n. 9.

Adrianus Imperator.

Ejus qualitates describuntur. ser. 34. n 4.

Adrianus Pontifex.

Magnus fuit Eleemosynarius. ser. 20. n. 7.

Adventus Domini.

Secundus Christi adventus valdè diversus erit à primo. ser. 5. n. 1.

Ægyptii.

Parvas domos & magna sepulchra fabricabant. ser. 1. n. 5.
Charitativi fuerunt. ser. 2. n. 4.
Eorum lex. Ibid.

Æmilius Lepidus.

Ex improviso mortuus fet 1. n. 17.

Æsopus.

Ejus fabula.

Ætna mons.

Ejus descriptio traditur. ser. 10. n. 1.

Agamemnon.

In scuto suo leonem sculptum ferebat, s. 6. n. 1. 38. n. 2.
Reddebat bonum pro malo. ser. 3. n. 14.

Agesilaus,

Nolebat civitates suas muris cinctas esse. s. 38. n 2
Qui laborat sine aliquo interesse. s. 37. n. 14.

Agrippa.

Ejus defensio. ser 13. n 2.

Ajax.

Dona Ajacis & Hectoris qualia fuerint. s. 14. n. 6

Ain & Phe.

Quid significent. ser. 24. n. 15.

Alaricus.

Rex Gothorum loca sacra suspexit. ser. 23. n. 3.

Alcibiades Athenienses.

Mortuus est subitò. ser. 1. n. 17.
Reconciliatus est cum Hipponico. ser. 3. n. 1.
Ab Athenis proscriptus est. ser. 38. n. 1.
Contumeliâ à Crefiphonte passus est. s. 35. n. 51

Alexander.
Aliter à Cratero quàm ab Ephestione amatus, ser. 3. n. 17.
Alexander & Ephestio, s. 10. n. 13.
Obsidet Civitatem Tyri, ser. 10. n. 12.
Mundi modicitas desiderio ejus non satisfecit, ser. 10. n. 8.
Ejus excellentia, s. 8. n. 9.
Pius erga infirmos fuit, ser. 2. n. 16.
Invidus fuit, s. 25. n. 3.
Quid partem Asiæ offerentibus responderit, s. 20. n. 6.
Reprehensus est ab Apelle, s. 13. n. 8.
Veneratus est Sacerdotes, ser. 12. n. 23.
Renuit Nearchi consilium, s. 33. n. 3.
Philosophum quendam ab aula sua dimisit, ser. 18. n. 21.
Alexander Feresius
Ejus crudelitas, ser. 20. n. 16.
Alphonsus.
Odio habebat malignos, ser. 19. n. 1.
Alphonsus VII. Rex Hisp.
Qualiter mortuus fuerit, ser. 1. n. 17.
Alphonsus Rex Neapolit.
Pius fuit, ser. 2. n. 4.
Condonavit Riccio qui eum tradiderat, ser. 9. nu. 9.
Alphonsus Rex Aragon.
Ejus præclarum dictum, ser. 6. n. 5.
Alumen.
Ejus virtus describitur, ser. 8. n. 13.
Alzaus.
A Pitraco veniam obtinuit, ser. 3. n. 1.
Amadaus.
Sabaudus Eleëmosynarius, ser. 20. n. 22.
Amalecitus.
Cur à Davide occisus fuerit, ser. 33. n. 24.
Saulem se interfeciſſe dixit, ser 22. n. 4.
Amandus.
Visitavit. S. Gislenum & quid ei acciderit, ser. 20. n. 5.
Amare.
Inimicus amandus est, ser. 3. per totum.
Tripliciter inimicus intelligitur amari, ser. 3. n. 2
Amandus est inimicus tripliciter ab eo qui perfectus esse vult, ser. 3. n. 3.
Amandus est inimicus quia Deus id præcepit, ser. 3. n. 4. & seqq.
Amare inimicum maximam involvit perfectionem, ser. 3. n. 6.
Ambitio.
Julii Cæsaris & Antonii filii Severi Imperatoris, ser. 22. n. 1.
Agrippæ & Cyri, Ibid.
Lotharii, Ibid.
Semiramidis, Ptolomæi, Alexandri, & Beucephali, Ibid.
Amor.
Est duplicis generis, s. 3. n. 3.
Amphion.
Fuit inventor Musicæ, s. 8 n. 13.
Amen.
Quid significet, s. 11. n. 9.
Anaxagoras.
Ejus dictum ob mortem filii, ser. 26. n. 18.
Anaxarchus.
Præscidit sibi linguam.
Ancæus.
Ab Apro occisus, s. 1. n. 17.
Angelus.
Confortat Christum. ser. 35. n. 11.
Cur Josephum dormientem monuerit, ser. 18. num. 9.
Quomodo peccaverit, ser. 19. n. 3.
Ad sepulchrum Christi vultu suo fulgur vibrabit, & vestibus niveum candorem præ se tulit, ser. 6. n. 9.
Anima.
Ubi resideat, ser. 35. n. 18.
Animæ purgatorii. Vide Purgatorium.
Animæ Purgatorii comparantur Lazaro, ser. 27. n. 2.
Cur animæ mortuorum sub altari consistere dicantur, Ibid. n. 4.
Animæ Purgatorii non sentiunt dolorem, quamdiu pro illis Missa celebratur, Ibid.
Animas Purgatorii sollicitè adjuvare debemus, ser. 27. n. 18.
Anima nostra quid sit, ser. 3. n. 4.
Similis est navi, ser. 1. n. 9.
Orbata Deo, quam pœnam patiatur, ser. 5. nu. 1. & 3.
Animal.
Ephemeris dictum, ejusque proprietates, s. 1. n. 7
Annulus.
Annulus Cæsaris s. 3. n. 1.
Fuit, cui insertus est lapis pretiosus, cui naturaliter incisæ erant Musæ & Apollo, ser. 35. nu. 4.
Artemon.
Timidus fuit, ser. 31. n. 2.
Antigonus.
Ejus dictum, s. 22. n. 2.
Mortem filii sui audiens quid dixerit, s. 26. num. 18.

Quid duobus militibus ipsum traducentibus responderit, ſ. 3. n. 9.
Antipater.
Scribebat Alexandro literas adverſus Olympiam matrem ejus, ſ. 32, n. 7.
Antiqui
Patriarchæ quamdiu vixerint, ſer. 22 n. 4.
Antiſthenes.
Silvatica & veſtis ab eo laborata, ſ. 25. n. 4.
Antonius
Pius adhibebat conſilium, ſer. 33. n. 4.
S. Antonius Abbas ſtudebat in libro mundi, ſer. 15. n. 1.
Filius Severi Imperatoris, ſ. 22. n. 1.
Apelles.
Reprehendit Alexandrum, ſ. 13. n. 8.
Calumniator & malignus, ſ. 19. n. 8.
Quam fecerit Protogenis picturas, ſ. 15. n. 17
Aper.
Occidit Ancæum, ſ. 1. n. 17.
Apis.
Apium funeralia, ſ. 27. n. 1.
Ingeniosa eſt, ſer. 14 n. 13.
Nos docet benefacere proximo, ſer. 2. n. 2. n. 4.
Natura ejus, ſer. 9. n. 2
Apollo.
Invenit medicinam, ſer. 8 n. 13.
Apoſtoli.
Comparantur luci & ſali, ſer. 34. n. 14.
Cur transfiguratus in monte Thabor? ſ. 14. n. 10.
Cur ex Galilæa electi ſer. 21. n. 13.
Cuſti fuerunt ingredi navem, & cur? ſ. 5. n. 9.
Conſtati ob diſceſſum Chriſti, ſer. 5. n. 10.
Turbantur in monte Thabor & cur? ſ. 5. n. 11.
Cur Chriſtus ipsos in martyriis ſuis gaudere juſſerit? ſ. 9. n. 12.
Cur in monte Thabor ſomno gravati fuerint? ſer. 9. n. 14.
Apuleius.
Locupletavit navim Isidis, ſer. 1. n. 9.
Aqua.
Aqua & ignis non pugnabant ad invicem, quando Elias ſuum obtulit ſacrificium, ſer. 23. n. 6.
Aqua a Chriſto oblata & promiſſa quid ſignificet? ſer. 29. n. 2.
Mutata eſt in nuptiis Canæ in vinum, non vero lapides a Chriſto mutati ſunt in deſerto in panem & cur? ſ. 2. n. 15.
Non fuit maledicta, ſicuti terra, ſ. 18. n. 7.
Ab aqua fluminum formatum Emblema, ſer. 14. n. 13.
Cur a latere Chriſti manarit? ſer. 5. n. 16.
Unde aqua piſcinæ virtutem ſanandi habuerit? ſer. 9. n. 4.
Aqua fluminis Silari in Lucania, ſ. 11. n. 4.
Aquæ ſtygiæ proprietates, ſ. 8. n. 14.
Aquila.
Panem in manus Octaviani Auguſti demiſit, ſer. 42. n. 13.
Viſa eſt ſuper cadaver Auguſti, ſer. 27. n. 1.
Aranea.
Telam texens deſcribitur, ſer. 29. n. 1.
Arca.
Arca Dei levis erat quando portabatur, ſer. 31. nu. 14.
Capta fuit a Philiſthæis, ſ. 25. n. 8.
Tracta a juvencis, ſer. 26. n. 4.
A Noë bituminata fuit, poſtquam oſtium ejus clauſum fuit, ſer. 29. n. 24.
Archangelus.
Gabriel cur miſſus ad Virginem, ſ. 22. n. 8.
Miſſus eſt ad MARIAM menſe ſexto, ſ. 21. n. 10
Archelaus.
Rex cui craterem porrexerit, ſ. 17. n. 19.
Turrim quandam alumine linivit, ſ. 8. n. 13.
Archimedes.
Epilogavit ſphæras cœleſtes, ſ. 34. n. 18.
Et Lyſander prohibuerunt filiabus ſuis luxum veſtium, ſer. 14. 15.
Argus.
Inventor navium, ſ. 1. n. 9.
Ariſtides.
Oravit pro inimicis, ſ. 3. n. 14.
Ariſtippus.
Patiens fuit, ſ. 8. n. 14.
Ariſtomenes.
De ſcuto ejus, vide, ſ. 9. n. 2.
Ariſtonicus.
Statua ejus pro correctione, ſ. 18. n. 16.
Ars Magica.
Inventa a Zoroaſtre, ſ. 8. n. 13.
Arundo
Data in manum Chriſti, ſ. 35. n. 18.
Aſinus.
Qui fuit Horatii, ſ. 33 n. 5.
Aſſa.
Soldanus donavit vitam Imperatori Conſtantinopolitano, ſ. 3. n. 9.
Aſtutia.
Dæmonis in Confeſſione, ſ. 16. n. 22.
Ataulphus.
Rex Gothorum conſilium ab uxore requirebat, ſer. 33. n. 5. *Athalia.*
Ejus crudelitas, ſ. 22. n. 1.

Athenienſes.
Eorundem leges. ſer. 18. n. 1.
Eorundem & Perſarum Hiſtoria. ſer. 31. n. 18.
Eorum Conſilia. ſer. 33 n. 17.
Eorum navis, ſer. 1. nu. 19.
Atis.
Filius Crœſi mutus locutus eſt, ſer. 16. n. 1.
S. Auguſtinus.
Meditabatur JESU Chriſti Paſſionem, ſ. 9. n. 17
Fuit magnus Eleëmoſynarius, ſer. 20. n. 4.
Avis.
Quæ dulciſſimo cantu ſuo quendam multis annis auſcultatorem continuum habuit, ſer. 29. n. 11.
Sunt charitativæ erga mortuos, ſer. 27. n. 1.
Attonitæ ex vehementia vocum, ſer. 8. n. 6.
Aula.
Quot ea in mala fiant, ſer. 35. n. 14.
Aurelianus.
Imperator infeſtus erat luxui veſtium, ſerm. 14. nu. 15.
Auris.
Malcho à Petro amputata, ſer. 35. n. 12.
Malcho à Chriſto reſtituta, ſer. 35. n. 14.
Author.
Diverſarum artium Authores, ſer. 15. n. 1.

B.

Babylonia.
De ejus muris, ſer. 15. nu 4.
Balac.
Obviam proceſſit Balaam, ſer. 8. n. 9.
Balaam.
A Rege Balac honoratus fuit, ibid.
Balneum.
Valdè mirandum, ſer. 9. n. 20.
Balthaſar.
Non eſt emendatus per minas, ſer. nu 17.
Barſabas.
Non fuit electus in locum Judæ, ſed Matthias, cur? ſer. 17. n. 16.
Baſiliſcus.
Ejus proprietates, ſer. 18. n. 11.
Baſilius Porphyrogenitus.
Minatus eſt Phocæ ruinam ob læſam immunitatem Eccleſiaſticam, ſer. 23. n 19.
Beati.
An compatiantur damnatis? ſer. 5. n. 22.
Non poſſunt in patria non amare Deum, ſer. 36. n. 7.
An gaudeant de pœnis damnatorum? ſ. 5. nu. 22.
Non ſunt capaces totius gloriæ cæleſtis, ſer. 10. nu. 9.
Beda.
Cur vocetur venerabilis? ſer. 12. n. 27.
Eum lapides honorarunt, Ibid.
Bellum.
Ejus deſcriptio, ſer. 27. n. 7.
Damna ejus deſcribuntur, ſer. 38 n. 1.
Benedictio.
Rerum comiſtabilium cur in die Paſchæ fiat?
Pro tertio die Paſchatis, ſer. 38. n. 29.
Benedictus Papa XI.
Nolebat agnoſcere matrem ſupra conditionem ſuam ſplendidè nimis veſtitam, ſer. 14. n. 18.
Beniamin.
Ejus tribus electa eſt ad imperium, ſ. 21. n. 7.
S. Bernardus.
Meditabatur Paſſionem Chriſti, ſer. 9 n. 2.
Non deflevit mortem fratris ſui Getardi, ſer. 26. nu. 19.
Berſabea.
Reprehendit Salomonem, ſer. 18 n. 14.
Beſtia.
Formidant pœnas non homines, ſer. 7. nu. 4.
Blaſphemia Blaſphemus.
Blaſphemi ſunt Chriſto exoſi, ſer. 28. nu. 10.
Blaſphemi magnas Chriſto crucifixo aerumnas attulerunt, Ibidem.
Blaſphemi ad infernum ſpectant, ſer. 28. n. 21.
Eorum pœnæ, ſer. 38 n. 12. & 23.
Bonifacius.
Epiſcopus Ferentinus fuit Eleëmoſynarius, ſer. 20. n. 7.
Bonus, a, um.
Boni errantes facilè emendantur, ac proinde cum illis benignè procedendum eſt, quia verò mali duri ſunt, ideò cum illis rigidè per pœnas & minas agendum erit, ſer. ſer. 6. nu. 4. & ſeqq per totum ſermonem.

C.

Cæremonia.
Cæremoniæ in electione Imperatorum, ſer. 1. nu. 13.
Cæremonia Cinerum quid ſignificet, ſ. n. 19.
Cæremonia ſacerdotis veteris legis. ſ. 35. n. 11.
Cæremoniæ pro tertio die Paſchæ, ſer. 38. nu. 26. & 27.
Cæremoniæ antiquorum, Vide uſus.
Cæſar.
Cæſar Cinnæ inimico ſuo benè voluit, ſ. 3. n. 14
Cæſar Auguſtus conqueſtus eſt de quodam quod nimis cum eo familiariter ageret, ſer. 13. nu. 18.

Augustus in monetis stellas sculpi faciebat, ser. 14.nu.11
Qualiter Cinnam sibi reconciliatit, ser.18.nu.11.
Victor adversus Pompejum fuit, & cur? ser. 23. num.11
Aliquas Pompeii literas comburi fecit, ser.3.n.1
Margaritam quandam Servilиæ donavit,s.32.n9.
Contempsit consilium Spurinæ,ser.33.nu.3
Caput Pompeii videns ploravit,ser.35.nu.19

Cain.

Punitus est,non verò Adam,ser.16.nu.6
Mortem sibi desideravit,ser.5.nu.6
Judicavit alios genio suiipsius,ser.24.nu.19

Caiphas.

Honoratus est,quia Pontifex erat, ser.6.nu.14

Cajus.

Furius Cresinus,serm.24 nu.11

Calamitas.

Quæ Cræsum pressit,ser.14.nu 13

Calibbe.

Inventor ferri,ser.8.nu.13

Calidum.

Pugna inter calidum & frigidum describitur,ser. 21.nu.10

Caligula.

Ejus cor veneno imbutum fuit,ser.11.nu.4
Ejus navis puppim gemmeam habuit,ser.1.nu.9

Calumniator.

Calumniatores contrarii sunt pictoribus,ser.19. nu.1
Usurpant virtutem,ibid.
Inscribuntur,ibid.
Sunt Hebræi,ibid.nu.2
Quærunt malum ut Medici,ser.19.nu.24
Similes sunt ventis qui Jobi domum sunt demoliti,ser.19.nu.7
Maliguantur bonos per bonum,ser.19.nu.6
Malignii in mundo esse debent necessario,ser.19. nu.13
Qualiter fuerint puniti,ser.19.nu.18
Calumniæ Hebræorum,ser.19.nu.2
Phatisæorum,ibid.nu.3
Achitophelis,ibid.nu.5
Mundi contra bonos,ibid nu.5
Sadducæorum & Phatisæorum contra sanctum Paulum,ibid nu.6

Camæleon.

Figura est Dæmonis,ser 4.nu.15
Ejus proprietas,ibid

Cambyses.

Consilium ab eo filio datum,ser.33.nu.17
Omnia Ægypti templa transtulit,ser.23.n.11
Punitus est, quia Templo Idolorum nullam reverentiam detulit,serm.23.n.11

Camelus.

Ejus proprietates,ser.8.nu.7

Cananæa.

Ejus actiones ponderantur,ser.8.nu.1
Modestia ejus & prudentia,ibid.
Laudes & encomia illius,ibid.
Preces ejus,ibid.nu.2
Personaliter accessit Christum rogatura, ibidem nu.4.& 5

Cancer.

Ab eo desumptum Emblema,ser,13.nu.8

Candidatus.

Quid significet,ser.28.nu 1

Canis.

Indicus Alexandro donatus,ser.11.nu.6
Canis Lysimachi,ser.27.nu.1

Cantus.

Cantus avium quam sit delectabilis,ser.10.n.10

Caput mortui.

Caput mortui à quodam Dei servo consideratum,ser.26.nu.7

Capilli.

Mulierum Lybicarum,ser.32.nu.26

Charistia.

Ægypti exponitur,ser.8.nu.7

Carolus V.

Ejus dictum ad filium suum,ser.22.nu.9

Carthaginenses.

Eorum stratagemata,ser 24.nu.1

Catharina.

Senensis vidit pulchritudinem animæ,ser.15.n.5

Cato.

Quomodo Censoratum prætenderit, ser.28.n.1
Annulum portabat pulchrè inscriptum,ser.3.n.1

Celtes.

Homines sunt meticulosi, ser.31.nu.1

Centurio.

An ipsemet Christum accesserit, an verò ad illum miserit,ser.7.nu.13
Cur non fuerit à Christo habitus ut infidelis, sicuti Regulus,ser.2.nu.9

Cerva.

Ejus proprietates,ser.32.nu.25

Cete.

Eorum magnitudo,ser.22.nu.10

Chares Lyndius.

Fabricavit Colossum solis,ser.15.nu.4

Charitas.

Codri erga patriam,serm 2.nu.4
Hippolyti nepotis Clementis septimi,ibid.

Tabithæ deplorata à pauperibus,ibid.num.5
Centurionis major fuit quam Reguli, ibid.nu.9
Tres conditiones requirit,ibid.
Igni comparatur,ibid.nu.10
Est quasi divina,ibid.nu.12
Demonstratur per varias Scripturas, ibidem usque ad finem.
A Deo inseparabilis est.
Charitas & Divinitas in Deo sunt unum & idem,serm.2.nu.14.& 15
Erga infirmos,ser.2.nu.16.& seq.
Conjugis Henrici Regis Angliæ erga ipsum, ib.
Henrici de utimaria,ibid.
Hebræorum erga paralyticum,ibid.nu.17
Abrahami erga Lazarum mendicum,ibid.n.19
Erga infirmos quam meritoria sit,ibid.nu.20
Erga infirmos exercita utilis est exercenti peccatori,ibid.nu.21
Erga infirmos,ser.2.nu.1
Quid sit? ser.2.nu.2
Ejus objectum primarium & secundarium,ibid.
Dicitur vinculum perfectionis,ibid.
Dat operibus nostris pretium,ibid.
Ingens fuit in S.Paulino Episcopo,ser.20.n.5
Comparatur minutis viduæ,ser.2.nu.2
Dat pretium & valorem aliis virtutibus, ser.2. nu.2.& 3
Quam ingens fuerit charitas Centurionis, ib.n.3
Est instar vittæ quæ capillos ligat,ibid.
Homo illam docetur a creaturis,ibid.nu.4
Charitas Lacedæmoniorum in sublevanda egestate Samiorum,ibid.
Charitas Ægyptiorum,ibid.
Charitativus difficulter damnatur,ibid.nu.21

Chilo.

Mortuus est præ lætitia,ser.10.nu.6

Chillus.

Lacedæmon ex improviso mortuus, ser.1.nu.17

Chimici.

Eorum operationes circa sanguinem humanum serm.9.nu.20

China.

De hac vide,serm.38.num.2

Christus.

Cur Christus Divinitatem suam in nuptiis Canæ manifestarit,non verò in deserto, quando repulso Dæmone lapides in panes commutare noluit,ser.2.nu.15
Cur omnium infirmorum capitibus manum imposuerit,ser.2.nu.18
Dicitur flos,& cur? ibid.
Cur Christus Petrum auriculam Malcho amputantem reprehenderit,serm.3.num.6
Cur Christus pro Crucifixoribus orans non fuerit hoc nomine Pater, pro se autem orans, dixerit Eloi? ser.1.nu.7
In Cruce est in actu condonandi,ibid.
Cur Malcho auriculam restituerit, ser.3.nu.14
Corpus suum Judæ dedit, ut reddat bonum pro malo,ser.3nu.14
Longino lucem restituit,ibid.
Cur a conjuge Pilati defensus fuerit? ser.4.nu.
Adventus ejus in carnem valde differt ab Adventu ad judicium,ser.5.nu.1.& seq.
Ab Apostolis recedens in cælum abiit,ser.5.n.10.
Paradisum secum defert, quocunque ser ecepit, serm.5.nu.12
Latroni Paradisum promisit,ibid.
Postquam Judas à Christo recessit, Diabolus cor ejus ingressus est,ser.5.nu.15
Habet faciem leonis & agni,ser.6.nu.1
Similis est agno,ser.6.nu.2
Assimilatur virgæ Jessiæ,ser.6.nu.4
Minis utitur ad corrigendos malos,ser.6.nu.5
Quomodo cum bonis & cum malis loquatur, ser.6.nu.6
Reprehendit Petrum in horto, ser.7.nu.4
In Cruce emisit, & non amisit spiritum,s.7.n.7
Adoratus est à Dæmone, & cur? ser.8.nu.11
Quomodo à Nathanaele tanquam verus Dei filius agnitus fuerit,ser.8.nu.15
Est liber punctatus,ser.6.nu.15
Quando filium viduæ resuscitare voluit, tres secum Discipulos adduxit,& cur? ser.10.nu.15
Noluit de Cruce descendere,ser.11.nu.11
Cur Mariam mulierem, non verò matrem appellarit? ser.12.nu.3
Honoratur in cælis à Patre tanquam sacerdos, serm.12.nu.16
Cur ex lapidibus panes non fecerit? ser.13.nu.7
Quanti humanitatem suam æstimarit,s.13.n.20
Cur dicatur filius hominis? ibid.
Cur dicatur ad humanitatem promotus? ser.15. num.21
Quando muto loquelam restituit, flevit,ibid.
Cur Judam proprio nomine appellarit? ser.16. nu.16
Ab Angelo in horto,non verò in Cruce confortatus fuit,& cur? ser.16 nu.18
Qualiter Samaritanam correxerit,ser.18.nu.12
Innocens condemnatus est à reis, priusquam causa examinaretur, aut formaretur processus,ser.19.nu.10
Cur non fracta fuerint ejus crura? ser.19 nu.10.

Delea-

Defendit innocentes, ibid.
Injurias suis illatas, sibi factas esse censet, ser. 19. nu. 14
In triduo quo amissus fuit vixit ex Eleemosynis, ser. 20. nu. 17
Manu sua usus est restituendo infirmis sanitatem ser. 21. nu. 14
Cur brachiis apertis in Cruce mortuus fuerit? ser. 21. nu. 17
Cur in latere suo fuerit vulneratus? ser. 21. nu. 18
Pro solo Petro oravit, ser. 22. nu. 10
Jacobo & Joanni petitas sedes negavit, ser. 22. nu. 12
Cur ementes & vendentes flagellaverit? ser. 23. nu. 14
Vult videre priusquam judicet, ser. 24. nu. 7
Orat pro crucifixoribus non pro blasphemis, ser. 28. nu. 18
Quantum tormentum in Cruce à latrone blasphemante perpessus sit, ser. 28. nu. 17
Maledixit sicui, ser. 29. nu. 17
Jussit hydrias in nuptiis Canæ aqua repleri, ser. 29. nu. 25
Bis in Cana se recepit, ser. 30. nu. 4
Noluit mulieres se in Calvariæ montem abeuntem deflere, ser. 30. nu. 7
Vocatur JESUS & Emmanuel, ser. 34. nu. 8
Neminem eorum quos sanitati restituit, in suam societatem adoptare voluit, ser. 34. nu. 9
Cur de lapidibus panem facere noluit, ibid.
Cur dixerit: *Transeat à me Calix iste*? ibid. nu. 10
Tanquam Rex & Princeps utile nostrum proprio commodo antepositi, ibid. nu. 10. & seq.
Cur de Cruce descendere noluerit? ser. 34. n. 11
Cur in nube in cælos ascenderit? ser. 34. nu. 13
Quantopere mortem desiderarit, ser. 35. nu. 7
In institutione sanctissimi Sactamenti similis est aquilæ, ser. 35. nu. 8
Cur mœstus in horto fuerit? ser. 35. nu. 10
In horto Gethsemani in terram cecidit, ser. 35. nu. 11.
Patris voluntati se conformavit, ibid.
In horto sanguinem sudat, & cur? ibid.
Cur Pilato non responderit? ser. 35. nu. 16
Cur in Cruce mortuus fuerit? ibid. nu 25. & 26.
Crucifigitur, ibid. nu. 31
Quomodo intelligatur Christum mortuum esse pro peccatis præcedentibus, ser. 36. nu. 6
Dat fidem verbis suis, atque ideò resurrexit sicut dixit post tres dies & tres noctes, ser. 36. n. 18
Voluit ut Judas osculum redderet, ser. 35. n. 12
Resplenduit in monte Thabor, ser. 30. nu. 10
Quando abiit in Jerusalem, ascendere dicebatur, ser. 30. nu. 13
Quantum nostram salutem desideraverit, ser. 30. nu. 15
Cur feretrum Naimiticum tetigerit? ser. 26. n. 16
Fuit candidatus, ser. 28. nu. 1
In persecutione Herodis mori, aut lapidari noluit, & cur? ser. 28. nu. 5
Colaphum indigne tulit, ser. 28. nu. 8
In Cruce lamentatus est de Patre, ser. 28. nu. 9
In monte Thabor de Cruce loquitur, ibid. nu. 11
Cur in carne passibili incarnati voluerit, ser. 28. nu. 12
Triginta tribus annis vixit, & triginta denariis tantum venditus est, ser. 2. nu. 10
Ad instantiam Magdalenæ Lazarum resuscitavit, ser. 32. nu. 15
Non à Juda, sed à Philippo consilium expetiit, ser. 33. nu. 16

Christianus.

In diebus Paschæ templo similis est, ser. 36. nu. 8

Cibus.

Cur cibi in die Paschæ benedicantur, ser. 27. n. 1
Cibi olim ferebantur super sepulchra, ibid.

Cilicium.

S. Hieronymi, & ejus virtus, ser. 31. nu. 24

Cinis V. Pulvis.

Inventus à Chymicis, ser. 1, nu. 19
Est remedium pro veneno barbarorum, ser. 1. num. 20
Cinis sacrificiorum Lucio à Diis pro infirmitatis suæ remedio exhibitus fuit, ser. 1. nu. 11
Eo usus est Sertorius, ibid. nu 23
Est remedium ad vincendum hominem, ibid. nu. 24. & seq.
Cineres à Medæa Jasoni dati, ibid. nu. 25
Cinis vitri adusti & ejus virtus, ibid. nu. 27
Valet contra tentationes. ibid.
Eo se Rex Ninive conspersit, ser. 2. nu. 1
Conservat ignem, ibid.
Ejus Emblema, ibid.
Facit ut literæ cœcæ appareant, ser. 1. nu. 28
Cineres à nobis ponderandi sunt ut videamus quid nostri supersit, ser. 1 nu. 29
Nos movent ad lachrymas, ser. 1. nu. 30
Cur capiti imponantur, ser. 2. nu. 1. & seq.
Sunt cibi sanctæ Ecclesiæ, ser. 2. nu. 1

Cinna.

Licet Cæsaris inimicus esset, ab eo tamen favoribus delinitus fuit, ser. 3. nu 14

Civitas.

Tyri ab Alexandro obsessa fuit, ser. 2. nu. 4

S. Clara

S Clara de monte Falco.
Passionem Christi in corde suo portat. ser. 9 nu. 17. & ser. 30. nu 18
Claudius.
De ejus Convivio, vide.
Claves.
Inventæ à Theodoro Samio, ser. 8. nu. 13
Cleanthes.
Inventor Picturæ, ibid.
Clemens VII.
Præcepit Nepoti suo ut servorum suorum numerum minueret. ser. 2. n 4
Cleon.
Factus est caput regiminis, ser. 34. n. 1
Cleopatra.
Misit Gabinianos ad Marcum Bubalum, ser. 3. nu. 1
Cleopes Rex.
Ejus Pyramis, ser. 15. nu. 4
Codrus.
Charitativus erga Patriam, ser. 2. nu. 4.
Rex Athenienſium, ser. 17. n. 1
Calum.
Nos docet charitatem, ser 2. nu. 4
Coloſſus ſolis.
De hoc vide, ser. 15. nu. 4
Comir.
Vermis, & virtus ſanguinis ejus, ser. 27. nu. 9
Compaſſio.
Est duplicis generis. ser. 5. nu. 22
Confeſſio.
Est neceſſaria, utilis & delectabilis, ser. 16. nu. 3. & ſeq.
Est duplex, ibid. nu. 4
Definitur & declaratur, ibid.
Est neceſſaria ſicut Baptiſmus, ibid. n. 5
Latronis, ibid. n. 9
Est neceſſaria ad delenda peccata, ibid.
Quomodo à ſcriptoribus ſacris appelletur, ser. 16. nu. 10
Impetrativa multorum à Deo, ser. 16, nu. 12
Conſiliarius.
Conſiliarii Dei, ser. 33. nu 7
Quales eſſe debeant, ibid. nu. 12
Non aſſumantur à Principibus egeni, ibidem num. 17
Mali non debent audiri, ibid. nu. 15
Candidis induti veſtibus & corona aurea in capite redimiti eſſe debent, ibid. nu. 12
Mali reprehenduntur, ibid. n. 12
Conſilium.
Phariſæorum contra Chriſtum, ser. 19. nu. 22.
Quando in rebus gravibus ſit utile, ser. 33 nu. 3
Quid ſit, ibid.
Nearchi datum Alexandro, ibid.
Græcorum, ibid. n. 5
Trium Divinarum perſonarum, ibid. n. 6
Themiſtoclis, ibid. nu. 4
Multorum, ibid. nu. 5
Dæmonis, ser. 33. nu. 14.
Non debent eſſe tenaces ſui judicii, ibid. nu. 13
Sententia Plauti circa conſilium, ser 33. nu. 3
Sententia antiquorum quoad conſilium, ser. 33. nu. 2
Principibus neceſſarium eſt conſilium, ser. 22. nu. 18
Conſilium ſapientes amant, ser. 33. nu. 9
Cælum quoque in conſilium vocandum eſt, ibid. nu. 8
Cum Deo & non cum Accaron conſilia ineunda ſunt, ibid nu. 19
Conſtantinus Imperat.
Veneratus eſt ſacerdotes. ser. 22. nu. 13
Fuit defenſor immunitatis Eccleſiaſticæ, ser. 33. nu. 17
Contentus.
Quilibet ſuo ſtatu contentus eſſe debet, ser. 33. nu. 7
Convivium.
De eo quod Claudius habuit. Vide
Cor.
Caligulæ intoxicatum, ser. 11. nu. 4
Pharaonis induratum, ser. 21. nu. 11
Beatæ Claræ de monte Falco Inſtrumenta Paſſionis inſignitum, ser. 9. n 17. & 30. n. 18
Palpitans quid ſignificet, ser, 35. nu. 9
Cornelius Gallus.
Ex improviſo mortuus, ser. 1. nu. 17
Cornucopiæ.
Symbolum abundantiæ, ser. 38. n. 2
Corona.
Corona & ſepulchrum parum diſtant, ser. 1. n. 11
Seleuci, ser. 22. nu. 14
Spinea, 35. nu. 18
Regia in terris, ser. 22. nu. 14
Quotuplex, ser. 35. nu. 18
Chriſti florida, ibid.
Corona & angustia idem ſunt, ser. 22. nu. 4
Corona à militte manu geſtata, ser. 31. nu. 18
Corpus.
Glorioſum à Damnato videri poteſt, ser. 1. n. 5
Corradus.
Abbatis digiti reſplenderunt, ser. 12. nu. 14
Conradi III. Secretum, ser. 10. nu. 13

Correctio Correctior.
Quomodo fieri debeat, ser. 18. nu. 2. & seq.
Correctores debent esse boni, ibid.
Correctio similis margaritæ, ibid. nu. 4
Corripere quid sit, ibid. nu. 11
Corripere & corrigere quomodo differant, ibidem.
Correctio Bersabeæ circa Salomonem, ibidem num. 14
Episcopi Ephesini, ibid. nu. 16
Claudii Imperatoris, ibid. nu. 17.
Christi Judæ intentata, ibid. nu. 18
Quando palam fieri debeat, ibid. nu. 20
Quam sit digna actio, ibid. nu. 23
Comparatur aquæ nuptiarum Canæ, ibidem num. 24
Corrector quid acquirat, ibid. nu. 27
Corvus.
In nulla potest arbore nidificare, nisi in nidum suum vitri cinerem intulerit, ser. 1. nu. 27
Cotbilda Burgunda.
Ejus consilia vide, ser. 13. num. 5.
Coturnix.
Ejus natura, ser. 19. num. 1
Cræsus.
Ejus Calamitas, ser 14. num. 13
Ejus filius mutus loquitur, ser. 28. nu 22
Craterus.
Amabat Regem, & Ephestion Alexandrum, ser. 37. nu 17
Crocus.
Ab eo desumptum Emblema, ser. 14. nu. 13
Crucifixio.
Christi describitur, ser. 15. num. 31
Crudelitas.
Lotharii, Semiramidis, Thracum, & Athaliæ, ser. 22. num. 1
Hartonis erga pauperes, ejusque supplicium, ser. 20. nu. 16
Crux.
A S. Michaele Archangelo S. M. Magdalenæ allata, ser. 9. nu. 2
Figurata in scala Jacob, ibid nu. 4
Christi quam longa & lata fuerit, ser. 25. nu. 26.
Est centrum Christi, ser. 28. nu. 2
Est requies Christi, ibid.
Desiderata à Christo, ibid. nu. 3
Formata ex alis Seraphim, ser. 28. nu. 10
Quæ fiunt in altari à sacerdote, ibid.
A Christo hilariter tolerata, ibid. nu 12
Habet in se quid divinum, ibid. nu. 14
Ejus Epitheta, ibid. nu. 15
Quilibet portare debet suam, ibid. num. 16
Tres ejus clavi quid significent, ibid.
Inest vestimentis Pontificalibus, ser. 22. num. 9 & 12
Item vestimentis Regum Indiæ, ibid nu. 3
Culter.
Cur portetur, ser. 3 nu. 6
Cursus.
Solis quando velox ser. 24. num. 1
Curtius.
Quid pro patria fecerit, ser. 17. nu. 1
Cyrus.
Ejus palatium, ser. 15. nu. 4. & ser. 9. nu 23
Cithara.
A Davide pulsata describitur, ser. 4 nu. 20
D.
Dædalus.
Ejus statuæ, serm. 1. num. 13
Dæmon.
Est inimicus concordiæ & pacis, ser. 38. num. 18. & seq.
Confitetur Christum Filium Dei esse, ejusque Confessio non acceptatur, ser. 37. nu. 19
Fraus & dolus illius, ser. 37 nu. 16
Torquet homines per melancholiam, ser. 37. num. 2
Malus est consiliarius, ser. 33. nu. 14
Quando in cor Judæ intraverit, ser. 5. nu. 15
Ingressus est Virginem quandam, & quo fine, ser. 4 nu 26
Decipere voluit Religiosum quendam, ibid.
Similis est purganti granum, ser. 4. nu. 24
Coronas nobis fabricat, ser. 4. nu. 43
Ad sonum citharæ Davidicæ fugit, ser. 4. n. 20
Similis est exercitui, qui arundines à vento ad se mutuo allisas timet & fugit, ser. 4. nu. 19
Unico flatu repellitur, adeò ignavus est, ibid.
Ex timore se manifestare non audet, ser. 4. nu. 18
Integræ legiones contra unicum hominem insurgunt, ser. 4 nu. 17
Quos aggrediatur, describitur, ser. 31. nu. 5
Adorat Christum, & cur? ser. 8. nu. 11
Confitetur efficaciam sanguinis Christi, serm. 9. num. 23
Nocere volens homines, expectat donec dormiant, quia timet, ser. 4. nu. 16
Similis est Chamæleonti, ser. 4. nu. 15
Ad liberandum Christum à morte uxorem Pilati alloquitur, ser. 4. nu. 13
Nos aggreditur per stratagemata, serm. 3. numer. 10
Peccata deaurat, nosque per viam paradisi ad Infer-

Infernum perducit; sic discipulum quendam tentavit, ser. 4. nu. 11
Similis est fulguri de cælo cadenti, ser. 4. nu 8
Tunc nos maximè infestat, cum nos Deo appropinquare videt, ser. 4. nu. 21
Ejus superbia, ser. 8. nu. 11
Similis est Pyratæ, ser. 4. nu. 2
Cum bonis non verò cum malis dimicat, ser. 4. nu. 4 & seq.
Impeditur per Cineres ne animæ nostræ nocere possit, ser. 1. nu. 26
Superbus est, & tamen videtur humiliatus, ser. 26 num. 10
Arcæ se aurigam facit, ser. 26. nu. 4
Tentans Christum describitur, ser. 17. nu. 8
Ejus astutia in Confessione, ser. 16. nu. 22.
Est in triplici genere, ibid.

Damnati.

An videre possint corpora gloriosa, ser. 25. nu. 5
An visuri sint gloriam beatorum in die Judicii, ser. 25. nu. 6
Eorum pœna, ser. 5. nu. 2
Figurantur in Virginibus fatuis, ser. 5. nu. 5
Torquebuntur ab Elementis, ser. 5. nu. 17
An torquendi sint à Dæmonibus, ser. 5. nu. 10
Sibi mutuo pœnas suas adaugebunt, ser. 5. nu. 21
Quomodo intelligantur illa verba Davidis: sicut oves in Inferno positi sunt, ser 5 nu. 23
An aliquando salvandi sint, ser. 5. nu. 24

Danaus.

Filius Beli inventor navium, ser. 1. nu. 9

Daniel.

Ab æmulis invidis persecutionem passus est, ser. 25 nu. 16

Darius.

Invenit sepulchrum Semiramidis, ser. 26. nu. 11

David.

Non occidit Saul, quia dormiebat, ser. 26. nu. 13
Deflevit filium infirmum, non verò mortuum ser. 26. nu. 17
Palatium suum mulieribus custodiendum reliquit, ser. 23. nu. 5
Docet vitam nostram nil præter introitum & exitum habere, ser. 1. nu. 14
Dies vitæ nostræ mensurabiles appellat, non verò numerabiles, ser. 1 nu. 6
Templum ædificasse dicitur, & cur? serm. 7. num. 12
Non curat coronam Regiam, ser. 10. nu. 3
Cur jusserit occidi Amalecitam, ser. 22. nu. 4
Vitam nostram fumo assimilat, ser. 1. nu. 10
Jussus est à Deo residere in Hebron, ser. 1. nu. 12
Rogabat Deum ut ei in introitu & exitu vitæ hujus propitius esset & cur? ser. 1. nu. 14
Mortem sortem vocavit, & cur? ser. 1. nu. 16
Quomodo Cinerem tanquam panem manducarit, ser. 2. nu. 1
Describit qualitates Messiæ, ser. 4. nu. 6. & 3
Cur in Genealogia Christi Rex nominetur? ser. 3. num 11
Probavit arma Saulis, ser. 13. nu. 9
Volebat Deum etiam iratum sibi assistere, ser 14 num. 13
Insinuat quales sint dignitates animæ, serm. 15. nu. 6
Se Deo recommendat custodiendum, quia sanctus est, ser. 4. nu. 4
Rogavit Deum ut dissiparet eos qui bella volunt, ser 28 nu. 1
Invitat nos ad serviendum Deo in lætitia, ser. 37. num 8
Fuit patiens, ser. 8. nu 14
Rogavit à Deo ut à malis consiliatiis liberetur. ser. 33 nu. 13
Ostendit differentiam quam Deus servat agendo cum bonis vel cum malis, ser 6. nu. 7
Nullum supplicium adeò deprecabatur quam privationem præsentiæ Dei, ser. 5. nu. 6

Demetrius.

Reprehensus ab Euripide, ser. 1. nu. 9

Democrates.

Ejus responsum Philippo Macedonum Regi datum, ser. 3. nu. 9

Descriptiones.

Pauperum mortem Tabithæ deflentium, ser. 1. num. 5
Mortis & vitæ Sauli, serm. 2. num. 12. & 13 num. 22
Deserti, ser. 4. num. 4
Incarnationis, ser. 21. num. 9
Discessus Christi ab Apostolis, ser. 5. nu. 10
Dæmonis tentantis Christum, ser. 4 nu. 1
Davidis pulsantis citharam, & Saulis à Dæmone vexati, ser. 4. nu. 20
Alia descriptio Saulis à Dæmone infestati, Davidis citharam pulsantis, & Dæmonis fugientis, ser. 38. nu. 19 & 20
Christi variè cum bonis & malis loquentis, ser. 6. num. 5
Variarum rerum, ser. 2. nu. 4
Dæmonis in deserto, ser. 2. nu. 15
Antipericasæos, ser. 21. nu. 10
Siccitatis & Charistiæ, ser. 6. nu. 6
Throni Dei, ser. 6. nu. 8

Pas-

Peccati, ſer. 15. nu. 2
Nuptiarum in Cana Galileæ, ſer. 8. nu. 4
Hebræorum in deſerto, ſer. 9. nu. 6
Aliquorum montium, ſer. 10. nu. 1
Montis Æthnæ, Olympi, & Parnaſſi, ibid.
Montis Thabor, ibid.
Simeonis Senioris, ſer. 10. nu. 4
Canis Alexandri, ſer. 11. nu. 5
Sacerdotis, ſer. 12. nu. 21. & 22
Innocentiæ, ſer. 19 nu. 11
Davidis armati, ſer. 13. nu. 9
Calumniatoris, ſer. 18. nu. 1
Victoris terreſtris, ſer. 13. nu. 1
Victoris maritimi, ibid.
Terræ, ſer. 15. nu. 1
Saulis, ſer 19. nu. 15
Maris, ſer. 15. nu. 1
Cæli, ibidem.
Hominis, ibidem.
Goliath gigantis, ſer. 17. nu. 6
Dæmonis Chriſto totum mundum promittentis, 15. nu. 15
Nabuchodonoſoris, ſer. 16. nu. 15
Luſciniæ, ſer 16. nu. 19
Dæmonis Chriſtum in deſerto tentantis, ſer. 17. num. 8
Margaritæ, ſer. 18. nu. 4
Socius Simonis inficiæ, ſer. 20. nu. 1
Socius Simonis vetulæ, ſer. 14. nu. 9
Uxoris Putipharis adverſus Joſeph. ſer. 24. nu. 13
Ibidi, ſer 25. nu. 8
Tigridis, ſer. 25. nu. 17
Flammæ, ſer. 29. nu. 1
Lodi funambulonum, ſer. 22 nu. 13
Palatii Davidis, ſer. 23. nu. 6
Thamaris & Judithæ, ſer. 24. nu. 17
Invidi, ſer. 25. nu. 12
Pavonis, ſer. 16. nu. 8
Aranææ telam texentis, ſer. 29. nu. 1
Variorum animalium, ſer. 29. nu. 22
Variorum animantium nomina ab Adamo accipientium, ibidem.
Dæmonis nos infeſtantis, ſer. 3[illegible]. nu. 5
Belli, ſer. 27. nu. 7
Magdalenæ, ſer. 32. nu. 1. & 22
Rotæ, ſer. 32. nu. 16
Solis, ſer. 34 nu. 3
Variarum rerum aliis benefacientium, ſerm. 34. num. 3
Militum ſepulchrum Chriſti cuſtodientium, ſer. 36. nu. 1
Altaris vel Templi exornati, ſer. 36. nu. 8
Militiæ, ſer. 38 nu. 1
Pax ſæculo aureo ſimilis deſcribitur, ſer. 38. nu. 4

Deſiderium.

Chriſti circa noſtram ſalutem, ſer. 30. nu. 15
Ingens Chriſti moriendi, ſer. 35. nu. 7
Julii Cæſaris, ſer. 22. nu. 1
Chriſti quoad ſalutem inimicorum ſuorum, ſer. 30. nu. 17
Humanum ſimile eſt Mercurio, & veneno à Barbaris invento, ſer 1. nu. 20. & 19
Humana inordinata deſideria curantur per Cinerem ſanctæ Eccleſiæ, qui capitibus noſtris inſpergitur, ſer. 1. nu. 21

DEVS.

Dii à plebe Romana permagni fuere æſtimati, ſer. 5. nu. 7
Deus diſponit, quod homo proponit, ſer. 33. nu. 21. & ſeq.
Non revelavit Adamo diem mortis, ſer. 1. nu. 16
Utitur cinere ad vincendum hominem, ſ. 1. n. 23
Juſſit ut ignis in altari perpetim arderet, ſer. 2. num. 10
Nequit eſſe ſine charitate, ſer. 2. nu. 14
Cur dicatur Deus Iſaac? ſer. 7. nu. 10
Quomodo intelligatur creaſſe hominem, ſer. 8. num. 4
Non vult nos ipſi nimium familiares fieri, ſer. 13. nu. 15. & ſeq.
Patrem ſe nobis exhibet, & cur? ſer. 16. nu. 14
Quando ſe Abrahæ protectorem declaraverit, ſer. 14. nu. 8
Puniendo etiam ſe pium exhibet, ſer. 14. nu. 13
Defendit innocentes, ſer. 18. nu. 25
Hominem diverſimode ab aliis Creaturis formans, ſer. 15. nu. 13
Cur in rubo apparuerit, ſer. 15. nu. 18
Cur ad humanitatem promotus dicatur, ſer. 15. num. 21
Iratus eſt Moyſi petram percutienti, ſer. 18. n. 11
E malo bonum elicit, ſer. 21. nu. 2
Cur Dæmoni ut Jobum affligeret permiſerit? ſer. 21. nu. 4
Cur ſtellas in dextera teneat, ſer. 24. nu 5
Niſi ædificet domum, in vanum laborant & cuſtodiunt alii circa eam, ſer. 29 nu 6
Tenebat ſcalam Jacob, ſer. 29. nu. 7
Arcam Noe poſt occluſam portam bituminavit, ſer. 29. nu. 27
Requievit die ſeptimo, ſer. 30. nu. 11

Diagoras.

Rhodius ſubitò mortuus, ſer. 1. nu. 17
Rhodius præ lætitia mortuus ſer. 10. nu. 6

Dies.

Vitæ noſtræ ſunt menſurabiles, ſer 1.nu. 7
Dupliciter conſiderari poſſunt, ibid.
Varia dierum genera dantur, ſer. 30. nu. 1
Feſti, Profeſti, & interciſi quales ſint, ibid.
Quis dies Deo feſtivus ſit, ibid. & ſeq.
Dies Paraſceves quo in Cruce pependit, Chriſto valdè ſolemnis fuit, ibid. nu. 2
Dies Natalis Chriſto ſumme feſtivus extitit. ib. nu. 8
Feſtivus dies fuit, quo rediit filius prodigus, ibid. nu. 5
Feſtivus Deo dies eſt, quo anima ingreditur paradiſum. ibid nu. 6
Feſtus dies Chriſto fuit, quo montem Calvariæ aſcendit, ibid. nu. 7
Feſtus dies Chriſto fuit, quo ſuam exorſus eſt Paſſionem. ibid nu. 9
Feſtus dies Chriſto fuit, quo montem Thabor aſcendit, ibid nu. 10
Dies ſeptimus quies eſt DEI. ſer. 28. nu. 3
Feſtus dies DEO fuit, quo hominem creavit, ſer. 30. nu. 11
Septimus dies creationis dies mane habuit, non autem veſperum, ſer. 30. nu. 12
Feſtus dies DEO eſt, quo homini beneficium confert, ſer 50 nu 14
Dies mortis Chriſti feſtivior eſt, quàm dies Paſchæ, ſer. 30. nu. 16
In die Dominica non genuflectitur, & cur? ſerm. 36. nu. 6

Differentia.

Charitatis Centurionis & Reguli, ſer. 2. nu. 9
Inter Ly Pater, & Ly DEUS, ſer. 3. nu. 7
Inter mortem bonorum & malorum, ſerm. 26. nu. 20
Inter generationem æternam & temporalem, ſer. 30 nu. 3
Inter corripere & corrigere, ſer. 18. nu. 11
Inter iter terreſtre & maritimum, ſer. 13. nu. 1
Inter duos Adventus Chriſti, ſer. 5. nu. 1
Inter ens abſtractum & concretum, ſer. 12. nu. 1
Inter Saulem & turbam in horto Gethſemani in terram collapſam, ſer. 11. nu. 7
Inter imaginem & ſimilitudinem, ſer 7. nu. 4
Inter formationem hominis & aliarum creaturarum, ſer. 15. nu. 13
Inter Confeſſionem conſultricem, reconciliatricem in voto & deſiderio, ſer 26. nn. 4
Inter amittere, ſer. 7. nu. 7

Digitus.

Digiti Conradi Abbatis reſplendebant, ſ. 12. n. 14

Dignitas.

Dignitates à Sanctis renuntiatæ, ſer. 11. nu. 11

Diocletianus.

Inimicus regnandi, ſer. 12. nu. 2

Diomedes.

Illius & Ulyſſis Emblema, ſer. 33. nu. 2

Dionyſius.

Syracuſanus qualiter Briam caſtigarit, ſerm. 10. nu. 13

Dipelus.

Inventor ſculpturæ, ſer. 8 nu. 13

Diſceſſus

Chriſti ab Apoſtolis, ſer. 5. nu. 10

Diſcipuli.

Cur dicantur coacti fuiſſe ad trajiciendum mare Tyberiadis, ſer. 5. nu. 9
Conturbati ob diſceſſum Chriſti, ibid.

Diſcurſus.

De Cruce habiti in monte Thabor, ſer. 28. n. 11

Diſtantia à DEO.

Quanta pœna ſit, ſer. 5. nu. 2
Probatur ex multis locis Scripturæ, ſer. 5. nu. 9

Divinitas.

Et charitas ſunt in Deo unum & idem, ſer. 14

Doctrina, ſive diſcurſus Theologici vel Philoſophici.

De charitate erga proximum, ſer. 2. num. 3. & 5. & 14
De amandis inimicis, ſer. 3. nu. 2
De æternitate DEI, ſer. 4. nu. 2
De pœna damni, ſer. 5. nu. 2
De cognitione & odio damnatorum erga Deum, ſer. 5. nu. 3
De voluntate creata, ſer. 7. nu. 2
De viſione beatifica, ibid.
De peccatore obſtinato, ſer. 11. nu. 2
De temeritate humana, ſer. 17. nu. 3
De Eleemoſynis, ſer. 20. nu. 2
De judiciis temerariis, ſer. 24. nu. 2
Diſcurſus Philoſophicus de cauſis ſer. 41. nu. 3
De Incarnatione Verbi, ſer. 18. nu. 12
De tribus perſonis Divinis, ſer. 34. nu. 5

Dolus.

Dæmonis circa quendam religioſum, ſerm. 4. num. 26
De variis Dæmonis fraudibus, ibid. num. 12 & ſerm. 17 nu 19

Domitianus.

In manu quadam vulneratus, ſer. 31. nu. 20

Dona.

Hectoris & Ajacis, ſer. 14. nu. 6

A Jove

A Jove data Pandoræ, Ibid.
A Medea Jasoni data, Ibid.
A Dimita data Herculi, Ibid.
A Pandora donata Prometheo, Ibid.

Donides.

Donidis Piratæ responsum Alexandro redditum f. 19. nu. 18.

E.

Ecclesia.

Prophanata à Theodorici militibus, ser 23. n. 11.
A Gaufrido in fortalitium commutata, Ibid.
Quæ ei debeatur reverentia, f. 23. n. 1. & seqq.

Ecclesiastes

Nullius temporis meminit, præterquam vitæ & mortis, ser. 1. n. 14.

Elazarius.

Eraſus legum obiervator, ser. 3. n. 4.
Scripſit conjugi ſuæ, ut ſi ipſum invenire velit, eum in latere Crucifixi quærat. f. 8. n. 17.

Electio.

Sacerdotis qualis, ser. 12. n. 11.

Electi.

Prius advocabuntur in cælum, quàm damnati deturbentur in infernum, f. 25. n. 7.

Eleemosyna.

Pro animabus purgatorii quantum valeat, f. 27. nu. 13.
Collecta à puero JESU duodenni. f. 20. n. 17.
Dignior eſt quàm patiatur miraculorum, f. 20. n. 14. & 15.
Inget cenſus, f. 2. n. 20.
Definitur, f. 20. n. 2.
Septemplicirer fieri poteſt, Ibid.
Eam nobis omnes creaturæ perſuadent, ſerm. 20. nu. 4.
Quam ſit Eleëmoſynatio futura proficua, ſerm. 20. n. 7.

Elementa.

Torquebunt damnatos, ſer. 5. n. 19.

Elephantes.

Videndo ſanguinem fiunt generoſi, f. 9. n. 22.
Eorum proprietates, ſer. 19. n. n. 1. & f. 35. n. 11.

S. *Elias*

Pedetentim in cælos abivit, f. 13. n. 4.
Ejus ſacrificium, ſerm. 23. n. 6.
Abut in cælum in curru igneo, Chriſtus autem in nube, & cur? f. 34. n. 13.

Elisabeth.

Viſitata à MARIA, f. 2. n. 6. & f. 23. n. 10.
Regina Hungariæ, f. 35. n. 18.

S. Elisæus.

Viduæ Sareptanæ farinam multiplicavit, ſerm. 17. n. 15.
Ipſe & non Giezi filium viduæ ſareptanæ à mortuis ſuſcitavit, f. 18 nu. 13.
Virtus cadaveris ſui in ſuſcitando mortuo, ſerm. 27. n. 8.

Emmanuel.

Quid ſignificet. ſer. 34. n. 8.

Emblema deſumptum.

A cineribus, ſer. 1. n. 5
A vitta ſtringente capillos, f. 2. n. 3.
Ab adamante, f 7. n. 4.
Ab hedera, Ibid.
A camelo, f 8. n. 7.
Ab olivis dulceſcentibus, ſer. 9. n. 2.
A mappa mundi, f. 10. n. 17.
A fœnículo, f. 11. n. 13.
A cancro, f. 3. n. 8.
A Sole & Luna, f. 13. n. 15.
A ſimia, f. 4. n. 6.
A vite, f. 20. n. 6.
Ab incenſo, à croco, à turbine ventorum in ignem ſpirantium, ab aqua fluviali, ab undis marinis, f. 14. n. 13.
Ab acantho, ſer. 15 n. 10.
Maximiliani, f. 6. n. 3.
Ex bello pax, f. 21. n. 3.
A cælo, f. 24. n. 13.

Emptor.

Ementes & vendentes cur à Chriſto ſuerint flagellati, ſer. 23. n. 10.

Encomium.

Samaritanæ, vide f. 21 n. 9.

Enoch.

A DEO translatus eſt, f. 22 n. 12.

Ens.

Abſtractum & concretum in quo differant, f. 12. n. 1.

Epaminondas.

Laudatur ob ſilentium, f. 10 n. 13.
Fuit vigilans, Ibid.

Ephebus.

Alexandri, & de ejus tolerantia, f. 23. n. 3,

Epirus.

Epiri fons admirabilis, f 22. n. 25.

Episcopus.

Epheſi qualiter correctus fuerit, f. 18. n. 16.

Epulo.

Invidus fuit, f. 25. n 7.
Cur in lingua punitus fuerit. f. 20. n. 23.
Guttam aquæ deſiderabat, f. 10. n. 11.

Cur petierit aliquos ad fratres suos in terra viventes mitti, ser. 5.n.21.

Equi & Volsci

Romæ bella excitarunt, s.5.nu.7.

Eremita.

Varii eventus qui illis acciderunt, serm. 18. num.15.

Erubescentia.

In Confessione necessaria, s.16. n.12.

Eschilus.

Leones in Republica prohibuit, ser.3.n.1.& ser. 6.nu.1.

Esinus Megarensis.

Ejus consilium, s.33.n.5.

Eva,

Formata ex costa Adæ dormientis, s.38.n.5.

Cur os Adæ appellata fuerit? ser.20.n.6.

Eucharistia.

De illa vide, ser.35.n.8.

Est Sacramentum inter omnia maximum, Ibid.

Ambitio ciborum dicitur, Ibid.

Est pignus gloriæ cœlestis, Ibid.

Panis Eucharisticus assimilatur illi, quem Aquila in manus Octaviani Augusti demisit, Ibid.

Præfiguratur in Jove scyphum una, & spicarum manipulum altera manu ferente, Ibid.

Similis est sphæræ Archimedis, Ibid.

Melior est Manna, Ibid.

Est Sacramentum unionis & pacis, Ibid.

Est argumentum amoris, Ibid.

Instituta à Christo in fine vitæ. & cur? Ibid.

Dat pusillanimibus vires, Ibid.

Experti sunt ejus robur Constantinus Imperator, Carolus Magnus, & in figura Moyses & David, Ibid.

Cur Deus mensam panum propositionis ad partem Aquilonarem collocari præcepetit, Ibid.

Euripides.

Ejus responsum pro servando secreto, serm. 10. nu. 13.

Reprehensus à Demetrio, Ibid.

Exemplum.

Duorum Religiosorum qui Deo sine intereſſe inservierunt, ser. 37 n.16.

Gloriæ cælestis, s.10. n.10.

Adversus prosperitatem, ser.14.n.12.

S. Gregorii Papæ contra illos qui iujurias nolunt ignoscere, ser.3.n.13.

F.

Fabius Maximus.

Ex improviso mortuus, ser.1.n.17.

Valerius, cur dictus Maximus? s.13.n.11.

Fabula.

Æsopi, ser.23.n.13.

Corvi, Ibid.

Rustici cujusdam, s.7.n.18.

Facere benè.

Benefacere inimico, s.3.n.13.

Quoad officium suum, s.13.n.8.& seqq.

Benefacere proximo nos docent omnes creaturæ, s.20.n.4.

Benefacere aliis egregia actio est, quæ divinum quid in se habet, s.34.n.9.

Familiaritas.

Circa Deum usurpari non debet, s.13.n.15.

Favores.

Sunt causa ruinæ nostræ, s.14.n.7.

In iis dispensandis ne respicias sanguinem aut parentelam, ser.17.nu.13.

Febris.

Ephemera, ejusque proprietates, s.1.n.7.

Felo.

Invenit monetas, s.8.n.13.

Ferrum.

Inventum à Calibbe, ser.8.n.13.

Festa.

Festa Domini quæ sint, vide Dies.

Festa debent observari, ser.30.n.19.& seqq.

In die festo Hebræis non licebat colligere manna, sed pro eo pridie colligebatur, serm.13. nu.20.

Hebræi in die festo de morte Christi agere noluerunt; Non in die festo, &c. s.30.n.21.

Matiæ emerunt aromata post Sabbathum elapsum, s.30.n.13.

Pœnæ quibus animadvertit Deus in violantes dies festos, ser.30.n.14.

Celebrata fuerunt ab Hebræis, ut parconservaretur, s.38.n.3.

Ficus.

Qualiter exsiccata fuerit, s.29.n.17.

Filius.

Viduæ ab Eliseo non vetò à Giezi resuscitatus, s.18.n.13.

Prodigus à patre super os suum osculum accepit, ser.16.n.17.

Filia Pharaonis Moysen in flumine invenit, ser. 19.n.20.

Filius Crœsi mutus locutus est, serm. 28. nu-

met. 23.

Proœ-

Prodigus cum magno Patris gaudio receptus est, ser. 30. n. 5.
Filius erga animam defuncti Patris impius & ingratus, ser. 27. n. 13.
Filius è matre Catholica natus non accepit Baptismum, benè tamen alius è pagana matre natus, s. 31. n. 29.

Flagellatio.

Christi dolorosa, s. 35. n. 16. & 17.

Flamma.

Describitur, ser. 29. n. 1.

Flavius.

Marcianus amator pacis, s. 38. n. 2.

Flores.

Quos mariti super sepulchris conjugum suarum sparserunt, s. 27. n. 1.

Florianus.

Imperator invidus, s. 25. n. 2.

Flumen, Fluvius.

Silarii, ejusque proprietates, s. 11. n. 4.
Peneus & Castalius, s. 10. n. 1.

Fontes.

Erant loca juxta quæ ungebantur Reges, serm. 34. n. 12.
Fons Germaniæ, s. 32. n. 25.
Epyrus, Ibid.

Forum Ecclesiasticum.

Comparatur Soli, & sæculare Lunæ, serm. 23. num. 15.
Sæculare forum nequaquam se in causas Ecclesiasticas ingerere debet, Ibid. num. 14. & seqq.

Fraus, Vide verbo Dolus.

Frigus.

Pugna inter frigus & calorem describitur, serm. 21. n. 10.

Fridericus.

Pulcher, ejusque dictum, ser. 26 1.

Fructus.

Pentapolitani, s. 21. n. 5.

Fulvius.

Conjugi suæ secretum revelavit, serm. 10. num. 15.

Fumus.

Vitam nostram repræsentat, ser. 1. n. 10.
Describitur, Ibid.

G.

Gabiniani.

Missi à Cleopatra ad Marcum Bubalum, serm. 3. n. 1.

Gabriel.

Archangelus cur ad Virginem missus, ser. 21. num. 8.
Cur missus ad Mariam mense sexto, serm. 21 num. 10.

Galba.

Cœco modo judicans reprehenditur, serm. 14. num. 11.

Gallus.

Ejus proprietates, s. 18. n. 10.

Gaufredus.

Fecit ex Ecclesia fortalitium, quo eventu, ser. 23. n. 11.

Gelasius.

Abbas Cistercienſis, ejusque miraculum, serm. 27. n. 14.

Genitius.

Gippus fugit superioritatem, s. 22. n. 2.

Gentes.

Earumque consuetudo, s. 27. n. 1.

Germanus.

Episcopus Eleëmosynarius, s. 20. n. 7.

Germanicus.

Condonavit Pisoni, s. 3. n. 1.

Gigas.

Goliath, ejusque temeritas describitur, serm 27. num. 6.

Gislenus.

Visitatus à S. Amando, & quo eventu, Ibid.

Gladius.

Qui apparuit super urbe Hierosolymitana, serm. 6. n. 12.

Gloria.

Paradisi quam magna, ser. 10. n. 3. & seqq.
Demonstratur per Magdalenam, Ibid.
Per Zachariam, Ibid.
Per Zaram, Ibid.
Per Davidem, Ibid.
Per Simeonem, s. 10. n. 4.
Per Ægyptios & tres fornacis Babylonicæ pueros, Ibid.
Per latronem, s. 10. n. 5.
Plus valet una stilla gloriæ cælestis, quàm omnes gloriæ & lætitiæ hujus mundi, serm. 10. nu. 7.
Intellectus creatus eam capere nequit, serm. 10. num. 8.
Cur pondus dicatur, s. 10. n. 9.
Una stilla gloriæ quantam in se dulcedinem contineat, s. 10. n. 11.
Dicitur hæreditas, & cur? ser. 31. n. 11.

Goliath vide Gigas.
Gorgonia.
Ob vestium simplicitatem & modestiam laudatur, ser.14.n.14.
Gregorius.
Papa Missam celebrans vocem audivit cœlitus secum loquentem, ser. 3.n.13.
Papa fuit Eleemosynarius, s.10 n.4.
Gratia.
Dei ad benè operandum summè necessaria est s. 29 n.3.
Græci.
Consilia ineunt, s.33.n.5.
Gravitas peccatorum.
Ostenditur per leprosum, s.11.n.14. & seqq.
Per Dæmonem, Ibid.nu.15.
Per Damnatos, Ibid.n.16.
Per Luciferum, Ibid.n.17.
Per Jonam, Ibidem.
Per Petrum & Ægyptios, Ibid.
Per Davidem. Ibid. num.18.
Gravitas peccati montium ponderositatem superat, Ibid.n.16.
Ostenditur per Dathan, & Abiron, Ibid.
Grues.
Earum proprietates, s.9.n.2.
Gubernium v. superioritas.
Simile est jugo chordarum vel funium, ser.22. nu.14.
Est servitus & stultitia, s.22.n.7.

H.

Hedera.
Ab ea desumptum Emblema, s.35.n.12.
Hannibal.
Interrogatur, quando bellum inter Romanos & Carthaginenses terminandum esset, quid responderit, s. 1.n.31.
Ejus dictum de Marcello, s.11.n. 7.
Harpocrates.
Ejus dictum, s.10.n 13.
Hasta.
Achillis, s.14.n.13.
Hebræi.
A Christo in templo flagellati, s.23.n.2.
Obstinati, s.11.n.12.
Dæmone pejores, s 11.n.13.
Contristati sunt ob assignatum illis à Deo Angelum viæ comitem & ducem, s.5.n.6.
Cur Christo oculos obvelarint, s.2.n.11.
Castigati à Deo, eò quod in Ægyptum redire vellent, s.36.n.12.
Qualiter Hebræus mortem & vitam scribat, ser. 1.n.1.
Lingua Hebræa ostendit nobis vitam nostram punctum quoddam esse, Ibid.
Hebron.
Erat sepultura Magnatum, ser.1.n.11.
Hector.
Et Ajax eorumque dona, s.14.n.6.
Heli.
Cur militem sibi ignotum filium vocaverit, ser. 8.n.8t
Heliogabalus.
Timidus fuit, ser.31.n.2.
Henricus.
Rex Angliæ vulneratus ejusque pietas, serm.2. nu.16.
De Urimaria charitativus fuit erga infirmos, ser. 2.n.16.
Hydria.
Justæ sunt à Christo aqua repleti, serm. 23. num.25.
Hieroglyphicum.
DEI, ser.35.n.14.
Abundantiæ, s.35.n.8.
S. Hieronymus.
Ejus timor, ser.31.n 24.
Ejus Cilicium, Ibidem.
Hilarion.
Ejus timor, ser.31.num.24.
Hymnus.
Quid fuerit tempore Hebræorum, s.30.n.9.
Hippolytus.
Nepos Clementis VII. quid Papæ avunculo suo responderit, s.2.n.4.
Hipponicus.
Reconciliatus est Alcibiadi, s.3.n.1.
Hippopotamus.
Ejus Natura, ser.6.n.11.
Historia, Vide post v. Honor & honorare.
Homo.
Homines maligni, ser.19.n.1.
Meticulosi, ser. 31.n.1.
Est umbra Dei, s 7.n.4.
Non debet propriam, sed Dei voluntatem facere, ser.7.n.1.
An à Deo, an verò ab aliis creatus fuerit, s. 8. num.3.
Prouti vivit, sic moritur, ser. 11.num.3.
Vellet ad honores evolare. ser. n 4.
Non debet Deo nimis se familiarem facere, ser. 23.n.15.
Compatatur vineæ & describitur. s.15.n.1.

Quo-

Quomodo à scriptoribus appelletur, serm. 15. num. 11
Ejus nobilitas, Ibid.
Deploratur à Thracibus ejus nativitas, serm. 15. num. 12
Diversimode ab aliis Creaturis formatur, ser. 15. num. 13
Ejus excellentia, Ibid.
Ex bono malum elicit, ser. 21. num. 20
Cum triplici desiderio nascitur, s. 21. num. 1
In vanum laborat nisi Deus ædificet, s. 29. n. 6
Ejus requies Dei, s. 8. num. 3
Continet in se Crucem, s. 28 num. 3
Quam sit variabilis, s. 31. num. 26
Proponit, sed Deus disponit, serm. 33. num. 20. & seqq.

Honor, Honorare.

Gradatim acquiri debet, s. 13. n. 2. & seqq.
Qualis Principe subdito exhiberi possit, serm. 15. num. 14
Honorandus est à quo beneficium expectatur ut fecerunt Cananæi, s. 8. n. 6. & 7
Filii Jacob, Ibid. num. 7
Anguilena, s. 8. num. 8
Esau, Ibid.
Rahab, Ibid. num 9
Jeroboam, Ibid.
Sacerdotes & Levitæ Joanni, Ibid. n. 10
Dæmones Christo, Ibid. num. 11

Historia.

Gentis Gippi, s. 22. num. 2
Ducitani, Ibid.
Regis Syracusani, Antigoni, Alexandri, ibid.
Adami secundi, Ibid. n. 3
Ejus Regis Alexandri, s. 23. n. 3
Alaui Regis Gothorum, Ibid.
Historiæ diversorum pro reverentia locis sacris debita, s. 23. num. 11
Cyri Filii Cresini, s. 24. n. 11
Alexandri appellati filii Jovis, s. 26. n. 9
Domitiani, s. 35 num. 11
Servii Galbæ, s. 35. num. 19
Joseph Britonis, s. 37. num. 17
Graecorum à Rege Persidis oppressorum, serm. 38. num. 27.
Lycurgi pro legibus suis stabiliendis, s. 3. n. 4
Numæ Pompilii, Ibid.
Zaleuci, Ibid.
Minois, Ibid.
Pythagoræ, Ibid.
Solonorum, Ibid.
Thrasibuli, Ibid.
Phocionis, Ibid.
Occi filii Artaxerxis, s. 3. num. 6
Thrasyllum, s. 5. num. 12
Alphonsi Regis Neapolitani, & Ludovici XII. Regis Franciæ, s. 3. num. 9
Antigoni, Ibid.
Antisthenis Regis Scytharum, Ibid.
Philippi Regis Macedonum, s. 3. n. 9
Diogenis Romani, Imperatoris Constantinopolitani, Ibid.
Aristidis, s. 3 num. 14
Lycurgi, Ibid.
Agesilai, Ibid.
Theodorici, Ibid.
Cujusdam Lacedæmonis & Athenienfis, serm. 4. num. 15
Volscorum & Equorum, Publii Valerii serm. 5, num. 7
Exercitus qui audito arundinum strepitu in fugam se recepit, s. 38. n. 13
Scipionis Naficæ, Romanorum, & Carthaginensium, s. 4. num. 23
Phocionis & Cartomes, s. 6. n. 11
Alexandri, s. 8. num. 9
Syllæ & Pirei, s. 8. num. 13
Phocæ & Mauritii Imperatoris, s. 8. n. 14
Philippi Macedonis, Aristippi, Platonis, Xenophontis, Ibid.
Thebanorum, s. 9. n. 2
Abradacis & Pantheonæ, s. 9. n. 22.
Spartanorum, Ibid.
Thomiridis Reginæ Scytharum, Cyri Regis Persarum, s. 9 num. 23
Philippidis, Chilonis, Diagoræ, Ibid.
Alexandri, s. 10. num. 8
Alexandri obsidentis Tyrum, s. 10. n. 12
Alexandri & Ephestionis, s. 10. n. 13
Secretum Metelli Macedonis, Ibid.
Et multorum aliorum, Ibid.
Canis Alexandri cum Leone dimicantis, serm. 11. num. 5
Octaviani Augusti, s. 12. num. 13
Alexandri & Constantini Imperatoris, serm. 12. num. 23
Venerabilis Bedæ, s. 12. n. 27
Phrigii, s. 12. num. 29
Tiberii, s. 13. num. 2
Agrippæ, s. 13. num. 2
Alexandri, s. 13. num. 8
Ptolomæi & Stratonici, s. 14 num 6
Philippi Regis Macedonum, s. 14. n. 6
Romanorum & Carthaginensium, s. 14 n. 13
Crœsi & Cyri, Ibid.
Jasonis Thessali, Ibid.
Lysimachi, s. 15. num. 17
Atis filii Crœsi, s. 16 num. 1
Zenonis, s. 16 num. 2
Mutii Scævolæ, Lacenæ, Codri, s. 17. n. 1
Philippi Regis Hispaniarum, s. 17. n. 14
Pyrrhi Regis Epirotarum, s. 17. n. 21
Archelai, Ibid.
T. Junii Prætoris, s. 18. num. 16

Tiũ

Titi Imperatoris, ſ. 19. n. 16.
Infantuli occiſi, ſ. 19 n. nu. 16
Donidis Piratæ. ſ. 19 nu. 18
Julii Cæſaris, Antonii filii Severi Imperatoris, Agrippinæ, ſ. 22. n. 1.
Cyri, Ibid.
Lotharii, Antipatri, Semiramidis, Ptolomæi Philippi Regis Macedonum, ſ. 22. n. 1

Hora.

Adam hora ſexta peccavit, ſ. 21. n. 10

Hoſtia.

Cur à Sacerdote in Miſſa elevetur, ſ. 27. n. 7
Cur dividatur in tres partes, ſ. 27. n. 8

Humanitas.

Quanti à Chriſto æſtimata, ſ. 15. n. 20
Chriſti, & ejus virtus ſ. 27. n. 8

Humiliari.

Cur caput in Quadrageſima & vigiliis humiliari in Miſſa jubeatur à Sacerdote dicente: Humiliate capita veſtra, &c. ſ. 4. n. 9

Hungari.

Caſtigati ob irreverentiam locis ſacris irrogatam, ſ. 23. n. 11

I,

Iacob.

Et ejus ſcala, ſ. 29 n. 7. & ſ. 9. 4
Joſepho Civitatem Sichar donavit, ſ. 21. n. 6
Quid ipſi acciderit ob neglectum Cœli conſilium, ſ. 33. num. 18
Non fuit ſepultus in Ægypto, ſ. 27. n. 8

Facobus

Abbas fratrem reprehendit & cur? ſerm. 12. num. 5.

Janus

Cum duplicata facie depingitur, ſ. 6. n. 1

Jaſon

Inventor eſt clavium, ſ. 8 n. 13
Theſſalus, & quid ei acciderit, ſ. 14. n. 13
Per cineres à Medæa ſibi datos vellus aureum ſibi comparavit, ſ. 1. n. 25

Idolum

Idola à Rachele ſublata, ſ. 3. n. 3

Feroboam

Peccator obſtinatus, ſ. 11. n. 13
Lapide durior, conjugem ſuam miſit ad viſitandum Abiam, ſ. 8. n. 9

Jeruſalem.

Deus per enſem urbi imminentem in aere comminatus eſt, ſ. 6, n. 12

JESUS.

Quid ſignificet, ſ. 34. n. 8

Ignavia

Dæmonis. v. verbo Dæmon, vel Diabolus.

Ignis

In altari Dei continuò ardens, ſ. 2. n. 10
Eſt ſymbolum charitatis, ſ. 2. n. 10
Conſervabatur à Virginibus veſtalibus, ſerm. 2. num. 10
Infernalis, ſ. 5. n. 18.
Ardet & ſplendet, Talis erat Lex Moyſi data. ſ. num. 4

Ignoſcere inimico

Eſt actio valde generoſa, ſ. 3. per totum.
Probatur per multas ſcripturas. Ibid.
Alphonſus Rex Neapolitanus Riccio traditori ſuo ignovit, ſ. 3. n. 9.
Ignoſcere nobilem, vindicta ignobilem animum arguit, ſ. 3. n. 10
Ignoſcendo inimico acquiritur filiatio Dei, ſ. num. 15

Immunitas Eccleſiaſtica.

Conſervanda eſt. Vide ſ. 23. n. 14 & ſeqq.

Incarnatio

Cur deſumat denominationem ſuam à carne. num. 11
Facta eſt in ſexta ætate, ſ. 21. n. 10
Facta eſt in ſexto menſe, Ibid.
Ejus effectus deſcribuntur, Ibid. n. 9
Quo fine facta fuerit, ſ. 21. n. 17

Incenſum

Ab eo deſumptum Emblema, ſ. 14. n. 13

Infernus

De ejus pœnis, ſ. 5. n. 17. & ſeqq.

Infirmus. Infirmitas

Infirmus paralyticus qualiter perductus ſit ad Chriſtum, ſ. 1. n. 17
Quomodò à Chriſto infirmi curati ſint, ſerm. num. 18
Subveniendum eſt illis, ſ. 2. n. 16
Infirmi ſub occaſum ſolis adducti ſunt ad Chriſtum & cur? ſ. 9. n. 12
Infirmitas lunatici qualis fuerit, ſ. 4. n. 18

Inimicus

Inimicis benefacere debemus, ſ. 3. n. 14
Inimicus amandus eſt & quidem tripliciter. num. 1. & 2
Tripliciter offendere poteſt, ſer. 3. n. 3.
Triplicem ob cauſam amari poteſt, Ibid.
Amandus eſt quia Deus præcipit, ſer. 3. n. 4

Innocentia.

Variis rebus comparatur, ſer. 19. n. 11
Deſcribitur, Ibid.
Innocentia Suſannæ à Deo defenſa, ſ. 19. n.
Similis eſt ovi, Ibid.
Perſecutionem patitur, ſ. 19. n. 1. & ſeqq.
Non timet adverſarios, Ibid.

Innocentius PP. VIII.

Adhibebat conſilium ſer. 34. num. 4.

Inſcriptiones

Sepulchri cujuſdam, ſ. 20. n. 8. & ſ. 27. n. 13
Phidiæ in ſtatua quadam, ſer. 15. n. 21
Inſcriptio Crucis, J. N. R. J. præceptum ignominiæ inimicis involvit, ſer. 3. n. 4

Inventio, Inventor.

Variarum rerum inventores. ſ. 8. n. 13

ventio Sertorii percineres, ſ. 1. n. 23
Ad inventio, ut in Comœdia fieret, ſer. 1. numero 30
Servii Galbæ, ſ. 35. n. 19
Lycurgi ut Legibus ſuis robur adderet, ſerm. 3. num. 4

Invidia, Invidus

Luciferi, ſ. 25. n. 16
Invidus ſimilis Papilioni, ſ. 25. n. 15
Similis ſagittæ, viperæ, & torquetur bono alieno, ſ. 5. n. 1.
Invidia Platonis, ſ. 25. n. 3
Florini Imperatoris, Ibid.
Eruditorum, Ibid.
Eorum naturalis indoles, ſ. 25. n. 3
Ejus nomina & effectus, ſ. 25. n. 1

Inundatio

In Flandria facta, ſ. 19. n. 9

Invitatio

Invitat David omnes creaturas, ſ. 15. n. 6
Invitantur omnes creaturæ ad portandum Paſſionis inſtrumenta, ſ. 35. n. 27

Joannes

Retulit Mariæ nuntium mortis Chriſti, ſerm. 35. num. 8
Joannes Hunniades Nobilis Hungariæ eques mortuus, ſ. 26 num. 18
Joannis Regis Caſtellæ ſupplicium, ſ. 30. n. 24
Cur Joannes ſaltarit in utero matris, ſ. 23. n. 10
Cur Joannes Evangeliſta ſe gloriam Verbi vidiſſe affirmet. ſ. 12. n. 10
Joannis Papæ Equus. ſ. 13 n. 16.
Joannes Baptiſta exiſtimatus eſt eſſe Meſſias, & cur, ſ. 17. n. 19
Cur Joan. Bapt. honoratus fuerit titulo Eliæ & Elizæ, ſ. 8. num. 10.
Quem Joannes condictus Minor erga infirmos clementem habuerit, ſ. 2. n. 20

Job

Cur Deus Jobum à Dæmone torqueri permiſerit, ſ. 11. num. 4
Juvabit Deo abſque ullo proprii commodi reſpectu, ſ. 37. nu. 12

Joſeph

Pitiens fuit, ſ. 8. n. 15
Non ſe vindicavit de fratribus, ſ. 3. n. 14
Monitus eſt ab Angelo, ſ. 18. n. 19
Non fuiſſe ſimiſtrè judicare de Maria, ſ. 24 n. 10.
Filius Jacob, & brevis vita ejus, ſ. 22. n. 4.
Custodem Sichar ex Teſtamento accepit, & cur, ſ. 21 n. 6.
Ejus excellentiæ ex venditione ſui enatæ, ſerm. 21 num. 5.

Joſue

Vicit quatuor Reges, ſ. 14. n. 7.
Adjoyle caput populi factus eſt, ſ. 17. n. 17

Iſaias

Se tacuiſſe dolet, ſ. 18, nu. 5.

Judas

Damnatur, quando Magdalena ſalvatur, ſerm. 38 num. 27
Addictus illi Chriſtus fuit, ſ. 39. num. 9.
Traditio ejus. ſ. 35. num. 12.
Cur Chriſtum oſculo tradiderit, ſ. 21. n. 22
Judas & latro ad invicem comparantur, ſ. 24. num. 16
Cur Pater illi ſuper omnes alios fratres addictus fuerit, ſ. 16. n. 13
Sollicitatur à Chriſto ad tradendum, ſ. 16. n. 16
Significat Confeſſionem. Ibid.
Qualiter correctus à Chriſto, ſ. 18. n. 18
Cur à Chriſto ſanctiſſimo Sacramento cibatus, ſ. 3 num. 14
Quando Dæmoni aditum in cor ſuum dederit, ſ. 5 num. 15
Reprehenſus & minis deterritus eſt à Chriſto, ſ. 6. num. 5.
Peccator obſtinatus fuit, ſ. 11. n. 10

Judicare

Quilibet judicat alios ſecundùm regulam ſui ipſius, ſ. 24. n. 19 & ſeqq.

Judicium

Humanum quam fallax, ſ. 33. n. 1.
Magorum circa Herodem.
Judicium temerarium, ſ. 24 n. 2. & ſeqq.
Humanum quomodo à Græcis depingatur, ſ. 24. num. 8.
Judicium temerarium duplex eſt, ſ. 24. n. 4.
Judicium Romanorum adverſus Pompejum, ſ. 24. num. 11
Judicium ancillæ Senecæ, & militis cujuſdam, ſ. 24. num. 18.

Judith.

Deſcribitur, ſ. 24. n. 17

Julianus.

Apoſtata quid Pimenio dixerit, ſ. 37. n. 15

Julius

Cæſar riſit prognoſticationem Spurinæ, ſerm. 1. num. 17
Ejus deſiderium, ſ. 22. n. 1
Ejus dictum, ſ. 1 nu. 17

Jupiter

A Phidia in ebore exiculptus, ſ. 15. n. 4

Juſtinianus Imperator.

Lex ab eo Principibus data, ſ. 34. n. 4

Juſtitia

Convenit Principibus, ſ. 34. n. 1.
Quid ſit, Ibid. *Juſtus*
Juſti ſemper timere debent, ſ. 31. n. 16. & ſeqq.
Juſtus timet, peccator ſperat. ſ. 31. n. 3

Ivo Brito.

Invenit in Ptolemaide mulierem quandam

quæ una manu faciem, altera aquam ferens exclamando plorabat. ſer. 37. n. 17

Juvenca.

Trahunt Arcam Dei, ſer. 26. n 4

L.

Laban.

Iratus Jacobo, qualiter reconciliatus fuerit, ſer. 3. num. 5

Labia.

Sponſi candida ſunt, ſ 18. n. 8

Lacedæmones.

Mulieribus veſtes pompoſas prohibebant, ſer. 14. num. 17

Charitativi fuerunt erga Samios, ſ. 2. n. 4

Lachrimæ.

Magdalenæ accelerarunt Reſurrectionem Chriſti, ſer. 32. n. 11

Cur Magdalenæ lachrimæ non dicantur pretioſæ, ſicut unguentum, ſ. 32. n. 8

Magdalenæ in calice quodam conſervatæ, viſæ ſunt in manibus Chriſti, à quodam Religioſo in altari in ſpiritu rapto, Ibid.

Magdalenæ variis rebus comparantur, ſerm. 32. num. 2

Magdalenæ rigarunt pedes Chriſti, ſerm. 32. num. 25

Magdalenæ eam Virginem & Martyrem effecerunt, ſ. 32. n. 19

Magdalenam beatificarunt in terra, ſerm. 32. num. 18

Cur Magdalena lachrimis ſuis pedes Domini rigaſſe, non verò abluiſſe dicitur, ſerm. 32. num. 17

Magdalenæ meruerunt Reſurrectiouem Lazari, ſer. 32. n. 14

Lachrimæ ſunt opulentiſſimus Dei theſaurus. ſer. 32 n. 8

Quam gratæ & acceptæ ſint Deo, Ibid.

Sunt Vicariæ Paſſionis Chriſti, Ibid. n. 6.

Sunt novus quidam Baptiſmus, Ibid. n. 5

Sunt, vel faciunt Paradiſum, Ibid. n 4

Quantum Dæmonem torqueant, Ibid. n. 3

Sunt ſignum pacis, ſ. 32 n. 25

Sunt tabula per quam evadimus naufragium, ſ. 32. num. 20

Sunt arma mulierum, ſ. 32. num. 25

Ladislaus.

Rex & ejus juſſus, ſ. 26. num. 18

Lætitia.

Serviendum eſt Deo cum lætitia, ſerm. 37. num. 2. & ſeqq.

Lætitia Chriſti inchoantis Paſſionem ſuam, ſ. 30. num. 9

Lætus eſſe debet, qui Deo ſervit, ſ. 37. num. 3. & ſeqq.

Lamachus.

Ejus dictum. ſerm. 36. n. 2

Lapis.

Achates repræſentans caput Regium coronatum, aſſervatur in Palatio S. Marci Venetiis, ſer. 15. num. 4

Lapis Aluminis, & ejus virtus, ſ 8. n. 13

Lapis Friſiæ & ejus proprietates, ſ. 32. n. 25

Lapis Carthaginenſis & ejus proprietates, Ibid

Lapidum è cælo decidens pluvia, ſ. 7. n. 2

Lapides diſciſſi ſunt in morte Chriſti, ſerm. 1 num. 16

Reverentur ſacerdotes, ſ. 12. n. 28

Lapides templi Salomonis qualiter elaborati ſ. num. 23

Laſcivus.

Hunc S. Paulus ſathanæ tradebat, ſ. 11. n. 4

Latro.

Cur popoſcerit Paradiſum, ſ. 3. num. 11

Prædatur ſeu rapit Paradiſum, ſ. 35. n. 34

Chriſtum Regem fuiſſe declarat ejus proinitio ad Deum facta oratio, ſ. 6. n. 11

Chriſtus latronem ſecum Paradiſum habiturum eſſe promiſit, ſ. 6. n. 13

Converſus eſt, quia infernum apertum vidit. ſ. num. 14

Qualiter ſuam ſalutem ſecuram reddiderit. ſ. num. 9

Ejus confeſſio, ſer. 16. n. 8

Qualiter Paradiſum ſubitò impetrarit, ſ. 17. n.

Latro malus valde afflixit Chriſtum, ſerm. num 20

Comparatur Judæ, ſ. 24. num. 16

Latronum in Eccleſia S. Germani pœnæ ſupplicium, ſ. 24. num. 11

Latus.

Cur Chriſti latus à Longino vulneratum fuerit ſerm. 21. n. 18

Laus.

Laus Chananææ, ſ. 5. n. 1

Lazarus.

Ab Angelis in cælum delatus, ſ. 31. num. 12

Symbolum peccatoris obſtinati, ſ. 11. n. 6

In menſa loquitur de pœnis inferni, & curſus num. 15

Frater Marthæ & Magdalenæ miſſus fuit ad fratres Epulonis, & cur? ſ. 6. n. 14

Receptus eſt in ſinum Abrahæ, & cur? ſerm. num. 19

Leo.

Ejus proprietates, ſer. 6. num. 1

Symbolum eſt vigilantiæ, ideo in templorum ſolo ribus depingebatur, Ibid.

Repræſentat Imperatores, Ibid.

Symbolum eſt ferocitatis, Ibid.

Sculptus in ſcuto Agamemnonis, Ibid.

Tribus annis tacens incluſus fuit, ſ. 16. n. 2

Leones ab Æſchilo in Republica prohibiti, ſerm. num. 1.

Leones fecerunt mortuis sepulchra, f. 27. n. 1
Leo Bizantius,
De eo, & Philippo Macedonico, f. 18. n. 11
Lepra, Leprosus.
Lepra figura est peccati f. 11. n. 14
Leprosi ab Henrico de Urimaria ad propriam mensam admissi, f. 2. n. 6
Levi.
Ille & Simeon occiderunt Sichem. f. 16. n. 5
Levita.
Levitæ & Sacerdotes cur Joannem sibi in Messium eligere voluerint, f. 17. n. 19
Lex.
Leges observatæ à Stoicis, f. 3 n. 4
Lex Thrasibuli. Ibid.
A Phocione filio suo data, Ibid.
Atheniensium, f. 18. n. 1
Divina facilis est observatu, f. 31. n. 14
Justiniani Imperatoris, f. 34. n. 4
Libi.
Inventores navium, f. 1 n. 9
Lycurgus.
Lycurgus quid pro conservandis legibus suis fecerit. f. 3. n. 4
Rediidit bonum pro malo, f. 3. n. 14
Lignum.
Quoquus ab Eliseo indulcorabatur, f. 9. n. 7
Lignum è Sareptana collecta Crucis figura fuerunt, serm. 9. n. 7
Lignum Crucis in piscina latuit, f. 9. n. 13
Liguæ navis Argi formabant voces, f. 1. n. 9
Lyra.
Inventa à Mercurio, f. 8. n. 13
Lysander.
Lysander damnat luxum vestium filiabus suis proposuerunt, f. 14. n. 15
Littera.
Litteræ à Cæsare jussæ fuerunt comburi, serm. 3. num. 1
Litteræ Hebraeæ significantes, f. 38. n. 14
Litteræ cœcæ quales sint, & quomodo fiant, ser. 1. num. 28
Livia.
Cæsari persuasit ut Cinnæ ignosceret, eumque in gratiam denuò reciperet, f. 3. n. 14
Locus.
Loca sacra debitam exigunt reverentiam, ser. 23. num. 3
Longinus.
A Christo illuminatus fuit, f. 35. n. 41.
Loqui, Vide verbum Sermo.
Quam noxium, f. 16. num. 2
Lotharius,
Ejus crudelitas, f. 22. n. 1
Lotio.
Lotio pedum Apostolorum à Christo facta, f. 35. num. 9

Lucifer.
In cælo ludum funambulonis exercuit, serm. 22. num. 14
Invidus est, f. 25. n. 16.
Qualiter peccarit, Ibidem.
Lapsus ejus fuit, quod excellentiam suam gratiæ Dei attribuere noluerit, ser. 28. n. 16
Cur pulsus è cælo, f. 13. num. 3
Ejus superbia, f. 8. num. 11
Lucilius.
Capillos Neptuno obtulit, f. 32. n. 26
Lucius.
Per sacrificiorum cineres à quadam infirmitate convaluit, f. 1. num. 21
Ludovicus XII.
Rex Galliarum cuidam civi Aurelianensi condonavit, f. 3. num. 9
Ludus
Funambulonum describitur, f. 22. n. 14
Lunaticus.
Qualis sit ejus infirmitas, f. 4. n. 18
Luscinia.
Ejus descriptio, & Emblema ab ea desumptum ser. 16. n. 19
Lux.
Ejus proprietates, f. 34. num. 14
Luxuriosus.
Jussu S. Pauli luxuriosus tradebatur manibus Sathanæ, f. 21. n. 4
Luxus.
Vestium reprehenditur, f. 14. num. 14
Vestium prohibitus filiabus Lysandri & Archidami, f. 14. num. 15
M.
Machabæi.
Eorum in bello consuetudo, ser. 35. num. 11
Magaglianes.
Ejus navis, serm. 1. num. 9
Magdalena.
Honoravit hortulanum titulo Domini, & cur? serm. 8. num. 8
Christus ei per S. Michaëlem Archangelum crucem submisit, f. 9. num. 2
Videns Christum quodvis aliud bonum contempsit, f. 10. num. 3
An confessa fuerit, f. 16. num. 9
Salvatur, dum Judas damnatur, f. 31. num. 2
Describitur, f. 32. num. 1
Ejus lacchrymæ, f. 32. num. 22
Comparatur rosæ, f. 32. num. 16
Per lachrymas facta est Virgo & Martyr, serm. 32. num. 19
Cur se collocarit retro pedes Christi, serm. 32. num. 23
Similis est cervæ, f. 32. num. 25
Similis est Camphoræ, Ibid.
Similis est lapidi cuidam Carthaginensi, Ibid.

Magnanimus.
Princeps debet esse magnanimus, f. 34. n. 2
Magus, Magi.
Cur Magi Christo myrrham obtulerint, f. 15. num. 19.
Cur ducti fuerint à stella, f. 13. n. 5
Eorum circa Herodem judicium, f. 21, n. 12.
Cur stellam amiserint, f. 33. n. 15
Quando perdiderint stellam, f. 35. n. 14.
Læti abierunt ad visitandum Dominum, f. 37. num. 7.
Malchus
A Christo correptus, quod intra conditionem suam se non continuerit, f. 13. n. 13
Maledictio. Maledicus.
Maledici, vide Calumniatores.
Maledictio à Noë in Canaan fulminata, serm. 22. num. 8
Malignitas.
Hominis f. 18. n. 29. & f. 19, n. 1.
Manlius Torquatus
Ex improviso mortuus, f. 1. n. 17
Malus
Mali facilè conspirant adversum bonos, f. 19, num. 6.
Mamma.
Ejus proprietas, f. 34. n. 15
Manna
Non debebat præterquam die sexta in sequentem diem servari. f. 30 n. 20.
Manulphus
Ejus pœnæ supplicium f. 30. n. 24
Manus
Dextera honorabilior sinistra, f. 12. n. 26
Mappa mundi.
Ab ea desumptum emblema, f. 10. n. 7
MARIA.
Vocata à Christo mulier, non verò mater, f. 35. n. 35. & f. 12, n. 3.
Visitavit Elisabeth, f. 23. n. 10. & f. 2. n. 6.
Recepit à Joanne nuncium Crucifixionis Christi, f. 35. n. 28.
Est centrum Dei, f. 28. n. 2.
Cur Christum in præsepio collocârit, Ibidem. num. 4
Cur à Christo in nuptiis passa sit repulsam, f. 8. num. 5
Ejus excellentia. f. 15. n. 6.
Maria.
Cur sint annunciatrices Resurrectionis, f. 21. num. 18.
Terminato Sabbatho unguenta emunt, f. 30. num. 23.
Marcianus
Sacerdos Eleemosynarius fuit, sermone 20. num. 7.
Marcus Antonius
Vestem Cæsaris senatui exhibuit, serm. 31. n. 2
Marcus Aurelius Antoninus
Consiliis utebatur, f. 33. n. 3
Marcus Eubalus
Ignovit Gabinianis, f. 3. n. 1.
Marcus Eremita.
Sibi digitum amputavit, ut sacerdotii se incapacem redderet, f. 12. n. 14
Mare.
Describitur, f. 15. n. 1.
Mare Danicum.
Ejus virtus f. 32. n. 25
Marius Celsus.
Veniam ab Ottone Imperatore impetravit, f. 1. num. 1.
Margarita.
Margaritæ magni valoris, f. 32. n. 9.
Margarita donata à Philippo Hispaniarum Rege donata Gaspari Morales servit & Conjugi Alexandri Severi, Ibid.
S. Martinus Episcopus.
Ad implendam Dei voluntatem promptissimus se obtulit f. 7 n. 5
Martyrium
Sustinere melius est quam regnare, f. 22. n. 11.
Mathusalem.
Quamdiu vixerit, f. 1. n. 5.
Cur noluerit sibi ædificare domum, Ibid.
Mauritius Imperator.
Qualiter à Phoca tractatus fuerit f. 8. n. 14
Maximianus.
Et Diocletianus veneratores fuere locorum sacrorum. f. 21. n. 3
Maximilianus.
Emblema ejus, f. 6. n. 3
Medæa.
Dedit Jasoni cineres, & cur? f. 1. n. 25.
Medicamenta.
Corporalia triplicis sunt generis, f. 18. n. 1
Meditari
Passionem Christi, f. 9 n. 2.
Melchisedech
Eleemosynarius fuit, f. 20. n. 20
Quomodo sine patre, sine matre, & sine Genealogia fuisse dicatur. f. 12. n. 2.
Melissus
Inventor sacrificiorum, f. 8. n. 13.
Membra
Sunt charitativa erga corpus, f. 2. n. 16
Memnon
Fabricavit Palatium Cyri, f. 15. n. 4
Memoria mortis
A Christo adulteræ & languido relicta. f. 2. n. 7
Est remedium contra superbiam. Ibid. n. 18.
Dœmonem humiliare videtur, Ibid. n. 10

Est utilis contra avaritiam ſ.26.n.11.
Contra libidinem,Ibid.n.12.
Contrairam,Ibid. 13. & ſeqq.
Memoriale
Cujuſdam Adamantis peccatoribus relictum, ſ. 38.n.18
Cujuſdam Diaſpri relictum juſtis, ſerm. 38. num.28.
Mercurius.
Sibirur & firmatur per cinerem mathematicum, ſ.8.n.13.
Meretrix
Antiquitus meretrices à templo excludebantur, ſ.23.n.11
Meritum
Unde naſcatur.ſ.2.n.2
Meſſias
Qualia corporis lineamenta habiturus fuerit, ſ.4 num.3.
Metellus
Metelli Macedonis dictum de ſecreto ſervando, ſ.10.n.13
Micha
Defebat idolorum ſuorum jacturam, ſerm. 5. num.4.
Miles
Ejus judicium,ſ.24.n.18
Milites Theodorici Regis prophanarunt Eccleſiam,ſ.23.n.11
Mina
A Chriſto divitibus intentatæ,ſ.6.n.5.
Minos
Ad ſtabiliendas leges ſuas quid fecerit, ſerm, 3. num.4
Minuta
Avara Gazophylacio illata,ſ.2.n.2.
Miraculum
Quod Berithi circa Crucifixum quendam acciderit,ſ.18.n.24
Myrrha
Cur à Magis Chriſto oblata fuerit, ſermone 15 num.19
Miſſa
Valdè ſunt Miſſæ utiles animabus, quæ ſunt in purgatorio,ſ.27.n.3.
Mithridates
Rex Ponti ſubitò mortuus eſt,ſ.1.n.17
Modeſtia
Erat prudentia Chananææ,ſ.8.n.1,
Moyſes
In valle Moab ſepultus eſt,ſ.26.n.12
Se ſuperiorem factum eſſe conquerebatur, ſ.22, num.9.
Ad petram loqui debebat,non verò eandem percutere juſſus fuerat,ſ.18.n.11
Atque ideo eſt reprehenſus,ſ.14.n.9.
Inventus eſt in flumine,ſ.19.n.20
Poſt Geneſin immediatè Exodum compoſuit, & cur? ſ.1.n.14
Quid ad dandam præceptis ſuis authoritatem fecerit,ſ.3.n.4.
Moneta
Inventa eſt à Felone,ſ.8.n.13
Trajani Imperatoris, ſ.6.n.1
Monitum
Pythagoræ de condonandis injuriis, ſerm. 3. num.1.
A Chriſto languido datum,ſ.36.n.11
Mons
Æthna deſcribitur,ſ.10.n.1
Mons Olympus & Parnaſſus,Ibid.
Moralitas
Contra eos qui non ſunt Charitativi erga infirmos,ſ.2.n.20
De condonandis offenſis,ſ.3.n.13
Contra eos qui nolunt audire reprehenſiones ſuas, ſ.6.n.16
Contra eos qui nimium confidunt in meritis alienis,ſ.8.n.6.
Contra eos qui propter intereſſe proprium, faciunt bonum,ſ.8.n.11.
Contra eos qui ſolum in neceſſitate conſtituti,Dei record antur,ſ.8.n.12
Contra eos qui Paſſionem Domini obiter tantum meditantur,ſ.9.n.17
De gloria cœleſti,ſ.10.n.11
Contra peccatores obſtinatos,ſ.11.n.13
De brevitate vitæ,ſ.1.n.17
De ſacerdotibus,ſ.12.n.11.& ſeqq.
Alia moralitas pro iiſdem,ſ.12.n.22
Contra ſæculares qui non honorant ſacerdotes, ſ.12.n.28
Contra eos qui volunt pertingere ad finem, priuſquam ſint in principiis,ſ.13.n.6
Contra eos qui gradu ſuo non ſunt contenti,ſ.13. num.12
Contra eos qui nimis cum Deo familiares eſſe præſumunt,ſ.13.n.18
Quam ſint utilia immiſſa à Deo pœnarum ſupplicia,ſ.14.n.13
Contra eos qui vineam animæ ſuæ malè colunt,ſ. 15.n.17
Contra temeritatem humanam,ſ.17.n,12
De correctione,ſ.18.n.20.& ſeqq.
De Eleemoſyna,ſ.20.n.16
Qui utuntur bono ad faciendum malum, ſ.21. num.23
Contra eos qui debitum reſpectum ſacris locis non deferunt, ſ.23.n.11
Contra judicia temeraria, ſ.24.n.17
Contra invidos, ſ.25.n.14.& ſeqq.
De memoria mortis, ſ.26.n.15

Contra

Contra eos qui dies festos non observant, f.30. num.24.
Contra eos qui animabus defunctorum benefacere negligunt, f.27. num.12
Contra Consiliarios & Principes malos, serm.33. num.12
Contra eos qui non admittentes seu non requirentes sana consilia, omnia pro libitu proprio faciunt, f.33. n.19
Contra eos qui sine Deo computum faciunt. f. 33. num.21
Contra Principes, qui ob proprium interesse subditorum census enervant, f.34.num.16
Contra eos qui ad peccata pristina redeunt, f. 36. num.9
Contra Christianos verbum Dei non custodientes, f.36. num.24
Contra eos qui in mœstitia cordis Deo deserviunt, f.37. n.9
Contra eos qui pacem animæ præjudicantem amant & conservant, f.38. n.25

Mores.

Thracum, f.3.num 7

Mori, Mors, Mortale, Mortui.

Mori in peccato quid sit, f.11.n.1
Mors Christi causavit dolorem in omnibus creaturis, f.35. n.10
Terentii, f.5. num.16
Similis est vitæ, f.11.n.2
Est dulcis bonis, malis amara, Ibid.
Bonorum non est deploranda, f. 26. n 17
Christi, fuit eidem festiva & gaudiosa, f.30.n.16
Bonorum & malorum, f.26.n.20
Christi & rationes illius, f.35.n.25
Describitur, f.1 n.2
Nos ex improviso aggreditur, f.1.n.16
Mors & vita non habent medium, f.1.n.14
Videtur à vita multum distare, sed non est ita, f.1. num. 15
Adæ quando secuta fuerit, f.1.num.5
Ægyptii parvas domos, & magna sepulchra fabricabant, eo quod mors longa sit, vita autem brevis, Ibid.
Quomodo scribatur ab Hebræis, & in quo differat à vita, f.1.n.11
Non habet respectum Magnatum,
Ignoramus quando ventura sit, Ibid.
Est similis sorti, & cur? Ibid.
Est filia peccati, Ibid.
Mors & sors in una tantum litera differunt, Ibid.
Athei filiii Neptuni inexpectata fuit, f.1.num.17

Motus.

Solis quam sit velox, f.24.n.1

Mundus.

Est liber quidam, f.15.num.1

Muri.

Babyloniæ, f.19. num. 4
Muri Ecclesiæ sudarunt sanguinem, f.11.num.1

Musica.

Inventa est ab Amphione, f.8.num.13

Mutius Scævola.

Amans patriæ fuit, 3.17. n.1

N.

Naaman Syrus tantum sanitati restitutus, ser.11 num.15

Nabuchodonosor.

Describitur in sylvis, f.16.n.15

Nathanael.

Quomodo filium Dei cognoverit, f.8.n.15
Cur sub ficu constitutus vocatus fuerit, f.21.n.1

Nativitas Christi.

Cur solemnis sit cœlo & terræ, f.30.num.3

Natura.

Humana comparata corpori, f.2. n. 16

Navis

Jobi vitam nostram repræsentabat, f.1. num.4
Neronis ex ebore & auro exornata, Ibid.
Caligulæ gemmis exornatam puppim habuisse
Iridis ab Apuleo locupletata fuit, Ibid.
Athenientium à Delo redeuntes, Ibid.
Adriani in monetis exsculpta, Ibid.
Sertorii qualiter fabricata fuerit, Ibid.
Magaglianis dicta Victoria, Ibid.
Thesei, & ejus forma, Ibid.
Sostratis qualis fuerit, Ibid.
Argi & ejus proprietas, Ibid.
Naves quis invenerit, f.8. n.15

Necessitas.

Duplicis generis est, f.16 n.3

Negotia.

Secretè & clam tractanda sunt, f.10.n.13

Negatio Petri.

De hac vide, f.35.n.14

Nemesis.

Ejus statua à Phidia exsculpta, f.31.n.18

Nero.

Quantum Domitianum timuerit, f.31.n.2
Judicabat alios secundùm indolem suam, ser.3 num. 18
Quomodo ad imperium ascenderit, ser.13.num.1
Ejus navis, f.1.n.9

S. Nicolaus Barensis.

Eleemosynarius fuit, f.20.n.4

S. Nicolaus Tolentinas.

Eleemosynarius fuit, f.20.n.4

Nidus.

Inventus in mari Danico, f.31.n.25

Nobilitas.

Hominis, f.15.n.11

Noe.

Maledixit Chanaan, f.22.n.8
Ossa Adæ in arcam transtulit, f.26.n.3

Nomina.

Cur imponantur, f.34.n.8.

Nume-

Nazarenus quid significet, ſ.2. n. 18
Diverſi nomina à ſcriptoribus ſacris homini dantur, ſ.15.n.11

Nova

Ad Philippum Macedonum Regem allata, ſ. 14. num. 6.

Nubes

Montis Thabor conturbavit Apoſtolos, ſerm.5. num.11

Numa

Pompilius quid fecerit, ut legibus ſuis authoritatem conciliaret, ſ.30 n.1

Nuptiæ

Inoptiis Canæ Deus Charitatem exhibendo Divinitatis ſuæ gloriam manifeſtavit, ſ. 2. num. 15

O.

Obligatio.

Veſtis patriam, ſ. 17.n.1.

Obſervator

Legum, ſ.3.n.4

Obſtinatio.

Vide v. Peccator obſtinatus.

Ochozias

Eum viſitavit Joram & cur, ſ.2. n. 19
Conſulebat Deum Accaron, ſ.33.n. 19

Octavianus

Inimicis ſuis libenter ignoſcebat, ſ. 3. n. 1
Quinam morti vicinus de vita humana dixerit.

Oculus

Oculi Chriſto ab Hebræis velati, & cur? ſ. 2. num.11
Ibi. ſ.15.n.14
Chriſti cur ab Hebræis velati fuerint, ſerm. 2. num. 11
Multo feliciores fuerunt flentes, quam cœlum aperti videntes, ſ. 32. n. 18

Occiſor

Innocentis qualiter punitus fuerit, ſermone 19. num.17

Odium

Inimicitia cum inimico odio habenda eſt, ſ.3. num. 2

Officium

Virginum veſtalium, ſ.2.n.10
Officia qualiter à Tiberio diſpenſata, ſerm. 13. num.2
Quilibet faciat officium ſuum, ſ.13.n.9.
Ostenditur hoc ex variis ſcripturis, Ibid.
Ex S. Paulo, Ibid.
Ex Davide, Ibid.
A Mariis, Ibid. n.10
Ex parabola à Chriſto adducta, Ibid.
Ex Ezechiele. Ibid.n.11
Ex S. Petro, Ibid.n.12
Ex Eva, ſ.13.n.12

Oleum

Scorpionis ejuſque virtus, ſ.26.n. 2.

Olympus

Mons Theſſaliæ, ſ.10.n.1.

Olivæ

Indulgentes & ab iis deſumptum emblema, ſ.9. num. 2.

Oneſimander

Suadebat Ducibus ſuis, ut ad expugnandum inimicum cineribus uterentur, ſ.1.n.26

Opera, Operari

Opera noſtra in tribus ſtatibus conſiderantur, ſ. 29, n. 3.
Stultè operatur, quiſquis abſque conſilio aliquid facit, ſ.33.n.8.
Debent fieri cum conſilio, ſ.33.n. 19.
Quæ ſine cœli conſilio fiunt, rarò feliciter claudunt, Ibid.
Suum à charitate valorem accipiunt, ſerm. 29. num. 3.

Opinio

Variæ opiniones Philoſophorum antiquorum circa animam noſtram, ſ.15.n.2.
Democriti, Empedoclis, Senecæ, Ariſtotelis, Pithagoræ, Diogenis, Hippocratis, Pampiloni, Ibid.
Pelagianorum quoad gratiam, ſ.29.n.3.

Opus

Majus opus eſt facere Eleemoſynam, quam facere miracula, ſ. 20.n.14.

Oraculum.

Ab eo militi cuidam datum reſponſum, ſ.29. num. 21.

Ordo

Rerum creatarum, ſ.15.n.5.

Os

Oſſa Adæ à Noe ſunt delata in arcam, ſ. 26. num. 3.

Oſculum

Oſculum Judæ, ſ.35.n.12.
Per oſculum Chriſto reſtitutio facta fuit, Ibid.

Otto Imperator

Plus aliis quàm ſibi intendebat, ſ.34.n.5.
Ignovit Mario Celſo, ſ.3.n.1.

Ovidius

Ejus dictum, ſ.31.n.2.

P.

Palatium

Davidis deſcribitur, ſ.23.n.5.
Cyri ab Hennone fabricatum, ſ.15.n.4.

Palæſtina

Palæſtini, eorumque cæremoniæ, ſermone 37. num. 9.

Pallo
Ejus Emblema, f. 14. n. 13.
Pandoræ
Prometheo vas quoddam donavit, sermone 14. num. 6.
Panis
Ab aquila in manus Octaviani Augusti demissus, f. 35. n. 8.
Cur à Deo postulemus Panem quotidianum? f. 1. num. 6.
Pantheona
Et Abradaces, f. 9. n. 22.
Papa
Theodorus quomodo Pyrrhum condemnaverit, f. 6. n. 11
Non potest dispensare, ut peccator aliquis non confiteatur, f. 16. n. 9.
Joannes & ejus equus, f. 13. num. 6.
Papiliones
Sunt symbolum invidi, f. 25. n. 15.
Papyrius
Ejus responsum matri datum, f. 10. n. 13.
Parabola
A Christo circa injuriarum remissionem adducta, f. 3. num. 9.
Paradisus
Est ibi, ubi Deus est f. 5. n. 12.
Parnassus
Mons, f. 10. num. 1.
Parrhasius
Decepit Xcuxem, f. 24. num. 1.
Pars
Dextra honorabilior est sinistrâ, f. 12. n. 26.
Pascha
Hebræorum quando transferebatur in sabbathum, f. 30. n. 16.
Pasquinus
Statua ejus Romana quomodo loquatur, f. 19 num. 27.
Passio Christi
Debet considerari, f. 9. n. 2.
Ejus effectus, Ibid.
Servit nobis loco luminis gloriæ, f. 9. n. 14.
In corde B. Claræ de monte Falco. Ibid. n. 17.
Pastores
Primi Nativitatem Christi intellexerunt f. 37. num 6.
Pater æternus
Honorat Filium in cœlo, tanquam sacerdotem, f. 12. n. 26.
Patientia
Quam sit utilis, f. 8. n. 13.
Amica Romanorum, Ibid.
Mauritii Imperatoris, Ibid nu. 1.
Davidis, Ibid.
Philippi Regis Macedoniæ, Ibid.
Aristippi, Platonis, Xenophontis & Josephi, Ibid. & num. 15.
Est lapis Lydius, Ibid.
Patria
Quanti æstimari debeat, f. 17. num. 1.
S. Paula
Romana, Eleemosynaria fuit, f. 20. n. 4.
S. Paulinus
Episcopus Nolanus quam charitativus fuerit, ibi num. 5.
Paulus
S. Paulus Apostolus castigabat corpus suum, f. 1. num. 24.
S. Paulus Apostolus calumnias à Pharisæis & Judæis passus, f. 19. n. 6.
S. Paulus nonnunquam se Apostolum vocat, aliquando verò non, & cur f. 13. n. 9.
S. Paulus Luxuriosum quendam fathanæ tradere voluit, f. 4. n. 25.
S. Paulus Apost. promptum se ad Dei voluntem faciendam obtulit, f. 7. n. 5.
S. Paulus cur se frequenter mori dicat, f. 7. n. 14.
S. Paulus Apost, charitativus, Divinum aliquid in se habet, f. 2. n. 12.
Pauli Manutii dictum, f. 31. n. 4.
Paulus Monachus amicus silentii, f. 16. n. 2.
Pavo
Describitur, f. 26. n. 8.
Pauper, paupertas
De Paupertate vide, f. 20. n. 6.
Pauperes crudeliter tractati, f. 20. n. 16
Pauperes ab Amadæo Sabaudo sustentati, f. 20. n. 2
Pax
Depingebatur ab antiquis habens in manu Cornucopiæ, f. 38. n. 2.
Civitates Lacedæmonum muro carentes, cur in pace permanserunt, Ibid.
Pro conservanda pace Deus Hebræis aliqui fieri celebrari præcepit, Ibid. n. 3.
Antiqui lites in portis civitatis deciebant, Ibid. num 4.
Pax ætatem auream secum ferens describitur, Ibid.
Ubi pax est, ibi quoque est omne bonum, Ibid. num. 6.
Jacob illam collegit ex lapidibus, quos capiti dormiens substratos habuerat, Ibidem numero 16.
Angeli pacem in terris annuntiantes, omne cogitabile bonum nobis prædixerunt, Ibidem num. 16.
Qui pacem dat, dat omne bonum, Ibidem numero 7.
Pax idem est quod salus, Ibid. & nu. 8.
Pax dicitur filia justitiæ, Ibid. n. 2.
Quomodo definiatur, Ibid.
Quàm sit utilis mundo, ibid. & nu. 1.

Regnum Chinæ pacificum floridum est, Ibidem num. 2.
In paradiſum non ſunt electi bellicoſi, ſed pacifici, Ibid. nu. 8
Propter pacem apertum est cælum, Ibidem numero 9.
Gloria cœli pax dicitur, Ibid.
Idem est pax quod paradiſus, Ibid. n. 12.
Ubi pax, ibi Paradiſus est, Ibid. n. 13.
Probatur per reſtitutionem oſculi, quam Judas Chriſto in horto fecit, Ibid.
In nomine pacis myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis continetur, Ibid. n. 14.
Per costa Adæ dormientis formata fuit, ut per pacem inter utrumque pax conſervaretur, Ibid. num. 5.
Pax ſeminarium est omnium bonorum. Ibidem nu. 6.
Duplex pax reperitur, bona & mala, Ibidem numero 23.
Atque ideo Chriſtus dixit ſe non veniſſe in mundum ut pacem, ſed ut bellum adferret, Ibidem.
Hereſes contra illos qui conſervant pacem in malo fundatam. Vide verb. Concordia & Diſcordia in Annuali, Ibid. 24

Peccator, Peccatum

Peccatorum confeſſa ſunt laudes Dei, ſ. 16. n. 17.
Peccator ſperat, juſtus timet, ſ. 31. n. 3.
Peccator à Deo derelictus, ſ. 35. n. 36.
Quomodo intelligatur, quod peccator poſſit peccatum ſuum relinquere, ſ. 11. n. 2.
Peccator ut vivit, ſic moritur ſ. 11. n. 3,
Similibus mortuis, ſ. 11. n. 6.
Obſtinatus ſimilis Cani Alexandri, ſermone 11, num. 5.
Obſtinatus ſ. 11. n. 3.
Obſtinatus ſimilis eſt Marcello, ſ. 11. n. 7.
Peccatores obſtinati licet videant miracula, ſ. 11. n. 11 & 12.
Peccatores in circuitu ambulant, ſermone 36, num. 10.
Terreri debent per minas, ſ. 6. n. 10.
Qui reprehenſiones non ſentit, deſperatus eſt, ſ. 6. num. 16.
Qui non curat flagella pejor eſt beſtiis.
Peccatum Luciferi, ſ. 13. n. 3.
Peccatum cauſa eſt omnium malorum, ſerm. 11. num. 1.
Quomodo intelligatur, quod ſit irremediabile, ſ. 11. n. 2.
Peccatum ſimile eſt fructui in vaſe quodam conſtituti, ſ. 11. n. 10.
Simile eſt peccatum infirmo. Ibid.
Peccatum eſt pondus graviſſimum, ſermone 11. num. 14.

Pecunia

Judæ ad quid ſervierit, ſ. 27. n. 10,

Pedes

Apoſtolorum à Chriſto lavati, ſ. 35. n. 9.
Judæ pedes à Chriſto loti ſunt, Ibid.

Pelagiani

Eorum circa gratiam opinio, ſ. 29. n. 2.

Pelicanus

Sanguinis ſui virtus, ſ. 27. n. 9.

Pellis

Veſtis Adami, ſ. 26. n. 2.

Pentapolis

De fructibus illus, ſ. 22. n. 5.

Pericles

Non deflevit mortem filiorum, ſ. 26. n. 28.

Perſæ

Et Athenienſium hiſtoria, ſ. 31. n. 18.

Perſeverantia

In bono, ſ. 35. n. 38.

Petrus

Apoſtolus cur pingatur cum clavibus, ſ. 22. num. 3.
Non fuit de amputata Malchi auricula accuſatus, ſ. 25 n. 13.
Sanavit claudum, ſ. 29. n. 12.
Flevit quia Chriſtus illum reſpexit, Ibid. n. 13.
Reprehenſus eſt propter tria tabernacula, quæ ædificare intendebat, ſ. 31, nu. 13,
Cur electus fuerit caput collegii, ſ. 17. n. 17.
Reprehenſus ab Evangeliſtis, ſ. 13. n. 12.
Sæpe vocatur frater Andreæ, ſæpe etiam non vocatur hoc nomine, & cur? ſ. 12. n. 5
In tantum cognatorum domos ingreſſus eſt, in quantum id neceſſum fuit, ſ. 12. n. 11.
Cur appellatus fuerit ſathanas, ſ. 7. n. 20.
Volebat ut Chriſtus ſuam voluntatem faceret, Ibidem.
A Chriſto in horto reprehenſus fuit, ſerm. 7. num. 4.
Quomodo excitatus ab Angelo, ſermone 6. num, 14.
Cur Malcho auriculam amputans reprehenſus fuerit, ſ. 3. n. 6.
Reſuſcitat Tabitham, ſ. 2. n. 5.
Recuſat admittere lotionem pedum à Chriſto, ſ. 35. n. 9.
Non fuit caſtigatus ſicut Adam, quia flevit, ſ. 32. num. 7.
Cur negarit, & Joannes conſtans fuerit.

Phacores

Quid fecerit ad emendandum & caſtigandum filium, ſ. 6. n. 11.

Pharao

Moleſtatus à ranis, ſ. 8. n. 12.

Phariſæi

Calumniatores & maligni, ſ. 19 n. 3.

Phe & Ain.
Quid significent, f.27.n.15.
Phidias
Exsculpsit in ebore Jovem, f.15.n.4.
Ejus in statua quadam posita inscriptio, f. 15. num.21.
Philippus
Rex Macedoniæ habuit tria felicia nova, f.14. num, 6.
Rex Macedonum non sumpsit de Athenienſium legatis vindictam, f.3.n.9.
Philippiades
Mortuus est præ lætitia, f. 10.n 6
Philippus II. Rex Hiſpaniarum
Expedivit literam quandam patentem, ſerm.17. num.14.
Phillides
Comæ diographus ex improviſo mortuus, f. 1. num. 17.
Philiſthæi
Invidi, f.25.n.8.
Philoſophus
Ab Alexandro ex aula ſua dimiſſus, ſerm. 18. num.21.
Phocas
Crudelis in Mauritium, f. 8. n.14.
Phocion
Condonavit ſuis inimicis, f.3.n.4.
Phryges
Quomodo honorarint Sacerdotes, ſermone 12. num.29.
Picturæ
Picturæ à Cleante inventæ, f.8. n.13.
Pietas vide verbo Charitas.
Abrahæ erga Lazarum, f. 2.n. 19,
Henrici de Urimaria erga infirmos, ſermone 2. num.16.
Henrici Regis Angliæ. Ibid.
Et Regiæ conjugis ſuæ. Ibid.
Alexandri & Ulpii Trajani erga infirmos, Ibidem.
Centurionis major fuit quàm Reguli, ſerm.2. num 9.
Mariæ erga Zachariam, f.2.n.7.
Tabithæ vel Dorcadis, f.2.n.5,
Hippolythi nepotis Clementis VII. ſerm. 2. num 4.
Alphonſi Regis Neapolitani, Ibid.
Artaxerxis, Ibid.
Regis Perſarum, Ibid.
Pignus
Quid ſit? f.35.n.8.
Pilatus
Ejus temeritas, f. 17.nu.11
Pilopides Imperator.
Quid conjugi ſuæ reſponderit, f 34.n.4
Pinmenius.
Ejus reſponſum Juliano Apoſtatæ datum, f. num, 15.
Pyramis
Quam Cleopis Rex fieri fecit, f.15 n.4.
Pirata
Quid reſponderit Alexandro, f.19.n.18.
Pireus
Obſeſſus à Sylla, f. 8. nu.3.
Pyrrhus
Rex Epirotarum, f.17.n.11.
Qualiter hæreticus Pyrrhus à Theodoreto Pap condemnatus fuerit, f.6.n.11.
Pittacus
Ignovit Alphæo Poëtæ, f.3.n.1.
Ejus dictum quoad invidiam, f.25.n.1.
Plato
Ejus patientia, f. 8. n. 14.
Invidus fuit, f.25.n.3.
Plangere
Plangunt Thraces dum homo naſcitur, f. num.12.
Platenſes
Eorum circa mortuos conſuetudo, ſermone 2. num.8.
Plebs
Romana ad Publii Valerii factam peroration egreſſa eſt Capitolio, & ſe ei dedidit, ſerm. num.7.
Protogenes
Ejus in ſtatua quadam inſcriptio, f.15.n.21.
Præſumptio vide Temeritas.
Proculus
Ob illatam loco ſacro irreverentiam cuſigatus f.23.n.11.
Proſperitas
Pernitioſa, f.14.nu.12
Facilè in adverſitatem commutatur, f.14.n.
Proprietas.
Cameli, f.8.n.7.
Preces
Chananeæ, f. 8.n.2.
Pramium
Ejus qui benefacit inimico, f.4.n.2.
Præceptum
Dei præcepta facilè obſervantur, f.31.n.14.
Præcepta poſitiva & negativa, f.3.n.2.
Poſitivum amandi inimicum includit negativum de eodem nunquam odio habendo. Ibidem.
Principes, vide Rex.
Non adoptent in conſiliarios eos qui ſunt impes f.33.n.17.
Eorum qualitates, f.34.n.1.
Debent habere prudentiam, Ibid.
Debent eſſe magnanimi, Ibid.

Debent esse vigilantes, Ibid.
Prius subditos quàm se curare debent, Ibidem n.3. & seq.
Principes uberibus similes esse debent, serm. 34. num. 15.
Oculos in subditorum commodum semper debent habere intentos Ibid. n.16
Comparantur rubo & spineto, Ibid. n.17.
Ut debent ad negotia sua personis expertis & probatis. Ibid. n.20.
Principes admittere debent Consiliarios & Consilia sana, Ibid.

Privatio
Justi Divinæ ingens est pœna, f.5.n.3.

Prudentia
Chananæ, f.3.n.1.

Psiche
Cupidinem maritum suum per lachrymas incantat. f.32.n 25.

Ptolomæus
Missus à Stratonico, f.13.n.8.
Ejus Turris.

Pueri
Puer in cunis salvatus est in quodam Flandriæ vel sili diluvio, f 19 n.9.
Puer innocens occisus, f.19.n.17.
Puer Jesus in triduo amissionis suæ panem mendicavit, f.20.n.17.
Pueri Fornacis Babylonicæ Deo sine intereſſe servabant, f.10.n.5.

Purgatorium
Visionum concionem de Lazaro, f. 27.
Verborum Animæ Purgatorii, Ibid.n.2.

Q.

Quadragintæ
Ex 40. Martyribus unus perdidit coronam, cui alius quidam in ea accipienda successit, f. 31. num.28.

Qualitates
Qualitates Principis quæ sint, f.33. n.1.
Lucis & Solis, f.34.n.14.

R.

Rachel
Cur abstulerit Idola Patris sui, f.3.n.5.

Rana
Tempore Pharaonis, f.8. n. 12.

Rebecca
Ejus pro Jacobo promovendo adhibita diligentia & cura.

Recidivatio
De hac vide f.36.n.12. & seqq.

Reddere
Bonum pro malo, f.3. n.14.

Regina.
Scytharum Thomyris f.9. n.23.
Rex & Regina Navarræ & Emblema eorum. f.13. num. 14.

Regnum, Regnare, Regulus.
Regulus habitus ut infidelis, non verò Centurio. f. 2. n. 9.
Regnum Chinæ floridum, quia est in pace, f. 38. num. 2.
Regnare servire est, f.22.n 8.

Religiosus
Religiosus cui prædicta fuit sua damnatio, f. 31. num. 7.

S. Remigius
Quomodo usurpatorem bonorum Ecclesiasticorum acriter castigârit, ser.23.n.11

Requies
Dei quomodo intelligatur, f.8. n.4.

Respectus
Sacerdotibus debitus, f.12.n.16.
Ab Alexandro sacerdotibus delatus, serm. 12. num. 23.
Et à Constantino Imperatore, Ibid.

Responsio
Papyrii Matri data, f.10.n.13.
Pontificis quoad sacerdotes, f.12.n.22.
Pilopidis Imperatoris, f.34.n 4.
Data cuidam Philosopho, f.1.n.29.
Hannibalis, quando de bello inter Romanos & Carthaginenses interrogatus fuit, serm. 1. num. 31.
Antigoni data duobus militibus, f.3.n.9.
Data Democrati à Philippo Rege Macedoniæ, Ibidem.
Oraculi, f.19.n.22.
Data Assæ Soldano Constantinopolitano, f. 3. num. 9.
Corvi, f.23.n.12.
Arguta cujusdam Lacedæmonii, f.5.n.22.
Samuelis ad Saulem, f.5.n.14.
Alphonsi Regis Arragoniæ, f. 6. n.5.

Resurrectio
Christiani similis esse debet resurrectioni Christi, f.36. num.2.
Christiani similis est resurrectioni Lazari, f. 36. num. 8.
Christi describitur, f.36.n.1.
Est duplex, f.36.n.8.

Revelatio
Facta cuidam Religioso, f.31. nu. 7.

Rex
Balac obviam processit Balaam, f.8.n.9.
Jeroboam misit Reginam suam ad visitandum Abiam, Ibid.
Melissus invenit sacrificia, f.8. n.13.
Macedonum Philippus patienter sustinuit injurias, f.8. n.14.

Persarum Cyrus, f. 12. n. 8.
Syracusanus Dionysius castigavit Briac, f. 10 num. 13.
Jeroboam & ejus obstinatio, f. 11. n. 13
Athenienſium Codrus, f. 17. n. 1.
Archelaus cui Scyphum porrexerit, ſermon 17. num. 21.
Indiarum, Siciliæ, Cypri, qualiter crucis arma portarint, f. 22 n. 3.
Crœsi filius mutus locutus fuit, f. 28. n. 22.
Regis Castellæ pœna,
Regis Uladislai juſſus, f. 26. n. 18.
Gebagnæ Rex donavit unam margaritam,
Soſoſtrates conſulebat uxorem, f. 33. nu 5.
Regis qualitates f. 34. nu 1.
Rex aliorum potius quàm ſuus eſſe debet, f. 34. num. 4.
Debet eſſe inſtar virgæ, f. 34. n. 7.
Ungebantur Reges prope fontes, f. 34. n. 12.
Rex tubo comparatur, ibid. n. 17.

Rigor

Rigor fugiendus eſt in correctionibus, ſerm. 18. num 17.

Riſus

Saræ reprehenſus. f. 23. n. 7.

Roma, Romani

Roma centum ſapientes in conſiliarios elegit, f. 33 num 5.
Qualiter à Tiberio reformata fuerit, f. 13. n. 2
Romani & Carthaginenſes, f. 14. n. 13.
Eligebantur à Romanis Dii ad ſuum beneplacitum, f. 17. nu. 19.
Ignoſcebant iis, qui ſe eorum poteſtati dabant, f. 3. num. 1.
Gratius illis erat ignoſcere, quam vindictam expetere, Ibid.

Roſa

Deſcribitur, f. 32. n. 16.

Robus

Figura eſt Regis, f. 34. nu. 7.

Ruſticus

De quodam ruſtico, qui proprii judicii tenax erat, f. 7. nu. 18,
Ruſticorum qualitates deſcribuntur, ſermone 33. num. 23.

S.

Sacerdos

Debet eſſe ens quoddam metaphyſicum, f. 12. num. 2.
Debet eſſe ens quoddam ſpirituale, f. 12. n. 6.
Ejus veſtis Hyacinthina & cur? ibid. n. 7.
Procul abſit à ſæculo. Ibid. n. 11.
Ejus electio, Ibid.
Tantum æſtimatur à ſæculo, quantum ejus opus habet, ibid. n. 11.
Beda honoratus à lapidibus, ſermone 12. numero 28.
Reprehenditur, f. 12. n. 22.
Deſcripitur, ibid. n. 21. & 22.
Sacerdos veteris legis & ejus cæremonia, f. 13 num. 11.
Sacerdotes ab imperfectionibus immunes eligebant, ibid.
Licet mali ſint, honorandi tamen ſunt, ut Caiphas, f. 12. n. 13.
Sunt Dii terreni, ibid. n. 15.
Olim Sacerdotes aurei in calicibus ligneis celebrabant, nunc lignei calicibus aureis utuntur, f. 12. n. 22,
Honorati ſunt ab Alexandro Magno, ſermone 12. num. 23.
Item à Conſtantino Imperatore, f. 12. n. 23.
Honorati ſunt in cœlo à Patre æterno, ſerm. 12. num. 26.
Qualiter honorentur à Phrygibus, ibidem numero 29.
Defendantur à calumniis quæ iis inferri poſſunt ibid. n. 30.
Cur Levitæ Joannem in Meſſiam eligere voluerint, f. 17. n. 19.

Sacramentum

Euchariſtiæ cur ſub ſpeciebus panis & vini inſtitutum ſit, f. 35. n. 8.
Altaris duobus modis conſideratur, ſermone 27. num. 3.
Cur appelletur denarius triticeus, ſermone 27. num. 6.
Sacramentum Euchariſtiæ, f. 35. n. 8.

Sacrificium

Inventum à Meliſſo, f. 8. n. 13.
Miſſæ valde utile animabus purgatorii, ſer. 27. num. 3.

Sæcularis

Apud ſæculares Sacerdotes in tantum habentur pretio & æſtimatione, in quantum eorum opera indigent, f. 12. n. 11.
Sæculares in cauſas Eccleſiaſticorum ſe neque quam ingerere debent, f. 23. n. 14.

Sæculum

Reprehenditur eo quod non honoret Sacerdotes f. 12. n. 29.

Sal

Ejus proprietates, f. 34. n. 14. & f. 11. n. 8.

Saladinus

Morti vicinus quid fecerit, f. 1. n. 17.

Salomon

Divinæ ſapientiæ aſſiſtentiam implorabat, f. 34. num. 5.
Qualiter à Berſabea reprehenſus fuerit, f. 18. n. 14.
Templum ejus qualiter fuerit ædificatum, f. 23. num. 8.

Saltus
Repentini ad honores & dignitates quam periculosi, f. 13. n. 3.
Salvari
Quam sit facile, f. 31. n. 10.
Samaritanæ
Cur ad civitatem Sichar à Christo missa abiverit, f. 21. n. 1. & 2.
Ejus encomium, f. 21. n. 19.
Samii
Magnam à Lacedæmoniis charitatem receperunt, f. 2. n. 4.
Samir
Vermis, & virtus sanguinis sui, f. 9. n. 23.
Samson
Oculos perdidit, quia secretum prodidit, f. 10. num. 13.
Samuel
Resuscitatur, f. 5. n. 13.
An realiter resuscitatus fuerit, ibid.
Missus à Deo ut David ungeret in Regem, f. 25. num. 10.
Sancius
Rex Castellæ, f. 23. n. 11.
Sanguis
Crucifixi quam salutaris, f. 9. n. 18.
Lateris Crucifixi, ibid. n. 21.
Humanus & ejus virtus, f. 9. n. 20.
Vermis Samir & ejus virtus, f. 9. n. 23.
Deus nolebat ut victimarum sanguis manducaretur. f. 17. n. 9.
Pavorum, Pelicani, vermis Comir, Iræi & virtus illorum, ibid
Redemptoris utilis est animabus Purgatorii, ibidem.
Vitas fuit latroni converso, ibid. n. 11.
Sannazarius
Insultum contra invidiam, f. 25. n. 3.
Sanctitas
Sanctitas & Sancti à Dæmone infestati, serm. 4. num. 6.
Sapiens, Sapientia
Sapientia desiderata à Salomone, sermone 29. num. 5.
Sapiens quærit consilia sana, f. 33. n. 9.
Sara
Reprehensa quia risit, f. 23. n. 7.
Sarraceni
Caligati ob prophanata loca sacra, sermone 23. num. 11.
Sartorius
Ex improviso mortuus f. 1. n. 17.
Sathanas
Cecidit sicut fulgur de cœlo, f. 4. n. 8.
Visus de cœlo cadere, f. 31. n. 21.
Saul
Prædixit excellentiam futuram Davidis, serm. 3. num. 11.
Petiit à Pithonissa ut resuscitaret Samuelem, f. 5. num. 13.
Secretum ejus, f. 10. n. 14.
Temerarius fuit, f. 17. n. 9.
Dæmoniacus describitur, f. 38. n. 18.
Dormiens à Davide non fuit occisus, serm. 26. num. 13.
Saulus
Christum magnum Dominum esse, ex facili illatarum sibi injuriarum remissione cognovit, f. 19. n. 12.
Procidens in terram conversus est, f. 11. n. 7.
Describitur, f. 19. n. 15.
Scala
Jacobi fuit figura Crucis, f. 9. n. 4.
Fuit sustentata à Deo, f. 29. n. 7.
Scandalum
Scandala necessaria sunt, & cur? f. 18. n. 13.
Scyphus.
Furto sublatus à T. junio prætore, f. 18. n. 17.
Scipio
Nasica, ejusque consilium circa bellum quod erat inter Romanos & Carthaginenses, f. 4. num. 23.
Scorpio
De ejus oleo, f. 26. n. 1.
Sculptura
Inventa à Dipelo, f. 8 n. 13.
Scutum
Aristomenis, f. 9. n. 2.
Secretum
Secretum negotiorum, f. 10. n. 13.
Conradi III. Ibid.
Euripides, Anaxarchi, Mutii Scævolæ linguam sibi præscindentis, ibid.
Secreta revelari non debent, ibid.
Saulus, ibidem.
Seleucus
Ejus corona, f. 22. n. 14.
Semiramides
Muri ejus in Babylonia, f. 15 n. 4.
Seniores
Sunt Consiliarii Dei, f. 33. n. 7.
Separatio
Animæ à Deo ingens pœna est. f. 5. n. 2.
Septem verba
Quæ Christus in cruce dixit, explicantur, f. 35. num. 33.
Septimus
Dies, est dies quietis Dei, f. 28. nu. 3.
Septimius Severus Imperator.
Subitò mortuus, f. 1. n. 17.

Sepul-

Sepulchrum
Ejus inſcriptio, ſ. 20. n. 8.
Et corona pari paſſu incedunt. ſ. 1. n. 11.
Viſitatum à Religioſis, ſ. 26. n. 7.
Serpens
Eſt figura crucifixi, ſ. 6. n. 5.
Servire
Qualiter Joannes dictus Minor infirmis inſervierit, ſ. 2. n. 20.
Servire Deo
Debemus cum lætitia, ſ. 27. n. 2.
Ideo Dæmon nos triſtes efficit, Ibid.
Et Sanctus Paulus hortabatur ad lætitiam, ibid. num. 3.
Sponſa monebat ut biberent, ut læti fierent, ibid. num. 4.
Abraham Iſaacum ſacrificaturus, ei revelare noluit, quod ſacrificii victima futurus eſſet, ne inde contriſtaretur, ibid. n. 5.
Paſtoribus dum hilares eſſent Chriſti annuntiatur Nativitas, ibid. n. 6.
Magi læti abierunt ad viſitandum Dominum, ibid. num. 7.
David invitabat ad lætitiam ibid. n. 8.
Virgines fatuæ quæ à nuptiis excluſæ fuerunt, non habebant oleum lætitiæ, ibid. n. 9.
Moralitas adverſus illos, qui in ſervitio Dei triſtes ſunt & melanchonici, ibid.
Serviendum eſt Deo ſine intereſſe, ut Jobus, ibidem. n. 12.
Tres pueri fornacis Babylonicæ, ibid. n. 13.
Ita fecerunt aliqui agricolæ vineæ Evangelicæ, ib. num. 14.
Exemplum cujuſdam Religioſi in hac materia, ibid. n. 15.
Ivonis Britonis, ibid. n. 17.
Moralitas invectiva in eos qui Deo ſerviunt ob proprium intereſſe, ibid.
Craterus amabat Alexandrum propter intereſſe non verò Epheſtion, ibid.
Serviendum Deo non ex timore, ibid. n. 18
Dæmon confeſſus eſt Chriſtum eſſe Filium Dei, ſed ex timore, ſanctus Petrus autem ex amore, ibid. n. 19.
Ac proinde S. Paulus vult ut ſimus filii, non verò ſervi ibid. n. 20.
Servius
Galba & ejus inventio, ſ. 35. n. 19.
Seraphini
Formant crucem ante Deum, ſ. 28. n. 10.
Sichar
Qualis civitas fuerit, ſ. 21. n. 1.
Joſepho per teſtamentum à Jacobo relicta, ibid. num. 2.
Sybilla
Cumana, ſ. 10. n. 11.
Sichem
Cur à Simeone Levi occiſus ſit, ſ. 16. n. 5.
Siculus
Prudens in eo, quod ſe mari commiſerit, ſ. 3. num. 9.
Silarus.
Fluvius & proprietas ejus, ſ. 11. n. 4.
Silentium
Tanquam utile laudatur, ſ. 16. n. 11.
Sylla.
Obſeſſa à Pyreo, ſ. 8. n. 12.
Syllaba
Verbi Peccavi, ſ. 16. n. 10.
Simeon
Erat juſtus & timebat, ſ. 31. n. 24.
Deſiderabat mortem, ſ. 10. n. 4.
Deſcribitur, ibid.
Symbolum.
Pythagoræ pro ſuperioritate, ſ. 13. n. 1.
Aliud Pythagoræ, ſ. 18. n. 11.
Similitudo
Animæ cum Deo, ſ. 15. n. 8.
Aurificis per voluntatem ſ. 7. n. 5.
Socrates
Ejus in ſtudio diligentia, ſ. 23. n. 3.
Socrus
Simonis qualis fuerit, ſ. 20. n. 1.
Deſcribitur infirma & vetula, ibid.
Sol
Nos charitatem docet, ſ. 2. n. 4.
A Sole & Luna deſumptum Emblema, ſem. 3. num. 15.
Solis Coloſſus ſculptus à Chares Lyndio, ſ. 3. num. 4.
Deſcribitur, ſ. 34. n. 3.
Eſt Hieroglyphicum Dei, ſ. 35. n. 14.
Sol & Luna ſunt præſides diei & noctis, ſ. 1. num. 9.
Quam velox ſit ejus motus, ſ. 24. n. 1.
Somnus
Citharæ pellit Dæmonem. ſ. 4. n. 10.
Sophocles
Ex improviſo factus eſt mutus, ſ. 1. n. 17.
Sortes
Sunt in manibus Dei, & quomodo id intelligatur, ſ. 1. n. 16.
Quotuplices ſint ſortes, ibid.
Sors eſt filia fortunæ, ibid.
Sors & mors in una tantùm litera differunt. Ibidem.
Soſtrates
Ejus navis qualis fuerit, ſ. 1. n. 9.
Spartani
Et Terpandrus, ſ. 18. n. 11
Speculum
Inventum à Sinone, ſ. 8. n. 13.

Spes.
Et ejus effectus, ſer. 31. nu. 2
Spinæ ariana.
Et proprietates earum ſer. 35, nu. 18
Spinetum.
Eſt figura Regis, ſer. 34. nu. 17
Sponſa.
Fertebat voluntatem Dei, ſer. 7. nu. 5
Cur petierit à ſponſo ut recederet ab ipſa, ſer. 10. num. 9
Ter à ſponſo vocata, ſer. 22 nu. 13
Deſiderabat trahi à ſponſo, ſer. 29. nu. 8
Stare.
In gradu ſuo, ſer. 13. nu. 8
Vide officium.
Statua.
Dædali ejuſque proprietates, ſer. 1. nu. 13
Antonici, pro correctione, ſer. 18. nu. 16
Palquini, ſer. 19. nu. 17
Nemeſiæ à Phidia exſculpta, ſer 31. nu. 18
Lapidea venerata eſt Chriſtum, ſer 35. nu. 13
Stella.
Stellæ majores ſunt terra & luna, ſer. 1. nu. 15
Nos docent charitatem, ſer. 2. nu. 4
Significant favores & proſperitatem, ſer. 14. n. 11
Ideo Cæſar Auguſtus illas in monetis ſuis expreſſit, ibid.
Sunt majores terra, ſer. 17. nu. 20
Stant in manibus Dei, ſer. 14. nu. 11
Quando evanuerit ab oculis Magorum, ſer. 35. num. 14
Cur duxerit Magos, ſer. 21. nu. 12
Quæ Magos duxit cur ſtella Dei vocetur, ſer. 2 num. 3
Quæ Caſſiopejæ apparuit, ibid.
Quando à Magis amiſſa fuerit, ſer. 35. nu, 14
Stephanus.
S. Stephani lapides dulces eſſe guſtavit, & cur? ſer. 9. num. 9
Stephanus Abbas meditabatur paſſionem Chriſti, ſer. 9. nu. 17
Stilla.
Aquæ deſiderata ab Epulone, ſer. 10. nu. 11
Sanguinis Chriſti quanti valeat, ſer. 35. nu. 11
Stratagema.
Amicitiæ, ſer. 24. nu. 9
Mortis ab improviſo nos aggredientis, ſerm. 1 num. 17
Stratonicus.
Illuſit Ptolomæum, ſer. 13. nu. 8
Stoici.
Obſervatores legum, ſer. 3. nu. 4
Studii Quadrageſimalis.
Sudor.
Sanguinis Chriſti in horto, ſer. 35. nu. 11
Suffragium.
Suffragia pro animabus purgatorii ſimilia ſunt columbæ Noeticæ, ſer. 17. nu. 3
Superbia.
Luciferi, ſer. 8. nu. 11
Superior.
Vel ſuperioritas eſt ſervitus, ſer 22. nu. 2
Sapientes ſuperioritates fugiunt, ibid.
Superiores debent admittere conſilia, ſerm. 22. num. 18
Supplicium Vide pœna.
Eorum qui ſacris locis non deferunt debitum reſpectum, ſer. 23. nu. 11
Eorum qui calcibus ſuis portas Eccleſiæ calcarunt, ibid.
Hungarorum altare demoliri volentium, ibid.
Latronum in Eccleſia S. Germani, ibid.
Latronis à S. Remigio caſtigati, ibid.
Sarracenorum ob violatum templum, ibid
Regis Cambyſis ob non delatum templis Idolorum debitum reſpectum ibid.
Xerxes, Sanctius Caſtellæ Rex, & Pompejus amiſerunt victorias, quia templo Hieroſolymitano non detulerunt reſpectum debitum, ibidem.
Gaufridus ex templo fortalitium faciens, vidit lapides ſanguinem ſudare, ibid.
Milites Theodorici à Dæmonibus caſtigati fuerunt, ibid.
Pyrrhus malè tractatus à tempeſtatibus maris, ibid.
Ideo Alaricus præcepit militibus ſuis, ut templa Romæ haberent in reverentia, ibid.
Moralitas contra eos qui locis ſacris non deferunt debitam reverentiam, ibid.
Recidivantium in peccatum, ſer. 36. nu. 13
Violantium dies feſtos, ſer. 30. nu. 24

T.

Temeritas.
Humana quam ingens, ſer. 17. nu. 3
Quid ſit, ibid.
Ex duabus cauſis naſcitur, ibid. nu. 4
Tria temeritatum genera, ibid. nu. 5
Goliath Gigantis deſcribitur, ibid. nu. 6
Malorum, ibid. nu. 8
Temeritas Dæmonis, ibid.
Saulis, ibid. nu. 9
Pilati, ibid. nu. 11.
Tempeſtas.
Ex lapidibus de cælo lapſis, ſer. 7. nu. 2

Templum.
Salomonis cur à Davide ædificatum dicatur ser. 7.nu.12
Quomodo ædificatum sit, ser 23.nu.8
Dianæ Ephesiæ fabricatum à Ctesiphonè, ser.15. num.4
Quis illi debeatur respectus, ser.21.nu.3
Prophanatum à Pyrrho, ser.23.nu.11
Contemptum à Proculo, & suplicium ejus, ibid.
Martis ædificatum foris extra muros, serm. 38. num.1
Tempus.
Vivendi non datur, ser.1.nu.14
Tenebræ.
In morte Christi cur visæ, ser.30.nu.22
Tentationes.
Dæmonis sunt seditiones contra bonos, serm.4. num.6.& seq.
Intentatæ cuidam Religioso, ser.4.nu.12
Dæmonis malitiosæ, ser.5.nu.20
Dæmonis sunt utiles, ser.4.nu.23
Terentius.
Se præcipitavit in mare propter jacturam, ser.7. num.2
Terpander.
Et Spartani, ser.18.nu.11
Terra.
Nos docet charitatem erga proximum, serm.2. num.4
Reliqua mansit in quadam litera ad Sibyllam Cumanam exarata, ser.10.nu.11
Describitur, ser.15.nu.1
Cur maledicta & non aqua, ser.18.nu.7
Africana quam fertilis, ser.20.nu.6
Tabitha.
Charitativa erga pauperes fuit, ser.2.nu.5
Thabor.
Mons describitur, ser.10.num.1
Thamar.
Describitur, ser.24.num.17
Thau.
Quid significet, ser.26.num.15
Theatrum.
Pompei, serm.15.num.4
Theodoricus.
Rex ejusque milites, ser.23.nu.11
Reddidit Venantio bonum pro malo, ser.3.nu.14
Theodosius.
Secundus Imperator quantus fuerit Elemosynarius, & quid ei acciderit, ser.20.nu.11
Theodorus.
Samius invenit claves, ser.8.nu.13
Theodorus Papa qualiter Pyrrhum condemnaverit, ser.6.nu.11
Thesaurus thesaurizare.
Thesaurus qualiter ab Imperatore Theodoro inventus, ser.20.nu 11
Thesaurizare in terra idem est, quod caperemuscas, ser.1.nu.17
Thesbis.
Ejusque navis qualis fuerit, ser.1.nu.9
Thomas de Villa Nova.
Archiepiscopus Valentinus qualis Eleemosynarius fuerit, & qualiter ejus reditus auctifuerint, ser.20.nu.10
Thomas Aquinas omnibus dignitatibus nuncium remisit, ser.22,nu.12
Thomiris.
Regina Scytharum, ser.9.nu.23
Thraces.
Et eorum usus, ser.3.nu.7
Eorum consuetudo in nativitate & morte hominis, serm.15.num.12
Eorum crudelitas, ser.22.nu.1
Thronus.
Dei, ejusque descriptio, ser 6.nu.8
E Throno Dei egrediebantur tonitrua & voces, ibid.
Tiberius.
Quomodo Romam reformatit, ser.13.nu.1
Quomodo dispensaverit officia, ibid.
Tigris.
Figura invidi describitur, ser.25.nu.17
Timor.
Apostolorum in Thabor, ser.14.nu.10
Timor Zachariæ ejusque effectus describuntur, ser.31.nu.1.& 2
Abrahæ in sacrificando Isaac, ser 31 nu.10
Debet esse in corde Justorum, ibid.num.17
Quid sit, ser.37.nu.18
Quotuplex sit, ibid.
Filialis est triplex, ibid.
Procul à servis Dei abesse debet, ibid.nu.19
Tyrus.
Civitas Ab Alexandro obsessa, ser.10.nu.11
Titulus.
Crucis, ser.34.num.12
Titus.
Junius Prætor furatus est scyphum, ser.18.nu.17
Imperator ejusque dictum, ser.19.nu.16
Traditio.
Judæ, serm.35.num.12
Trajanus.
Imperator, ejusque actio circa Præfectum Romanum

tianum,serm.34.num.1
Monetæ ipsius,ser.6 num.1
Thrasibulus.
Bysque Lex,serm.3.num.4
Tribus.
Benjamin ad imperium electa,ser.22.nu.7
Triremis
Pythi malè conquassata à tempestatibus & cujus,ser.23.nu.11
Trucurillus.
Inventor Rhedarum,ser.8.num.13
V.
Valedicere.
Christus valedixit Matri,ser.35.nu.5
Prædicator,Feria 3. Paschæ; valedicit auditorio suo,ser.38.num.ult.
Valentinianus.
Subitò mortuus fuit,ser.1.nu.17
Valor.
Metiri unde procedat,ser.2.nu.2
Vas.
A Pandora Prometheo donatum,ser.14.nu.6
Vbera.
Eorum proprietates,ser.34.nu.15
Velum.
Discissum in morte Christi,ser.5.nu.16
Venditio.Venditor
Josephi fuit causa exaltationis suæ,ser.21.nu.5
Ementes & vendentes cur à Christo flagellati, ser.23.nu.14
Venenum.
Inventum à Barbaris miræ qualitatis, serm.1. num.10
Ventus.
Qui destruxerunt domum Jobi,ser.19.nu.7
Alius desumptum Emblema,ser.14.nu.13
Verbum.
Suum Christus servavit,ser.36.nu.19
Idque probatur per triduum quo Christus fuit in sepulchro ibid,nu.18
Ex suppositione promissionis Christi, impossibile fuit Christum non mori, ibid.nu.19
Probatur ex doctrina Davidis,ibid.nu.20
Ac proinde medium se posuit inter Lucam & Cleopham,ser.36.nu.21
Ideo Zacharias obmutuit, ibid.nu.22
Et Petrus reprehensus fuit dum impedire voluit promissionis Christi executionem, ibid. num.23
Moralitas pro eodem argumento,ibid.nu.24
Verbum æternum.
Cur incarnatum fuerit,ser.21 nu.7
Incarnatum est sexto mense,ser.21.nu.10
Incarnatum est sexta ætate,ibid.
Cur denominationem suam à carne accipiat, ib. num.11
Verecundia, vide Erubescentia.
Vermis Comir.
Sanguinis sui proprietas,ser.27.nu.9
Veronica.
Obviavit MARIÆ,ser.35.nu.28
Vestes,Vestire.
Candidæ Angeli in sepulchro visi, & fulgurans ejus vultus quid significent,ser 6.nu.9
Laboriosæ detestandæ,ser 14.nu.14
Pelliceæ Adami & Evæ,ser.26.nu.2
Antiqui Sacerdotis,ser.30.nu.10
Animæ quales sint,ser.36 nu.4
Sacerdotales cœlestis coloris,ser.12.nu.6
Vestis à Medæa Jasoni donata,ser.14.nu.6
Vestis donata Herculi à Thianæa,ibid.
Ab Antisthene Tibaria elaborata,ser 15.nu.4
Simpliciter Gorgonia vestiebatur,ser.14.nu.14
Dæmonates reprehendit quendam superbe vestitum,ser.14.nu.15
Aurelianus Imperator nolebat luxum in vestibus,ibid.
Lysander & Archidamus filiabus suis luxum prohibuerunt,ibid.
Ex vestium vanitate pessima fit conjectura, ibid.
Mulieres pomposè vestitæ similes sunt sepulchris,ser 14 nu.16
Superbæ vestes a Lacedæmoniis prohibebantur conjugibus,ser.14.nu.17
Floridæ vestes fructus proferunt luxuriæ, ibidem.
Benedictus XI. noluit agnoscere matrem superbè vestitam,ibid.nu.18
S.Cyprianus,& S.Zeno in fimbria vestium mulierum quarundam dæmones sedentes conspexerunt, & quid inde secutum fuerit? ser. 14.nu.10
Via.
Domini & Paradisi est Regula,ser.3.n.14.& 15
Vidi.
Minuta viduæ Gazophylacio illata, quam Deo accepta fuerint,ser.2.nu.2
Vigilantia.
In Leone representata,ser.6.nu.1
Convenit Principi,ser.34.nu.1
Qualiter ab aliis repræsentetur,ibid,
Epaminondæ,ibidem.
Vindicta.
Est actio bestialis non humana,ser.3.nu.13

Vinum.
Lætificat cor, ser. 37. nu. 4.
Vipera.
Nos docet benefacere proximo, ser. 2 nu. 4
Virga Moysis.
Cur mutata in serpentem, ser. 6. nu. 13
Florida erat, quando petram percussit, serm. 11 num. 12
Floruit in sanctuario, ser. 12. nu. 11
Ejus proprietas, ser. 34. nu. 7
Virgo, Virginitas.
Virginum vestalium officium, ser. 20. nu. 10
Repudiatæ à Sponso quid significent, ser. 5. nu. 5
Cur fatuæ dictæ & exclusæ fuerint, ser. 37. nu. 9
Virginitas custodita à Dæmone, ser. 4. nu. 26
Virtus.
Virtutes Principum quales esse debeant, ser. 33. nu. 21. & 23
Virtutes & proprietates variarum mulierum salis, ser. 11. nu. 8
Aquæ stygiæ, ser. 8. nu. 14
Aluminis, ser. 8. nu. 13
Charitatis, Vide Charitas.
Virtutes sine charitate non valent, ser. 2. nu. 3
Visitatio.
Elisabethæ à Maria facta, ser. 2. nu. 6
Vita.
Describitur, ser. 1. nu. 1
Est brevissima, ser 1. nu. 4. & seq.
Nihil habet præter ingressum & exitũ, s. 1. n. 14
Vita & mors non habent medium, ibid.
Vita nostra aliud tempus non habet, quàm nascendi & moriendi, ibid.
Brevitas ejus monstrata est ab Antiquis, ibid.
Adeò brevis est, ut vix nati sepeliamur, ibid.
Videtur à morte multum distare, sed non distat, ser. 1. nu. 15
Ex mente Senecæ minor est puncto, ibid.
Matthusalem, ser. 1. nu. 5
Adami fuit sicut dies unus, ibid
Quia brevis est, ideo Ægyptii parvas sibi domos fabricabant, & magna sepulchra, ibid.
Non est longior uno die, ser. 1. nu. 6
Habet dies qui mensurantur, non verò qui numerantur, ser. 1. nu. 7
Similis est animali quod Ephemeris dicitur, ibid.
Comparatur navi, ser 1. nu. 9
Similis est fumo, ibid nu. 10
Quomodo scribatur in Hebræo, & quomodo à morte differat, ibid. nu. 11
Similis est statuis Dædali, ser. 1. nu. 13
Vitam humanam fabulam quandam Scenicam
Octavianus Natdus morti vicinus dixit, ibid
Peccatoris est similis itineri maritimo. ser. 14. n. 1
Justi est similis itineri terrestri, ser. 14. nu. 1
Vitã longa Antiquorum, ser. 22. nu. 4
Brevis Josephi, & cur?
A vita desumptum emblema, ser. 14. nu. 13
Vlysses.
Et Diomedes, ser. 33. nu. 2
Emblema illius, ibid.
Vlpius.
Trajanus pius erga infimos, ser. 2. nu. 16
Vnguentum.
Magdalenæ dicitur pretiosum non verò lachrymæ, ser. 31. nu. 9
Ad revocandum ad vitam mortuos, ser. 9. nu. 11
Voluntas.
Humana conformis esse debet divinæ, serm. 35. num. 11
Creata divinæ voluntati subjecta esse debet, ser. 7. num. 1
Nostra tripliciter conformari potest divinæ, ser. 7. nu. 2
Davidis divinæ conformis erat, ser. 7. nu. 4
Duplex est, ser. 7. nu. 8
Plena & semiplena, ser. 7. nu. 8
Centurionis reputatur pro facto, ser. 7. nu. 11
Est anima & meritum actionum, ser. 7. nu. 18
Propria damnabilis est, ibid.
Nostra est ratio cur pœna inferni æterna sit, ser. 7. nu. 18
Humana est instar Mercurii, ibid. nu. 18
Similis est veneno Barbarorum, ibid. nu. 20
Humana inordinata qualiter curetur, ibid. num. 19. & seq.
Volsci.
Et Æqui Romanis bellum movent, ser. 5. nu. 7
Vorago.
Aperta in monte Calvariæ, ser. 6. nu. 14
Vrsus.
Quas proprietates habeat, ser. 14. nu 4
Vsus.
Antiquorum homine nascente, ser. 1. nu. 14
Antiquorum circa defunctos, ser. 27. nu. 1
Vva
A Zeuxe depicta, ser. 14. nu. 10
Vulnera.
Christi repræsentantur in porticibus Piscinæ, ser. 9. nu. 2
Vxor.
Pilati cur Christum defenderit, ser. 4. nu 16
Apud Gethas occidebatur & sepeliebatur cum marito, ser. 27. nu. 1

X.
Xenophon
Non deploravit mortem filii, ſer. 26. n. 18.
Xerxes
Petebat conſilia, ſer. 33. n. 3.
Punitus quia non affecit debita reverentia templum. ſ. 23. n. 11.
Xenocrates
Se locutum eſſe pœnituit ipſum, ſer. 16. n. 2.
Z.
Zacharias
Cur nec à MARIA, nec à Joſepho Eliſabetham viſitantibus ſalutatus fuerit, ſ. 2. n. 7.
Cur turbetur ante Altare, ſer. 14. n. 10.
Punitus eſt in lingua, quia Angelo fidem adhibere noluit, ſ. 36. n. 22
Zachæus
Quomodo reddiderit quadrumplum, ſ. 20. n. 10
Cur juſſus fuerit feſtinanter ex Sycomoro deſcendere, ſ. 28. n. 7
Voluntas ejus reputatur pro facto, ſ. 7. n. 14.
Zaram
Cur in Genelogia Chriſti nominetur, ſerm. 7. num. 10.
Zelenaus
Per quid legibus ſuis authoritatem conciliarit, ſer. 3 nu. 4.
Zenon
Vidit in fimbria veſtis mulieris cujuſdam conſidentem dæmonem, & quid inde ſecutum fuerit, ſ. 14. n. 20.
Zizania
Cur permittantur creſcere, ſ. 24. n. 7.
Zoroaſter
Invenit artem Magicam, ſ. 8 n. 13.

FINIS INDICIS RERUM NOTABILIUM.

INDEX

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

LIBRI GENESEOS
CAPUT 1.
v. 2. *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* ſ. 34. n. 6
v. 3. *Fiat Lux, ſer.* 15. n. 13
v. 6. *Fiat firmamentum in medio aquarum,* ſ. 33. num. 6.
v. 16. *Fecit duo luminaria magna* ſ. 17. n. 20. & ſer. 22. n. 9. & ſ. 23 n. 14
v. 18. *Dividerent lucem & tenebras,* ſ. 24 n. 4
v. 24. *Faciamus hominem ad imaginem noſtram.* ſer. 8. nu. 3. & ſ. 13. num. 18. & ſer. 19. n. 16. & ſer. 6. n. 4
v. 27. *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam,* ſ. 31. nu. 11.
v. 31. *Factum eſt veſpere & mane, ſer.* 30. nu. 11. & 12.
CAP. 2.
v. 2. *Requievit die ſeptimo ab omni opere quod patrarat, ſer.* 8 nu. 4. & ſerm. 28. num. 3. & ſer. 30 num. 11.
v. 3. *Benedixit diei ſeptimo, ſer.* 30. nu. 11.
v. 6. *Ex omni ligno Paradiſi comedes, ſerm.* 1. num. 5
v. 17. *In quacunque die comederis, ſer.* 1. n. 3. & ſer. 15. nu. 13
v. 19. *Formavit igitur Dominus Deus, ſer.* 7. nu. 20. & ſ. 30. nu. 11
v. 31. *Immiſit ſaporem in Adam,* ſ. 30. num. 11. & ſer 3. n. 6
v. 21. *Cumque obdormiſſet, tulit unam de coſtis ejus, ſer* 35. nu. 8 & ſer. 14. n. 19
v. 21 *Tulit unam de coſtis ejus, ſer.* 20. num. 6. & ſer 21 nu. 18
v. 22. *Adduxit eam ad Adam, ſer.* 19. n. 22
v. 28. *Dominamini piſcibus maris, ſerm.* 1. n. 5.
CAP. 3.
v. 4 *Nequaquam Moriemini, ſerm* 35. n. 13
v. 6. *Vidit igitur mulier, ſer.* 13. nu. 12
v 6. *Tulit mulier, ſer.* 16. n 6
v. 7. *Aperti ſunt oculi eorum, ſer.* 18. n. 7
v. 7. *Conſuerunt folia ficus, ſer.* 26. n. 2. & ſerm. 33 nu. 14
v. 10. *Vocem tuam audivi in Paradiſo,* ſ. 31. n. 23
v 17. *Maledicta terra in opere tuo.* ſ 18. n. 17
v. 19. *Terra es & in terram ibis,* ſ. 1. n. 5
v. 21. *Fecit Dominus Deus, ſer.* 16 n. 1.
v. 23. *Ejecit eum de Paradiſo voluptatis,* ſ. 32. n. 7
CAP. 4.
v. 10. *Quid feciſti.* ſ. 36. n 3

*v.*10. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me, ſ.* 35. *num.*11.
v. 11. *Maledictus eris, ſ.* 16 *n.*6. *& ſ.* 5. *n.*6.
*v.*12. *Vagus & profugus eris ſuper terrã, ſ.*36.*n.*3
v. 13. *Major eſt iniquitas mea. ſ* 17.*n.*3
*v.*14. *Omnis qui invenerit me, ſ.*24.*n.*19.
CAP. 5.
*v.*22. *Ambulavit cum Deo. ſ.*22.*n.*12
*v.*27. *Et facti ſunt omnes dies Mathuſalem, ſ.*1.*n.*5
CAP. 6.
*v.*2. *Videntes filii Dei filias hominum, ſ.* 14.*n.*17
*v.*3. *Eorum dies illius, ſ.*21.*n.*21.
*v.*5. *Aſcendit malitia ejus, ſer.*23. *n.*1
CAP. 7.
v. 11. *Cataractæ cœli aperti ſunt, ſ.*23.*n.*1
CAP. 8.
v 8. *Emiſit columbam. ſ.*7 *n.*7
*v.*9. *Cùm non invenisſet, ſ.*17 *n.*16.
*v.*21. *Senſus & cogitatio, ſ.* 26.*n*1.
CAP 9.
*v.*21. *Bibenſque vinum inebriatus eſt, ſ.*22.*n.*8
CAP. 12.
*v.*1. *Egredere de terra tua, ſ.*12.*n.*4.
*v.*16. *Fuerunt ei boves & oves, ſ.*17.*n.*23
CAP. 15.
*v.*15. *Ibis ad Patres tuos, ſ.*38.*n.*7
*v.*1. *Hiſtaque tranſactis, ſ.*14.*n.*8
CAP. 17.
*v.*1. *Ambula coram me & eſto perfectus, ſ* 37.*n.*19
CAP. 18.
*v.*12. *Riſit occultè dicens, ſ.*23.*n* 7
*v.*15 *Negavit Sara. ſ.*23 *n* 7
*v.*27. *Loquar ad Dominum meum, ſ.*2.*n.*1
CAP. 19.
*v.*24. *Pluit Dominus ignem, ſ.*23.*n.*1.
CAP 22.
*v.*4. *Tolle filium tuum quem diligis ſ.*9.*n.*3
*v.*9. *Cùm alligaſſet Iſaac filium ſuum, ſ.*31.*n.*20
CAP. 25.
*v.*25. *Major ſerviet minori, ſ.*29.*n.*23.
CAP. 26.
*v.*26. *Te cum pace dimiſimus auctum benedictione Domini, ſ.*38.*n.*7.
CAP. 27.
v 40. *Vives in gladio, ſ.*38 *n.*1
*v.*41. *Occidam fratrem meum, ſ.*25.*n.*1.
CAP. 28.
v 12. *Vidit in ſomnis Scalam, ſ.*20.*n.*7. *& ſ.*9.*n.*4
*v.*13. *Ego ſum Dominus Deus tuus. ſ.*7.*n.*11
*v.*16. *Vere Dominus eſt in loco iſto, ſ* 39 *n.* 16
*v.*17. *Non eſt hic aliud niſi domus Dei ſ.*9 *n.*4
CAP 31.
*v.*29. *Valet manus mea reddere tibi, ſ.*3.*n.*5
CAP. 33.
*v.*10. *Si inveni gratiam in oculis tuis, ſ.*27. *n.*8
CAP. 34.
*v.*2. *Quam cùm vidiſſet Sichem, ſ.*16.*n.*5
v 25. *Arreptis duo filii Iacob, ſ.*11.*n*2.
v 29. *Parvulos quoque eorum. ſ.*21.*n.*2
CAP. 16.
*v.*33. *&* 34. *Regnavit & mortuus eſt. ſ.*1.*n.*13.
CAP. 37.
*v.*3. *Iſrael diligebat Ioſeph, ſ.*17.*n.*22
*v.*27. *Venundemus Iſmaelitis, ſ.*33. *n.*24.
CAP. 38.
v 26. *Iuſtior me eſt, quia, ſ.*16.*n.*14
*v.*17. *Vnus protulit manum, ſ.*7.*n.*10
CAP. 39.
*v.*26. *In argumentum ergo fidei, ſ.*24.*n.*13
*v.*17. *Ingreſſus eſt ad me ſervus Hebræus, ſerm.*24 .*n.*13
CAP. 41.
*v.*9. *Confiteor peccatum meum, ſ.*16.*n.*4
*v.*42. *Torquẽ auream poſuit in collo ejus ſ.*22.*n.*1
CAPUT 42.
*v.*13. *Servi tui ſumus, ſ.*16.*n.*4. *& ſ.*8.*n.*7
CAP. 43.
*v.*3 *&* 5. *Non videbis faciem meam, ſ.*13.*n.*16
CAP. 44.
*v.*12. *Quos ſcrutatus incipiens, ſ.*14.*n.*12
CAP. 45.
*v.*13. *Nuntiate Patri meo, ſ* 33.*n* 18
*v.*26. *Ioſeph filius tuus vivit, ſ.*33.*n.*18
*v.*28. *Vadam & videbo illum, ibid.*
CAP. 46.
*v.*1. *Venit ad puteum juramenti, ſ.*27.*n.*8
CAP. 47.
*v.*29. *Ut non ſepelias me ſ.*17.*n* 8
CAP. 49.
*v.*4. *Aſcendit cubile Patris ſui,* 16.*n.*13.
EXODUS.
CAP. 1.
*v.*10. *Venite opprimamus eum, ſer.*25.*n.*14
*v.*22. *Præcepit Pharao, ſ* 19 *n.*20
CAP. 3.
*v.*14. *Ego ſum qui ſum, ſ.*15.*n*18
CAP. 4.
v. 18. *Vade in pace ſ.*38.*n.*8
CAP. 5
*v.*1. *Hæc dicit Dominus Deus. ſ.*8 *n.*12
CAPUT 6.
*v.*30. *En incircumciſis labiis, ſ* 6.*n.*13
CAP. 7.
*v.*1. *Ecce conſtituite Deum, ſ.*3 *n.*7
*v.*13. *Induratum eſt cor Pharaonis, ſ* 8.*n.*11.

CAP. 8.
v.8. Orate Dominum ut auferat, f. 8. n.12
CAP. 11.
v. 9 Caput meum pedibus ejus, f.15. n.18
CAP. 14.
v.17. Et involvit eos, f.14. n.8
v.33. Viderunt Ægyptios mortuos, f.11.n.17
CAP. 15
v.11. Descenderunt in profundum, f. 11. n.7
v.17 Introduces eos & plantabis, f.31.n.12
v.23. Nec poterant bibere, f. 9.n.6
CAP. 16.
v.16. Gomor colligat unusquisque, f.30.n.20
CAP 17.
v.11. Cumque levaret Moyses manus, f. 28.n.3
CAP, 18.
v.17. Non bonam rem facis, f. 33.n.8
CAP. 19.
v.20 Descendit Dominus super montem in igne, &c f. 6.n 4.
CAP. 20.
v.14. Non machaberis, f.26.n.5
CAP. 23.
v.14. Tribus vicibus per singulos annos, f. 38. n.3
CAP. 24.
v.10 Et viderunt Deum Israelitæ, f. 32. n.24
CAP. 26.
v.35. Mensa stabit in parte Aquilonis, f.35.n.8
CAP. 33.
v.2. Mittam præcursorem tui, f 5.n.6
CAP. 35.
v.1. Hæc sunt quæ jussit Dominus, f.3.n.4
LEVITICUS
CAP. 6.
v.11. Ignis in Altari semper ardebit, f.2 n.10
CAP. 9.
v.2. Offerentes coram Domino, f.12.n.12
CAP, 11
v.44. Sancti estote, quia ego sanctus sum, ser.18. num.22,
CAP. 13.
v.44. Quicunque maculatus fuerit, f.18. n.6
CAP. 17.
v.3.& 10. Homo quilibet, f 27.n.6
CAP. 24.
v.14. Educ blasphemum, ser.28 n.22
NUMERI.
CAP. 1.
v.1.& 48. Locutus est Dominus, f.12.n.25
CAP. 11.
v.5. Recordamur piscium quos comedebamus, ser. 36. n.12.
v.11. Cur afflixisti servum tuum f.12.n.9
Cur imposuisti pondus universi populi, f. 22.n.9
v.14. Non possum solus sustinere, f 22.n 9
v.33. Ecce furor Domini concitatus in populum, f.36.num.12.
Adhuc carnes eorum erant in dentibus eorum, ser. 36.n. 12.
CAP. 12.
v.14. Si Pater ejus spuisset in faciē illius f.35.n.25
CAP. 14.
v.4. Constituamus nobis ducem & revertamur f. 36.n.12
v.20. In solitudine hac jacebunt cadavera, serm. 36.num.12.
CAP. 16.
v.31. Dirupta est terra sub pedibus eorum f.11 n.16
CAP. 17.
v.5. Quem ex his elegero, germinabit virga ejus, f.12.n.1.
v.8. Invenit germinasse virgam Aaron f.11.n.12
CAP. 20.
v.8, Loquimini ad petram, & illa dabit vobis aquam, f.18.n.11.
CAP. 21.
v.5. Cur eduxisti nos de Ægypto ut moreremur in solitudine, f 9.n.5.
CAP. 22.
v.36. Egressus est in occursum ejus, ser. 8.n.9.
DEUTERONOMIUM.
CAP 16.
v.16. Tribus vicibus per annum apparebis f. 8.n.3
CAP, 18.
v.1. Non habebūt Sacerdotes hæreditatē f.12.n.12
CAP. 20.
v.2. Secundùm mensuram delicti erit & plagarum modus, f.7 n.19
CAP. 33.
v. 2. In dextera ejus ignea Lex, f. 6.n.4
CAP. 34.
v.6. Sepelivit eum in valle terræ Moab contra Phogor, f. 26.n.12.
JOSUE.
CAP. 1.
v. 6. Confortare & esto robustus. f.35.n.11
CAP. 7.
v.1. Iratus est Dominus contra filios Israel, f.16. num. 21
CAP. 8.
v.6. Fugiemus & terga vertemus, f.35.n.11
CAP. 10.
v.24. Cumque educti essent ad eum, vocavit omnes viros Israel, f.12.n.7

JUDI-

JUDICUM.

CAPUT 6.

v.14. *Vade in fortitudine tu liberabis Israel, ſ.35.n.11*

CAP. 15.

v.18. *Tu dediſti in manu ſervi tui ſalutẽ, ſ.35.n 37*

CAP. 18.

v. 18. *Tulerunt qui intraverant, ſ. 5 n.4.*

LIBER I. REGUM.

CAP. 1.

v. 15. *Vinum & omne quod inebriare poteſt non bibi, ſ. 24. n.1.*

CAP. 2.

v. 11. *Præcidam brahium tuum, & brachium domus Patris tui, ſ. 25.n.9*

CAP. 4.

v. 16. *Ego ſum qui venio de prælio. ſ.8.n.8.*

CAP. 5.

v. 7. *Non maneat Arca Dei Iſrael apud nos, ſer. 26.n 4*

v. 11. *Pœnitet me quod conſtituerim Saul Regem, ſer. 17 n.9*

v. 12. *Fit enim pavor mortis in ſingulis urbibus, ſ. 26. n.4*

CAP. 7.

v. 12. *Lapis adjutorii, ſ. 25. n. 8*

CAP. 9.

v.5. *Perierãt aſinæ ejus, Cis Patris Saul, ſ.10.n.14*

CAP. 10.

v.1. *Hoc tibi ſignum quia unxit te Deus, ſ 1.n 12*

v. 15 *Indica mihi quid dixerit, ſ. 10. n. 14*

v. 20. *Et cecidit ſors tribus Beniamin, ſ 21.n.7*

CAP. 16.

v. 1. *Provîdi in filiis ejus mihi Regem, ſ.25.n.10*

v.13. *Tulit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum, ſ. 19 n.23*

v.14. *Spiritus Domini receſſit à Saul, ſ. 15.n.17*

CAP.17

v. 32. *Ego ſervus tuus vadam & pugnabo adverſus Philiſthæum, ſ.13.n.9*

CAP. 18.

v 8. *Quid ei ſupereſt, niſi Regnum, ſ.22.n.1*

v.9. *Non rectis oculis aſpiciebat Saul David à die illa, ſ.25 n. 1*

CAP. 24.

v. 3. *Aſſumẽs ergo Saul tria millia electorũ, ſ.3.n.11*

CAP. 26.

v.7 *Venerunt David & Abiſai ad populum nocte. ſ.26. n.13*

v 8. *Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas, ſ. 20. n 13.*

CAP.28.

v. 7. *Mulier habens Pythonem, ſ. 5.nu.13*

v.1. *Suſcita mihi Samuelem ſ.14 n.19*

CAP. 31.

v. 3. *Totum pondus prælii verſum eſt, ſ.10.n.9*

LIBER II. REGUM.

CAP. 1.

v.9. *Et locutus eſt mihi, ſta ſuper me. ſ 22.n 4*

v.10. *Tuli diadema quod erat in cap. ejus. ſ 22.n.4*

v.15. *Vocanſque unum de pueris ſuis ait, ſ.22.n.4*

CAP. 2.

v.1. *Et ait Dominus ad eum, Aſcende in Hebron, ſ. 1. n.12*

CAP. 11.

v.8. *Si hæc parva tibi videntur, ſ. 6.n.4*

CAP. 13.

v.28. *Ego ſum qui præcipio, ſ.3 n.4*

CAP. 15.

v.4. *Quis me conſtituat Iudicem ſuper terram, ſ. 23. n 5*

v.16. *Egreſſus eſt ergò Rex, & reliquit d. cem mulieres, ſ. 23.n.5.*

CAP. 16.

v. 7. *Ita loquebatur Semei, ſ. 36.n.13*

CAP. 17.

v. 1. *Dixit Achitophel ad Abſalon, ſ.19. n.4*

CAP. 18.

v.33. *Fili mi, quis mihi det, ut pro te moriar, ſ.35. num 6*

CAP. 19.

v.11. *Nunquid pro his verbis non occidetur Semei, ſ. 36. n.15*

LIBER III. REGUM.

CAP. 2.

v 36. *Miſit quod Rex, & vocavit Semei, ſ.36 n.3*

CAP. 6.

v.7. *Malleus & ſecuris, & omne ferramentum, ſ. 23. n. 8.*

CAP. 13.

v.4. *Altare, Altare, ſ.11.n.13*

CAP. 14.

v.2. *Surge commuta habitum, ſ.8 n.9*

CAP 17.

v.1. *Vivit Dominus Deus Iſrael, in cujus conſpectu ſto, ſ. 6.n.6*

v.10. *Da mihi paululum aquæ in vaſe ut bibam, ſ. 6. n.6.*

v.11. *Aſſer mihi obſecro, ſ.6.n.6.*

CAP. 18.

v.11. *Vſquequo claudicatis in duas partes ſ.13.n.6*

v.28. *Incidebant ſe juxta ritum ſuum, ſ.31.n 9*

v.36. *Domine Deus Abraham, ſ 23.n.6*

CAP. 19.

v.5. *Angelus Domini tetigit eum & dixit. ſ 6.n.14*

LIBER IV. REGUM.

CAPUT 1.

v. 2. Ite consulite Belzebub Deum Accaron, ser. 33. num. 19

CAPUT 2.

v. 11. Cumque pergerent incedentes. s. 13. n. 4

v. 11. Ecce currus igneus, & equi ignei, s. 34. n. 13

CAPUT 4.

v. 29 Accinge lumbos tuos, & tolle baculum tuum, s. 18. n. 13

v. 31. Collocavit eum super lectulum hominis Dei, s. 20. n. 21

v. 31. Non surrexit puer, s. 18 n. 15

CAPUT 11.

v. 21 Quidam autem sepelientes hominem, ser. 27. num. 8

LIBER II. PARALIP.

CAPUT 5.

v. 10. Nihil erat aliud in arca nisi duæ tabulæ.

v. 12. Cum ignoremus quid agere debeamus, s. 33. num. 17

LIBER TOBIÆ.

CAPUT 4.

v. 9 Si multum tibi fuerit abundanter tribue, s. 20. num. 3

LIBER JUDITH.

CATUT 4.

v. 8. Filii Israel humiliaverunt animas suas. s. 2. n. 1

CAPUT 9.

v. 2. Domine Deus Patris mei Simeon, qui s. 16. n. 5

CAPUT 12.

v. 13. Quæ ego sum, ut intradicam Domine meo, s. 14. num. 7

LIBER ESTHER.

CAPUT 4.

v. 1. Indutus est sacco, spargens cinerem capiti suo, s. 2. num. 1

LIBER JOB.

CAPUT 1.

v. 6. Venerunt filii Dei ut assisterent coram Domino, s. 11 num. 15

v. 18. Filiis tuis; filiabusque vescentibus & bibentibus, s. 19. n. 7

v. 21. Sit nomen Domini benedictum, s. 14. n. 13

CAPUT 2.

v. 2. Circuivi terrã, & perambulavi eam, s. 37. n. 12

v. 6. Ecce in manu tua est. s. 21. n. 4

v. 7. Percussit Iob ulcere pessimo s. 19 n. 21

v. 9. A planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas, s. 35. n 29

CAPUT 7.

v. 1. Militia est vita hominis super terram, s. 31. n. 5

Duo tibi quadragesimale.

CAPUT 9.

v. 26. Dies mei pertransierunt quasi naves portantes, s. 1. n. 9

CAPUT 10.

v. 22. Vbi umbra mortis, & sempiternus horror inhabitat. s. 5 n 29

CAPUT 14.

v. 5. Breves dies hominis sunt, s 1. n. 4

v. 13 Quis mihi det, ut in Inferno protegas me, s. 14. num. 13

CAPUT 19.

v. 21. Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, serm. 27 num. 14

v. 22. Quare persequimini me sicut Deus. s. 24. n. 12

CAPUT 30.

v. 31. Versa est in luctum Cithara mea. s. 14. nu. 4.

CAPUT 35.

v. 6. Si peccaverit, quid nocebit ei, ser 3 n. 8

LIBER PSALMORUM.

Psalm. 1.

v. 1. Non abiit in consilio impiorum serm 28. n. 1

Psalm. 2.

v 7. Filius meus es tu, ego hodie genui te, ser. 3. n. 15

v. 9. Reges eos in virga ferrea, serm. 34. n. 7

Psalm. 7.

v. 11. Iustum adjutorium meum à Domino. s 6. n. 7

Psalm. 16.

v. 5. Perfice gressus meos in semitis tuis, ser. 7. n. 4

v. 12. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, ser. 6. n. 1

Psalm. 18.

v. 6. In sole posuit tabernaculum suum, ser. 30. n. 10 Et ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo, ser. 5 n. 1

v. 10. Timor Domini sanctus permanens in saculum saculi. ser. 37. n. 18

Psalm. 20.

v. 12. Cogitaverunt consilia quæ non potuerunt stabilire, ser. 33. n. 20

Psalm. 21.

v. 7. Opprobrium hominum & abjectio plebis, s. 35. num. 21

v. 17. Foderunt manus meas, & pedes meos, ser 35. num. 31

v. 22. Salva me de ore leonis, ser. 6. n. 1

Psalm. 26.

v. 3. Si consistant adversum me castra, s. 19. n. 9

Psalm. 27.

v. 3, Loquuntur pacem cum proximo suo, serm. 18. num. 29

Psalm. 29.

v. 12. Conscidisti saccum meum & circumdedisti me lætitia, ser. 36. n 4

††† ††† Psal.

Psalm. 30.
v.16. In manibus tuis sortes meæ, ser.1.n.16
v.20. Perfecisti eis qui sperant in te, ser.19.n.12
Psalm. 35.
v.7. Homines & jumenta, ser.31.n.6
v.9. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, ser.37. num.4
Psalm. 36.
v.5 Revela Domino viam tuam, & spera in eo ser. 16.num.12
v.11, Mansueti autem hæreditabunt terram, ser.31. num.11
Psalm. 37.
v.13. Qui inquirebant mala mihi, ser.8.n.14
Psalm. 38.
v.6. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, ser.1.n.6.
v.8. Substantia mea apud te est, ser.29.n.9
Psalm. 36.
v. In capite libri scriptum est de me, ser.7.num.1
Psalm. 40.
v.2. Beatus qui intelligit super egenum, s.20. n.17
v 5. Sana animam meam quia peccavi tibi, s 3.n.8
v.7. Congregavit iniquitatem sibi, ser.19. num.18.
Psalm. 44.
v.3. Speciosus forma præ filiis hominum. ser.35.n.21. Et ser.4.n.3
v.10. Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, ser.15.n.9
Psalm. 47.
v.1. Psalmus Cantici, ser.7 n.12
v. 7. Ibi dolores ut parturientis, ser.16. num.10
Psalm. 48
v.13. Comparatus est jumentis, ser. 15.n. 7
v.14. Sicut oves in inferno positi sunt, ser 5.n.28
Psalm. 49.
v.14. Immola Deo sacrificium laudis, ser. 16 n.17.
Psalm. 50.
v.6. Tibi soli peccavi & malum coram te feci, s.3.n8
Psalm. 51.
v 4. Sicut novacula acuta fecisti dolum, s.19.n.10
Psalm. 52.
v.5. Nonne scient omnes qui operantur, ser.19 n.17
Psalm. 55.
v.9. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, s.32. num.8
Psalm, 56.
v.8. Paratum cor meum Deus, ser.7.n.5
Psalm. 59.
v.3. Deus repulisti nos, & destruxisti nos, ser.
Psalm. 61.
v.4. Quousque irruitis in hominem ser.19. n.13
v.10. Mendaces filii hominum, ut decipiant, ser 15. n.6
Psalm. 65.
v.16. Venite & audite, ser. 15. n.6
Quanta fecit anime mea, ser.15 n.6
Psalm. 70.
v.11. Persequemini & comprehendite, quia, s.15 n.17
v.12. Deus ne elongeris à me,
Psalm. 71.
v.2. Deus judicium tuum Regi da, ser.34.n.1
Psalm. 72.
v.14. Et fui flagellatus tota die, ser.35.n.16
Psalm. 77.
v.19. Malè locuti sunt de Deo, ser.14 n.9
v.30. Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, s.36.n.12
Psalm. 78.
v.1. Deus venerunt gentes in hæreditatem, s.13 n.11
Psalm. 85.
v.2. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum, serm.4. n.4
Psalm. 89.
v.16. Deus annorum nostrorum septuaginta anni, ser.1.num 5.
Psalm. 93.
v.1. Dies ultionum libere egit, serm.13.n.1
v.20. Qui fingis laborem in præcepto, ser.31 n.14
Psalm. 99.
v.3. Ipse fecit nos, & non ipsi nos, ser.15.n.13
v.4. Introite portas ejus in confessione, ser.37.nu 8.
Psalm. 102.
v.7. Notas fecit vias suas Moysi, ser.7.n.3
Psalm. 103.
v.15. Vinum lætificat cor hominis, ser 37.n.4
Et panis cor hominis confirmet, ser.35 n.9
Psalm. 104.
v.16. Et vocavit famem super terram, ser.35.n.9
Psalm. 106.
v.41. Et adjuvit pauperem de inopia, ser.31.n.12
Psalm. 108.
v.4. Pro eo ut me diligerent, ser 35.n.53
Psalm, 109.
v.3. Ex utero ante Luciferum genui te, ser.11.n.1. Et ser.30.n.3
v.4. Dixit Dominus Domino meo, ser.12 n.26
Psalm. 111.
v.10. Peccator videbit & irascetur, ser.25.n.19
Psalm. 113.
v.1. In exitu Israel de Ægypto, ser.30.n.9
Psalm. 114.
v.1. Dilexi quoniam exaudiet Dominus, s.30.n.9
v.3. Circumdederunt me dolores mortis, ser37.n.1
Psalm. 115.
v.10. Credidi propter quod locutus sum, ser.30.n.9
v.16. Ego servus tuus & filius ancillæ tuæ, s.17.n.
Psalm. 20.

Psalm 16.
v.1. Laudate Dominum omnes gentes, ser.30 n.9
Psalm. 117.
v.1 & 29. Confitemini Domino quoniam bonus, ser.30 n.9
v.22. Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, ser.5.n.2
Psalm. 118.
v.96. Latum mandatum tuum nimis, ser.31. n.15
v.11. Quam dulcia faucibus meis, ser.3.n.15. Et ser 31.n 15
v.176. Erravi sicut ovis quæ periit, ser.31. n.3
Psalm. 119.
v.1 Canticum graduum, ser.33. n.13
Psalm. 120.
v 7. Nisi Dominus custodierit. ser.29.n.6
Nisi Dominus ædificaverit, Ibid.
v.2. Vanum est vobis, Ibid.
Psalm. 134.
v.7. Fulgura in pluviam fecit, ser.32.n.25
Psalm. 140.
v.5. Corripiet me justus, ser 8.n.3
Psalm. 48.
v.4. Et aquæ omnes quæ super cælos sunt, s.32.n.25.
LIBER PROVERBIORUM.
CAPUT 11.
v.3 Qui relinquunt iter rectum, ser,6. n.18
CAPUT 5.
v.2. Parvulum occidit invidia, ser.25.n.1
CAPUT 10.
v.19. In multiloquio non deerit peccatum, s.18. n.5
CAPUT 12.
v.15. Qui sapiens est audit consilia, ser 33.n.9
v.21. Non contristabit justum, ser 30. n.17
CAPUT 20.
v.9. Quis potest dicere mundũ est cor meũ, s.17.n.5
CAPUT 21.
v.13 Qui obturat aures suas à clamore, ser.20.n.3
CAPUT 15.
v.19. Stretum tuum socero ne reveles, ser.10.n.13
v.11. Inauris aurea & margarita, ser 18. n 4
v.20. Sicut tinea vestimentum & vermis lignum, ser.37.n.2
CAPUT 29.
v.1. Virũ qui corripientem se dura cervice, s.18.n.21
CAPUT 31.
v.2. Quid dilecte mi, ser 18.n.14.
CANTICUM CANTICORUM.
CAPUT 1.
v.3. Trahe me post te, curremus in odorem, s.29.n.8
v.8. Indica mihi ubi pascas ubi cubes. ser.28.n 3.
v.12. Fasciculus myrrhæ dilectus meus, ser m.9 n.2
CAPUT 2.
v.3. Sub umbra illius quem desideraveram, s.7 n.4
CAPUT 3.
v.11. Egredimini filiæ Sion, & videte Regẽ, s.35.n.18
CAPUT 4.
v.1. Quam pulchra es amica mea, ser 15. n.10
v.3. Sicut vitta coccinea labia tua, ser. 18. n.8
v 8 Veni de Libano, veni coronaberis, ser.22. n.13
v 9. Vulnerasti cor meũ soror mea Sponsa, s. 32. n 25
CAPUT 5.
v.1. Veniat dilectus meus in hortum suum s. 35. n.10
Comedite amici & bibite & inebriamini, s.37. n.4
v.6. At ille declinaverat atq; transierat, s.29. n.18
v 9 Qualis est dilectus tuus ô pulcherrima s.35 n.29
v.10. Dilectus meus candidus & rubicundus, ser.36. num.29
v.16. Dilectus meus totus desiderabilis, serm.10. n.6
v.17. & 9. Si ignoras te ô pulcherrima mulierum, ser.13 n.7
CAPUT 6.
v.4. Averte oculos tuos à me, quia me avolare, ser. 32. n.11
CAPUT 8.
v.6 Fortis est ut mors dilectio, ser.35.n.8
v.14. Fuge, fuge, dilecte mi, ser.10. n.9
LIBER SAPIENTIÆ.
CAPUT 2.
v.8. Coronemus nos rosis antequam marcescant, ser.37.n.10
v.24. Invidiâ Diaboli mors intravit in mundum, ser.25.n.1.
CAPUT 3.
v.2. Visi sunt oculis insipientium mori, ser.36.n.10
CAPUT 5.
v.2. Videntes turbabantur timore horribili, s.25.n.6
CAPUT 9.
v 4. Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam tuam, ser.19 n 5
LIBER ECCLESIASTES.
CAPUT 1.
v 1 Omnia tempus habent, ser.1.n.14
v.7. Tempus tacendi, & tempus loquendi, s 16.n.2.
CAPUT 9.
v.12. Sicut pisces capiuntur hamo, ser.16. num.22
CAPUT 10.
v.3. In via stultus ambulat, ser.24.n.18
LIBER ECCLESIASTICUS.
CAPUT 1.
v.8. Unus est altissimus & Creator omnipotens. ser. 14. num.7
CAPUT 2.
v.1. Fili accedens ad servitutem Dei sta in timore, ser 4 n.5

CAPUT 7.
V.40. In omnibus operibus memorare novissima tua, ser.26.n.1
CAPUT 10.
V.11. Omnis Potentatus vita brevis, ser.22.num.4
CAPUT 18.
V.26. A mane usque ad vesperam immutabitur tempus.
CAPUT 24.
V.42. Rigabo hortum meum plantationum, ser.32. num 17
CAPUT 27.
V.28. Qui in altum mittit lapidem, ser.19.n.19
CAPUT 29.
V.9. Pro honore & beneficio.
V.12. Propter mandatū assume pauperem, s.20 n.3
V.15. Conclude Eleemosynam in sinu pauperis, ser.3. num.13
CAPUT 30.
V.22. Tristitiam non des animæ tuæ, ser.30.n.17
V.24. Tristitiam longe repelle à te, ser.37.n.2
CAPUT 32.
V.24. Fili, sine consilio nihil facias, ser.33.n.3
CAPUT 17.
V.17. Cor boni consilii statue tecum, serm.33.n.16.
V.9. A consiliario conserva animam tuam, ser.33. num.17
CAPUT 43.
V.26. Qui mare navigant, narrant pericula ejus, ser.14.n.2.
ISAIAS.
CAPUT 1.
V.4. Væ genti peccatrici, ser.6.n.4
CAPUT 6.
V.1. Vidi Dominum sedentem super solium, ser.28. num.10
V.3. Et clamabant alter ad alterum, ser.16.n.1
V.5. Væ mihi quia tacui, ser.6.n.4. & s.18.num.5
V.8. Quem mittam, & quis ibit, ser.7.n.7
CAPUT 7.
V.14. Vocabitur nomen ejus Emmanuel, s.34.n.8
CAPUT 8.
V.20. Non erit eis matutina lux.
CAPUT 9.
V.6. Parvulus natus est nobis, ser.37.n.7
Pater futuri sæculi, Princeps pacis ser.38.n.21
CAPUT 10.
V.5. Væ Assur virga furoris mei, ser.6.num.4
CAPUT 11.
V.1. Egredietur virga de semine Isai, serm.6.n.4
Egredietur virga de radice Iesse, ser.6.n.4
V.2. Et requiesceet super eum spiritus Domini, s. 33. n.9
CAPUT 14.
V.13. In cælum conscendam super astra, ser.11.n.17
V.14. Ascendam super altitudinem nubium, s.18 n.10. CAPUT 16.
V.1. Emitte agnum Domine de petra deserti, s.6.n.2
CAPUT 30.
V.1. Væ filii desertores dicit Dominus, ser.33 nu.15
CAPUT 33.
V.12. Et erunt populi quasi de incendio, ser.2.nu.1.
CAPUT 38.
V.5 Adjiciam super dies tuos quindecim annos, s.31. n.2. CAPUT 42.
V.4. Non erit tristis neque turbulentus, s.30.n.17
CAPUT 46.
V.13. Dabo in Sion salutem, & in Ierusalem, s.5 n.1
CAPUT 48.
V.22. Non est pax eum impiis, ser.38.n.24
CAPUT 53.
V.2. Vidimus eum & non erat aspectus, ser.31.n.24
V.6. Et posuit Dominus in eo iniquitates. s.25.n.11
V.7. Sicut ovis ad occisionem ducetur, ser 19.n.11
CAPUT 55.
V.1, Omnes sitientes venite ad aquas, ser.5.num.1.
CAPUT 57.
V.20. Cor impii quasi mare fervens, ser.36.num.5.
CAPUT 60.
V.5. Tunc videbis & afflues, ser 14.n.7
V.16. Mamilla regum lactaberis, ser.34.n.15
CAPUT 62.
V.11. Ecce Salvator tuus venit ser.5.n.1
CAPUT 65.
V.12 Numerabo vos in gladio, ser.11.n.1
JEREMIAS
CAPUT 1.
V.11. Virgam vigilantem ego video, ser.34 num.2
CAPUT 4.
V.7. Ascendit leo de cubili suo, ser.6 num.1
CAPUT 5.
V.3. Percussisti eos & non doluerunt, ser.6.num.14
V.6. Percussit leo de sylva, ser.6.n.1
CAPUT 6.
V.7. Sicut frigidam fecisti cisternam, ser.21.n.20
V.14. Pax, pax, & non est pax, ser.38.n.4
CAPUT 11.
V.15. Dilectus meus in domo mea.
V.19. Tanquam agnus ad occisionem, serm.6.n.1.
CAPUT 13.
n.27. Væ tibi Ierusalem, serm.6.n.4
THRENI JEREMIÆ.
CAPUT 1.
V.8. Peccatum peccavit Ierusalem, ser.36.n.5
V.30. Dabit percutienti sibi se maxillam, s.31.n.13

CAPUT

CAP. 4.

v.8. Denigrata est facies ejus super carbones,

BARUCH.

CAPUT 1.

v.38. In terris visus est, & cum hominibus, s.6 n.1.

EZECHIEL.

CAPUT 9.

v.6. Senem adolescentulum & virginem, s.26.n.15

CAPUT 13.

v.3. Prophetis insipientibus, ser.6.nu.4.

CAPUT 17.

v.3. Aquila grandis alarum magnarum, ser.35.n.8

CAPUT 18.

v.4. Anima quæ peccaverit ipsa morietur, s.16.n.11

v.5. Vir si fuerit justus, & fecerit justitiam, s.34.n.1.

CAPUT 20.

v.46. Stilla ad Africum, & dicas, Ecce ego, ser.5. nu.15.

CAPUT 24.

v.9. Væ civitati sanguinum, ser.6.nu.4.

CAPUT 37.

v.4. Ossa arida audite verbum Domini ser.13.n.11

DANIEL.

CAPUT 3.

v.12. Statuam auream quam vidisti, ser.10.nu.5.

v.50. Non tetigit eos omninò ignis, ser.33 nu.16.

v.84. Benedicite Sacerdotes Domini, ser.11.nu.11.

v.91. Et species quarti similis filio Dei, ser.10.nu.5.

CAPUT 4.

v.33. Magnificentia amplior addita est, ser.16.n.15.

v.30. Ex hominibus abjectus est, serm.16.nu.15.

CAPUT 5.

v.25. Mane, Thecel, Phares, ser.6 nu.17.

CAPUT 6.

v.13. Daniel de filiis captivitatis Iuda, ser.25 nu.16

CAPUT 10.

v.5. Renes accincti auro obrizo, ser.32. nu.1.

CAPUT 13.

v.35. Erat cor ejus fiduciam habens in Deo, serm. 32. num. 1.

OSEE.

CAPUT 4.

v.1. Audite verbum Domini, quia judicium, ser.6. nam.16.

v.2. Maledictum & mendacium, homicidium.

CAPUT 7.

v.13 Væ eis, quoniam recesserunt à me, serm.6.nu.4

v.16. Facti sunt quasi arcus dolosus s.18.n.29.

CAPUT 9.

v.5. Quid facies in die solemni s.30.n.9.

CAPUT 10.

v.11. Ephraim vitula edocta, s.23.n.22.

Joël.

CAPUT 2.

v.15. Canite tuba in Sion, s.1. n.1.

Amos.

CAPUT 6.

v.1. Væ vobis qui opulenti estis s.6.n.4.

CAPUT 8.

v.10. Convertam festivitates vestras in luctum, ser. 30.n.24.

CAPUT 9.

v.13. Stillabunt montes dulcedinem, s.5 n.1.

Micheas.

CAPUT 5.

v.2. Et tu Bethlehem terra Iuda, s.17.n.19.

CAPUT 2.

v.1. Væ qui cogitatis inutile, s.6.n.4.

Zacharias.

CAPUT 9.

v.9. Exulta satis filia Sion, jubila filia, s.34.n.18.

v.11. In sanguine testamenti tui emisit cunctos, s.27. num. 9.

Malachias.

CAPUT 1.

v.7. Angelus Domini exercituum est.

CAPUT 3.

v.6. Ego sum Deus & non mutor, s.6.n.7.

CAPUT 4.

v.2 Orietur vobis timentibus nomen meum, s.29. num. 18.

LIB. I. MACHABÆORUM.

CAPUT 6.

v.3.4. Elephantis ostenderunt sanguinem, s.35.n.18

LIB. II. MACHABÆORUM.

CAPUT 6.

v.19. Voluntariè præbat ad supplicium, s.3.n.4.

MATTHÆUS.

CAPUT 1.

v.6. Iesse autem genuit David Regem, s.3.n.11.

v.18. Cum esset desponsata mater Iesu, s.12.n.3.

v. 20. Ecce Angelus Domini apparuit in somnis, s.18.num.9.

v.21. Et vocabis nomen ejus Iesum, s.34.n.8. Ipse enim salvum faciet populum suum, ibi.

CAPUT 2.

v.2. Vbi est qui natus est Rex Iudæorum, s.24.n.22. & s.28.n.5.

Vidimus stellam ejus in Oriente, s.2.n.13.

v.8. Ite & renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum, s 24. n.16.

v.9. Et ecce stella quam viderant Magi, s.11.n.14. & s.33.n.15. & s.13.n.5.

v.12. Invenerunt puerum cum Maria, s.12.n.3.

CAPUT 3.

v.17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi ſ.24. num.17.

CAPUT 4.

v.1. Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum, ſ.28.n.14.
v.3. Si filius Dei es dic, ſ.24.n.17. & ſ.34.n.9 & ſ.1.n.15. & ſ.7 n.8.
Dic ut lapides iſti panes fiant, ibid.
v.5. Duxit eum ſuper pinnaculum templi ſ.23.n.11
v.8. Oſtendit ei omnia regna mundi, ſ.26.n.10.
v.8. Aſſumpſit eum Diabolus in montem, ſ.24.n.20
v.9. Hæc omnia dabo tibi ſi cadens, ſ.16. n.10.
v.18. Ambulans Ieſus juxta mare Galilææ ſ.21.n.13
Vidit duos fratres Simonem qui ſ.12.n.5.

CAPUT 5

v.3. Beati pauperes ſpiritu, ſ.6.n.5.
v.13. Vos eſtis ſal terræ, ſ.11.n.8.
v.14. Vos eſtis lux mundi, ſ.34.n.14.
v.17. Non veni ſolvere legem ſed ſ.28.n.1.
v.39. Si quis te percuſſerit in dexteram, ſ.7.n.18.
Præbe illi & alteram, ſ.7.n.18.
v.48. Eſtote perfecti ſicut & Pater noſter, ſ.3.n.6. & ſ.29.n.16.

CAPUT 6.

v.6. Et Pater tuus qui videt in abſcondito, ſer.32. num.23.
v.9. Sic orabitis: Pater noſter qui es ſ.7.n.6.
v.12. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos, ſ.3. num.13.
v.17. Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, ſ.37.num.9
v.29. Secundùm fidem veſtram fiat vobis, ſ.10.n.12

CAPUT 7.

v.1. Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, ſ.31.n.12.

CAPUT 8.

v.2. Ecce leproſus veniens adorabat ſ.11.n.14.
v.3. Acceſſit ad eum Centurio. ſ.2.n.3.
v.10. Amen dico vobis, non inveni tantam ſ.2.n.9
v.15. Miniſtrabat ei, ſ.17.n.18.
Tetigit manum ejus & dimiſit eam ſ.21.n.14.
v.19. Et accedens unus Scribæ ait illi ſ.17.n.10.
Magiſter ſequar te quocunque ieris, ſ.28.n.6.
v.21. Domine permitte me primum ire, ſ.4.n.11.

CAPUT 9.

v.2. Confide fili remittuntur tibi peccata, ſ.21.n.21.
v.3. Hic blaſphemat. ſ.21.n.21.
v.6. Ut ſciatis quia filius hominis habet ſ.15.n.20.
v.16. Magiſter attulit filium meum, ſ.4.n.9.
v.18. Ecce princeps unus acceſſit, & adorabat, ſ.27. num.8.
v.20. Si tetigero fimbriam veſtimenti ejus.
v.22. Filia mea male à Dæmonio vexatur.
v.24. Non eſt mortua puella ſed dormit, ſ.11.n.6.

CAPUT 10.

v.2. Duodecim autem Apoſtolorum nomina, ſ.11.n.1.
v.34. Non veni mittere pacem, ſed gladium ſ.38.n.22
v.42. Quicunque potum dederit uni ex minimis, ſ.21.num.10.

CAPUT 11.

v.29. Venite ad me omnes qui laboratis, ſ.9.n.11.
v.30. Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve

CAPUT 12.

v.40. Sicut fuit Jonas in ventre Ceti tribus diebus, ſ.36.n.18. & ſ.32.n.12.

CAPUT 13.

v.25. Venit inimicus homo & ſuperſeminavit ſ.24. num.7.
v.26. Videbunt filii hominis venientem ſ.15.n.20.

CAPUT 15.

v.3. Quare & vos tranſgredimini mandata, ſ.19. n.10.
v.4. Domine bonum eſt nos hic eſſe. ſ.2.n.10.

CAPUT 6.

v.11. Quem dicunt homines eſſe filium ſ.37.n.19.
v.17. Beatus es Simeon Bariona, ſ.13.n.12 & ſ.17. n.17 & 37.
v.18. Tu es Petrus & ſuper hanc petram, ſ.21.n.11.
v.21. Cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, ſ.7.n.10.
v.22. Abſit à te Domine non erit tibi hoc, ſ.13.n.12.
v.23. Qui converſus dixit Petro, vade poſtme, ſ.13. n.12.

CAPUT 17.

v.1. Reſplenduit facies ejus ſicut Sol, ſ.30.n.10. & ſ.18.n.9.
v.3. Et ecce apparuerunt illis Moyſes ſ.17.n.13.
v.4. Bonum eſt nos hic eſſe, faciamus, ſ.43.n.12.
v.5. Et ecce vox de nube.
v.14. Miſerere filio meo quia lunaticus eſt, ſ.4.n.18
v.17. Increpavit illum Ieſus & exiit abeo, ſ.4.n.8.

CAPUT 18

v.6. Expedit ut ſuſpendatur in collo ejus ſ.6.n.17.
v.7. Neceſſe eſt ut veniant ſcandala, ſ.19.n.13. & ſ.21.n.3.
v.20. Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo ſ.36.n.21. & ſ.28.n.17.
v.21. Domine quoties peccabit in me, ſ.3.n.10.

CAPUT 19.

v.24. Facilius eſt camelum per foramen, ſ.20.n.17.
v.27. Ecce nos reliquimus omnia, quid ergo ſer.12.

CAPUT 20.

v.1. Simile eſt regnum cœlorum homini, ſ.13.n.10. & ſ.4.n.16.
v.21. Dic ut ſedeant hi duo filii mei, ſ.8.n.5. & ſer. 22.n.12.
v.22. Neſcitis quid petatis, ſ.13.n.1.

CAPUT 21.

CAPUT 21.

v.5. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, ſ.35 n.13.
v.12. Intravit Iesus in templum Dei ſ.36.n.14.
v.13. Vos fecistis illam speluncam latronum, ſ.23. n.11.
v.33. Homo quidam plantavit vineam, ſ.33.n.23.
v.35. Alium occiderunt, alium ceciderüt ſ.33.n.23.

CAPUT 22.

v.11. Quomodo huc intrasti non habens vestem, ſ. 24.n.6. & ſ. 3 n.18. & ſ.16.n.7.
v.17. Die ergo nobis, Quid tibi videtur, licet censum. ſ.34 n 8.

CAPUT 23.

v.9. Unus est Pater vester qui in cœlis est, ſ.38 n.25.

CAP. 24.

v.31. Mittet Angelos suos cum tuba. ſ.5.n.1.

CAPUT 25.

v.9. Nolite vocare vobis Patrem super terram, ſ.12. num 2.
v.10. Venit sponsus & quæ parata erant, ſ.37. n.9.
v.21. Euge serve bone & fidelis, ſ. 7. n. 15. & ſ. 10. n.9 & ſ. 30.n 8.
v.34. Venite benedicti Patris mei percipite, ſ.15 n.7. & ſ 21.n 10. & ſ.29.n.10. & ſ.17 n.7.
v.40. Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi, ſ.20. num. 3.
v.42. Esurivi & dediſtis mihi manducare, ſ.5 n.16

CAPUT 26.

v.8. Ut quid perditio hæc, ſ.26 n.14.
v.14. Tunc abiit unus ex duodecim, ſ.26.14.
v.23. Qui intingit mecũ manũ in paropside, ſ.24.n.3
v.28. Qui pro multis effundetur, ſ.35 n.8.
v.29. Non bibam amodo de hoc genimine vitis.
v.34. Amen dico tibi, quia in hac nocte, ſ.11 n.9.
v.37. Et assumpto Petro & duobus filiis, ſ.7 n 9.
v.38. Tristis est anima mea usque ad mortem, ſ. 30. n.7 ſ 35.n 16.
v.39. Pater ſi possibile est transeat, ſ. 7 n.8. & ſ.30. n.7 & 34.n.10.
v.58. Et progressus pusillum, ſ.35 n.11. Procidit in faciem suam. ſ 35.n. 11.
v.48. Quemcunque osculatus fuero, ipse est, ſ. 16.n. 16 & ſ.21.n.22 & ſ.38.n. 13.
v 49. Et osculatus est eum. ſ 38. n.13.
v.50. Amice ad quid venisti. ſ.35.n. 12.
v.51. Converte gladiũ in locũ suũ, ſ.7 n.4. & ſ 3.n.6
v.58. Petrus autem sequebatur eũ à longe. ſ.31.n.26
v.61. Hic dixit possum destruere templum. ſ 35.n.15
v.72. Non novi hominem istum. ſ 32.n.7.
v.73. Loquela tua manifestum te facit. ſ.28.n.21.
v.74. Et continuò gallus cantavit, ſ.32.n.7.
v.75. Flevit amare, ſ.32.n.7.

CAPUT 27.

v.2. Et vinctum adduxerunt eum & tradiderunt, ſ.30. n. 21.
v 3. Tunc videns quia damnatus esset ſ.19.n.6. Retulit triginta argenteos, ſ.27. n. 10.
v 4 Peccavi tradens sanguinem justum. ſ.16.n.16
v.6 Non licet eos mittere in corbonam, ſ 27.n.10.
v.7. Et emerunt agrum figuli, ſ.27 n. 10.
v.17 Quem vultis vobis dimittam. ſ.35 n.16.
v.24. Innocens ego sum à sanguine justi hujus, ſ 35. num. 22.
v. 25. Sanguis ejus super nos & super filios nostros, ſ.35. n.47.
v 32. Exeuntes autem invenerunt. ſ.18.n.14.
v.34 Dederunt vinum cum felle, ſ.35.n.37.
v.37. Hic est Rex Iudæorum. ſ.34 n 11.
v.37 Et imposuerunt super caput ejus causam, ſ 34 num 12.
v.39. Prætereuntes blasphemabant ſ.9.n.11.
v 42 Si Rex Israel est descendat, &c ſ.34.n 11.
v.46. Circa horam nonam elamans. ſ.28.n.9. Eli, Eli lama sabactani ſ 28 n 9.
v 50. Emisit spiritum circa horam, ſ.36.n. 18.
v.52 Et monumenta aperta sunt, ſ.27.n. 8. Et multa corpora SS. qua. ſ.30.n.27. & ſ.27.n.8
v 54 Vere filius Dei erat iste.

CAPUT 28.

v 1. Vespere autem Sabbathi qua lucescit, ſ 32.n.12.
v.3. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur ſ.6.n.9.

Evangelium Marci.

CAPUT 1.

v.12. Et statim spiritus expulit eum in desertum, ſ. 28.num.14.

CAPUT 2.

v.2. Ita ut non caperet neque ad januam, ſ.2 n.17.
v.17. Non veni vocare justos sed peccatores, ſ 31.n.8

CAPUT 5.

v. 6. Videns autem Iesum à longe cucurrit, ſ.8.n.11
v.7. Quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi, ſ.4.n. 17. & ſ.3 7 n 19. Adjuro te per Deum ne me torqueas ſ.37.n.19.

CAPUT 6.

v.23. Postula à me quod vis licet dimidium, ſ. 30. n. 17. (n. 9.
v.45. Coegit discipulos suos ascendere in navim ſ 5.

CAPUT 7.

v.2. Cum vidissent quosdam ex discipulis ejus.
v 32. Et adducunt ei surdum & mutum, ſ.13.n.5.
v. 34. Ingemuit ſ.16.n.2.

CAPUT 8.

v.2. Iam triduo sustinent me nec habent quod. ſ.10. n. 9.

v.22.

v.22. Adducunt ei eæcum & rogabant eum, ser.13. n.5.
v.25. Ita ut clare videret omnia, ibid.

CAPUT 9.

v.5. Non enim sciebat quid diceret, ser. 2.10 & 7. 20. & 1.12.
v.16. Magister attuli ad te filium meum, s.4.n 7.

CAPUT 10.

v. 17. Magister bone quid faciam, ut vitam æternam s.24.n.9.

CAPUT 14.

v.13 Ite in civitatem ad quendam, s 23 n.9.
v.18 Vnus ex vobis me traditurus est s.6.n 16.
v 21. Bonum erat ei si natus non fuisset, s.6.n 16.
v.34. Tristis est anima mea usque &c. s.35 n.10.
v.51. Et ille relicta sindone nudus, s.31 n.26.
v.65 Et cœperũt quidam conspuere in eum, s.2.n.13
v.71. Cœpit anathematizare & jurare ser.3.n.26. &c.29.n.13.

CAPUT 15.

v.15. Volens populo satisfacere, s 35.n 24.
v.21. Et angariaverunt prætereuntem quempiam, s.28.n.14.
v.25 Erat autem hora tertia, s.28.n.9.
v.29. Prætereuntes blasphemabant eum, s 9. n.17.
v.32. Christus Rex Israel descendat de Cruce s 11. n. 11.
v.34. Eloi Eloi lamasabachthan, hoc est, s.16.n.18. Deus meus, Deus meus ut quid dereliquisti me, s.9.n.11.
v.39. Centurio autẽ qui ex adverso stabat, s.9 n.17. Vere filius Dei erat iste, s 9.n.15.

CAPUT 16.

v.1. Cum transisset Sabbathum M. Magd s 30.n.23 Emerunt aromata, ut venientes, s 13.n.11.
v.6. Surrexit, non est hic. s.13.

Evangelium Lucæ.

CAPUT 1.

v.13. Vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, s.36.n.22
v.17. Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute, s.7.n.14.
v.26. In mense sexto missus est Angelus, s.21. n.10.
v.37. Non est impossibile apud Deum omne verbum, s.36.n.19.
v.39. Exurgens Maria abiit in Montana s. 2.n.6.
v.41 Vt audivit salutationem Mariæ Elisabeth, ser. 23.n.10.

CAPUT 2.

v.7. Et pannis eum involvit, s.28.n.4.
v.10. Ecce Evangelizo vobis gaudium magnum, s 30.n.3. & s 37.n.6.
v.12. Hoc erit vobis signum. s.37.n.6.
v.14. Gloria in altissimis Deo; Et in terra pax s.38. num. 6.
v.3 . Tuam ipsius animam. s.35.n.5.
v 41. Remansit puer Iesus in Ierusalem, s.20.n.17.
v 46. Post triduum invenerunt illum in templo, ser. 13. num. 6.
Audientem illos & interrogantem eos. s.13.n.6.

CAPUT 4.

v.21. Quanta audivimus facta in Capharnaum, s.17.n.1.
v.23. Medice cura te ipsum, s.18 n.10.
v 27. Multi leprosi erant in diebus s.17.n.15.
v.33. In Synagoga erat homo habens, s.37 n 2.
v. 38. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus s.12.n.11.
Rogaverunt illum pro ea, s.21.n.14.
v.40. Cum sol occidisset. s.9 n.11.
Omnes qui habebant infirmos, s 2.n.18.
v.41. Exibant Dæmonia à multis clamantia, s.13. num. 13.

CAPUT 5

v 10. Eris homines capiens. s.16.n.14.
v.42. Ejice primum trabem de oculo tuo, s.18.n.2.

CAPUT 7.

v. 3. Misit ad eos Seniores Iudæorum, s 7.n 13.
v.11. Et ecce defunctus efferebatur filius, s.17.n.8.
v.14. Tetigit loculum s.1.n.6.
Adolescens tibi dico surge s.11.n 6. & s.26.n.5.
v.37. Et ecce mulier, s 16.n.16.
Erat in civitate peccatrix. s 32.n.1.
Attulit alabastrum unguenti.
v 19. Hic si esset Propheta, sciret utique s.12.n.7.
v.44. Intravi in domum tuam s 19.n.24.
Aquam pedibus meis non dedisti. s.32.n.7.
Lachrymis cœpit rigare pedes meos s.12.n.9.
v.47. Remittuntur tibi peccata tua. s. s.2.n.3.

CAPUT 8.

v.8 Neque in domo manebat, sed in monumentis s 26 num.10.
Et cum egressus esset ad terram s.26.n.10.
v.28 Procidit ante illum s.8 n.1 s 6.n.10.

CAPUT 9.

v 23. Qui vult venire post me, s 28.n.16. & s.35. num.7
v 31. Dicebant egressum ejus s 28.n.11.
Loquebantur de exessu s.10.n.15.
v.33. Nesciens quid diceret s 2.n.10 & s 7.10 & s.13.n.2.

CAPUT 10.

v.16. Qui vos audit, me audit.
v.17. Reversi sunt cum gaudio dicentes, Domine, ser. 31. num. 21.

v.18.

v.38. Intravit Iesus in quoddam Castellum, & mulier quædam, s.10.n.3.
Excepit illum gaudens, s.10.n.3.
v.42 Optimam partem elegit sibi Maria, quæ non auferetur, s.10.n.3.
CAPUT 11.
v.7. Sic orabitis: Panem nostrum quotidianũ s.11.n.6
v.41 Quod superest date Eleemosynam, s.20.n.3.
CAPUT 12.
v.17. Quid faciam quia non habeo quo congregem, s.33 n.11.
v.19. Anima mea habes multa bona posita in annos, s.33.n.21.
v.32. Nolite timere pusillus grex. (s.33.n.21.
v.33. Vendite quæ possidetis, & date Eleemos. s.20.
CAPUT 15. (n.3.
v.2. Murmurabant dicentes hic peccatores recipit, s.11.n.8
v.9. Inveni drachmã quã perdideram, s.15 n.2 (n.17
v.16 Cupiebat implere ventrẽ suum de siliquis, s.16.
v.18. Vadam ad Patrem meum & dicam s.30.n.5
v.21 Pater peccavi s.3.n.7.
CAP.16.v.19 Homo quidã erat dives, s.16.n.16
v.21. Factum est ut moreretur mendicus, s.11.n 19
v.24 Vt refrigeret linguam meam, (n.14
v.27. Pater Abraham rogo te, ut mittas eum, ser.6.
CAP. 8.v.11. Non sit sicut cæteri homines, s.24.n.2
v.13 Deus propitius esto mihi peccatori, s.35.n.42.
v.31. Ecce ascendimus Ierosolymam s.30.n 13
CAP.19.v.5. Zachæe festinans descende, s.18.n.6
v.7 Et cũ viderent omnes murmurabant, s.21.n.21
v.8. Ecce dimidium bonorum meorũ, &c. s.7.n.14
v.13 Dedit eis decem minas, s.29 n.15
v.21. Vere dico vobis, quod vidua hæc, s.7.n 10
v.9. Cum audituris prælia & seditiones, s.19.n 5
v.11 Velaverunt eum s.2.n.11
CAP.22.v.10. Ite in civitatem & occurret vobis, s.23.n.9
v.13 Euntes autem invenerunt sicut dixit s.35.n.7
v.15. Desiderio desideravi s.35.n.7
v.17. Et accepto calice gratias agens, s.35.n.8
v.19. Hoc est corpus meum quod pro vobis, s.35.n.8
v.20. Qui pro vobis effundetur, s.35 n.8
v.22. Et filius quidem hominis vadit s.6.n.5
Væ homini illi per quem filius hominis, s.6.n.16
v.24. Facta est contentio inter eos, s.6. n 5
v.31. Ecce Satanas expetivit ut cribraret s.4.n.24
v.33. Tecum paratus sum in carcerem ire, s.11. n.9
v.36. Vendat tunicam suam & emat s.7 n.4
v.4. Avulsus est ab eis quantum jactus lapidis, ser. 35.n.11 (n.11
v.42. Pater si vis transfer calicem istum à me, s.45 Verumtamen non mea voluntas fiat s.35.n.11 (n.11

v.43 Factus est sudor ejus sicut gutta sanguinis s.35
v.48. Iuda osculo filium hominis tradis, s.35.n.11 & s.16.18. & s.21.n.22
v. 51. Et cum tetigisset auriculam ejus, s.35.n.13
v.61. Respexit Petrum & flevit amare, s.29.n.19
Et conversus Dominus respexit Petrum, s.35.n.14
v.62. Exivit foras & flevit amarè, s.29.n.13
v 64. Velare cœperunt faciem ejus s.35 n.15
CAP.23.v.14 Obtulistis mihi hunc hominem, ser. 35 n.16
Non invenio causam in hoc homine, s.34.n.12. & s.35.n.12
v.22. Corripiam, s.35.n.16
v.24. Pilatus adjudicavit fieri petitionem, s.31.n.12
v.26. Apprehenderunt Simonem quendã s.28.n.14
v.27. Mulieres plangebant eum, s.28.n.13
Sequebatur eum multitudo magna s.30.n.7
v.26. Nolite flere super me filiæ Ierusalem s.35.n.39
Conversus ad illas dixit, s.35 n.30
v.34. Pater ignosce illis quia nesciũt, s.3 n.7. & s.35 n.33. & s.5.n.11. & s 9 n.11 (& s.16. n.8
v.41. Nos quidem digna factis recipimus, s.30. n.15
v.42. Memento mei Domine dum veneris, s.2.n.14 & s.5.n.12 & s 27 n.11
v 43. Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiso s.2.n.15. & s.10.n.5. & s.35.n.34. & s.24.n.16 & s.11 n.9. (s 5 n.16.
v.44. Tenebræ factæ sunt super universam terram.
v.46. Pater in manus tuas commodo spiritum meum s.35.n.39. (n.42.
v.48. Revertebantur percutientes pectora sua, s.35.
C.24.v.15. Et factũ est dũ fabularentur, s.36.n.21.

EVANGELIUM JOANNIS.

CAPUT 1.

v.1. In principio erat verbũ. s.15.n.21. & s.12.n.10
v.6. Fuit homo missus à Deo, s.15.n 16. (n.12
v.7. Hic venit in testimonium ut testimonium s.25.
v.11 In propria venit & sui eũ non receperũt, s.5.n.8
v.14 Verbum caro factum est s.15.n.21. & s.21.n. 11. & s.17.n 13.
v.29. Ecce Agnus Dei, ecce qui toũit peccata, ser.6.
v.40. Ecce Andreas frater Simonis Petri, s.12.n.5.
v.49 Rabbi tu es filius Dei, tu es Rex Israel, s.21.n.15

CAPUT 2.

v.1 Vocatus est autem & Iesus & discipuli s.30.n.4
v.3. Deficiente vino dicit Mater Iesu s.8 n.4.
Filii vinum non habent s.18.n.24. & s.33.n. 10. & v.7. Implete hydrias aqua, s.19 n.25. (s.12.n.3.
v.14. Invenit in templo vendentes oves, s.36.n.14.
v.18. Quod signum ostendis nobis quia hæc facis, s. 24. num.14.
v.19. Solvite templum hoc & in triduo, s.32.n.12.

CAPUT 3.

v. 4 *Quomodo potest homo nasci cum sit senex, f.* 11. 9
v 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua f.* 16 *n.* 5.
v. 16. *Sic Deus dilexit mundum, ut unigenitum, f.* 34 *n* 20.

CAPUT 4.

v 5 *Venit ergo Iesus in civitatem Samariæ, f.* 21. *n.* 6
v. 7. *Da mihi bibere f.* 18 *n* 12.
v. 10. *Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi,*
v. 38. *Alii laboraverunt, & vos in labores eorum, f.* 9. *n.* 12.
v. 46. *Venit ergo iterum in Cana Galilææ, f.* 30. *n.* 4.
v 47. *Incipiebat mori. f* 2 *n.* 9.
v. 48. *Nisi signa & prodigia videritis, f* 1 *n.* 9.
CAP. 5. *v* 1. *Erat dies festus Iudæorum. f* 30. *n.* 14.
v. 3. *In his jacebat multitudo languentium, f.* 9. *n.* 1.
v. 8. *Surge tolle lectum tuum & ambula, f.* 25. *n* 13.
v 10 *Ecce sanus factus es, jam noli peccare. f.* 26. *n.* 5. & *f.* 30. *n.* 14.
v. 22. *Omne judicium dedit Filio, f.* 17. *n.* 22.
CAP. 6. *v.* 7. *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt, f.* 20 *n.* 9.
v. 8. *Dicit ei unus ex discipulis, f.* 12. *n.* 5.
v. 13. *Impleverunt undecim cophinos fragmentorum f.* 25. *n* 12.
v. 5. *Iesus ergo cum cognovisset, quia venturi, f.* 30.
v 55. *Qui manducat meam carnem, f.* 9. *n.* 21.
v. 57 *In me manet, & ego in illo, f* 35. *n* 8.
v. 71. *Unus vestrum Diabolus est, f* 6. *n.* 16.

CAPUT 7.

v. 8. *Vos ascendite ad diem festum hunc, f* 30. *n.* 13.
CAP. 8. *v.* 23. *Vos de mundo estis, f.* 12. *n.* 12.
Ego non sum de hoc mundo, f. 12. *n.* 12.
v 44. *Ille homicida erat ab initio, f.* 13. *n.* 3.
v. 56. *Abrahã pater vester exultavit ut vid. f.* 9. *n.* 3
v. 59. *Tulerunt lapides ut jacerent in eum, f.* 28. *n.* 5.
C. 10. *v.* 27. *Oves meæ vocem meã audiunt, f.* 31. *n.* 3.
v. 28. *Ego vitam æternam do eis, f.* 31. *n.* 3.
v. 41. *Nullum signum fecit f.* 17. *n.* 19.
CAP. 11. *v.* 1. *Quidam languens Lazarus, f.* 27. *n.* 2.
v. 14. *Lazarus mortuus est, & gaudeo, f.* 26. *n.* 19.
Eamus, f. 1 *n.* 6.
v. 20 *Martha ut audivit, quia, f.* 27. *n.* 18.
v. 22. *Sed & nunc scio quia quæcunque f.* 32. *n.* 15.
v. 23 *Resurget frater tuus, f.* 32 *n.* 15.
v. 28. *Vocavit Maria sororem suam. f.* 32. *n.* 15.
v 29. *Illa ut audivit surgit cito, f.* 27. *n.* 18.
v. 33. *Infremens spiritu f.* 11. *n* 6. & *f.* 27. *n.* 18.
v. 34 *Ubi posuistis eum, f.* 27. *n.* 7.
v. 35 *Et lachrymatus est f* 11. *n.* 6.
v. 41. *Elevans sursum oculos, dixit Pater, f* 11. *n.* 6.
v. 44. *Et statim prodiit qui fuerat mortuus, f.* 36. *num.* 8.
v. 47 *Quid facimus quia hic homo multa, f.* 19. *n.* 12
v. 48. *Si dimittimus eum sic venient Romani, f.* 19. *num.* 12.
v. 50. *Expedit vobis ut unus moriatur homo, f.* 25
v. 51. *Quia erat Pontifex anni illius,*

CAPUT 12.

v. 2. *Lazarus unus erat ex circumstantibus. f.* 6. *n.* 14
v. 28. *Venit vox de cælo, &c. Turba ergo f.* 14. *n* 10.

CAPUT 13.

v. 1. *Cum dilexisset suos qui erãt in mundo, f.* 35. *n.* 8
v. 3 *Sciens quia omnia dedit ei Pater, f.* 15 *n* 15.
v 5. *Cœpit lavare pedes ejus. f.* 35. *n.* 9.
v. 15. *Exemplũ dedi vobis ut sicut ego feci, f.* 35. *n.* 9.
v. 27 *Quod facis fac citius f.* 16 *n.* 16.
C. 14. *v* 23. *Si quis diligit me sermonem meum, &c. f.* 36. *n.* 7.

CAPUT 16.

v. 1. *Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meũ, f.* 10. *n* 9

CAPUT 17.

v. 11. *Pater sancte serva eos quos dedisti mihi, f.* 38. *n* 15.

CAPUT 18.

v. 4 *Quem quæritis,*
v. 5. *Iesum Nazarenum,*
Ego sum.
v. 6 *Abierunt retrorsum,*
v. 10. *Simon ergo Petrus habens gladium, f.* 15 *n* 15.
Percussit Pontificis servum, f 12 *n.* 11.
v. 17. *Nunquid & tu ex discipulis ejus es. f* 35. *n.* 11.
v 20 *Ego semper docui in Synagoga f.* 15. *n.* 13.
v. 22. *Unus assistens ministrorum dedit f* 13. *n.* 8.
v. 23. *Si male locutus sum testimonium, f.* 13. *n.* 13.
v. 35. *Gens tua & Pontifices tui, f* 13. *n.* 1.
v. 28. *Dicit ei Pilatus, f.* 23. *n.* 16.

CAPUT 19.

v. 1. *Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, f* 35. *n.* 16
v. 5. *Ecce Homo. f* 35. *n.* 21.
v. 6. *Non invenio causam in hoc homine, f* 34. *n.* 12.
v. 9. *Unde es tu? f.* 17. *n.* 11.
v. 12. *Si dimittis eum sic non es amicus, f.* 33 *n.* 21.
v. 13. *Pilatus autem cum audisset hoc f* 34. *n.* 24.
v. 17. *Bajulans sibi Crucem exivit foras, f.* 25 *n.* 16.
v. 24 *Diviserunt sibi vestimenta mea, f* 9. *n.* 11.
v. 26. *Mulier ecce filius tuus. f.* 12. *n.* 3.
v. 30. *Consummatum est f.* 15. *n.* 20 & *f* 35. *n.* 18.
v. 32. *Venerunt ergo milites & primi f.* 19. *n.* 10.
v. 33. *Cum vidissent eum jam mortuum, f.* 38 *n* 9.
v. 34. *Unus militum lancea latus ejus, &c. f.* 9. *n.* 17.
& *f.* 35. *n.* 41.
Exivit sanguis & aqua f. 27. *n.* 11.

CAPUT 20.

v 6. *Linteamina posita & sudarium, f.* 36. *n.* 8.
v. 15. *Existimans quia hortulanus esset, f.* 8. *n.* 8.
v. 25. *Vidimus Dominum, f* 9 *n.* 16.

ACTUS

ACTUS APOSTOLORUM

CAP.10.8. *Accipietis virtutem supervenientis, ser.25.num.12*
9.9. *Et cum hoc dixisset videntibus illis, s.5.n.10.*
Et nubes suscepit eum ab oculis eorum, s.34 n.13
9.13. *Ascenderat ubi manebat Petrus &c s.12.n 5*
9.18. *Suffensus crepuit medius, s.11.n 10. & s.34.16*
C.3.v.12. *Viri Israelita quid miramini, s 29. n.12*
CAP.9.v.2. *Accepit epistolas in Damascum, ut si, s.n.1. & 2.19.n 15 & s.11.n.7*
9.4. *Saule Saule quid me persequeris, s.19.n.15*
9.5. *Ego sum Iesus quem tu persequeris, s.19. n.15. & s.11.n.7*
9.6. *Domine quid me vis facere, s.11 n.7*
9.15. *Vas electionis est mihi, s.29 .n.23*
9.36. *Erat plena operibus bonis & Eleomosynis, s.2.*
CAP.12.v.1. *Misit Herodes Rex manus ut s.8.n.3.*
9.6. *Erat Petrus dormiës inter duos milites, s.6.n 14*
C.13.v 5. *Quæstiones sunt de verbo, &c. s.23.n.14*
iudex ego horum esse nolo s.13.n.14
CAP.20.v.35. *Beatus est dare quam accipere, ser. 10.n.13*
CAP.23.v.3. *Percutiat te Dominus paries dealbate, s.4 n.18*
9.7. *Facta est dissensio inter Pharisæos, s.19.n.6*
CAP.18.v 4. *Homicida est homo iste, s 4. n.1*

AD ROMANOS.

CAP.1.v 1. *Paulus vocatus Apostolus s.13.n.9*
CAP.2.v. *In quo alterum judicas, teipsum condemnas, s.24.n.17*
9.5. *Thesaurizas tibi iram in die, s.1.n.17*
CAP.3.v 23. *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei, ser.1 n.8*
9.24. *Iustificati gratis per gratiam ipsius.*
CAP.5.v.12. *Per peccatum mors, s.26.n.2.*
CAP.6. v. 6. *Quomodo Christus surrexit à mortuis, s.36 n.2*
9.6. *Et ultra non serviamus peccato, s.36.n.2*
9.9. *Mors illi ultra non dominabitur, s.36 n.2*
9.11. *Ita & vos existimate mortuos esse, s.35. n.22.*
9.12. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, s.26.n.9*
CAP.8.v.17. *Si autem filii & hæredes, hæredes quidem Dei, s.31. n.11*
9.32. *Proprio filio suo non pepercit, &c. s.13. n.1*
CAP.10.v 15. *Quam speciosi pedes Evangelizantium s 35 num.9*
CAP.15.v.13. *Deus autem spei repleat vos omni gaudio, s 10.n.9*
9.30. *Obsecro vos fratres, ut adjuvetis me in orationibus, s.8.n.6.*

PRIMÆ AD CORINTHIOS.

C.3.v.6. *Ego plantavi Apollo rigavit, s.32.n.17*
C 4.v.5. *Nolite ante tempus judicare s.24.n.2*
v.13. Claspheamur, s.12.n.15
CAP.5.v.1. *Omnino auditur inter vos fornicatio, s.4.n 20*
v.13. Auferte malum ex nobis, s.24.n.7
v.16. Sunt duo in carne una, s.55 n.8
CAP.7.v.29. *Tempus breve est, s.1.n.4*
v.39. Mulier alligata est legi, quanto &c. s.35. n.8
Quod si dormierit vir soluta est, &c s.35.n.8
CAP.9.v.19. *Nam cum liber essem, omnium me servum feci, s.2.n.12*
v.27. Castigo corpus meum & in servitutem redigo, s.29.n.23. & s.31 n.24
CAP.10.v.4. *Petra autem erat Christus, s 35.n.12 & s 9. n.2*
v 12 Qui existimat stare, videat ne cadat, s.17.n.5.
CAP.11. v.7. *Præcepit in Ecclesiis velari caput mulierum, s 12.n 6*
v.14. Accipite & manducate, s.35. n.8
v 19 Oportet hæreses esse s.21 n.3
v.23. In qua nocte tradebatur s.35.n.8
v.28. Probet autem seipsum homo, & sic de pane, s.3.n.14
C.13.v.13. *Major autem horũ Charitas est, s.2 n.2*
C.14.v.34 *Mulieres in Ecclesia taceant, s.21.n 18*

SECUNDÆ AD CORINTHIOS.

C.3.v.5. *Non sumus sufficientes ex nobis, s.29.n.2*
Omnis sufficientia nostra ex Deo est, s.1.n.14
C.4.v.17 *Æternũ gloriæ pondus operatur s.10,n.9*
C.9.v.6. *Hilarẽ enim datorẽ diligit Deus, s.37.n.5*
C.10.v.1. *Obsecro vos per mansuetudinem s.6.n.4*
CAP.11.v.13. *In laboribus plurimis, in carceribus, s.7.n,14*
CAP.11.v.7. *Datus est mihi stimulus carnis meæ ser.37. n.18*
v.9 Sufficit tibi gratia mea, s.31. n.24

AD GALATHAS.

C 1.v.8. *Licet Angelus de cælo evangelizet vobis,*
C.4.v.19. *Filioli mei quos iterum parturio, s.6.n.13*

AD EPHESIOS.

CAP. 5.v.6. *Vt filii lucis ambulate, ser.37.n.20*
v.8 Fuistis aliquando tenebræ s.4 n.6.
v.18. Nolite inebriari vino, in quo est Luxuria, s.37. num.4
CAP.6.v.11. *Induite armaturam Dei, ut possitis, ser.4. n.6.*

AD PHILIPPENSES.

CAP.1. v.1. *Paulus & Timotheus servi IESV Christi, s.37.n.20*
C.4.v.1. *Sic state in Domino charissimi, s.36.n.n.6*

AD COLOSSENSES.

CAP. 1. v. 14. *In quo habemus redemptionem per sanguinem. f. 36. n. 2*
v. 20. Pacificans per sanguinem Crucis, f. 38. n 9
C. 3. v. 14. *Super omnia autem charitatem, f. 2. n. 3*
Vinculum perfectionis, f 2. n. 3.

I. AD TIMOTHEUM.

C. 1. v. 12. *Docere mulieri non permitto, f. 21. n. 18*
CAP. 5. v. 20. *Peccantes coram omnibus argue. ser. 18. n. 20*

II. AD TIMOTHEUM.

C. 2 v 4 *Nemo militans Deo se implicat, f. 1. n. 8*
C. 4. v. 2. *Argue, obsecra, increpa in omni, f. 6. n. 3*
v. 14. Reddet unicuique secundum opera ejus, ser. 7. num. 15

AD HEBRÆOS.

CAP. 1. v. 6. *Cum iterum introducit primogenitum. f. 8. n. 11*
C. 2. v. 16. *Nusquam Angelos apprehendit, ser. 17. num. 14.*
CAP. 3. v. 1. *Fratres sancti. f. 13. n 9*
Considerate Apostolum & Pontificem. f. 13. n 9
v 12. Videte fratres, f. 13. n 9
CAP. 5. v. 1. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, f. 12 n. 22*
CAP. 7. v. 3. *Sine Patre & sine matre,*
v. 10. Sed habebat in lumbis suis, f. 12. n. 4
C. 11. v. 5. *Fide Henoch translatus est, f. 22. n. 12*
C. 12. v. 1. *Ideoque & nos tantam habentes, f. 11. n. 15*
v. 2. Proposito sibi gaudio sustinuit Crucē, f. 30. n. 2
v. 24. Melius loquentē quā sanguis Abel, f. 35. n. 11

EPISTOLA D. JACOBI.

CAP. 1. v. 2. *Omne gaudium existimate fratres, ser 4. n 26*
v. 12. Beatus vir qui suffert tentationem, f 5. n. 26
v. 15. Peccatum cum consummatum fuerit generat, f. 26. n. 2
v. 21 In mansuetudine suscipite, f. 6. n. 4
CAP. 4. v. 7. *Subditi estote Deo,*
CAP 5. v. 14. *Infirmatur quis in vobis, inducant, f. 8. n 6*
v. 16. Confitemini alterutrum peccata vestra, f. 16. num. 9

I. D. PETRI.

CAP. 1. v. 1. *Simon Petrus Servus & Apostolus IESV Christi, f. 37. n. 20*
C. 2 v. 2. *Quasi modo geniti infantes lac, f. 16. n. 3*
v. 18. Servi subditi estote f 37. n. 20
v. 22. Ecce homo qui peccatum non fecit f. 35. n. 11.

II. D. PETRI.

C. 1. v. 5. *Ministrate in patientia pietatem f. 6. n 4*
CAP. 2. v. 12. *Hi vero velut irrationabilia pecora, f. 10 n. 12*
v. 20. Facta sunt eis posteriora deteriora, f. 36. n. 17

I. D. JOANNIS.

CAP. 1. v. 5. *Hæc est annunciatio quam audivimus, f. 34. n. 6.*
CAP. 4. v. 8. *Deus charitas est, & qui manet, &c. f. 2. n. 12*
v. 17. Perfecta charitas foras, mittit timorem.
CAP. 5. v. 4. *Mandata ejus gravia non sunt, f. 31.*

JUDAS APOST.


CAPUT UNIC.


v. 1. Iudas Iesu Christi servus f. 37. n. 10

APOCALYPSIS.

CAP. 1. v 8. *Ego sum Alpha & Omega. f. 38. n. 14.*
v. 16. Habebat in dextera stellas septem, f. 14. n. 11
CAP. 2. v. 1. *Angelo Ephesi Ecclesiæ f. 18. n. 10. & f. 24. n. 5*
v. 4. Sed habeo adversum te, quod f. 18. n. 16
CAP. 3. v. 3. *Si ergo non vigilaveris, veniam ad te, ser. 23. num. 18*
CAP. 4. v. 4. *Et super Thronos, f 33. n. 7*
Circumamicti stolis albis & palma. f. 33. n. 13
v. 5. Et de Throno procedebant fulgura. f. 6. n. 8
v. 10. Procidebant vi. inti quatuor seniores. f. 10. n. 5
CAP. 5. *Vicit Leo de Tribu Iuda, f 6 n. 1.*
v. 12. Dignus est agnus qui occisus est. f. 6. n. 2
CAP. 6. v 9. *Vidi subtus Altare Dei animas interfectorum, f. 27. n. 4.*
v. 16. Dicunt montibus & petris, cadite. f. 11. n. 16
CAP. 8. v. 1. *Factum est silentium in cælo, quasi f. 16. n. 1*
CAP. 9 v. 6. *In diebus illis quærent homines mortem, f. 5. n. 13*
CAP. 12. v. 9 *Et projectus est draco ille magnus, f. 13 n. 3*
CAP. 14. v. 13. *Beati mortui qui in Domino moriuntur, f. 26. n. 1*
CAP. 16. v. 1. *Ite & effundite septem Phiales. ser. 23. n. 18.*
CAP. 21. v. 4. *Non erit amplius neque luctus, neque &c. f. 9. n. 14. & f. 32. n. 8.*

FINIS.








Th
3288

Discurs. predicab.

XVI. 26.